

FREIHEIT IN BINDUNG  
EX LIBRIS  
LÖSETE VOM ZWANG  
Dr. Helmut Bester



Dv 2530 / 1

INHALT  
SEITE

UNIVERSITÄT DÜSSELDORF  
V 2661

EX LIBRIS  
BIBLIOTHECA  
UNIVERSITATIS  
DUISBURG  
ESSEN

Operum  
**LEONHARTI FVCHSII**  
MEDICI ET PHILOSOPHI  
EXCELLENTISSIMI

Tomus Primus:

Medicamentorum omnium componendi, miscendiq; rationem ac modum, Libris Quatuor, omnibus cum Medicis tum Pharmacopœis longè utilissimis & summè necessarijs, complectens.

*QVVM OLIM TRES DVNTAXAT, ET EOS QVIDEM BREVES admodum de componendis ac miscendis medicamentis libros ediderimus, nunc illis vnus adhuc, qui ordine secundus est, & Medicamentarius, vel, vt vulgus medicorum loquitur, Dispensatorium dicitur, accessit. Preparandorum quoq; medicamentorum ratio, qua in prioribus editionibus omninò desiderabatur, adiecta est. Compositiones deniq; hodie vsitatae, & quae in officinis medicorum venales prostant, omnes è fontibus suis petitae, & ab erroribus multis ac perniciosis purgatae, ac luculentissimis annotationibus passim illustratae, hoc in Opere exhibentur.*

ADDITA EST APPENDIX AVT APOLOGIA, IN qua criminationibus ac calumnijs Ioannis Placotomi libros hos arrodentis, obiter respondetur.

Item oratio de Vita & Morte auctoris, omnium quoq; operum ipsius Catalogum continens. Accessit locuples rerum & verborum in ijs memorabilium INDEX.

*Omnia ab Authore ipso paulò ante mortem recognita, aucta & locupletata.*



Cum gratia & priuilegio ad Decennium.  
FRANCOFVRTI AD MOENVM,  
Anno M. D. LXVI.

LEONHARDT VON  
MEDICI ET PHILOSOPHI  
EXCILLENTISSIMI

Medicamentum spiritibus...  
his...  
vill...

ADP...  
In nomine...  
...



...

# AMPLISSIMIS ATQVE CLARISSIMIS VIRIS PIETATE, PRV-

dentia, eruditione, & virtute præstantibus, Consulibus ac Se-  
natoribus inclite ac omnium laudatissimæ vrbis Noribergæ, Dominis  
suis perpetua obseruantia colendis, Leonhartus Fuchsius  
Medicus S P D.



ANNVS iam agitur decimus tertius, Patres amplissimi, postquam Nicolaum Myrepsum Alexandrinum mea opera in latinum sermonem conuersum, anteaq; à nullo vnquam editum, nomini vestro consecraui. Consilij verò mei hæc planè tum ratio erat. Sperabam hunc autorem plurimū vtilitatis tum medicis, tum eorundē ministris pharmacopœis allaturum, quod maxima pars earū quæ hodie in officinis ipsorum prostant compositionum ab illo descripta sit. Verum quū paulo post animaduernerem pharmacopœorum magnam partem, fortè quod rudiores sint quàm vt quæ illic habentur assequi possint, ad huius autoris lectionem se accommodare satis haud posse, Medicamentarium librum, in quo non tantum Nicolai, sed & aliorum omnium quæ hodie vsurpantur cōpositiones legitimæ, veræ, integræ, & ex ipsis fontibus haustæ & erutæ habentur, cōscripsi, & reliquis tribus quos olim de compositione medicamentorum in communem vsum medicinæ studiosorum edidi, vt inter illos ordine secundus esset, adiunxi. Vt autem facilius tum à medicis, tum à pharmacopœis omnia assequerentur, singulis propemodum rescriptis ac medicamentorum formulis, annotationes luculentas, in quibus tum lectionum varietatem ostendi, tum obscuriores voces disertè explicaui, adijcere volui. Complures quoq; compositiones, quæ in prima editione penitus desiderantur, addidi. Multa denique alia de medicamentorum præparatione, & alijs quibusdam pharmacopœis cognitu summè necessarijs, quæ itidē in priore editione non habentur, inserui, adeo vt vniuersum hoc opus, propter quàm plurimos locos castigatos, auctos, & multifariam locupletatum, quasi recens natum esse videatur. Hunc verò omnem laborem ideo suscepi, vt pharmacopœi tandē haberent Medicamentarium librū, vnde tuto sua medicamenta ac formulas

## E P I S T O L A

componere ac struere possent. In confesso enim est hæctenus singulos, singulos suos libros ex quorum præscripto sua medicamenta confecerunt, eosq; non solum corruptos ac mirificè deprauatos, ac monstrosis portentosisq; vocabulis, quæ superioris seculi barbaries inuexit, miserè fœdatos & cõtaminatos, sed & mutilos habuisse. His libris, conuiuentibus interim medicis, earum rerum æquè ac illi imperitis, plurimis annis, nullo prohibente, cõfidenter & perfriçta fronte, maximo reipublicæ, & ægrorum, detrimento atq; periculo in vniuersum omnes vsi sunt ad hæc vsq; tempora, quum Valerij Cordi, iuuenis maximè spei, & qui supra ætatem varia rerum cognitione præditus, & non vulgari eruditione ornatus fuit, vestro, ni fallor hortatu & impulsu conscripta, pharmacorum conficiendorum ratio, Dispensatorium vulgò vocant, in publicum typis excusa prodiret. Nam tum reperiiti sunt, qui priorum temporum infelicitatem deplorantes & agnoscentes, suos medicamentarios libros, in quibus multæ medicamentorum compositiones nulla arte cõstructæ, nullo satis constanti autore inscriptæ, & plerunq; etiã veteratoria fide dimidiatæ inerant, abiecerunt, & è Cordi præscripto formulas suarum officinarum struere cœperunt, & etiam nũ hodie conficiunt. Etsi verò Cordi labor maximam meretur laudem, quod in ea ætate constitutus, & eo tempore quo res herbaria summa caligine obruta fuit, tantum præstare potuerit, tamen quum ei græcum Nicolaum videre haud contigit, aliaq; nõnulla ætas iuuenilis ipsum plenè assequi prohibuit, operæ precium me facturũ putavi, si etiam post illum Medicamentariũ librum, in quo compositiones omnes integræ, ab ipsisq; fontibus petitæ, & ab omnibus erroribus repurgatæ haberentur, & cuius normam deinceps pharmacopœi in suis cõponendis ac conficiendis medicamentis sequantur, relictis vulgaribus & ineptis, ac corruptissimis antidotarijs, siue, vt vocant, dispensarijs, cõcinnarem. In quo etiam excudendo, ad euitandos complures errores, id vnicè à me curatum est, vt ponderum nomina, non notis vt hæctenus fieri solitum est, sed integris literis scriberentur, & singula simplicia, medicamentum constituentia, cum suis ponderibus, versus vnicum tantum cõstituerent, ne inter se mista & confusa, negligentia pharmacopœorum, aliqua omitterentur, & compositio ipsa labefacteretur, minusq; efficax redderetur. Nihil verò dubito quin hic meus labor

Valerij Cordi  
laus.



labor in varias hominum reprehensiones incurrat. Nam quidam tanquã superuacaneam meã operã damnabunt, quod post doctissimorũ virorum ea de re scripta, ipse etiam aliquid edere voluerim. Quidã etiã culpabunt, quod in aliorũ erratis refutãdis, inq; mea defendẽda sententia immodicus fuerim. Verũ priores nõ fatis perspectũ habent, quã difficilis nec ad huc fatis explicata de cõpositione medicamentorũ tractatio, ita vt multorũ industriam ac diligentia requirat. Posteriores haud intelligunt, quantũ vnus medicamenti simplicis ignorantia, aut falsa interpretatio toti cõpositioni incõmodi afferat. Proinde vt vera retineãtur & asserãtur, illegitima verò eijciantur, omnib: veritatis amantib: acriter contendendũ erit. Quare istorũ hominum iudicia deprauatissima nihil moror. Satis erit si ex hac mea opera ad solidioris medicinæ studiosos vtilitas aliqua perueniat, & hinc pharmacopœi sua medicamenta rectius cõponere discãt. Hos igitur meos qualescunq; labores, magna tamẽ diligentia cõfectos, nomini vestro nuncupare tribus de causis volui. Vna quidem, quod ob maxima vrbis vestræ ornamenta dignos vos iudicẽ, quos agminatim docti suspiciãt, colãt, venerentur, suisq; in scriptis laudibus in cœlũ vsq; euehãt. Nã vt aliqua, obiter saltem, referã, nõne hoc omniũ præstantissimũ est, & quo nullũ aliud maius inueniri potest ornamentũ, quod in vrbe vestra Dei verbũ purè sonat, adeoq; hæc ipsa templũ Dei, & hospitium sit Ecclesiæ verè inuocantis ac celebrantis Deum: Quare quũ in ea multi quotidie ad audiendũ Dei verbũ, ad preces, & ad gratiarũ actiones conueniant, fieri nequit, quin Deo curæ sit, & ab ipso seruetur, totaque vestra gubernatio ac respublica salutaris. Rectè enim à Dauide dictum est: Beatus populus cuius dominus Deus est. *Psal. 144.*

Quod ad docentiũ apud vos cœtũ attinet, nõ profecto postrema laus est vrbis vestræ, quod doctrinam Ecclesiæ semel receptã, inter pericula varia constanter retinuerit syncerã & incorruptã. Et quũ hodie Sacramentariorũ de cœna Dominica error omnib: pijs & vere Christianis summè detestandus recrudescat, & passim per multas grassetur Ecclesias, tamẽ maxima cura & vigilantia tũ vestra, tũ docentiũ factũ est, ne locũ in vrbe vestra vnquã cõsecutus sit. Laudata insuper semper fuit ab omnib: iudiciorũ vrbis vestræ, & gubernationis seueritas atq; iusticia, Senatorũ prudentia, ciuiũ concordia, obedientia, artificum omnis generis singularis industria et dexteritas. Quid

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

multa: totius ciuitatis *europa*, ordo mirabilis, tranquillitas, & modestia. Quibus sanè rebus id consecuti estis, vt vrbs vestra inter omnes alias Germaniæ nostræ vrbes hactenus primas tenuerit. Deniq; quum in plerisq; alijs Germaniæ ciuitatibus, & ijs quidem maximis, tantus sit non solum in cibo & potu, atq; vestitu, alijsq; rebus luxus, vt præ illis aulae Principum fordeant, apud vos certè nullo non tempore in omnibus iam dictis spectata & commendata frugalitas fuit. Quibus sanè rebus id consecuti estis, vt multorū, præsertim bonorum & eruditorum hominū vobis fauorem & beneuolentiā insignem cōciliaueritis. Altera causa cur hos meos labores vobis inscripserim hæc fuit, quod non ignorabam urbem vestram totius nostræ Germaniæ esse veluti singulare & publicum Emporium, vnde aliarū ciuitatum Pharmacopœi sua sibi comparant medicamenta. Nisi igitur vrbs vestra officinæ probè medicamentis omnis generis instructæ fuerint, profecto calamitas illa non solum vestra, & vestrorum ciuium erit, imò ad alios etiam, qui inde medicamenta sua corradunt, dimanabit. Vt autem tales sint officinæ vestrae, quales esse debent, quatuor ij libri de medicamentorum compositionibus, quos nomini vestro dedico, præstabunt, modò in ijs legendis, ac euoluendis seduli fuerint. Tertia causa cur vos censores & tutores huius mei laboris delegerim hæc fuit, vt vestri beneficij memoriam recolerem. Nam non excidit mihi, quàm liberales & munificos vos quum Nicolai Myrepsi conuersionem latinam vobis nuncuparem ergà me exhibueritis. Odio igitur dignus omnium essem, si non qualicumque hac animi mei significatione gratitudinem meam declararem. Vtinam verò decenti quadam ratione quàm vobis omnibus & reipublicæ vestrae ex animo benè cupiam, significare possem. Deum certè patrem Domini nostri Iesu Christi, conditoris mundi, & rerū omnium conseruatoris oro & obtestor, vt ornamenta vrbs vestrae præclarissima facta, tecta, salua & integra, vsq; ad diem aduentus filij sui bonis omnibus toto pectore expetendam seruare ac custodire dignetur, Ecclesiamq; æternam semper sibi in vrbe vestra colligere, & eiusdem rempublicam indies florentiorem, ornatiorem, & ampliorem reddere velit. Quod vt fiat, faxit Iesus seruator noster, qui cum patre, filio, & spiritu sancto sit benedictus in omne æuum. Amen. Bene valete, Tubingæ ex ædibus nostris. Calendis Iulij, 1566.

AD

AD TYPOGRAPHOS.



VVM TANTA HODIE QVORVNDAM TYPŌ-

graphorum sit improbitas & impudentia, vt nostris lucubrationibus haud secus quam merces fuci mellificio insidientur, & easdem vix praelū egres-  
sas, magno me herclē eorum qui has primum impresserunt detrimento, de-  
nuo excudant, diutius mihi esse silendum non putavi, ne si horum temeri-  
tati & audacia me non opponerem, id sibi quasi suo quodam iure licere, &  
impunē etiam demceps quoties vellēt se vsurpare posse sibi omnino persua-  
derent. Mirari autem principio subit, cur legis naturā, quae praecipit ne al-  
teri faciamus, quae fieri nobis nolimus, prorsus immemores, ita omnem humanum affectum exu-  
erint, vt ijs, a quibus nulla vnquam affecti sunt iniuria, nocere tamen ausint? Ita verò vt faciant  
stimulis auaritiaē agitantur, & nulla prorsus proximi ratione habita, eō feruntur, quō sordidi lu-  
cri cupiditas ipsos rapit. Detestandum profecto hominum genus, vt quos Christianā charitatis,  
ac propriae famae & existimationis penitus oblitos, auri sacra fames, tanquam cathenis ligatos,  
quō velit ducat, atq; vt suo commodo alijs incommodent, impellat. Verum praeter hoc quod alijs  
hac ratione nocent, in eo etiam vehementer delinquant, quod ea quae ab alijs primum eleganter,  
& accurata diligentia excusa sunt, peruersa sua & scelerata imitatione ita contaminant atq; con-  
spurcant, vt nulla sit pagina, quae non multis erroribus redundet. Qua sanē de causa odio omnium  
digni sunt, quod non solum autoribus librorum, sed & ipsis lectoribus plurimum obsint. Auto-  
ribus quidem, quōd eos alienis grauant erroribus: Lectoribus autem, quōd illis scrupos inijciant,  
vbi alias nullus futurus erat. Verum nec hac nocendi ratione contenti sunt, sed eō impudentia  
progrediuntur, vt ea quae non sine consilio per autores adiecta sunt, prorsus omittant. Quale certē  
flagitium nuper designauit Lugdunensis ille Typographus, qui hos meos de compositione medi-  
camentorum inscriptos libros, a Ioanne Oporino, optimo & doctissimo viro, elegantissimo chara-  
ctere, & ampla forma, multis impensis primum impressos, minutissima, & vsui humano parum  
conuenienti forma, nec etiam integros, sed compluribus refectis, recudere ausus est. Siquidem  
praeter epistolam nuncupatoriam, in qua omnem consilij mei rationem quod in exarandis ijs libris  
secutus sum, & quod cognoscere lectorem necesse est, accuratē exposui, multa etiam alia prorsus  
omisi, praesertim vbi Monachos illos ociosos, ac probē saginatos patres, omni tamen doctrina &  
pietate destitutos me acerbius perstrinxisse, animaduertit. Metuit fortē ne qui totas viduarum  
aedes deglutire possunt & ipsum deuorent. Sed quae hac est impudentia, lucri spe in alieno opere  
quae placent adere, alia verò quae displicent metu periculi refecare? Imō boni viri officium erat,  
aut ea forma qua ab autore scriptum est, & primo publicatum, recudere, aut auaras manus ab eo  
prorsus abstinere. Quod si igitur lucrum quod ex mutilo & miserē decurato opere sentit gratum  
& suauē est, faciat vt periculum quoq; quod ex integri operis editione impendere sibi putat, non  
pertimescat. Proinde vt tandem Lugdunensis illius peruersam imitationem omnium ē manibus  
excuterem, & illius subinde exemplo monitos ceteros quoq; Typographos ab eiusmodi imitatio-  
nibus absterrerem, denuo excudendos hos meos de Compositione medicamentorum libros multi-  
fariam correctos & auctos, maximaq; accessione non solum compositionum, sed & aliarum rerum  
accessione locupletatos, atq; ab omnibus erroribus repurgatos, cum alijs quamplurimis meis scri-  
ptis, Sigismundo Feyrabend, tanquam legitimo horum impressori, tradere volui. Quod reliquum  
est ceteros omnes Typographos rogo, moneo, & hortor, vt demceps ea potius quae suae fidei ab au-  
toribus librorum commissa sunt adere, quam mea ab alijs prius rectē excusa, recudere velint, &  
ne demceps hac peruersa ac fraudulenta imitatione, sui ordinis hominibus incommodare per-  
gant. Quod ni fecerint, non est cur aliud expectent, quam quod ipsos tanquam falsarios  
& reipublicae nocentissimas pestes sim tra. ucturus, omnesq; hortaturus, vt ab  
eorundem impressionibus veluti adulterinis sibi caueant. Valetē Ty-  
pographi, & nostra admonitioni patulas aures praebete, ne  
opus sit vt vestram impudentiam ac sor-  
didam auaritiam toti or-  
bi traducem.

APPENDIX IN QVA CRIMI-  
NATIONIBVS AC CALVMNIIS

*Ioannis Placotomi obiter  
respondetur.*

**H**TSI non semel, sed iterum atq; iterum Placotomus priuatim per epistolas aliquot me vt illi respōderem irritauit, & vt cum ipso in arenam descenderem multifariam prouocauit, tamen quum eo tempore in absoluendis meis de Stirpium historia commentarijs totus essem, & haberem quæ tractarem magis seria, non existimaui mihi faciendum esse, vt melioribus post habitis deteriora sectarer, & hominis ineptijs responderem. Et sperabam me herclè mea saltem patientia id consecuturum vt deinceps taceret, & mihi postea molestus esse desineret. Atqui tantum abfuit vt meo silentio quod sperabam consequerem, vt publicè etiam tribus editis libellis, quanquam pertenuibus, me vt illi responderem acriter vrgerere perrexerit. In quorum quidem primo meam de natura & viribus cereuiliæ, in altero de causa continente, vel, vt ipse appellat, coniuncta, sententiam improbauit, in tertio quod commentarios meos de Stirpium historia in Germanicam linguam conuerti reprehendit. Non potuit verò neq; ijs ipsis vt ei responderem efficere, quod videbam in ijs libellis proponi à Placotomo eiusmodi, quæ doctis risum magis mouerent, quàm vt illis quod ipse voluit persuaderent. Quare quum non dubitarem Placotomo etiam aliquando displicitura ea quæ tum fortè incogitanter effutierat, propterea quod candorem haud exiguum præ se ferebant, aut potius mentiebantur, nec illis me vt ipsi responderem induci passus sum. Atq; hac quidem ratione posse fieri putabam, vt ne maiora inter nos certamina de rebus ab ipso non satis cognitis orirentur cauerem. Sed neq; hoc modo hominis lenire vehementiam, & animum vindictæ cupidum, ab instituto retrahere potui. Nam non ita longo post tempore, epistolam quandam plenam conuictijs ad collegas meos, ad quos tamen hæc res nihil pertinebat scripsit, in qua me miseris modis lacerat, & tantum non amarulentissimis suis moribus conficit. Ex ea planè mihi Placotomi animus certius innotuit, & quam parum philosophicè & humaniter, multoq; minus christianè: quod tamen crimen falsò mihi in altero horum libellorum obiecerat: mecum agat hinc cognoscere cœpi. Vt autem omnes furoris Placotomi causas rectius intelligant, nō pigebit has ordine breuiter commemorare. In libello meo de causa continente inscripto, vt aliorum multorum, ita etiam Placotomi sententiam obiter, & nullis, quod sciam, adiectis conuictijs, improbaui. Hoc ita hominem commouit, vt in libello suo de causa coniuncta dicere ausus fuerit me hoc nomine parum humaniter philosophicèq;, multo minus christianè illum excepisse, & tanquam hostem veritatis publicè proclamasse. Sed quis non videt summam hominis stulticiam, vt qui statim se pro veritatis hoste traduci ab eo existimet, qui ipsius sententiam se non probare dicat? An nō id perpetuo doctis solenne fuit, vt alter ab altero in nōnullis candidè dissentiret? Nemo tamen vnquā fuit, dempto delicatulo illo ac irritabili Placotomo, qui se propterea pro hoste veritatis traductū esse questus sit, qd alius ab ipsius sententia dissideret. Quam verò philosophicè ac christianè me exceperit Placotomus, ex procemij, qd ad collegas meos transmisit, confutatione, omnibus palam fiet. Siquidem id tot calumnijs, ac criminationibus farciuit, vt cōmittere haud potuerim: nisi famæ & existimationis meæ nulla habita ratione is quem ille me fingit esse voluissim: quin eas ordine diluerem, & q̄ egregius esset Placotomus

ADVERSUS IOAN. PLACOTOMVM.

cotomus calumniator ostenderem. Quod vt facerem me non parum mouit, quod non dubitem quin ea quæ priuatim ad collegas meos misit hinc inde sparferit, aut breui sitæditurus. Ne igitur deinceps mihi opus esset peculiari apologia labeculas mihi asperfas, & calumnias falso ascriptas abstergere ac refutare, malui id ipsum nunc obiter, adiecta hac appendice, præstare. Nemo enim est qui mihi suaderet, vt in talibus ineptijs scrupulosius diluendis multas & horas & chartas bonas perderem. Quanquam autem neminem tam peruersum, inuidû, improbumq; fore sperabam qui hos meos labores, quos in vilitatis hodie compositionibus, mirum in modum deprauatis ac corruptis, corrigendis publicæ utilitatis gratia suscepi, esset improbaturus, tamen tanta est huius Placotomi tum temeritas, tum impudentia, vt hoc meum studium quod doctis omnibus gratissimum fuit, ipse non tantum improbare, sed & conuellere, lacerare, calumniosè interpretari, cõuicijs ac maledictis proscindere voluerit, quû tamen res ipsa clamet, neminem antea ex diligenti Græcorum & Latinorum codicum collatione meliores dedisse compositiones q̃ sint illæ, quæ mea opera in publicum prodierunt. Proinde quû Placotomus mihi non ferendas in suo proœmio labeculas asperferit, cõmittere nec debui, nec potui, quin pro asserenda mea innocentia & existimatione, illi obiter saltem responderem, & calumnias, quas in me sanè multas, euomuit diluerem. Ad eas igitur singulas iam ordine respondebo. Principio in epistola ad collegas meos scripta, q̃d Valerium Cordum, iuuenem de medicina optimè meritum, iam vita defunctum, indignis modis flagellum, falso & mendaciter me accusat. Nam si quis totum hunc meum perlegat librum, tamen aliud de Cordo me dixisse nihil inueniet, quàm quod aliquoties ipsius sententiam improbauerim, adeoq; illum errasse scripserim. Id Placotomo est flagellare, nempe à Cordi sententia discedere, & lectionem quam ille in suo medicamentario libro siue Dispensatorio secutus est non probare, quam nunquam non eius rei causæ ac rationes additæ sunt. Sed quis sanæ mentis vnquam fuit, qui ab alio candidè dissentire, interpretaretur flagellare, præter vnun Placotomum, qui dissentientem à se æquo animo ferre neminem potest. Quam Cordum autem amauerim semper, & ipse vicissim me, multi qui etiamnum viuunt, inter quos est Stephanus Halius, Balthasarus Brauchius, vterq; medicinae Doctor, olim discipuli mei, probè norunt. His enim constat, quod illum non semel, sed iterum atq; iterum à Vuittenberga vt me amicitia ergò inuiseret Tubingam profectum esse. Extat quoque de Cordo alicubi meum honorificum admodum testimonium, vt cur illum flagellarem nullæ mihi fuere causæ. Quod verò eius iam vita defuncti errores aliquot indicarem & detexerim, id nullo prorsus ipsius odio, sed amore potius veritatis factum est, vt qui manibus etiam eius bene cupiam, quibus haud dubie, si illis aliquis inesset sensus, hoc meum institutum etiam probaretur, tantum abest vt Placotomi more impacienter ferrent. Quum enim multorum pharmacopœorum manibus eius teratur Dispensatorium, siquidem propemodum omnes ex ipsius præscripto compositiones suas conficiant, officij mei ratio, vt qui emendatas, & ab erroribus repurgatas compositiones vilitatas exhibere studebã, postulabat, vt si quos Cordus admiserat errores, quum iam mortuus eos reuocare ipse non posset, indicarem, ne imperiti ac rudes magna ex parte Germaniæ nostræ pharmacopœi, hos in struendis suis cõpositionibus sectarentur. Et quid mirû Cordum adhuc iuuenem, adeoq; exigua rerû experientia instructum, Græcisq; præsertim Nicolai Myrepsici, codicibus destitutû, interdum à vero deuiasse: quum non raro ætate iam cõfectis, ac exemplariorû copia adiutis id ipsum etiam eueniat? Quare opus nõ erat vt hoc nomine q̃d Cordum aliquando errasse dixeram mihi tantopere stomacharet Placotomus. Cur nõ potius Matthiolo irascitur, qui Cordi Dispens.

Calumnia  
prima.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

APOLOGIA LEONHARTI FVCHSII

- Dispensatorium multis erratis refertum esse scribit? Sed placuit Placotomo vt in meis tantum scriptis censendis esset oculatus. Pergit in epistola sua Placotomus, ac me non pauca pudenda errata cōmisisse, ac nugas aniles pro veris rationibus produxisse inquit. At quā verè ista dixerit, in progressu huius appendicis ostendam. Nunc quæ sint procemij ipsius capita, in quibus sibi potissimum notandus videor, percensebo. Primum me notat quod in hoc opere aliquid quoties à prius editis diuersa, & quod longè turpissimum est, planè pugnantiā tradam. Nam prius me docuisse ait, granum esse minimum pondus, & viginti grana constituere scrupulum, hīc verò viginti quatuor grana scrupulum æquare statuat. Hinc autem statim insignis se hominis tum improbitas, tum stulticia prodit. Improbitas quidem, quod in me reprehendit, quod nullo non seculo ab omnibus probatum fuit. Nam quis vnquam Augustino, aut alijs viris doctrina & eruditione claris vitio vertit, quod ea quæ nondum satis confirmato iudicio, aut incogitanter effuderant, recantarint? Stulticia, quod omnibus notissimū, & à laudatissimis viris laudatum vnice prouerbium, *δευτερας φρονιδας εν αυ σοφωτερας*, ignorat. Minimè profecto turpè est hoc corrigere, quod antea parum rectè exciderat, quin id potius omnium longè turpissimum est, hoc quod aliquando falsò statuisti, pertinaciter velle deinceps tueri, nec, monitus etiā ab alijs, errorem agnoscere. Proinde non sine magna impudentia Placotomus reprehendere ausus est quod falsam opinionem, quam olim, quorundam auctoritate motus, secutus sum, in altera editione correxerim ac mutauerim? Quid enim mirum, si quod summis & præclarissimis contingit ingenijs, vt temporis progressu plura inueniant ac examinent diligentius, id mihi quoq; accidisse? Quum enim me parum rectè de scrupulo olim censuisse animaduerteterem, non puduit me candidè fateri errorem, & hunc quoq; firmissimis refutare rationibus, ratus me plus laudis apud cordatos viros ex agnita veritate consecuturum, quā si falsam sententiā pertinaciter defendendo prioribus consentanea dixissem. Placotomum igitur parum prudentem, & omni iudicio destitutum esse ex eo palām fit, quod falsam etiā sententiā, ne sibi quis pugnantiā dicere videatur, pertinaciter tuendam ac propugnandam esse censeat. Pergit inquit, antea docuit ad vnā libram mellis, aut sacchari vncias tres specierum accipendas esse, hīc verò triplum mellis, aut sacchari ad species satis esse aliquoties ex Cordo monet. Quis est verò tam cæcus, qui hoc etiā in loco non videat, Placotomum esse insignem calumniatorem, quando quidem de industria damnet, quod nullam planè damnationem meretur? Constat enim omnibus me cap. 5. libri huius Operis duplicem referre de mellis aut sacchari cōmissione opinionem, vnā eorum quæ quadruplum, quam quidem improbo: alteram eorum quæ triplum tantum mellis ad species adiiciunt, quam tanquā meliorem, probō. Quid igitur mirum, si Cordi etiā meliorem hac in parte sententiā sectantis iudicium approbauerim? Nihil enim vererem, pueri etiā rectè monentis, sequi consilia. Quod autem in prima editione vncias tres adiiciendas esse statuerim, id non simpliciter feci, sed collatione ad eos pharmacopœos qui minus accipiunt, consultius esse innuens tres specierum vncias, quā pauciores adiicere, vt patet legenti cap. 6. libri secundi. Progreditur Placotomus dicens: alibi cum Hippocrate docet corpora antequam purgentur præparanda esse, hīc contra in quodam medicamine purgante scribit, ante eius vsum non opus esse ægri vt præparentur medicamentis. Et si verò nihil dubito hoc quoq; in loco Placotomum antiquum retinere, & ea quæ dixi malitiosè interpretari, tamen quod medicamentum purgans innuat ante cuius vsum non opus esse vt æger medicamentis præparetur scripserim, scire in præsentia non possum. Nemo autem credat si quid tale à me dictum sit, quin motus ratione dixerim. Fuit fortè eius-
- modi

Calumnia altera.

Calumnia tertia.

Calumnia quarta.

Calumnia quinta.

ADVERSVS IOAN. PLACOTOMVM.

modi medicamentum, cuius compositio ex vehementibus atq; è longinquo trahentibus medicamentis simplicibus haud constat: aut bilem educens medicamentum, quam præparatione perinde atq; crassos humores nõ egere notum est. Consilio autem locũ non expressit, vt collegis meis fucum faceret, & vt suis nugis fidem adhiberent hac ratione, loco nimirum non indicato, illis persuaderet. Post hæc subiicit Placotomus. In libris suis de curandis morbis præcipit vsum pilularum cochiarum, hinc vix iumentis tuto eas exhibere posse affirmat. Hæc quidem prioribus similis est calumnia, qua iterum maliciosè in alienum ea quæ dixi sensum detorquet. Nã quæ ego priuatim de Coccijs catapotijs à Rhazze descriptis, & eorundem maximè exhibitionis quod ab eo præscribitur pondere, disertè dixi, hæc promiscuè ad reliqua quoq; eodem nomine appellata catapotia refert. Nam quis est qui de Coccijs Rhazis, quod ipse præcipit, drachmas duas vna vice deuorandas exhibere auderet? Et quid mirum Rhazem, Empirica magis quàm rationali doctrina imbutum, talia medicamenta literis mandasse, quæ vix tuto iumentis, vt dixi, exhiberi possint? Nõ igitur prorsus omnium Cocciõrum vsum, quod sycophanta Placotomus mihi falsò affingit, improbau, sed Rhazis, præsertim si eo quod ipse præscribit pondere, sumpta fuerint. Nicolai autem Myrepsi potius, tanquã minus validis, ac correctioribus vtendum esse Coccijs censui, & etiam nõ censeo. Sed alias calumnias audiamus. Alibi, inquit ille, Camphorã inter frigida numerat, in hoc verò libro, & rectè quidem, calidam esse scribit. Ita subinde ex eodem ore calidum & frigidum efflat. Si rectè, quod fateris, calidam esse Caphuram scribo Placotome, cur igitur reprehendis, si quod verum est affirmo? Nulla meherclè alia de causa, quàm quod sycophantam te esse omnibus palàm declares. An nõ præstat agnoscere errorem, adeoq; vt tu sycophanticè interpretaris, calidum & frigidum ex eodem efflare, quàm veritati, idem perpetuò dicendo, aduersari? Vel vt planè cauillationem hanc in te detorqueam, nonnè melius est ex eo quo antea falsum efflasti ore, nunc veritatem, quàm ex eodem ore, vt tu soles, perpetuò meras calumnias, & aperta mendacia efflare? Vt profectò impudentissimum istud os tuum merito pestilenti barathro, è quo nunquam non nisi lethales ac virulentissimæ exhalantur, auræ comparari possit. Quòd Caphuram olim inter frigida numerauit, id factum est, quòd ita primum à præceptoribus meis didicerã, & quòd id ipsum vnanimi consensu recentiores medicos tradere compertum haberem, quorum autoritatem contemnere tum mihi religio erat. Verum quum tandem cognouissem illis Caphuræ naturam non fuisse satis perspectã, & ipse Caphuram qua hodie vtimur bituminis esse genus didicissem, relicta priori & à veritate abhorrente sententia, meliorè amplexus sum, & calidam esse Caphuram dixi. Quare quum veritatis ratio plus apud me valuît quàm errantium multitudo, eram hoc nomine Placotomo, tanquam veritatis amans, laudandus potius quàm notandus. Sed si hoc fecisset, calumniatoris nomen, quo vnice delectatur, amisisset. Subnectitaliam calumniam inquires. Item in hoc ipso etiam Opere sibi quandoq; contrarius est, in annotationibus enim cuiusdam antidoti ita scribit. Nos græci codicis fidem secuti sumus, quam pluris facimus quàm latinorum codicum consensum. In alio loco scribit lectionem autem hanc esse legitimam & veram omnes Nicolai codices testantur. Hic certè pluris facit consensum Latinorum exemplariorum, quàm Græci codicis. In quodam loco haud obscure significat ex latino licere aliquid adijcere compositionibus. In alio rursus id improbare videtur. Hæc ille. Neminem autem esse arbitror, qui hinc non cognoscat, quàm omnia mea dicta in calumniam rapiat Placotomus. Siquidem constat eos qui in Græcorum monumentis enarrandis sudant, & in eorundem locorum explicatione versantur, sepe numero cogi, vt etiam ad latinos

Calumnia  
sexta.

Calumnia  
septima.

Calumnia  
octaua.

APOLOGIA LEONHARTI FUCHSII

Calumnia  
nona.

ad latinos interpretum veterum codices recurrant ac respiciant. Quos quum diligenter expendunt, accidit vt interdum eorundem consensum pluris, præfertim quando in græcis mendosa esse lectio videtur, quàm græci codicis fidem faciant. Contra vbi rationibus accedentibus græci codicis lectio rectè habere videtur, ibi planè vnus ipsius fidem pluris, quàm multorum codicum latinorum, faciunt. Quum itaq; idem mihi in Nicolai Myrepsi compositionibus corrigendis, ac pristino nitore restituendis faciendum fuerat, quid mirum si interdum legitimam vnus græci exemplaris lectionem prætulerim multorum aliorum latinorum: & contra multorū rursus latinorum, rectam lectionem ostendentium, fidem, & consensum, græco codici deprauato anteposuerim? Placotomus autem qui ad placentas secandas multo quàm ad deprauatos veterum locos emendandos aptior est, horum nihil intelligit, aut si intelligit, de industria certè calumniosè interpretatur. Verùm quæ hæcenus commemorauimus, præijs quæ sequuntur lusum fuisse dices, ita enim mox subiicit. Fuchsius pleraq; ab alijs sumpsit, quod non culpandum si candidè fieret. Sunt enim doctorum virorum labores tanquam apicularum operæ communes. Verùm quoniam sibi aliorum inuenta arrogat, ac pro Fuchσιο fucum agit, vnde Fucius vel Fucus potius quàm Fuchsius dici possit, & apibus malam gratiam refert, merito reprehensionem incurrit. Si Syluius & Cordus sua repeterent, opus ipsius simile capiti alopecia vel ophiasis laboranti futurum esset, & nihil ferè præter conuitia restaret. Nihilominus nullam tamen honorificam mentionem Syluij, viri doctissimi, facit. Cordum verò contemnit, & ex professo persequitur, contra exempla aliorum Medicorum præstantissimorum, maximè horum ipsorum, imò contra sua ipsius scripta, quod admodum indecorum est. Scribit enim se semper in suis lucubrationibus, aut saltem in præfationibus honorificam facere mentionem illorum nominatim quorum scriptis adiutus sit. Eos verò qui obsecuriores sunt, aut minus rectè sensisse videntur candidè interpretari, & honestis rationibus excusare. Hæc à veritate alienissima esse, vel ex vno atq; altero folio secundi libri patet. Syluius aperte fatetur sua de ponderibus scripta meliora & auctiora esse reddita lectione Georgij Agricola, Medici in hac parte doctissimi ac diligentissimi. Idem Cordum fecisse saepe audiuius. Ac mirari satis nequeo, quæ dementia Fuchsium Germanum virum, alioqui multis nominibus suspiciendum coeperit, vt seipsum conuiciando adeò deformet, ac multos bonos viros ad maledicendū suis maledictis irritet efficiatq; vt præter naturam suam vitio tam tetra sese contaminent, atq; affectibus indulgeant. Quis quæso præter Fuchsium illam conuiciandi licentiam in Scholam medicorum inuexit? Ostende vnum authorem, in quo tot conuitia, tot maledicta reperiantur? Hæcenus bona fide, atqui non sine maximo tædio, Placotomi furores recensui, vnde liquido omnibus apparet, q̄ mendaciter hucusq; à me petierit, vt cum illo placidè ac modestè de rebus inter nos controuersis conferam. Nam si serio id à me postulasset, in hæc conuitia, quæ mihi stomachum motura ignorare non potuit, haud prorupisset. Quis enim vir cordatus, & honesti amans, cum tam maledico conuiciatore placidè conferre animum induceret? Quod autem ad huius sycophantæ conuitia diluenda spectat, iniuriam mihi primum facit, quod ait mihi aliorum inuenta arrogare. Siquidè nullius hominis inuentum proferre, fat scio, poterit, quod mihi impudenter arrogauerim. In secundo quidem libro in quo bona fide recito autorum compositiones, præter paucas quasdam, & annotationes quas subieci, nihil est quod mihi arrogare potuerim, hincq; adeò est quod passim singulis compositionibus suos autores adscripserim, nullamq; mihi quæ ab alio composita esset vindicari. Quare non erat cur sycophanta ille me Fucium aut Fucum, potius quàm Fuchsium dici posse scriberet,



ADVERSVS IOAN. PLACOTOMVM.

beret, quum quod fuci facere solent furtim nihil sustulerim, sed aliorum mellificia pristino loco restituere conatus sim. Quin hoc magis faciendum erat Placotomo, vt se deinceps Phaulostomon, id est, maledicum, conuiciatorem, & obtrectatorem appellaret, quum praeter conuitia, maledicta, & criminationes ex foedissimo ore nihil efflet. Iacobi Syluij nullam in ijs libris facere mentionem potui, quod ex eo nullam mutuatus sim compositionem. Quam honorifice autem alias semper de hoc viro & fenserim & dixerim, norunt omnes qui publice me docentem aut alias de eo loquentem audiuerunt. Cordus quod sum est ex hoc meo opere repetere nequit. Nam compositiones quas vtrique referimus easdem, aliorum sunt, haud nostrae. Eundem neque contemno, neque ex professo persequor, sed tantum vbi ab eius sententia dissentio, candide & citra conuitia indico. Hoc si alium est contemnere, & ex professo persequi, vt maliciose interpretatur Phaulostomos, nemo deinceps ab altero sine contemptus aut odij suspitione dissentire audebit. Quod conuiciando me ipsum deformarim, & multos bonos viros ad maledicendum meis maledictis irritarim, figmentum est Phaulostomo dignum. Si enim vnquam conuictijs vsus sum, in eo forte libello cui Cornarius furens titulus erat, factum fuisse concedam oportet. At qui vt id facerem, Cornarius contumeliosissimo suo scripto mihi occasionem dedisse omnibus notum est. Poenituit autem me non semel, quod furori hominis tum non cesserim, quod facturus haud dubie eram nisi feruor aetatis aliud frastillet. Calumnia praeterea manifesta est, quod conuiciandi licentiam me in scholam medicorum inuexisse ait. Non enim conuiciari, sed de aliorum scriptis recte iudicandi libertatem in Scholam medicorum cum Leonicensi, Manardo, & alijs quibusdam doctis viris inuexi. Nam ante meorum paradoxorum editio nem, nihil erat a quouis absurdissime etiam, & falsissime dictum, aut pronunciatum, quod in dubium ab vlllo vocabatur, sed omnia nullo delectu adhibito pro veris & optimis arripiebantur. Aliorum igitur errores detegere, & explodere, Phaulostomo est conuiciari. Quod deinde a me petit vt ostendam illi autorem in quo tot conuitia, ac maledicta reperiantur ac in meis scriptis, ipsum profecto Phaulostomum proferam, in cuius vnico hoc prooemio plura sunt per Apollinem conuitia, & maledicta, quam in omnibus fere meis libris. Sed fac mihi etiam interdum vnum atque alterum excidisse conuicium, quod accessisse in prioribus meis scriptis non profus inficias ire possum, an propterea vni mihi hoc exprobandum fuit a Phaulostomo quod mihi cum multis commune fuit nec deessent qui ea de causa me magis reprehendendi ipsi fuerant. An non Syluius, Phaulostomi etiam iudicio, vir omni laude dignus, & eruditione celebris, Galeni amore motus ita conuictijs in eo libello quem aduersus Andream Vesalium, de re tamen medica, & arte secandi humana corpora optime meritum, scripsit, indulget, vt interdum in vnus calumniae depulsione plus sit conuictiorum, quam in omnibus meis scriptis, Cornarium furentem semper excipio: Cur igitur hunc non induxisse in scholam medicorum conuiciandi licentiam Phaulostomos pronunciat? Quod nemo a me dictum putet quasi Syluius, viro doctissimo & de nostris studijs praclare merito, hoc nomine notam inurere, aut inuidiam conciliare cupiam, sed tantum vt Phaulostomi impudentiam retundam, & iudicij prauitatem detegam. Sed de huius calumniae amolitione satis. Subnectit decimam. Non autem, inquit, omnino excusatum volo Cordum, homo fuit, humanum est errare, maxime iuuenem tyronem. Veteranum vero, praesertim aliorum scriptorum censorem hallucinari est valde turpe. Fuchsius debebat sua prius castigare scripta, & naeuos ex ijs satis grandes tollere, quam de aliorum lucubrationibus tam rigidam & acerbam censuram agere.

φαυλοσομος,

Calumnia  
decima.

Qui

APOLOGIA LEONHARTI FUCHSII

» Qui post alios in publicum emittit scriptum haud obscure præ se fert sibi ab alijs  
 » non satis fieri, se perfectius aliquid editurum, quàm ab alijs factum est, quod  
 » Fuchsius quidem gloriose pollicetur, sed nequaquã præstat, etiam si Galenum  
 » plus quàm viginti quatuor annis publicè priuatimq; enarrauit. Hæc Phaulo-  
 stomus. Si non omnino excusatum vult Cordum, adeoq; illum interdum er-  
 rasse fatetur, cur igitur tanto operè ringitur, ac indignatur, quod errores hos can-  
 didè, & nullo factio conuitio indicarim? Veteranũ autem interdum errare tur-  
 pe esse non arbitror, modo errorem agnoscat, & eundem pertinaciter non de-  
 fendat. Veniam etiam meretur vbi in ijs rebus errat, quæ propter suam difficul-  
 tatem nondum satis sunt explicatæ, vt est simplicium, & compositorum medi-  
 camentorum tractatio, quæ in hodiernum vsq; diem pristinum nitorem non-  
 dum est consecuta. Mirum autem est si nullos nauos præter hos quos ipse re-  
 censuit in hoc meo opere inuenit, cur castigationem à me exigat? Nullius enim  
 momenti sunt, aut potius meræ calumniæ, vt partim ostendimus, & partim in  
 sequentibus monstrabimus. Rigidam & acerbam censuram hanc meam quæ  
 lectionem tantum aliorum improbat quare appellare ausus sit, non video, nisi  
 quod omnia mea tum dicta, tum facta, Phaulostomos ille arrodere & malitiosè  
 interpretari semel constituerit. Mea nec gloriose, nec ambitiosè prædicaui, sed  
 simpliciter quid effecerim ostendi. Quid præstiterim, aliorum, non Phaulosto-  
 mi, vt pote qui ob esis admodum naribus est, & fœnum in cornu habet, iudici-  
 bus emendandis plus omnibus alijs præstitisse, quod vnus hæcenus græcum  
 illum viderim. Gallenum vt enarrem, & qua diligentia ipsius scripta explicem,  
 norunt qui mea scripta legunt, & me docentem audiunt. Placotomum me posse  
 in hoc autore multa docere, nihil dubito. Sed pergamus. Confundit, ait ille,  
 » pharmacopœam cum doctrina medicorum, nec alterum ab altero probè distin-  
 » guit. Quod vir doctissimus Iacobus Syluius improbat, nec immeritò, res enim  
 » ipsa loquitur artes non confundendas, sed rectè distinguendas esse. Idem & no-  
 » tissimum dictum, qui benè distinguit, benè docet, ostendit. Valdè ergò in com-  
 » moda & reprehensione digna est artium confusio. Pharmacopœo satis est scire  
 » quo pacto medicamina eligantur, præparentur, formentur, & ritè componan-  
 » tur, miscantur, & asseruentur. Medicus facultates medicamentorum & legiti-  
 » mum vsum teneat oportet. Fuchsius neutri satisfacit. In primo libro vsq; ad  
 » XXII. caput pauca Medico profutura docet, neq; enim vt Medici interest sci-  
 » re simplicia explicat, sed tantum nomenclaturas, & quæ partes simplicium in  
 » vsu sunt ostendit, & temperamenta, aliquando tantum attingit, non quo quid  
 » gradu calefaciat, vel frigefaciat. Hæc calumniator. Vnde omnibus liquido  
 » apparet, ipsum neq; cerebrum, neq; mentem habere. Tam ridicula enim sunt  
 » quæ affert, vt ad ea dignè ridenda decem Democriti haud sufficerent. Principio  
 » nanq; Iacobo Syluiò, optimo viro, iniuriam facit, quod pharmacopœam illum  
 » ad doctrinam medicorum non attinere scripsisse ait, quum diuersum clamitent  
 » libri quos ille de componendi ratione quatuor, sanè doctissimos, scripsit. Et  
 » doctis omnibus constat, Galenum non hoc tantum in medico requirere vt me-  
 » dicamentorum facultates, & horum legitimum vsum teneat, sed etiam, vt quæ  
 » inter hæc sint optima, quomodo præparanda, construenda, rectè componen-  
 » da, miscenda, & asseruanda sint probè sciat. Hoc nanq; olim ipsorum medico-  
 » rum, non pharmacopœorum opus & officium fuit. Hinc est quod Galenus  
 » non cõtentus fuerit librum de medicamentorũ simplicium facultatib; scripsisse,  
 » sed adiecit duos alios, quos de compositione medicamentorum inscripsit.  
 » Quoties ipse in suis monumentis medicos hortatur, vt rectè componere me-  
 » dicamen-

Calumnia

XI.

ADVERSUS IOAN. PLACOTOMVM.

dicamenta discant: Et dicat nobis Phaulostomus, quo modo legitime vti medicamento composito aliquis possit, qui ignoret num ad eam compositionem optima selecta simplicia, an probe preparata, an rite composita, & inter se mista sint: nisi forte Phaulostomi exemplo suam existimationem, & agrorum salutem vniuersam in manibus indoctissimi pharmacopœi esse velit. Porro veteres, prudentes & doctissimi viri, id munus ad se pertinere putantes, agrorum suorum salutem, secus atque hodie fit, pharmacopœorum fidei credere noluerunt. Odio igitur omnium dignus est Phaulostomus, qui contra veterum, & optimorum medicorum sententiam pharmacopœam à medicorum doctrina distinguere conatur. Nam demus ei ut medicamentorum compositio tantum ad eos pertineat, qui hodie pharmacopœi nominantur, qua ratione medicus num hæc ipsa ab eis rite sint composita cognoscat, nisi ipse etiam hæc omnia quæ ad componendi artem spectant probe teneat: Quod subiicit me in primo libro pauca medico profutura docuisse, huc profectò spectat, quod homo omnis methodi ignarus, arbitratur se simplicium medicamentorum facultates, eorumque in calefaciendo vel refrigerando ordines commemorare debuisse, quum tamen id meum non erat consilium, sed tantum id indicare, quæ simplicia nostræ ætatis tum medici, tum pharmacopœi, quorum illi in struendis compositis, ac simplicibus quoque colligendis medicamentis opera vtuntur, maxime vsurparent. Nam eorundem facultates, & quicquid ad vniuersam ipsorum historiam attinet, copiose in ijs commentarijs quos de stirpium historia inscripsimus, & in tres digestissimus tomos, prosequuti sumus, hincque adeo ad hos ipsos lectorem non raro ablegauimus. Ita Phaulostomus semper aliam ex alia calumniam necitat, & se ex pestilentis suo ore nihil nisi calumnias, ac pueriles omniumque risu dignas nugas euomere posse pulchre declarat. Progreditur calumniando inquiring. Sapius eadem non sine tedio & stomacho lectorum præter necessitatem vllam repetit, tantum ut opus magnitudine non rerum doctrina crescat, fortasse ut typographo carius obtrudi possit, quo inde maiorem quaestum faciat. Et ut alia taceam exempla quoties repetit Rha veterum siue Rhaponticum non esse nostrum illud Rha barbarum, & pro illo nostrum Rhaponticum accipi debere. Item Eupatorium Mesues esse Ageraton, si Dijs placet. Quoties refert se huius vel illius plantæ effigiem in opere suo de stirpibus posuisse. Hæc Phaulostomi est XII. & minime leuis calumnia, è qua nemo non videt, nihil restare, quam ut os illud impudentissimum nihil nisi conuicia & calumnias effutiens, fimo, & quidem humano, quod familiaritatis forte ratione in obturando efficacius erit, occludatur. Quod enim inquit me nonnulla ideò toties repetere ut typographo carius Opus hoc venderem, apertum est mendacium, quod à conuiciatore alio, cuius Phaulostomos ille ouum est, quem ne cum laruis luctari videar, nominare nolo, didicit. Quod verò toties de Rha veterum monuerim, necessitate compulsus feci. Quum enim vulgata exemplaria è quibus hodie sua pharmacopœi componunt medicamenta, imò etiam græcus Nicolai codex interdum pro Rhapontico Rha barbarum nostrate substituant, committere nec debui, nec potui, quin passim eius erroris commonefacerem lectorem, ne temerè vnum pro altero vsurparet. Quod sanè consiliū nemo æquus rerum iudex improbare poterit. Quoties enim Galenus, & alij scriptores eadem docent, & repetunt, nulla alia de causa, quam ut illorum memoriam refricent, & animis legentium fortius imprimant. Quod quum illis nunquam à quouis bono & docto sit vitio datum, cur in me reprehenderet Phaulostomus nullam planè occasionem habuit. Sed placuit illi, ut calumniatorem decet, omnia deprauare. Quod igitur Phaulostomo meum consiliū haud probatur, non est cur aliquis miretur. Si enim

Calumnia

“ XII.

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

\* ij quod

APOLOGIA LEONHARTI FUCHSII

quod bonum ac laudabile est ab eo probaretur, nominis sui rationi parum re-  
sponderet. Non probari sibi quod Eupatorium Mesues statuum esse Dioscori-  
dis Ageraton, mirum non est. Secus enim a suo magistro, quem ἀναμάχτης esse  
iudicat, edoctus est, ut qui illud potius esse Gratiolam ei inculcauit. Nam eo es-  
se sensu præditum Phaulostomū, ut id quod semel didicit, etiam si falsissimum  
est, nunquam dediscere aut eius obliuisci velit, ex ijs quæ hæcenus diximus sa-  
tis constare arbitror. Quod autem Eupatorium Mesues sit Dioscoridis Agera-  
tum, primo nostrorum de stirpium historia cōmentariorum tomo docuimus,  
quos ideò cito, ut Phaulostomo magis stomachum moueant, qui reprehendit  
quod toties eorundem mentionem fecerim. Quanquā non ostentationis cau-  
sa hos nominauerim, sed ut imperitiis pharmacopœis ac medicis hac ra-  
tione consulerem, & ad agnoscendas herbas illis parum cognitās quasi viam  
struerem. Sed audiamus ultra conuiciantem Phaulostomon. Est, ait, magis  
Calumnia XIII. , inuectiuum quàm didacticum, magis Rhetoricum, vel potius Sophisticum  
, q̄ dialecticum scriptum. In docendo enim seruat illud Horatij præceptum:  
, Quicquid præcipies esto breuis, ut cito dicta. Percipiant animi dociles, tene-  
, anteq̄ fideles. Est enim veri doctoris munus ita rem explicare, ut cito percipia-  
, tur, & diu retineri queat. Fuchsius in aduersarium inuehitur, & de lana saepe ri-  
, xatur caprina, vnde medicinae tyrones turbantur, pharmacopœi implicantur,  
, & tanquam e labyrintho sese extricare nequeunt. Nihilominus gloriatur se  
, omnia perspicue & breuiter perstringere. Quis non videt sycophantam illum  
nihil in hoc meo opererelinquere, quod non suo fædo & immundo contactu,  
more Harpiarum ac venenato aspectu & halitu instar Basilisci contaminet, in-  
ficiat, & intoxicet. Nam inuectiuum scriptum appellat, in quo, semotis omni-  
bus conuictijs alienæ a veritate sententiæ improbantur. Cum Sophistica, quam  
perpetuo odio sum persecutus maximo, nihil mihi vnquam commune fuit.  
Horatij præceptum an in meis scriptis seruarim, sciunt qui ista legere dignati  
sunt. Utinam verò illud parcius obseruasse, & pleraq̄ copiosius explicasse,  
ita enim nunc opus haud esset multa illorum retexere, & auctiora reddere. Qua  
verò in ijs vsus sum perspicuitate, iudicent boni & eruditi, non improbus con-  
uictiator ille, mali corui malum ouum. An de re nihili disputationes inutiles vn-  
quam instituerim, itidem ad eruditorum refero iudicium, ut qui de me ambi-  
tiose loqui nec velim, nec debeam. Pharmacopœos pleraq̄ non posse assequi,  
facile Placostomo concesserim. Sed si expendat me non tantum illos docendos  
suscepisse, verumetiam medicos non satis rerum cognitione instructos, non  
habebit quod reprehendat, nisi Phaulostomos esse pergat. Decimam quartam  
Calumnia XIII. , calumniā hanc subiecit. Est etiam, inquit, non semel ambiguus & inconstans.  
, In quibusdam enim locis consensu communium codicum, in alijs verò suo græ-  
, co scripto codici innititur: quum latini codices saepe varient, & manci sint, græ-  
, cus non rarò mutilus & mendosus sit. Quando igitur vel illis, vel huic assenti-  
, endum sit, non definit, sed pro suo arbitratu sine regula pronunciat. Nunc pro-  
, bat cordi sententiam, sed tectè nunc improbat, verum apertè non sine contu-  
, melia ipsius. Adeò ut parum certi habere videatur, quod ijs qui absq̄ methodo  
, in particularibus progrediuntur, & affectu magis quàm iudicio feruntur vsu-  
, uenire solet. Ridiculum etiam est, quod Scillam & fructibus, & radicibus an-  
, numerat. Hæcenus Phaulostomos. Quod ad codicum tum græcorum, tum  
latinorum fidem attinet, non est cur nunc illi verbū reponamus, quum id ipsum  
in octauæ calumniæ depulsione abundè præstiterim. Mendacium autem est  
apertum, quod me non definire vtri sit assentiendum ait. Siquidem nunquam  
non vtrius verior sit lectio annotaui, eiusq̄ rei rationes passim adieci, nec quic-  
quam

quam

ADVERSVS IOAN. PLACOTOMVM.

quam temerè pronunciaui. Cordi opinionem vbi rectè sentit, vt probarem veritatis respectus mihi persuasit. Idem rursus vbi minus rectè censet, vt ab eius sententia discederem me compulit. Quid verò ineptius & magis ridiculum dici potuisset, quàm quod ille inquit me aperte Cordi sententiam sine ipsius contumelia haud improbasse? Si enim contumelia, vt sciunt latinæ linguæ periti, iniuria durior & asperior est, quomodo is qui alterius non rectè sentientis opinionem improbat, illum contumelia onerare potest? quum iure faciat vt malè sentientis opinionem declinet & ipse, & vt alij idem faciant moneat. Porrò quod Scillam fructibus annumeratam esse reprehendit, rectè facit. Atq; hoc nomine nobis laudandus venit, quod tandem veritatem vnicam hanc saltem dixerit, & esse calumniator desierit. Scilla enim nullum profert fructum, cuius gratia locum inter fructus habere debeat. Quod autem inter fructus à me numerata sit, id errore quodam factum esse fateor, vt qui me in seminum fortè capite esseratus illum incogitanter inseruerim, quo sanè in capite ipsi locus futurus erat commodissimus, quandoquidem Dioscorides eius seminis vsum in medicina aliquem esse literis mandauerit. Pergit Phaulostomus inquit. Non ostendit Fuchsius quò pertineat hæc de componendis medicamentis doctrina: num peculiaris medicinæ pars sit, vel ad aliam pertineat partem, nec quomodo, quare, & quando legi debeat, monet. In ipso verò Opere non raro negligit ordinem, & intempestiuè res profert. Exempli gratia, in primo libro in enumeratione simplicium, capitum singulorum seruat quidem ordinem literarum: in capitum verò distributione nullum seruat ordinem. In secundo libro nec literarum, nec rerum vllum seruat ordinem, nec cognationis rationem habet, neq; enim secundum alphabetum capita aut exempla distribuit, neq; à simplicibus ad composita magis progreditur. Neq; etiam cognata, vt pectoralia, hepatica, nephritica, hysterica coniungit. Adeò vt si quis velit querere descriptionem aliquam nisi indicem consulat, totius sectionis titulos percurrere necesse sit. Exempli gratia, lecturus descriptionem catapotiorum è Bdelio, totam sectionem catapotiorū euoluat oportet. Nam in fine ponitur. Idem facit in libris sequentibus. Ponit & hinc digestiua, vt vocant, post medicamina purgantia, contra ordinem naturæ. Hæc ille. Mirari autem satis non possum cur non piguerit, aut puduerit potius Phaulostomum has proferre ineptias? Quis enim vnquam sanæ mentis fuit, qui doctrinam de componendis medicamentis ad artem medicam pertinere dubitauit? Nam quum præcipuum artis medicæ munus sit vt sanet morbos, hi verò magna ex parte non nisi compositis sanentur medicamentis, quorsum illa doctrina nisi ad artē medicā pertineret, & ad eam sanè eius partem quæ morbos curat? Quod quum à Galeno etiam in ijs libris quos de curandis morbis inscripsit abundè sit demonstratum, non est cur illud hinc fufius doceamus. Quo vtiq; in loco etiam quomodo, quare, & quando ea doctrina legi debeat, ostendit. A me qui tantum medicamenta composita recito, & quomodo formulæ medicamentorum hodie vsitata conscribiæ componi debeant doceo, tale nihil requiri potest. Dein me neglecti ordinis insimulat, sed ita ridiculè, vt vix legens se à risu continere possit. Et profectò piget me ijs ineptijs diluendis chartam contaminare. Nugæ manifestæ sunt quod in primo libro nullum in capitum distributione ordinem me seruasse ait, quum primò folia, dein flores, tertio semina, quartò fructus, & sic deinceps alia omnia quæ in plantis naturæ ordine procreantur, iuxtaq; distributionem illam quæ in schemate proposita est, singula suis in capitibus commemorarim. In secundo libro literarum ordinem sequi consultum minimè videbatur.

Calumnia  
XV.

APOLOGIA LEONHARTI FUCHSII.

debatur. Rerum autem me nullum seruasse ordinem mendacium prioribus simile est. Nam cognationis quoque habita mihi ratio est. Nam singulas compositiones, eo quo Mesuæ usus est ordine recensui, quem præ cæteris, propter pharmacopœos qui eo assueuerunt, sequi volui. Cognationis autem rationem habuisse me hinc liquet, quod purgantia omnis generis medicamenta coniunxerim, serapia item, vnguenta, & emplastra, eo quo alij ante me ordine, commemorauit. Nec Cordum alio usum esse ordine omnibus constare arbitror, tamen non erat cur illum hoc nomine Phaulostomus reprehenderet. Fuchsius solus illi visus est idoneus esse, in quem suas calumnias euomeret. Si cognata de sententia Phaulostomi copulare voluissem, verbi gratia, nephritica, hepatica, & hysterica, nonne antidota vnguentis, & vnguenta serapijs mihi immiscenda erant? Fuissetque hac ratione querendi labor, quod vnum tamen fatuus ille culpat, multo difficilior. Mirum autem est, cur in catapotiorum ordine non aurea vocata recensere voluerit, ita enim diu querenda illi non fuerant, quod in hoc ordine primum occupent locum. Quid autem piaculi est, quod serapia & decocta post purgantia medicamenta posuerim, quum idem præceptor suus Cordus fecerit? Delictum planè nullum erat, si alius quispiam præter Fuchsum hoc ordine uti voluisset. Vt iam sole meridiano clarius sit, nunquam Phaulostomo illo ineptiorem, stultiorem, ac virulentiorum conuitiatorum reperitum esse. Sed quæ restant audiamus. Multa, inquit, habet non necessaria, ociosa, atque ab instituto præsentis aliena, imitans græcos Poëtas qui suas particulas expletivas habent, quibus deficientibus alijs numerum syllabarum complent, cuius generis sunt quæ sine necessitate ad nauseam usque repetuntur, & quæ in alijs scriptis plus satis pertractata sunt, vt de Poterio, de Nitris & Brabylis contra clarissimum Germaniæ medicum Ianum Cornarium, de medicamentis purgantibus contra Puteanum, quibus profectò non paucas explet chartas. Taceo logomachias, vtrum Hieralogodium, vel Hieralogadij, vtrum marciatum, vel marcianum legendum, vtrum syrupus è Prasio, vel Marrubio sit inscribendus, & similia quam plurima. In Diarhodo Abbatis explicat quid significat vox Abbas, nempe præsidem collegij. Deinde quales olim fuerint Abbates, & quod plurimum degenerauerint. Quæ etsi vera sunt, nihil tamen ad rem pertinent. Nihil conferunt vel ad medicamentum præparationem vel exhibitionem, interim non sine periculo ægrotantium negligit virium explanationem, nec eum offendit an hæc antidotus tot recipiens calida tuto exhiberi possit in omni calido morbo, in febre acuta & ardente, vt autor tradit, & ipse quoque in libris suis de curandis morbis temerè sequi videtur. Idem & in alijs similibus desidero. Hæc meherclè non ideò recito, vt exquisitiore confutatione indigere putem, sed potius vt hinc omnes quam ineptus, & iudicio omnino destitutus, quamque mihi planè iniquus sit, cognoscant. Cornario licuit integrum libellum de Nitris & Brabylis contra Fuchsum conscribere. In Fuchsio reprehenditur quod eius libelli argumenta obiter, & vt Græci dicunt, κατὰ τὸ πᾶν, refutarit. Quare rectè admodum se Cornarij errorum & furorum esse patronum innuit. In Poterio autem & Brabylis hunc hallucinatum fuisse, notius est, quam vt iterum à medici oporteat. In Nitro se errasse, metipse Cornarius in suis Emblematis in Dioscoridem fatetur. Tanto igitur odio aduersus me flagrat Phaulostomus, vt manifestum errorem tacite approbare maluerit, quam hoc in loco mihi nullum facere conuitium. Puteani de purgantibus medicamentis opinio falsa, & noua fuit, ideoque quum hanc peculiari apologia retundere noluissem, vt ad eam explodendam hoc loco aliquid saltem obiter afferrem, necesse fuit. Vocum legitimas explanationes inuestigare esse logomachias, præter hunc impudentissimum calumniatorem nemo vnquam dixit.

Calumnia  
XVI.

ociosa, atque ab instituto præsentis aliena, imitans græcos Poëtas qui suas particulas expletivas habent, quibus deficientibus alijs numerum syllabarum complent, cuius generis sunt quæ sine necessitate ad nauseam usque repetuntur, & quæ in alijs scriptis plus satis pertractata sunt, vt de Poterio, de Nitris & Brabylis contra clarissimum Germaniæ medicum Ianum Cornarium, de medicamentis purgantibus contra Puteanum, quibus profectò non paucas explet chartas. Taceo logomachias, vtrum Hieralogodium, vel Hieralogadij, vtrum marciatum, vel marcianum legendum, vtrum syrupus è Prasio, vel Marrubio sit inscribendus, & similia quam plurima. In Diarhodo Abbatis explicat quid significat vox Abbas, nempe præsidem collegij. Deinde quales olim fuerint Abbates, & quod plurimum degenerauerint. Quæ etsi vera sunt, nihil tamen ad rem pertinent. Nihil conferunt vel ad medicamentum præparationem vel exhibitionem, interim non sine periculo ægrotantium negligit virium explanationem, nec eum offendit an hæc antidotus tot recipiens calida tuto exhiberi possit in omni calido morbo, in febre acuta & ardente, vt autor tradit, & ipse quoque in libris suis de curandis morbis temerè sequi videtur. Idem & in alijs similibus desidero. Hæc meherclè non ideò recito, vt exquisitiore confutatione indigere putem, sed potius vt hinc omnes quam ineptus, & iudicio omnino destitutus, quamque mihi planè iniquus sit, cognoscant. Cornario licuit integrum libellum de Nitris & Brabylis contra Fuchsum conscribere. In Fuchsio reprehenditur quod eius libelli argumenta obiter, & vt Græci dicunt, κατὰ τὸ πᾶν, refutarit. Quare rectè admodum se Cornarij errorum & furorum esse patronum innuit. In Poterio autem & Brabylis hunc hallucinatum fuisse, notius est, quam vt iterum à medici oporteat. In Nitro se errasse, metipse Cornarius in suis Emblematis in Dioscoridem fatetur. Tanto igitur odio aduersus me flagrat Phaulostomus, vt manifestum errorem tacite approbare maluerit, quam hoc in loco mihi nullum facere conuitium. Puteani de purgantibus medicamentis opinio falsa, & noua fuit, ideoque quum hanc peculiari apologia retundere noluissem, vt ad eam explodendam hoc loco aliquid saltem obiter afferrem, necesse fuit. Vocum legitimas explanationes inuestigare esse logomachias, præter hunc impudentissimum calumniatorem nemo vnquam dixit.

Quare

ADVERSUS IOAN. PLACOTOMVM.

Quare hanc calumniã pluribus non retundam. Monachorum nostri temporis, etsi ad institutum nihil pertinet, mentionem non sine causa feci. Volui enim aliquod meum apud posteritatem extare testimonium, quo declararem istorum inutilium terræ ponderum, & benefaginatorum de grege Epicuri porcorum me acerrimum fuisse hostem, horumq; pestilentissimum dogma cane & angue peius me semper odisse. Quod autem hæc antidotus <sup>siæ pō d'ōp</sup> tot recipiat calida medicamenta, me nunquam, ingenuè fateor, offendit, quod eius rei causam scirem, quam in altera illa aditione priusquam me Phaulostomus mōneret, impulsus ab alio aequè imperito medico, adieci. Progrediamur in calumniarum enumeratione. Est, ait, planè opus imperfectum, ac neq; Medicis, neq; pharmacopœis sufficit, & sicut multa habet ociosa, ita multa necessaria non habet. Promittit se facturum satis simul & Medicis & pharmacopœis, quum profectò nemo ex eo pharmacopœus, aut rationem dextrè tractandi medicamenta haurire possit. Idem de medicis quoq; iudico. In medicamentorum compositione, quantum ad pharmacopœam attinet, tria tenere necesse est. Primum, vt qualia oportet simplicia sumantur. Deinde, vt iusto pondere socientur. Tertio, vt cuncta ritè misceantur, iungantur, atq; asseruentur. In prioribus satis diligens est Fuchsius, quanquam multa silentio præterit. Posterius admodum leuiter attingit. Medico verò longè alia considerata veniunt. Verbi gratia, in medicamentis purgantibus primum omnium quem vel quos humores purgent, id non tantum titulo autoris aestimandum, sed multò magis ex ingredientibus, vt vocant, ratiocinandum. Deinde à quo potissimum membro, & quare. Quare pilulæ ex Hermodactylis noxios ab articulis purgent humores. Quare pilulæ Cochiae caput purgent. Tertio quantum sit exhibendum, vt non solum qualia, sed etiam quantum purgari oportet, purgetur, vt ægroti iuuentur, non lædantur. Quarto, quando, quo tempore diei, quo tempore morbi pharmacum purgans sit exhibendum. Quinto per se, vel cum alio mixtum, & dilutum, calidè an frigidè. Talia Fuchsiū docere par erat, & lectorem vtili doctrina attentum retinere non alienis turbare, & molestia afficere. Verum is quod ad medicos attinet optima quæq; omittit, non Methodum iudicandi de compositorum medicamentorum facultatibus ex simplicibus tradit, quum tamen absq; regulis iudicium de exemplis fieri non possit. Non docet veram rationem alia componendi medicamina, non ostendit temperamenta compositorum, non gradus temperamentorum ipsorum, non explicat causas facultatum attributarum, quod proprium est medici rationalis, non pondus, non tempus, non modum. Quomodo igitur perfectum opus esse potest. O egregium methodi magistrum, qui omnia miscet, & vno in loco tractanda esse censet, secus atq; Galenum, optimum methodi artificem fecisse constat. Is enim seorsim & peculiari opere simplicium medicamentorum facultates explicauit. Proprio quoq; in libello quos humores purgare oporteat, declarauit. Qualia & quantum, & quare, & quo tempore, item an per se, vel cū alijs mista sint exhibenda, in libris de medendi ratione inscriptis docuit. Componendi verò eorundem rationē proprijs de ea scriptis libris ostendit. Hunc ego sequi volui, non vesanū illū & omnis methodi perturbatorē Phaulostomū. Simplicium enim medicamentorum facultates plixo opere de stirpiū historia inscripto docui. Item in ijs cōmentarijs quos in libros Galeni de simpl. medic. facul. scripsi. Alia quæ Phaulostomus requirit, partim in Institutionibus, partim in medēdi libris, singula nimirū suo in loco, optimo ordine tradidi. Fatuus ille, vt est omnis methodi ignarus, tale opus esse perfectū censet, in quo hoc omnia docent, quale nullū ynq; apud veteres, aut etiā recentiores, qui methodi saltē cognitionē habuerunt, reperiet. Siquidē ij id vnice studuerūt, vt singula suis in locis tractarēt, nō

Calumnia  
XVII.

APOLOGIA LEONHARTI FUCHSII

Calumnia  
XVIII

confuse omnia miscerent. Sed non meretur Phaulostomus, ut in re doctis omnibus nota pluribus refutetur. In hoc Opere id meum institutum fuit, ut qua possem breuitate componendi medicamenta rationem hodie vsitatam, quæ res partim ad pharmacopœos, partim ad medicos spectat, docerem. Id me præstitisse, eruditi inficias haud ibunt. Phaulostomi, hominis methodi omnis expertis, iudicium nihil moror. Quare vltimam calumniam subnectemus. In toto, inquit, Opere magis verbis quam rebus explicandis intentus est, quum rerum cura potior esse debeat, quam verborum. Non autem improbo studium proprietatis sermonis, sed superstitiosum vocabulorum delectum & accommodationem dictionum barbararum ad Grammaticæ præcepta latinæ. Quamquam hæc quoque tolerari possent, si res sufficienter explicaret. Postremò quædam etiam in compositionibus autorum sine exemplis, sine iudicio mutat, nunc addendo, nunc auferendo, nunc aliud pro alio supponendo: sicut pro Camphora nunc Nymphææ flores, nunc, neque enim sibi ipsi satis constat, succum Sedi maioris ponit, quod ab interpretis officio alienum est, cuius munus est non quicquid videtur verum exprimere, sed sententiam scriptoris exponere etiam si falsa sit. Et quum hoc tanquam peculiare vitium Cordo attribuat, parum honorificum est ipsum idem committere quod in alio reprehendit, iuxta illud Catonis. Turpe est doctori si culpa redarguit ipsum. Et hæc postrema calumnia est eiusmodi, ut hinc clarè conspiciant omnes, Phaulostomum communi sensu destitutum esse. In priore enim calumniæ parte de verborum cura sic differit, ut nesciat metipse quid dicat. Proprietas sermonis, seu vocabulorum legitimus vsus & delectus, si vspiam necessarius est, in compositionibus medicamentorum certè necessarius est, ne scilicet adulterina pro veris & legitimis inseramus. Quod ad Caphuram attinet, quum hanc calidam esse, quod etiam Phaulostomus affirmat, constet, & ea Nicolaus & alij perpetuò pro frigido medicamento suis compositionibus miscuerint, rectè quidem & iudicio pro illa Nymphææ flores, aut Sedi succum substitui. Nec est cur ob id mihi non satis consistare inferat, quum vtrunq; medicamentum quod à me substitutum est refrigerandi & siccandi facultatem, qua illi quos nominaui donatam esse Camphoram suam putabant, habeat. Scriptoris sententiam passim exposui, & meæ substitutionis nunquam non rationem adieci, adeò ut maliciòse & falso, quemadmodum in alijs omnibus, hoc in loco Phaulostomus me accuset. Res fiat calumniarum catastrophe. Hæc sunt, ait, capita eorum quæ in Fuchsio in hoc scripto à me desiderantur, & ad quæ obseruationes meas tanquam ad præfixum scopum assidue dirigam. Miror talia à collegio medicorum suorum ad quod prouocat non esse animaduersa, sed simpliciter quasi aliquod Delphicum oraculum comprobata ac pharmacopœis istius amplissimæ ditionis ad tam imperfectum Opus edicto seuerè adstringi. A Fuchsio autem etiam atque etiam contendo, ut pro sua humanitate candorem meum in iudicando de scripto suo boni consulat, quum ipse quoque de aliorum lucubrationibus liberrimè iudicare soleat. Hæc ille. Collegas meos, quod antea dixi, huic contentioni nostræ, utpote ad quos illa nihil pertinet, miscere minimè debuit. De quibus in præsentia id subieciisse satis est, eos esse prudentiores, doctiores, & circumspetiores, quam ut ea inter errores connumerent, quæ à veritate haud disident. Id potius est calumniatorum, inter quos Phaulostomus primas tenet, munus. Quo autem candore in iudicando de meo hoc scripto vsus sit Phaulostomus, ex hac mea appèdice omnib: abundè innotuisse arbitror. Dispereã enim si vllò in loco scintilla aliqua candoris appareat, imò vel apertis, ijsque non leuibus cõtumelijs

me



*ADVERSVS IOAN. PLACOTOMVM.*

me affecit, vel calumniosè mea dicta omnia deprauavit, & in alienum sensum detorsit. Sin verò, quod falsò fingit, mecum de prædictis rebus semotis conuictijs ac criminationibus candidè conferre, nec me suis contumelijs apud collegas meas deformare voluisset, illi vicissim humaniter, amicè, ac modestissimè respondiissem, singulorumq; in quibus meam sententiam improbat causas illi exposuissem, vt nihil in me amplius desiderare potuisset. Quum itaq; prior me ita conuictijs suis irritauerit, vt modestæ ac amicæ collationi nullum mihi reliquerit locum, suæ temeritati imputet, si paulò durius à me in hac appendice sit exceptus. Hortor illum insuper, vt sua potius edat, quàm vt in aliorum scriptis sugillandis ac cauilandis oculatum se fuisse, suo maximo malo, ostendet.



ORATIO

ORATIO DE VITA ET MORTE CLARISSIMI  
VIRI, MEDICI ET PHILOSOPHI PRÆSTAN-

tissimi, D. Leonharti Fuchsi, artis medendi in  
Academia Tubingensi Professoris  
doctissimi.

A DOCTISSIMO VIRO GEORGIO HIZLERO, GRÆCA-  
rum & Latinarum literarum in eadem Professore  
habita & scripta.



**M**AGNOPERE vellem, vel cuperem potius: Reflor magnifice, Comites & Ba-  
rones generosi, clarissimi Doctores, Auditores nobilitate generis, eruditione &  
virtute ornatissimi: Maxime, inquam, cuperem, Deus Opt. Max. fecisset, vt cla-  
rissimum virum Leonhartum Fuchsum, Medicum & Philosophum præstantis-  
simū, in inelyta hac Schola valentem potius videre, & de hoc loco sæpe multumq̃  
adhuc dicentem audire potuissemus: quàm vt eundem mortuum desideraremus, & pro vetusto  
& iam olim recepto more oratione publicè ornaremus. Ita enim nos, patrono & præceptore, sum-  
mis animi & corporis dotibus ornatissimo, orbatu non essemus: Respub. præsidio salutari & præ-  
claro ornamento non esset spoliata: Senatus haberet eum virum, qui annis triginta fuit collega  
consuetudine iucundissimus, officio amicus coniunctissimus, socius in dandis accipiendisq̃ con-  
silijs fidelissimus. Sed quia ab immortalis Deo, omnia optimè regente & gubernante, is nobis,  
Scholæ, & Reipublicæ ereptus, & ex hac ærumnosa vita in cælestem patriam euocatus est: nos  
miseriam nostram deploremus: felicitatem, qua iam in sempiterna vita, cum omnibus cælesti-  
bus ciuibus fruatur, ei impeditam non velimus: ad res præclaras & egregias eius exemplo nos  
excitemus: memoriam denique sempiternam, cum summa pietate, obseruantia, & celebratio-  
ne laudum & virtutum ipsius amplectamur, conseruemus, illustremus. Qua sanè voluntate  
& consilio Senatus huius Scholæ, in hunc celeberrimum literatissimorum hominum conuen-  
tum sum progressus. Doleo autem, & doleo vehementer: orationem meam illius virtutibus  
nullo modo adequari posse. Tot enim, & tam præclaræ fuerunt: vt vel optimus Orator, si eas  
non dico ornare verbis, sed pro dignitate enarrare conetur, defatigari posset. Ego verò liben-  
ter agnosco, libenter etiam fateor: ingenium in me admodum esse exiguum, exercitationem di-  
cendi penè nullam: iudicium ita tenue: vt in hac clarissimorum hominum corona, de tanti  
viri laudibus, sine pudore dicere non possim. Veruntamen cum hoc imbecillitati meæ, non ma-  
litiæ sit tribuendum: vos humaniter de me iudicaturos: hanc meam qualemcunq̃, operam pro  
vestra beneuolentia singulari in optimam partem accepturos: meq̃ pauca quædam de præcipuis  
huius viri, de vniuersa re Medica optimè meriti, ornamentis dicentem (in quo omnis hac mea  
versabitur oratio) benignè audituros spero atq̃, confido: præsertim cum me officiosè, piè, & obe-  
dienter facere intelligatis. Porrò, vt à principio omnia repetam: quo alios, qui præclarus id  
possunt, quàm ego, excitem, illiq̃ habeant, in quo stylum suum exerceant: natus fuit Leonhar-  
tus Fuchsius Wendinge, quod Rhætia est oppidum, pulcherrimo loco situm, ad ditionem Du-  
cum Bauariae pertimens: anno salutis humanæ, supra millesimum quingentesimum primo. Pa-  
trem habuit Ioannem, ex patre consulari eiusdem nominis generatum: Matrem verò Annam,  
è Dentenorum consulari etiam familia natam. Semper ea familia ab omnibus ciuibus honesta-  
tis studiosa est habita. Vterq̃ parens amans virtutis, pietatis, & religionis fuit: imprimis mater,  
probatis moribus & nota atq̃, testata prudentia omnibus fuit commendata. Ac quoniam similes  
sui filios, parentes boni esse volunt: filium etiam optimè institui, & ad religiosam pietatem eru-  
diri cupiebant. Nam, vt Philosophus testatur: ἡ μὲν γὰρ διαφύλαξις τῶν ὀντων ἐν νεότητι ἀπὸ παιδείας  
& ἀπὸ τῶν ἀμειλιχῶν μαθητῶν ἔστι τῶν ἀγαθῶν: non parum refert, hoc aut illo modo statim à pueris assuescieri: sed  
plurimum: imò verò in hoc sita est omnis vis. Itaq̃, cum primùm infantia anni præterisset: & ad-  
uentare pueritia inciperet: mater honestissima mulier, ad literarum Magistrum filium deduxit.  
Pater enim mortuus est, cum annum filius ageret quintum. Primum autem studiorum tempus in  
patria consumpsit. Fuerunt illis temporibus inauspicati labores discipulorum. Cum enim illi, qui  
ætatem puerilem informabant, in docendo rationem sædam, varietate vagam, obscuritate diffici-  
lem, sequerentur: fiebat, vt pueritia, docta, erudita, & eleganti institutione careret. In illa tamen  
conturbata docendi ratione, regularumq̃, & præceptionum multitudinem vasta, eiusmodi ingenij  
acumen in puero elucebat: vt magnā de se spem præberet omnibus. Quò magis reprehendendi sunt  
illi, qui hodie in tanta rerum omnium ad discendum occasione & facilitate, in summā negligentiam  
incurrunt: nec naturā suam artibus ingenuis erudiri patiuntur. Paulò post literarū studia aliquo  
modo à barbaris Magistris, et informatione sæda, vindicari cœperūt. Ideo cum literarū ludus Hail  
brunnensis

## D. LEONHARTI FUCHSII.

brunnensis præ cæteris celebraretur: eiq; præfesset vir bonus, bonarum artium Magister, Conradus nomine: ad pleniorum ingenij cultum, cura matris ac propinquorum, anno ætatis decimo missus est Hailbrunnum, quæ ciuitas est Imperij. Habebatur is Magister, pro illorum temporum conditione doctus: & certè eius integritatem, & in docenda iuuentute assiduitatem & fidem, multi prædicabant. Hic in cæteris auctoribus, quos explicabat, Terentij optimi Latine linguæ auctoris Comædias, & Horatij odas in schola sua interpretabatur. Eo in loco ita se gessit Fuchsius: vt & Magister ingenium eius laudaret, & alij mirarentur. Annum versatus in Schola Hailbrunnensi, Erphorasiæ Turingiæ ciuitatem est missus: atq; in ludo, qui à D. Maria virgine nomen habebat, quod literarum studia in eo florent, dicendi artes, & varia Poëtarum genera, magna diligentia & fructu audiuit. Sub hac disciplina cum annum & sex menses mansisset: ita ingenium & diligentiam suam omnibus approbavit: vt dignum iudicaret, qui ad præstantiores Magistros mitteretur. In hoc enim primo studiorum cursu, initio statim egregia quædam indoles in eo apparuit: acumen in percipiendis præclarum: ardor in dicendo talis: vt omnibus singularis & eximia virtutis & doctrinæ spem afferret. In publicam itaq; eiusdem ciuitatis Scholam (Academiam vocant) se contulit: in qua exiguo tempore tantum in literis & pietate profecit: vt Baccalaureus (quo nomine honorum initia in Academijs appellantur) fieret: eamq; de se opinionem commoueret, vt alijs quoq; docendis idoneus haberetur. Quare in patriam reuersus: consilio amicorum & cognatorum ludum aperuit. Quod munus Fuchsio ideo demandabatur: vt studijs suis patriæ seruiret: sibi verò nomen compararet. Ac certè magna fide, diligentia, assiduitate, auditorum fructu, in patriâ officioso annuum cum dimidio est functus. Cæterum cum studium discendi ardens, & ambitio honesta, hortaretur eum: vt ad maiores dignitatis gradus contendendum sibi iudicaret (ad maiora enim natum fuisse euentus docuit) Ingolstadtum ad ampliorem ingenij cultum capiendum est profectus: anno salutis humanæ supra mille quingentos decimo nono: quo anno Carolus Austria Princeps, & Hispaniarum Rex, Romanorum Imperator est electus, annos vndeviginti natus: Mensis Iunij die vigesimo octauo: quo die Alexander Magnus à vita discessit Babylone, anno ætatis trigesimo secundo, ante Christum natum trecentesimo vigesimo tertio. Illo tempore totum se artium & Philosophiæ studijs addixit. Floruerunt eodem tempore Ingolstadt præ cæteris Ioannes Capnion: qui, quod vir bonus, pius, & trium principalium linguarum, Latine, Græcæ, & Hebræicæ, peritissimus esset: à Monachis & horum propugnatoribus grauissimè vexabatur: itemq; Iacobus Ceporinus, tribus etiam linguis vir eximie doctus. Hos præ cæteris audiebat, obseruabat, colebat: tum quod magnam horum nomen in viris doctis esset: tum quia intelligeret, eos rectè de literarum studijs iudicare. Sæpe hi de conturbata & fœda multorum docendi via dicere: errores longè lateq; diffusos exponere & in generali ruinam diuini cultus demonstrare: temporum morumq; vitia indicare: sæpe optare & monere, vt Scholæ & Ecclesiæ rectè constituerentur & emendarentur. Horum consilio & auctoritate permotus: ad Latine linguam & Philosophiæ studia, literas Græcas, Fabium & Ciceronem imitatus, adiunxit. Voluit enim præstantissimi auctores veriusq; linguæ peritiam esse coniunctam. In his omnibus tantis breui tempore progressus fecit: vt Magistri liberalium artium titulum atq; insignia assequeretur. Factum hoc est decimo septimo die Ianuarij, anno salutis humanæ supra mille simum quingentesimum vigesimo primo: quo Lincij Ferdinandus Austria Princeps, Ludouici Vngariæ Regis sororem, Annam duxit in matrimonium: Solimannus Turcarum Imperator Belgradum (olim Taururum, hodie Alba Græca vocatur) Vngariæ propugnaculum cepit. Hisce temporibus maximus Theologus Martinus Lutherus, excitatus concionibus Pontificiorum declamatorum, cum scribere incepisset: Religio ad veritatem est reuocata. Fuchsius, quoniam optimum & salutare studiorum atq; doctrinæ genus id esse iudicabat, quod suam industriam & progressus ad religionem & pietatem aggregaret: Luthericæ etiam libros legere voluit. Ex his cum cognouisset: non quibuslibet hominum doctrinis habendam esse fidem: sed omnia expendi oportere: præterq; eam doctrinam, quæ sit à Prophetis & Apostolis relicta, non esse recipiendam aliam: Pontificum præstigijs animaduertere et odisse, & maturè amore veritatis, & reslorescentis doctrinæ flagrare cepit: cuius rei postea documenta præclara dedit. Factus bonarum artium Magister, medendi arti perdiscendæ operam dedit, cuius Doctoribus & Professoribus diligentem assiduamq; auditorem atq; discipulum se præbuit: ita tamen, vt Græcarum literarum studia, à quibus Medicinam originem desumpsisse non ignorabat, coleret semper & amplecteretur. In hoc studio tantum breui tempore consecutus est: vt & hanc linguam optimè calleret: & ne interpretes sequeretur, scriptores Græcos ipse legeret, vt sua lingua ipsos loquentes quasi audiret. Hac ergo diligentia, hoc instituto, hac assiduitate, magnam doctrinam paucis annis sibi comparauit: quam quotidiano labore, exercitatione, atq; constantia ita auxit: vt solenni more honores, quos Doctores vocant, anno supra mille quingentos vigesimo quarto, calendis Martij, consequeretur. Atque ita paucis annis, per omnes Scholasticos honores ascendendo, omnibus est ornatus: & ita ornatus: vt non mane nomen haberet: sed doctrinam

firmam

## ORATIO DE VITA ET MORTE,

*Erinam præclaram, eruditionem excellentem, laboriosissimo literarum studio comparatam. Porro cum magni ingenij excellentisq; animi sit: studia sua ad utilitates publicas & hominum salutem referre: Doctor noster, ut & ipse multos iuuaret, Monacum, Bavaricæ ditionis ciuitatem, est profectus: vbi maxima dexteritate, & multorum salute, artem medendi factitauit. Hoc tempore de vxore ducenda, quæ rei familiaris curam gereret, deliberare cepit. Etsi enim ita inde ab adulescentulo vixisset: ut liber ab omni cupiditate & libidine semper esset visus: nec de eius temperantia & continentia boni viri dubitarent: tamen cum vitam cælibem grauibus de causis improbaret: amicorum consilio, primam vxorem, Annam Fridpergeram duxit: puellam virginem honestissimam, natam honesto loco, benè educatam, cum qua in matrimonio castissimo annis multis coniunctissimè vixit: & vtriusq; sexus liberos suscepit decem, filios quatuor, & sex filias. Paulò post Monaco relicto, rursus Ingolstadium se contulit: & quia cupidissimus literarum erat: & quia eius opera ad docendam medendi artem expetebatur. Venit Ingolstadium anno salutis nostræ millesimo quingentesimo vigesimo sexto: die vigesimo tertio mensis Maij. Hoc suscepto munere, cum biennium Ingolstadij docuisset summa cum fide ac diligentia: ab illustrissimo Principe, Georgio Marchione, ad exercendam medicinam, honorifico salario Onoltzbachium accersitus fuit: anno supra mille quingentos vigesimo octauo, die decimo octauo mensis Maij. Vfus est multùm eius opera & consilio, motus fama viri, & re ipsa confirmatus, is, de quo dicimus, Marchio. In curando enim eam diligentiam & industriam adhibuit semper: ut Deo fortunante iuuaret plurimos. Non possum silentio hoc loco præterire, quod memorabile videtur: ex quo eius in curando industria apparebit. Anno salutis humanæ supra millesimum quingentesimum vigesimo nono, quo Turci Viennam Austria obsederunt: nouum genus morbi Germaniam inuasit. Homines enim sudore pestifero affecti, intra vigesimam quartam horam, aut ex hac vita demigrabant: aut, si virus exudassent, valetudinem pristinam paulatim recuperabant. Ea grassante lue, quia remedium multis erat incognitum, multa perierunt millia. Illo tempore Medicus hic noster, Dei æterni propitio fauore, pro sua solertia, vitam multorum conseruauit. Ex quo, non tantùm fauorem & charitatem multorum, sed laudem quoq; & admirationem à præstantissimis ea facultate viris est adeptus. Morbus ille vulgò dicebatur sudor Anglicus. Nam Henrici septimi Britannicæ Regis primo, qui fuit salutis humanæ supra mille quadringentos nonagesimus sextus, eadem lues insulam illam inuaserat. Ita autem eo in loco medicinam exercebat: ut literarum studia nunquam intermitteret. Cum enim studijs & laboribus suis non solùm principi & presentibus prodesse vellet: verùm etiam alios iuuare cuperet: medicinam scriptis multis in lucem emisit, tum illustrare cepit. Extant eius lucubrationes vtilissimæ, annis illis quinq; quibus Onoltzbachij cum Marchione fuit, ab eo scriptæ, quæ valde probantur doctis: quas hic recensere non alienum videtur: ut intelligatis ipsum maturè medendi artem illustrare cepisse. Sunt autem hæc, dum Onoltzbachij fuit, ab eo scripta: Compendiaria ac succincta admodum in medendi artem ἀσκησις siue introductio: Liber sextus Epidemiorum Hippocratis è Græco in sermonem Latinum translatus, cum commentarijs luculentissimis: Apologia aduersus Hieremiam Triuerium Brachelium Medicum Louanensem, quæ monstratur, quòd in viscerum inflammationibus, pleuritide præsertim sanguis è directo laborantis lateris mitti debeat: Paradoxorum Medicinæ libri tres, in quibus multa, à nemine hætenus prodita, Arabum atatisq; nostræ Medicorum errata confutantur: & obiter Sebastiano Montno Medico Riuoriensi respondetur. Sub idem tempus gubernatio Academicæ Ingolstadiensis, clarissimo Iureconsulto Leonharto Eccij, à Guilhelmo Bavaricæ duce, commissa fuit. Is, quòd Fuchsum Medicinæ virum peritissimum iam antè cognouisset, effecit: ut iterum ad docendam Medicinam vocaretur. Factum hoc est anno supra mille quingentos trigesimo tertio. Sed eò cum venisset: quòd missarum nundinationes improbaret: & Euangelij doctrinam sanam, quam ex nostrorum scriptis didicerat, & in qua Onoltzbachij confirmatus fuerat, maxima constantia profiteretur: & Cænam integram, vel, ut loquuntur, sub vtraq; specie, omnibus communicandam iudicaret: docendi munere fungi non potuit. Etsi enim illis, qui Ingolstadij tum erant, hominis excellens eruditio cognita, isq; ea institutus disciplina erat: ut bonorum gratias iam antè sibi conciliaffet: habuit tamen propè omnes, quòd humana potentia & pontificia tyrannide niterentur, & magnoperè confiderent, importunos: præter Leonhartum Eccij Iureconsultum, qui eum defendebat: tum quia virum doctissimum esse sciret: tum quia iniustissimam causam mimicitiarum vel potius odij, esse animaduerteteret. Nihil enim aliud ipsos ad maleuolentiam prouocarat: quàm quòd firmus & immotus in doctrina Euangelij pura defendenda persisteret: eos summo studio & diligentia ad eandem hortaretur: ad correctionem vitæ morumq; commoneret. Saluberrimum consiliùm hoc fuit. Sed plus apud eos superstitio & cupiditas ad odium valuit: quàm ad amorem & obseruantiam, tanti viri eruditio & doctrina. Itaq; cum turbulentis consilijs oppugnare optimum virum non cessarent: & seditiosis clamoribus rem agerent: Fuchsius mendacio atque adulationi, libertatem & veritatem magno etiam suo periculo*

D. LEONHARTI FUCHSII.

periculo ante posuit. Eodem ergo anno, quo redierat, iterum discessit Augusti mensis die nono. Prima namq. viri boni laus est, mortem pro religione, si necessitas postulet, oppetere: proxima excedere ijs locis, in quibus sine impietate consistere non licet, & emendatio vitiosa disciplina atq. doctrina præfractè recusatur. Sed vt reuertar, vnde nonnihil digressus sum, Fuchsius Ingolstadio cum discessisset, Onoltzbachium iterum, à Marchione vocatus, se contulit. Vnde quòd oppido pestilentia malum esset infestum, mox Culmbachium, cum Friderico Marchione seniore, patre Georgij, reliquaq. Marchionum familia, cum suis se conferre coactus fuit. Ibi vltra annum commoratus, redijt Onoltzbachium, anno supra mille quingentos trigesimo quarto: quo Rex Persarum (Sophum vocant) duplici clade Turcos in oriente affecit. Haclenus breuiter commemoravi, quæ Wendingæ, Hailbrunni, Erphordia, Ingolstadij, & apud Marchionem egerit Fuchsius: restat, vt reliqua vitæ, à qua maximarum & amplissimarum virtutum exempla peti possunt, cursum enarremus. De qua rogo vos, vt me pauca dicere æquo animo patiamini. Ad hoc ipsum ferè tempus illustrissimus Princeps D. Ulricus celeberrimæ memoriæ, nostri Principis pater, recuperata iam ditione sua, Pontificiam superstitionem repudiare & abolere, & Ecclesias iuxta verbi diuini præscriptum constituere cepit. Ac quoniam cognouerat, veram Religionem miris subinde artibus & machinis aduersariorum oppugnari: ea, qua sapientia fuit, facile vidit: ditioni suæ florentissimæ, nisi præcaueret, paulatim defuturos non Theologos modò, sed Iureconsultos etiam, Medicos, cæterarumq. disciplinarum Professores, quæ hominum genera semper necessaria sunt Rebus publicis. Itaq. vt aliquod esset remedium contra mala, quæ impendere videbantur: accersitis viris doctissimis, & conductis honorificis salarijs, Academiam hanc nostram auxit, cum lauit, ornavit. Illo tempore, cum Medici nostri virtus & doctrina excellens, publica fama commendaretur: optimus Princeps eius quoq. operam liberali salario condixit: & suæ Academia adiunxit: à quo tempore semper eum benignissimè est complexus Princeps. Patris vestigijs filius etiam, illustrissimus, & præstantissimus pietate, virtute, sapientia Princeps, D. Christophorus, dominus noster clementissimus, insistens: propter viri doctrinam, multarum rerum experientiam, inq. iudicando prudentiam, Fuchsiũ dilexit & magnificè, neq. solum in primis Medicis habuit, sed eius etiam salariũ amplificauit. Quo etiam tempore summus Theologus Ioannes Brentius Hala Sueuorum, vt de Academia constitutione, eo etiam præsentè delibaretur, ab eodem Principe Ulrico est accersitus. Huius annua opera & Ecclesiæ & Scholæ utilis & maximè salutaris fuit. Sed de illo hoc loco plura non dico: ne alijs dicere adulanter, alijs blandiusculè videar, tamet si verè. Cum Tubingam venisset Fuchsius, (venit autem eò mensis Augusti die decimo tertio: anno salutis nostræ millesimo quingentesimo trigesimo quinto) & munus suum in Scholâ suscepisset: celeriter consecutus est multorum admirationem: & hæc Academia cepit tunc mirabiliter frequentari & celebrari: tum propter alios doctissimos viros, (ex quibus nonnulli in hoc publico sunt conuentu,) tum propter hunc Medicum nostrum præstantissimum. Nam, Deum immortalem, quàm amans honestatis, religiosæ pietatis, & celestis veritatis semper fuit? Quæ animi magnitudine & constantia? Quo studio, diligentia, assiduitate, in docenda iuuentute? Quàm exquisita optimarum literarum cognitione & doctrina? Quàm studiosus Reipublicæ? Quæ mentis integritate? Quæ fide, & consiliorum prudentia in negotijs publicis? Si conarer omnia persequi, me non solum tempus, sed etiam vires deficerent. Xenophon, Plato, & alij commentarios quosdam de illis, quæ Socrates egit, quæquæ dixit, confecerunt (ἀπομνημονεύματα vocarunt) vitia profectò, & omnium cognitione digna. Sed si omnia Medici & Philosophi nostri dicta atq. facta colligerentur: cum Socratis consilijs componere vsu, prudentia, religiosa pietate, non dubitarem. Sunt enim nostris temporibus, & Ecclesiæ Christi accommodatiora. Etenim si virtutes, quæ in Philosopho & Medico Christiani nominis inesse debent, considerentur: an non tales illæ in eo extiterunt: vt non apud nos, & in Germania solum: verum etiam apud exteras gentes & nationes in regionibus remotis, sint notæ? Vt enim à Religione & pietate erga Deum (vnde tanquam ex fonte, omnis veræ virtutis & sapientiæ principium dimanat,) initium sumam: Religione veræ & pietate nihil habebat prius Fuchsius, aut antiquius: huius amore sic flagrabat, vt semper eam admirabili constantia colendam statueret: ab hac in omnibus actionibus principium sumebat: huic primam, huic postremam diei horam tribuebat: Contrariam veræ pietati doctrinam, non verbis tantum, sed reipsa etiam condemnabat, etiam tum, cum esset summum periculum. Præclarè Metellus dixisse fertur: Improbè facere, proprium esse sceleratorum hominum: Rectè agere, si absit periculum, aut utilitas etiam inuitet, commune bonis cum malis: Laudabiliter autem facere, quando cum facto honesto periculum aut incommodum coniungitur, peculiare esse bonis & fortibus viris. Laude digna Metelli oratio. Virtus enim ijs exercitationibus nitescere vult: quæ cum molestijs societatem habent, atque cum periculo sunt coniuncta. Eadem laus nostro etiam Medico rectè tribuitur. Non enim solum in pace, otio, & reipublicæ tranquillitate, veræ pietatis studiosissimus fuit: sed & in saeuissimis tempestatibus & fluctibus, puram doctrinam, in qua institutus, & sacrorum librorum

):( lectione

## ORATIO DE VITA ET MORTE,

lectione confirmatus erat, palam est professus, ac acerrimè propugnauit. Testis est constantia Ingolstadiensis. Testes sunt superiorum temporum, post bellum sociale, perturbationes & periculosi motus. Testis est liber ille, nescio, quorum mercenaria opera confectus, vulgò Interim dictus: quòd præscriberet, quid interim, dum Concilij decreta publicarentur, seruandum esset illis, qui falsam doctrinam, vitiosos cultus, atq; ritus in suis Ecclesijs sustulissent. Hæc formula cum vrgeretur tum minimè clementer: multi, in primis Ecclesiæ Doctores, qui eam, quòd contraria veritati, & ex mendacijs, & horrendis nominis diuini contumelijs constata esset, non approbabant, miserè afflicti & vexati fuerunt: alij loco moti, alij eiekti, alij reuincti catenis in custodiam dati. In his quasi procellis, studijs hominum huc illuc inclinantibus, animisq; formidine concussis & occupatis: Fuchsius noster, vt initio Euangelij doctrinam Ingolstadij maxima constantia professus fuerat: ita & tum, in ista, dico, tempestate, nullius periculi terrore vel metu induci potuit: vt de veritatis celestis & sanæ doctrinæ studio quidquam remitteret. Erat enim robore animi, & constantia singulari munitus: & tam in rebus aduersis, quàm secundis, in hincera doctrina defendenda constantissimè perseuerabat. Caterùm cum religionis amantissimus fuisset semper: tanta fuit in viro grauitas: vt nihil aut in verbis aut in factis sentiretur: quod non vel morum disciplina & literis, vel aliorum commodis, vel publicis utilitatibus inferuaret: nihil leue, nihil ineptum: prudentes & pia cogitationes: profana omnia dicta & facta fugiebat. Quibus omnibus quantam auctoritatem sibi comparauerit, non attinet dicere. Sunt hæc magna. Quid cætera? In docendi munere, quanta sedulitas, fides, diligentia? Duabus autem maximè rebus in docendo necessarijs, summam consequebatur laudem: tum illa artium via, quæ a Græcis dicitur: tum sermone puro, perspicuo, & aperto. Nam in explanandis Medicorum scriptis, primùm expeditissimam & utilissimam viam cognoscere & inire: nihil à re alienum asserre: verba sensumq; genuinum diligentissimè explicare: non diutius hæere & immorari, quàm res, quæ ad cognoscendum exponebatur, requirere videretur: eorum, quæ necessaria ad explicandum erant, nihil omittere. Deinde tam purè, tam apertè, tam simpliciter omnia tradere, vt facillimè omnes assequerentur. Itaq; non tam ordine & modo, quem seruabat, optimo, quàm orationis elegantia animos auditorum conciliare, ita vt cum fastidio ipsum audiret nemo. Huius rei inter multa alia, exemplum potest esse anatomæ: quam docuit dexteritate & perspicuitate singulari. Humani enim corporis partes, & singularum partium actiones & figuras ostendebat: omnium ossium, cartilaginumq; naturam, musculos, venas, arterias, neruos, & cætera indicabat, & oculis subiiciebat: ac quasi contrario ordine, quàm eo, quo factum est, corpus resoluerebat. Quo nomine magni nominis Medicum, & anatomes illustratorem, Andream Vesalium Bruxellensem magnificiebat: quod ante illa tempora nemo eo exquisitius, aut industria maiore, partes humani corporis, & singularum actiones, situs, figuras annotasset, & ante oculos posuisset. Vesalius non modò Fuchsiùm vicissim diligebat: sed tanquam annis superiorem colebat, observabat, verebatur. Natus enim est Vesalius anno humanæ salutis supra mille quingentos decimo quarto, calendis Ianuarij: quo anno Persarum Rex Turcas in maiori Armenia magna strage vicit. Verùm vt ad Doctorem nostrum reuertar: tanta fide, studio, & diligentia, munere docendi fungebatur: vt, cum sæpè occasiones, quibus ad quæsum & opes via patefiebat, offerrentur, nunquam ab officio suo se auocari passus fuerit. In ætate etiam iam graui, cum Senatus permisso à docendo vacare ei licuisset, muneris & officio suo præfuit diligenter. Quid? Cùm vltimè mensibus propter infirmitatem valetudinis abstineret à publico, auditores domi suæ instituebat. Habemus auditores, in hoc Professore nostro exemplum diligentie, quod imitemur omnes. Neq; verò solùm ea virtute præditus erat, vt vellet suam pulcherrimam artem excolere & amplificare: sed doctrina etiam in eo fuit tanta, vt posset. Quam, pulcherrimis illis virtutibus, quæ studioso homini necessarie sunt, consecutus erat: temperantia in voluptatibus, incredibili admirabiliq; studiorum constantia, & diligentia cum laboribus maximis coniuncta. Sine his etiam magna ingenia non longè progrediuntur. Nulla enim concordia studijs doctrinæ & sapientiæ, cum negligentia mollicie & prauitate intercedere solet. Itaq; in Bibliotheca, & inter libros, inquirendo perpetuò versabatur. In primis vetus illud & nobile præceptum semper sibi tenendum putabat: vt temporis quàm maximam rationem haberet. Vnde semper aliquid vel audiendum, vel legendum, vel scribendum, vel cogitandum, vel quærendum iudicabat. Quam ob causam in literis labores suscipiebat, perferebatq; incredibiles: in eo non priuatæ utilitati consulens, sed publicam utilitatem spectans. Quo etiam nomine omni laude est cumulandus. Alexander ille Magnus cum literarum laudem cum militari gloria coniungere vellet: discendi eas cupiditate inflammatus, sumptus magnos fecisse, & Aristoteli sexcenta talenta ad omnis generis animalia conquirenda, ex quibus multiplicis naturæ vis cognosci posset, dedisse fertur. Sed doctrinam hanc sibi peculiarem, neq; cum alijs communicatam voluit. At in nostro Medico longè diuersum studium. Cùm enim bonum tantò melius esse, quantò cum pluribus communicaretur, sibi persuasisset: laborum

[109]

D. LEONHARTI FUCHSII.

suorum fructus ad multos peruenire voluit. Itaq. nihil præclarius esse existimauit, quam omne studium atq. ingenium ad illam artem illustrandam conferre: quæ omnibus salutaris, & vsui mortalium maximè necessaria. Quare vt Onoltzbachij, ita & Tubingæ, edidit in lucem scripta plurima, spectata eruditionis atq. scientiæ: quæ eum de vita hominum optimè meritum esse declarant satis. Hi autem libri, dum in hac schola versatus est, ab eo euulgati, & in lucem emissi sunt: Hippocratis Epidemiorum liber sextus, recognitus & auctus plurimis in locis: Apologie tres, quarum prima aduersus Gulielmum Puteanum docet, Aloën aperire ora venarum: altera, aduersus Sebastianum Montuum, nonnulla Paradoxorum capita defendit: tertia in internis inflammationibus, pleuritide præsertim, è directo partis affectæ sanguinem mittendum esse ostendit: Explicationum, difficultium aliquot quæstionum, & hodie controuersarum, libri quatuor aucti & locupletati: Medicinæ methodus seu ratio compendiaria perueniendi ad veram solidamq. medicinam, mirificè ad Galeni libros rectè intelligendos utilis: item de vsitata huius temporis componendorum miscendorumq. medicamentorum ratione libri tres, ijs, qui praxim medicam exercent, maximè necessarij: Annotationes in libros Galeni de tuenda valetudine: De sanandis totius humani corporis eiusdemq. partium, tam internis quam externis malis, libri quinque, accurata diligentia conscripti: De historia stirpium commentarij insignes, adiectis earundem viuis plus quam quingentis imaginibus, nunquam antea ad naturæ imitationem artificiosius effictis: Accessit succincta vocum difficultium & obscurarum, passim in hoc opere occurrentium explicatio, idq. latina & populari lingua: Apologia aduersus Gualtherum Ryffium: Hippocratis Aphorismorum sectiones septem, è Græco in Latinum sermonem conuerse, & luculentissimis iisdemq. breuissimis commentarijs explicata: adiectis annotationibus, in quibus quotquot sunt in Galeni commentarijs difficiles loci, explicantur: Apologia aduersus Cornarium: De curandi ratione libri octo, causarum signorumq. catalogum breuiter continentes: Nicolai Myrepsi Alexandrini, medicamentorum opus in sectiones quadraginta octo digestum, è Græco in Latinum conuersum, luculentissimisq. annotationibus illustratum: Galeni aliquot opera latinitate donata, & commentarijs exposita & illustrata: vtpote de inæquali intemperie libro primo de differentijs & causis morborum & symptomatum libri sex: De iudicij libri tres: De curatione per sanguinis missionem liber vnus: De temperamentis libri tres: De differentijs febrium libri duo: De laborantium locorum notitia libri sex: Tabulæ sex in Galeni libros de morborum causis & symptomatibus: Tabula in librum de curandi ratione per sanguinis missionem: Tabulæ aliquot, vniuersæ Medicinæ summam & diuisionem compendio complectentes: De compositione Medicamentorum libri quatuor, aucti & diligenter recogniti, adiecto dispensatorio, vt vocant, qui liber antea desiderabatur: Libri quatuor de fabrica humani corporis: Institutionum Medicinæ, ad Hippocratis, Galeni, aliorumq. veterum scripta rectè intelligenda, mirè utiles libri quinque: qui aucti, & summa cura & diligentia recogniti, iam iterum in lucem emittuntur: Libellus, num morbifica aliqua de Galeni sententia sit causa continens. Post mortem in Bibliotheca reperti sunt hi libri, qui edentur ab hæredibus: Commentarij illi, quos hætenus audivissimè expectarunt omnes, de stirpium historia, in tomos tres, incredibili magnitudine digesti: ætate extrema à sene (mirum) propria manu scripti & confecti: stirpium icones continentes plures, quam mille quingentas. Hoc opere solertius, ingeniosius, laboriosius, & præclarius, in hoc genere hætenus visum esse nihil, confirmare non dubito. Sed plura de eo hoc loco non addo. Nam breui, vbi in lucem emissum fuerit: non modò expectationem diuturni desiderij omnem explebit, sed etiam longè superabit. Item paradoxorum libri tres, correcti & aucti: Commentarij in aliquot libros Galeni de simpl. medica. facultatibus: Libellus, quòd iecur sit sanguificandi primarium instrumentum: Commentarij in libros Galeni de medendi ratione XIII. Commentarij in sextum Epidemiorum, libri etiam de medendi ratione aucti & emendati: Annotationes in libros Galeni de Compo. medicamentorum localium, & id genus alia. Hæc & alia abundè satis demonstrant: Fuchsium propter labores maximos, & hoc de genere humano bene merendi studium summum, laude sempiterna, & amplissimis virtutis præmijs, quibus ornatus est, magnorumq. virorum commendatione fuisse dignissimum. Veteres præclarè de vita humana meritos in Deorum numerum referebant. Vnde etiam tam multiplex gentiliū Deorum turba originem sumpsisse videtur. Sed quàm pauci reperiuntur, quibus tam splendidum diligentia, laborum, eruditionis, virtutis, maximorumq. in rempublicam meritorum testimonium tributum sit: quale est hoc, quod nostro Philosopho est datum? Cùm enim potentissimus Imperator Carolus V. tantam viri doctrinam magnifico testimonio dignam iudicaret: insignia & ornamenta nobilitatis, non petenti, & recusanti etiam, obtulit. Grauiissimum hoc sapientissimi Imperatoris de meritis Fuchsi in rempub. præclarissimis, iudicium fuit. Fuit tanta virtus, tanta eruditio, fuerunt tanta merita, tanti Imperatoris comprobatione digna. Hac multarum rerum scientia in nobiliū & Principum virorum notitiam peruenit, non in Germania solùm, sed etiam apud gentes exte-

Leonharti  
Fuchsi de  
historia  
stirpium  
opus in-  
signè.

):( ij ras,

## ORATIO DE VITA ET MORTE,

*ras, in regionibus remotis. Hac à Tuscorum Duce Cosmo Medice, oblato honestissimo & amplif-  
 simo annuo sexcentorum coronatorum stipendio, ut in Pisana Schola publicè Medicinam doce-  
 ret, humanissimè sepè inuitatus fuit: id quod hæcenus paucis admodum Germanis contigit: ut  
 ex superiori Germania in Italiam, eruditissimis in omni disciplinarum genere hominibus, libera-  
 lissimisq; studijs affluentem, in tantam spem vocarentur. Hac amicitiam cum doctissimis viris,  
 qui vel nostra memoria vixerunt, vel adhuc viuunt, coniunxit & coluit: quibus charus, gratus,  
 & reuerendus fuit: omniumq; seculorum posteritas huius viri laudum immemor non erit. Neq;  
 solum in Bibliotheca, & inter libros, tantus erat: sed & in publicis negotijs gerendis industria  
 admirabili, & grauitate spectata. Hac de causa gubernatio Academiae semestris ei commissã fuit  
 sapius. Quod munus quoties administrandum suscepisset, ita se gessit: ut grauissimi & sapientif-  
 simi Magistratus auctoritatem tueretur. Ciues, ut filios, paterno amore complecti ac tueri:  
 affectos iniuria subleuare: vim vlcisci: bonos laudare: negligentes excitare: officium facien-  
 tibus præsidio & auxilio esse: contumaces cuiuscunq; essent ordinis, territare minis: pœnis affi-  
 cere: omnes pari & æquissima iuris moderatione complecti: omnes in officio continere: omni-  
 bus ius suum tribuere. Ob hanc prudentiam, grauitatem, rerumq; vsus, eius collegij, quod  
 ab optimo Principe Vrlico constitutum, à filio, Duce sapientissimo locupletatum, & liberaliter  
 ornatum est, (in quo adolescentes egregia indole, maximis sumptibus, quò Ecclesijs pastores  
 idonei non desint, nutriuntur,) præ cæteris commissæ sunt rationes: quod administrasse ipsum  
 summa cum fide ac diligentia, & ad tolerabilem mediocritatem reuocasse, nemo ignorat. Ob  
 hanc eandem viri excellentem virtutem & industriam: Scholæ Senatus & illius conturbenij  
 (quod ab auctore Martinianum dicitur) administrationem ei commisit: cui ita præfuit: ut in  
 ordinem redigeret omnes. In his occupationibus publicis ita versabatur: ut semper literarum  
 amor maneret, carumq; studia desereret nunquam. Ut enim Vlysses (quem Homerus Græco-  
 rum prudentissimum fecit) in asperissimis saxis Ithacam suam, in omnibus & laboribus & arum-  
 nis cogitabat: ita Fuchsius semper ad Bibliothecam rediens, in maximis occupationibus, doctri-  
 na studia nunquam intermittebat: ut nisi in literis viueret: viuere haud posse videretur. Qua  
 in re imitatores & amulos habet non plurimos. Etsi enim permulti ingenij acumine præditi,  
 & celeritate ad intelligendum sunt ornati: alij tamen inertissimum & desidiosissimum otium  
 sectantur: alij voluptate mollescunt: alij, si hæc evitare possunt, ad quæstuosas artes se confe-  
 runt, antequam puerili disciplina & institutione sint enutriti & eruditi. Agè verò, quanta  
 omnibus in rebus mentis integritate erat? Sicut veritatis cultor, ita fraudis inimicus fuit: ni-  
 hil simulabat prorsus. Fuit in antiquissima & prudentissima Athenarum vrbe Solon legisla-  
 tor: qui sapientiæ gloria maximè in Græcia floruit. Is tamen, ut id, quod cupiebat, sine pericu-  
 lo suo obtineret: stulticiam simulasse dicitur. Noster Philosophus nihil simulatè, nihil astutè, ni-  
 hil insidiosè: omnia sincera, simplicia, libera, aperta. Cuius ergò viri, Auditores, maior laus es-  
 se potest? Inter tot vigilias, labores, lucubrationes & occupationes quotidianas (de quibus hæ-  
 cenus, quàm breuissimè potui, dixi) valetudine ita commoda & integra est vsus: ut ante grauis-  
 simum illum morbum, quo sublatu est, nullum admodum corporis morbum senserit. Huic vxor  
 Fridpergera cum summa diligentia & sollicitudine inseruiebat: mores suos ad mariti ingenium  
 accommodabat. Ex quo amor in matrimonio constans & firmus semper exiit. Verùm, quæ con-  
 ditio est rerum humanarum, quo tempore Medici nostri valetudini, maximè vxoris diligentia &  
 cura fuisset opus: Coniunx charissima, grauissima & optima sœmina, anno supra millesimũ quin-  
 gentissimum sexagesimo tertio, mense februario, mortem obiit, sibi quidem felicem, (nam inuoca-  
 tione filij Dei feliciter è vita demigravit) suis autem, & potissimum seni nostro, acerbissimam.  
 Quid mirum? vxorem amiserat, cum qua multis annis coniunctissimè vixerat: eamq; ob virtutes  
 multas vehementer dilexerat. Sed tamen, quo erat animi robore, summum illum dolorem forti-  
 ter ferebat: mœroriq; resistebat. Fortitudo enim in omni vita talis in eo fuit: ut in vultu, cogita-  
 tionibus, in ore, & omnibus actionibus eluceret. Cæterum cum res domestica & familiares, se-  
 nem, quàm longissimè & latissimè suam artem diffundere cupientem, impedire viderentur:  
 quò minus lucubrationes suas, præcipuè autem illud opus penè diuinum (de quo paulò supra  
 mentionem fecimus) de stirpium historia, recognoscere & conficere posset: anno sequenti, va-  
 letudinis & occupationum suarum rationem habens, alteram duxit vxorem: in re domestica  
 adiutricem: viduam, matronam honestissimam, admodum religiosam, matrem familias bonam,  
 senisq; nostri valetudini accommodatam. Hanc antea in matrimonio habuit optimus vir, Mi-  
 chael Greterus, Pastor Ecclesiæ in Salinis Suenicis, pietate præstantissimus. Fecit, ad quod  
 eum non libido, sed necessitas impellebat. De temperantia enim, modestia, & continentia,  
 testis est vita, à primis statim annis per omnem ætatem acta. A pueris namq; ad modestiam,  
 temperantiam, sobrietatem, diligentiam, & labores se assuefaciens: ut frugalitatem amauit, ita  
 vitam delicatorem, molliorem, & luxui deditam fugiebat: D. Basilij concionem secutus:  
 δὲ τῆ γαστρὶ τὰ ἀναγκαῖα ἐπιπέσει, οὐχὶ τὰ ἡδίστα. Nec imitabatur eos, qui in copia, & rerum af-  
 fluentia*



D. LEONHARTI FUCHSII.

fluentia sumptibus profusis viuunt, patrimonia profundunt, fortunas obliguriunt: sed cum aliquando in adolescentia, pecunia non abundasset: eam postea custodiendam, & ad necessarios vitæ usus seruandam, non profundendam iudicauit: cui tamen ita semper pepercit: vt legitimos & honestos sumptus facere recusaret nunquam. Quid multis? Cum semper à voluptatum illecebris disunctissimus fuisset: summa erat eius in victu temperantia. Vt mihi hac in parte, tanta dicendi facultas & copia esset: vt hanc pulcherrimam & maximam virtutem, (temperantiam & modestiam dico) ea commendatione, quæ potest esse diligentissima, omnibus commendare possem. Eius enim vis, natura, & vtilitas, ita se latè explicat & diffundit: vt vix vlla virtus magis in vita humana necessaria videatur. Tenet enim modum in omnibus, quæ fiunt, quæq; dicuntur: quem vltra citraq; nequit illud, quod rectum appellatur, consistere. Quid, quæso magis commendat Christiani nominis homines, quàm grauitas in vestitu? constantia in pretermittendis corporis voluptatibus? in edendo bibendoq; frugalitas? In hac virtute summum decus & ornamentum consistit: hæc ad summa dignitatis fastigia euehere potest: hæc est, quæ ex infimo loco ad summum homines deducit: hæc ex obscuris nobiles reddit: hinc omnis pendet vitæ honestas: hinc actiones rectæ & laudabiles oriuntur omnes. Siquidem qui turpiori intemperantiæ, omnium perturbationum matri, dediti, immodicis epulis & potationibus indulgent: facultates suas absorbent: contrahunt æs alienum: bonitatem ingenij vitijs corrumpunt: Et quod maximum est, Religionem colere, diuini numinis misericordiam implorare, non possunt. Quare hanc virtutem anteponamus rebus omnibus: omni cura, studio, animi contentione, hanc apprehendamus, colamus, foueamus, reueremur. Nisi multa propter breuitatis & temporis rationem prætermittenda existimarem: proferrem copiam exemplorum in vtraque partem, tam ex Græcis, quàm ex Latinis Scriptoribus: quibus demonstrarem, non respublicas tantum, sed priuatos etiam, & inferioris ordinis homines, duce modestia, ad magnos honores, ad magnam potentiam peruenisse: contra, eiusdem neglectu perijisse miserè. Sed temperantissimi Medici nostri exemplum ob oculos nobis ponamus: qui huius virtutis cultu eò peruenit: quo ipsum peruenisse admiramur omnes. Idem adiutrice hac diuina virtute sibi corporis robur, & valetudinem integram, supra annos sexaginta conferuauit, eadem duce, corporis sui eximiam formam coluit & exornauit. Fuit enim (vt de illo natura beneficio, quod à Philosophis in felicitatis partibus numeratur, egoq; ferè præterieram, breuiter dicam) fuit Fuchsius egregia & liberali corporis figura, & statura apposita ad dignitatem, cum aperta & venusta membrorum conformatione. Vox magno viro & Philosopho digna, grauis, clara, plena. Motus corporis & incessus, neq; languens, neq; concitatus, neq; insolens: sed planè talis, in quo nulla ineptia inesset. Magna hæc, magna esse fateor. Sed, quæ longè maiora, hanc corporis dignitatem, in doli elegantia ita cohonestabat: vt animi pulchritudo, ipsa corporis forma & elegantia, venustior esse crederetur. Gratiior enim est (vt Poëta testatur) pulchro veniens è corpore virtus. Et sanè ex eius vita per omnem ætatem astra facile apparet: singulari naturæ & ingenij bonitate, egregiaq; & præclara indole, præditum fuisse: quam à parentibus secum in hanc lucem attulerat. Et si enim apud Homerum Telemachus paucos parentum similes esse affirmat, inquit: ποῦροι γάρ εἰσι πάντες ὁμοιοί πατρὶ πέλοπι: οἱ πλείονες καὶ κίε, πάντες δὲ τὴν ἀρετὴν ἀγαθὴν. Id quod interdum fieri solet: sæpenumero tamen, vt robur, forma, valetudo, aliaq; corporis commoda sunt hereditaria: sic & sanctissimarum virtutum, hereditatem liberos à parentibus accipere sæpe videmus. Sic Polemarchus non solum bonorum, sed etiam paterna virtutis κληρονομία à Platone inducitur. Sic Fuchsius maiorum virtutem tutatus est: neq; solum tutatus est: sed ita etiam auxit, amplificauit, & illustrauit, bonitate ingenij, industria, diligentia, doctrina, consiliorum prudentia, & omnis virtutis, sapientia, religiosæq; pietatis studio: vt familia illius laudes inter mortura sint nunquam. Atq; hic cursus vitæ fuit. Reliquum est, vt de morte eiusdem quàm breuissimè exponamus. Cum in rebus optimis, de quibus hætenus est dictum, naturam suam vsq; in sexagesimum quintum annum studiosissimè & vehementissimè exercuisset: eius valetudo infirmior, & natura imbecillior esse cepit: tum quòd per omnem superiorem vitam maximos labores, eosq; reipub. causa suscepisset: tum quòd iam ætate affecta, & summa senectute esset. Quapropter cum superioribus diebus in morbum grauissimum & periculosissimum incidisset: facile is naturæ vim vigilijs, curis, & laboribus antea clæ vitæ, exhaustam superauit. Ac licet amici iniriò benè sperarent: ipse tamen ex certis indicijs morbum hunc, sinem huius caducæ vitæ allaturum, præsagebat. Neq; propterea mortis metus ei iniiciebatur: non mortis aduentu exhorrescebat. Verum cum eam nihil aliud, quàm ex hac mortali, ad sempiternam & felicissimam vitam, ad cælestem ciuitatem, ad Christi regnum, demigrationem esse iam olim didicisset: pro religiosa, qua semper fuit, fortitudine, aquisitimo animo se ab hac vita discessurum fortiter affirmabat: præsertim cum sibi Deum non tam adempturum longiorem vitam, quàm maturum sinem daturum intelligeret. Satis enim ipse sibi vixit. Omnia enim studia sua, omnes actiones suas, ad publicas cōmoditates, pietatē, et Religionem retulit. Veræ etiam gloriæ, quæ æternam consecutus est, vixit satis: si Scholæ maximopere eum requirenti, si

)( ij nobis,

ORATIO DE VITA ET MORTE, D. LEON. FVCHSII.

nobis, eundem desiderantibus, satis diu superstes fuisset. Toto morbi tempore, vigiliarum somniq̄, nec die, nec nocte discriminata tempora habere potuit. Vnde permolesta ei fuit insomniā: & quoties somnus eum complecti cœpisset: facile è somno suscitabatur: & quoties excitabatur: cum diuini numinis inuocatione, se, & spiritum suum immortalī Deo commendabat. Sermones similes fuerunt superiori actæ vitæ: pleni constantiā, fortitudinis, religionis, pietatis. Memorabile hoc est in optimo nostro sene: quoties de Religione, rebus Diuinis, Deo, æterna vitā, cum amicis, ipsum quotidie officij & amicitia causa inuisentibus, etiam in grauisimo morbo, conferebat, ita dilucidè, purè, latè, eleganter, aptè, piè, constanter, & fortiter, animi sensa explicabat: vt ex morbo nullo infirmus esse videretur. Et fuit sanus animo semper, etiam in corporis ægitudine maxima. Christiana enim patientiā, religiosā pietatis, omnisq̄ virtutis, documenta dedit maxima. Euangelij doctrinam constanter ad extremum vsq̄, spiritum profitebatur: in Christo Iesu, qui pro mundi delictis vitam & sanguinem profudisset: & solus ab æterna morte nos miseros liberasset: & vnicus ab æterno patre aduocatus, mediator, & seruator humano generi datus esset: se spem omnem collocatam habere testabatur: per huius mortem aditum se patefactum habere ad cœlestem ciuitatem, & æternam & felicissimam vitam, constantissimè assueuerat. Cùm autem morbus quotidie magis inualesceret: tandem ad sextum Idus Maij intra septimam horam & octauam antemeridianam, hanc caducam & miseram vitam cum immortalī & sempiterna permutauit, placidè & omnino feliciter: inter amplexus charissimorum filiorum, & vxoris honestissimæ, summa cum testificatione constantiā, Religionis, omnisq̄ pietatis: & inuocatione eius, quem per omnem vitam coluerat, filij Dei, Domini nostri Iesu Christi, lenissimo mortis sopore. Corpus postridie ad eandem sepulturam est datum: ad quam, Annam, honestissimam Matronam, primam vxorem, dari vidimus. Atq̄, ita amisimus clarissimum virum, Leonhartum Fuchsiū, Medicum & Philosophum præstantissimum: exemplum diligentia & laboris: decus atq̄, ornamentum Scholæ nostræ singulare. O mortem detrimentosam Reipublicæ: nobis omnibus acerbam. Cui enim ista mors ob vtilitates publicas non esset acerbissima? Quis tam graui Reipublicæ vulnere imposito, quo superiora ex multorum doctorum hominum obitu accepta, quæ consenuisse iam videbantur, refricantur & recrudescunt, non doleret? Quis non lugeret mortem talis & tanti viri? Quis non lachrymas, officio & pietate plenas effunderet? Præsertim cùm in ista paucitate talium virorum, maxima sint & periculosissima metuenda commutationes & inuersiones rerum publicarum.

Veruntamen in hoc communi luctu modum tristitia & doloris statuere debemus: ne, si nostra causa eum lugere nimium pergamus, ei æternam felicitatem inuidere, idq̄, velle, quod Deus nolit, videamur. Ergo recremus nos, illoq̄, solatio nos consolemur: quod iam particeps æternæ felicitatis, & coheres Christi, cœlestibus commoditatibus & gaudijs fruitur: inter beatas animas versatur: Patriarchas omnes, sanctosq̄, Apostolos intuetur: viuunt felix atq̄, beatus, cum Deo Patre, cum Christo Domino, cum diuino spiritu. Quod vt & nobis omnibus feliciter contingat: Iesum Opt. Max. precor, cuius laus & honos, gloria & potentia, in æuum sempiternum permanebit.







# DE VSITATA HVIVS TEMPORIS COM- PONENDORVM MISCENDORVMQVE MEDICAMEN-

*torum ratione Liber primus, Leonharto Fuchſio autore.*

## P R A E F A T I O.



**Q**UANT aliquot recentium medicorum de hodie vsitata componendorum miscendorumq; medicamentorum ratione scripta, sed talia fere omnia, vnde nullus plane, aut saltem exiguus ad lectorem fructus venire potest. Nam vel prodigiosa & distorta oratione ac barbarie prorsus sunt defœdata & contaminata, vel nullo ordine contexta, vel imperfecta & manca, ita sanè vt horrido ac monstroso sermonis genere offensus lector, ab eorum lectione resiliat, & quod rem nec ordine, nec perfectè tradant prorsus abijciat, & indigna esse in quibus multum operæ po-

*Recentium medicorum de miscendorum medicamentorum ratione scripta qualia.*

nat, iudicet. Quod quum ipse mecum reputarem, operæ precium me facturum existimaui, si scriptum aliquod, in quo ad eam rem cognitu necessaria omnia, tolerabili oratione, breuiter, & perspicuè traderentur, pararem. Quod vt facerem, me non parum etiã hortabatur, quod intelligerem eos qui antea medicinam non exercuerunt, sed eam iam facere incipiunt, hac maxime parte plurimum laborare, illisq; miscendorum ac componendorum medicamentorum ratione plurimum difficultatis parere adeoq; indigere, qui eos quasi manu ducat. Qui certè si illis nõ contingat, non raro in miscendis medicamentis impingant necesse est. Proinde vt haberent quod ipsis quasi viam quandã ad rectè miscenda & componenda medicamenta strueret, hoc qualecunq; scriptum parare volui. Nequaquam autem hæc medicinæ pars quæ rectè componere medicamenta docet negligenda erit, idq; duabus potissimè de causis. Primò quidem quod hanc pleriq; morbi requirant, adeoq; necessaria sit. Si enim contra singulos morbos simplicia haberemus medicamenta in quibus nihil omnino desideraremus, compositis medicamentis non indigeremus. Nunc quia morbi & circumstantiæ multis modis componuntur fere fit, vt multo nobis opus sit apparatus. Hinc ars est inuenta, qua diuersæ medicamentorũ substantiæ miscentur. Fit etiam vt medicamenta non tantum ad morborũ proflagationem, sed etiam ad sui conseruationem aliorum opem requirant. Atq; hæc altera est compositio nis medicamentorum causa. Vt duplex sanè compositio nis medicamentorum finis sit: Vnus, quod morbi talem misturam desiderent: alter, quod alioqui medicamenta conseruari nequeant. Caterùm vniuersum hoc opus in quatuor digestsimus libros, vt nõ esset quod desiderare vel medici, vel pharmacopœi possent. In horum quidem primò, simplicium medicamentorum, eorum præcipuè quorum hodie in Seplasijs & medicorum officinis frequens est vsus, nominelaturas, & vbi opus fuit eorundem genera etiam & notas, ordine, vt speramus, optimo perstrinximus. Nisi enim simplicium medicamentorum exquisitam quis habeat noticiam, vt composita rectè construat fieri haud potest. Vt enim domum struere nemo potest, nisi materias è quibus hæc constat per spectas habeat: ita sanè nullus componere medicamenta potest, qui non prius simplicium, veluti horum materiam, noticiam sibi parauerit. Caterùm formas & vniuersam simplicium historiã vt hic attingeremus, neq; necesse fuit, neq; conueniebat. Nam hac ratione liber ille immensam in molem abiisset. Et quæ ad hoc institutum pertinent, in tribus tomis quos de Stirpiũ historiã inscripsimus, plensimè docuimus: ad quos, eos qui pleniorẽ tractationẽ requirunt,

*Operis diuisio.*

*Quæ in primo libro tractentur.*

*Simplicium cognitio necessaria.*

A ablega-

ablegamus. Deteximus tamen hic non paucos tum Medicorum, tum Seplassiariorum errores, quos in vsurpandis simplicibus adulterinis haecenus commiserunt, & adhuc hodie (tanta est quorundam impudentia & proteruitas) committunt. Nomina verò eorundem produximus ea duntaxat, quæ optimis tum Græcis, tum Latinis autoribus recepta sunt: idq; non alia sanè de causa, quàm vt hac ratione efficeremus, vt abiectis tandè ac repudiatis barbaris & ineptis medicamentorū nomenclaturis, quibus hodie passim Medici & Seplassiarij vtuntur, pro illis, Latinis, receptis, & perspicuis vt affuecerent. Neq; enim perpetuò illis cum balbis & indoctis pharmacopœis balbutiendum & ineptiendum erit. Verùm quum haud ignorarem, Latinas & proprias nondum omnibus esse cognitatas: non piguit etiam barbaras, hodieq; vsitatas, vbi necessitas ita postulare videbatur, adijcere nomenclaturas. Non enim ijs tantum qui singula simplicia suis & Latinis nominibus appellare nouerunt, verumetiam ijs qui per ignorantiam Græcæ & Latinæ linguæ consuetis ac barbaris vt coguntur, inferuire voluimus. Quippe studiorum nostrorum ratio sic comparata est, vt ea ad omnium commoditatem conferamus. Vt igitur imperitæ pharmacopœorum prorsus consuleremus, indicem quoq; parari curauimus, in quo Latinæ & barbaræ voces ex aduerso positæ essent, vt ad hunc in singulis compositionibus, in quibus Latinis vsi sumus nomenclaturis, confugerent, & quod illis simplex vsurpandum esset, cognoscerent. Non solum autem simplicium medicamentorum nomenclaturas, sed eorundem etiam collectionem, asseruationem, preparationem, delectū & temperamenta in hoc primo libro obiter exposuimus: & præterea quæ ex ijs singulares corporis partes iuuant medicamenta, nominatim indicauimus. Adiecimus quoq; secundarum medicamentorum simplicium qualitatum commemorationem. Postremò breuem etiam purgantium medicamentorum hodie vsitatorum descriptionem subiiecimus, ac singulorum pondera & illorum vehementiam infrenantia medicamenta monstraui-mus. Vt hinc pateat, hunc librum non solum medicis ipsis, sed & pharmacopœis mirè esse vtilem. In altero huius operis libro ponderum, quibus hoc tempore tum medici, tum pharmacopœi vtuntur, & eorum medicamentorum omnium quæ hodie in officinis medicorum prostant, conficiendorum ratio exponitur. Qui vtique rectissimè Medicamentarius liber inscribetur. Ita enim verius & latinius, quàm, vt vulgò solet, Dispensatorium nominabitur. Nam & veteres Græci eos libros in quibus medicamentorum compositiones traduntur, *φάρμακον βιβλίον* appellarunt. Atq; is sanè liber itidem ad vtrosq; medicos nimirum & pharmacopœos pertinet. In tertio compositorū medicamentorum, quæ intro in corpus sumuntur, construendi modus ac formulæ, eorundemq; miscendi hodie vsitata ratio docetur. In quarto, eorum quæ extrinsecus corpori admouentur medicamentorum conficiendorū ratio monstratur. Hic vt etiam is qui eum præcedit tertius, ad medicos ferè tantum spectat. Nihil igitur earum rerum, quas saltem ad ritè miscenda & componenda medicamenta cognoscere tum medicos tum pharmacopœos oportet, omisimus, aut negligenter præteriuimus. Quinetiam passim, vbi necessitas postulauit, singulis medicamentis Annotationes adiecimus, ne imperitus lector in plerisq; hæere posset. Proinde qui expedite & vtiliter composita medicamenta construere, aut ea quæ ab alijs composita sunt dextrè vsurpare velit, eum sanè quatuor hos libros quos de Compositione medicamentorum huius temporis vsitata inscripsimus, diligenter euoluere, & assidue in manibus versare oportet, præsertim pharmacopœos, vt tandem veteres suos errores non solum cognoscant ac discant, verumetiam dediscant, abijciantq; & ad meliorem frugem redeant,

*Quæ in altero.*

*Medicamentarius liber.*

*Quæ in tertio.*

*Quæ in quarto.*

QVID

## QVID MEDICAMENTVM, ET QVO A NVTRI-

mento distet, ac quotuplex sit medicamentorum natura.

## CAPVT PRIMVM.



Vum vniuersa huius operis tractatio futura sit de medicamentis, ordinis utiq; ac methodi ratio postulat, vt primum quid sit medicamentum, & deinceps quotuplex eius natura, exponamus. Medicamentum itaq; Galeno lib. 1. Simp. cap. 1. & lib. 3. de Temperamentis teste, est omne id quod naturam substantiamue nostri corporis alterare & immutare potest. Vel breuius, quod alterandae naturae vim habet. Quocirca nutrimento plane aduersatur, atq; vt dici

*Medicamentum quid.*

solet, illi ex diametro pugnat. Nutrimento enim est, quicquid corporis nostri substantiam augere potest. Vel, quod augendae naturae vim obtinet. Non

*Nutrimento quid.*

augebit autem, nisi prius ab ea alteretur, illiq; assimiletur. Iam dictis igitur definitionibus sua vtriusq; illorum naturae proprietates rectissime explicatur, declaraturue. Caeterum natura medicamentorum quadruplex est. Siquidem vel

*Medicamentorum natura quadruplex.*

nulla substantiae suae mutata parte, sed tota integraq; seruata vincunt, corpusq; ipsum afficiunt ac immutant, ad eum sane modum quo id cibos. Atq; haec prorsus grauias, & naturae animalis corruptricias sunt, ideoq; Graecis *δυσληντήρια*, hoc

*Prima. δὲ λήνηρια.*

est, venenata, letalia, seu mortifera dicuntur. Eiusmodi certe sunt, quae frigidityte sua interimunt: veluti cicuta, mandragora, papauer, hyoscyamus, & id genus alia. Haec autem non toto genere, hoc est, naturae suae contrarietate, adeoq;

*Sola quantitate letalia.*

semper, humanae naturae aduersantur, ac letalia sunt, sed sola quantitate. Nam horum quodq; si exigua quantitate sumatur, nullam euidentem hominibus

noxam infert, tantum abest vt mortem afferre queat: haud secus quam si copiosae flammae paucillum aquae instilles, aut lignum illi iniicias humidum ac viride. Et si verò haec ipsa toto genere, adeoq; quocunq; modo sumpta non occidunt, sunt tamen nihilominus ex genere deleteriorum seu letalium, quia magna quantitate sumpta interimunt. Neq; utiq; eo minus genere letalia sunt dicenda, quod quum minima quantitate exhibentur, nullam sensibilem noxam

*Obiectio diluitur.*

inferunt. Sic namq; neq; ignis ipse calidus sit, neq; nix frigida, oportet. Nam horum quoq; si quid prorsus exiguum est, nullum euidentem in corporibus nostris excitat pathos. Quippe centesima vniuersae scintillae pars est quidem omnino genere ignis, caeterum adeo nos non vrit, calefacitue, ut corpori incidens, ne sensum quidem vllum sui excitet. Ad eundem modum frigidae guttae centesima portio non modo nihil offendit, aut refrigerat, sed nec sensum sui vllum prebet. Nequaquam igitur sic iudicanda deleteria sunt, sed totius naturae suae contrarietate, vt fusius Galenus lib. 3. de Temp. cap. 4. & libro 3. de Simplicium med. facul. cap. 17. 18. & 19. ostendit. Secunda medicamentorum species seu natura eorum est, quae vbi mutationis initium ab animalis corpore consecuta fuerint, subinde putrescunt, ac corrumpuntur, vnaq; corpus ipsum corrumpunt ac putrefaciunt. Eiusmodi sunt quae erodendo putrefaciendoq; interimunt medicamenta: vt sunt, auripigmentum, aconitum, cantharides, chrysocolla, & ijs similia. Sunt autem toto quidem genere letalia, hoc est, naturae suae contrarietate interimentia, adeoq; in genere eorum quae secundum naturam sunt numerari non possunt, quando quidem minima etiam quantitate sumpta erodunt, putrefaciunt, & corrumpunt: nisi vna cum excrementis, priusquam iniuria afficiant corpus, excernantur: aut cibis, aut alijs quae vim eorundem obtundunt, mixta fuerint, quemadmodum copiosius lib. 3. de Simplicium medic. facultatib. cap. 20. 21. & 23. Galenus monstrat. Tertia medicamentorum species eorum est, quae corpus quidem calefaciunt, mali tamen nihil adferunt. Talia quidem sunt, absinthium,

*Secunda.*

*Toto genere letalia.*

*Tertia.*

A ij thium,

*Quarta.*

thium, origanum, abrotonum, & id genus alia, quæ sunt potestate calida. Quarta species eorum est medicamentorum, quæ agunt & patiuntur aliquid, sed spacio temporis planè vincuntur. His porrò accidit, vt tam medicamenti quam nutrimenti rationem habeant. Quatenus autem medicamenta sunt, eatenus corpus nostrum afficiunt & alterant: quatenus verò nutrimenta sunt, eatenus in corpus nihil planè agunt, sed ab illo alterata ac prorsus adsimilata calorem naturalem augent. Eiusmodi sanè est lactuca, ut li. 3. de Temp. ca. 5. Galenus fusius ostendit.

QVID SIT MEDICAMENTVM SIM-

*plex, & eiusdem diuisio.*

CAPVT SECVNDVM.

*Simplex.*

*Natura.*

*Galenus à pu-  
gnantia vni-  
dicatur.*

*Natura.*

*Medicamen-  
ti simplicis  
alia defini-  
tio.*

*Simplicia me-  
dicamenta  
improprie  
dicta.*

*Simplicia  
proprie.*

Quum in primo huius operis libro simplicium medicamentorum ratio aliqua ex parte nobis explicanda veniat, principiò quid sit medicamentum simplex, & quot sint eiusdem genera, nobis exponendum erit. Medicamentum igitur simplex, collatione ad compositum nuncupatum est. Neque enim simplex est, nisi id quod immixtum & sincerum est. Aut quod tale est, quale ipsum natura produxit. Proinde simplex medicamentum, Galeno lib. 1. de Simpl. medic. facul. cap. 1. teste, est, quod natura sua sincerum, & à mixtura alterius medicamenti alienum est. Natura verò hic nihil aliud, nisi substantiam seu essentiam significat: ita vt verborum Galeni is sit sensus. Medicamentum simplex est id, cuius substantia sincera est, & cum alterius medicamenti substantia non commixta. In hanc sententiam idem Galenus cap. 4. iam citati libri, exquisitè ac sincerè aquam vocat eam, quæ alterius substantiæ mistione vacat. Quod ideo esse adijciendum duximus, ne imperiti variarum vocis naturæ acceptionum, adeoq; parum æqui iudices, sibi pugnantia docere Galenum existimarent, dum in libro 3. de Simp. medic. facul. cap. 13. scribit, omnia propemodum medicamenta, licet sensu simplicia appareant, natura tamen esse composita. Eo nanq; in loco, natura non significat substantiam seu essentiam, vt in prioribus, sed potius facultatem. Quapropter is est verborum Galeni sensus: Tametsi medicamenta propemodum omnia sensu simplicia esse apparent, adeoq; cum alia substantia minimè commixta, tamen facultate naturæ composita sunt. Verum, ne quis tergiversari possit, ac dicere naturam hoc loco non idem quod facultatem denotare, Galeni testimonium producemus, qui eodem in loco se ipsum interpretatur, ac perspicuè naturam non nisi facultatem significare monstrat, inquit: Quin & subinde compositas, easq; diuersissimas in se facultates continent. Simplicia verò medicamenta ferè omnia, compositas ac diuersas planè in se habere facultates, in eo quod ibidem mox sequitur capite, brassicæ, lenticulæ, conchularum, & multorum aliorum medicamentorum exemplis ostendit. Neque hoc solum in loco Galenus naturam pro facultate usurpat, sed multis etiam alijs, præsertim lib. 2. de Sympt. causis, cap. 1. vbi hanc pro facultate sumi manifestis testatur verbis. Caterum alij succinctius medicamentum simplex ita definiunt. Est quod à natura eiusmodi productum est, & cui nulla alia aliunde, aut nostra opera, substantia accessit, & admista est. Hæc autè cū priorè in idem planè recidit. Nonnunquã verò medici improprie simplicia medicamenta vocare consueuerunt, quæ reuera composita sunt: idq; non alia sanè de causa, quam quod paucioribus constant medicamentis simplicibus. Quàm alia eiusdem generis composita. In hanc sententiã diatrion pipereon quod reuera compositum est simplex Galeno lib. 4. de Tuenda sanitate dicit. Sic Actuarius, Nicolao, & alijs, Oxymeli simplex & compositum, & alia per multa vocantur simplicia. Igitur simplicia medicamenta proprie loquendo illa duntaxat nominantur, quibus nulla aliunde, vel à nobis mistio accessit, non obstante quòd ex qualitatibus & facultatibus diuersis constet. Quæ verò minus composita sunt ceteris eiusdem generis, κατὰ χευστικὸς etiam simplicia interdum appellatur. Quæ



DE COMPOS. MED. LIB. I.  
QVAE AD RECTE COMPONENTA

*medicamenta necessaria sint.*

CAPVT TERTIVM.

5

QVum iam nobis clarè expositum sit quid compositi medicamenti nomi-  
ne intelligendum veniat, restat vt nunc quæ ad rectè & legitimè compo-  
nenda medicamenta præcipuè necessaria sint, explicemus. Quanquam autem  
hæc res latè pateat, nec breuibus sat dici queat, tamen quum hodie munus com-  
ponendi medicamenta totum sit in manibus hominum quorundam, magna ex  
parte rudium & imperitorum, quos pharmacopolas nominant, ea saltem per-  
stringemus, quæ in illis maxime requiruntur, & septenario numero comple-  
ctuntur. Principio nanq; qui medicamentorum componendorum sibi su-  
munt prouinciam, ij minimū vtriusq; linguæ latinæ nimirum & græcæ, cogni-  
tionem habeant, si non exquisitam, quam profecto in eis non requirimus, sed  
tantam saltem quæ illis ad intelligendos in latinam linguam conuersos materiae  
medicæ scriptores Dioscoridem, Galenum, Serapionem, Mesuen, & Auicen-  
nam sufficiat, & quæ ad cognoscendas græcas voces quæ in eorundem officinis  
adhuc remanserunt, & hodie vsitate sunt, illis satis sit. In summa, grammatices  
saltem præcepta probè teneant, si vltra progredi nequeunt. Quantum enim ea  
in parte omnes hæcenus laborarunt, notius est quàm vt pluribus à me dici de-  
beat. Qui igitur ætate iam prouecti sunt, ac ita consenuerunt, vt discere linguas  
nec velint, nec possint, id saltem agant, modo Christiani dici & haberi, & de  
omnibus benè audire velint, vt ministros nō tantum sedulos, verum etiam do-  
ctos habeant. Et si hac in parte non præstent quod ab illis postulatur, magistra-  
tus officium erit, vt seueriter constituat eorundem ministros examinari, nec  
vllum admittat, nisi in quem antea diligenter à medicis est inquisitum. Secun-  
do loco, vt exquisitam simplicium medicamentorum noticiam habeant, eorum  
potissimum quibus in componendis medicamentis hodie vsitatis, quotidiana-  
nus vsus esse solet, necesse est. Qua quidem in re plurimum illis adiumenti con-  
ferent. Theophrastus & Dioscorides, nostricq; quos de stirpium historia con-  
scripsimus commentarios, in quibus initio eorundem nomina, & cur ita deno-  
minata sint, dein genera, formam, locum, tempus, temperamenta, ac facultates  
ipsorum diligenter & copiose explicauimus, adiectis singulorum iconibus ar-  
tificiosissime expressis atq; depictis, ita vt nihil quod ad illorum plenam cogni-  
tionem requiritur, desiderare ab ipsis possit. Non verò satis erit pharmacopœis  
vt simplicium legitimam habeant cognitionem, sed vt ea quæ cognouerunt ritè  
colligant tertio loco ab ipsis requiritur. Siquidem nisi id accurata diligentia  
præstent, ad vsum medicum parum idonea & efficacia medicamenta simplicia  
reponent. Quarto loco, vt ea quæ ritè ab ipsis collecta sunt, ita asseruent, ne situ  
& squalore, aut alia de causa putrescant, viresq; suas amittant, & omnino pere-  
ant, oportet. Quinto loco, vt ex ijs quæ collegerunt, non nisi quæ optima sunt  
ad vsum medicum deligant, necessum est. Eum quoq; delectum eos in coemen-  
dis peregrinis adhibere oportet, vt scilicet in ipsorū officinis nihil venale pro-  
stet quod non sit optimum, aut saltem minimè adulterinum & suppositiuum.  
Non est igitur vt pharmacopolæ qui officinam instruunt, in hanc tantum cu-  
ram incubant, vt vascula auro & argento incrustata, variecq; picta habeant, vt  
quæ plus ad ostentationem, quàm ad necessitatem faciunt, quod vulgus officina-  
nas has tantum admiretur, verum id studeant vt superfluas & inutiles has im-  
pensas, ad comparanda optima medicamenta insumant. Hac nanq; ratione tum  
sibi, tum ægrotis melius consulent. Sexto loco, ut ijs medicamentis quæ id po-  
stulāt, præparationes suas, quo suauiora palatoq; gratiora fiant, vel melius con-  
seruari, aut compositionibus misceri queant, adhibeant. Septimo & vltimo

*Pharmaco-  
pæorum mu-  
nus & offi-  
cium.*

*1. Vtriusque  
linguæ periti  
sint.*

*2. Simplici-  
um cognitio-  
nem habeant.*

*3. Ritè colli-  
gant simpli-  
cia.*

*4. Probè col-  
lecta asser-  
uent.*

*5. Delectum  
in usu sim-  
plicium ad-  
hibeant.*


*6. Præpara-  
tionem qui-  
bus oportet  
adhibeant.*

A iij loco,

7. Reftè componant & difponant.  
Simplicium vfitatorum officinis medicamentarijs generalis diuifio.  
A ftirpibus fumpta.  
Ab animalibus.

Ex venis & latebris terræ.  
Ex mari, aquis & littoribus.

loco, vt ijs omnibus factis, ea ita ordine difponat, vt omnia ad manum fint, & ex ijs recta & legitima ratione medicamenta componat, atque parata feruet. De ijs igitur omnibus, excepta cognitione linguarum, quæ à grammaticis petenda & difcenda erit, ordine dicemus, initio à simplicibus quorum hodie in officinis medicamentarijs vſus eſt ſumpto. Horum autem quædam eſt ſtirpibus ſumuntur, earundemq; partes ſunt, vt folia, flores, ſemina, fructus, cortices, ſtipites, rami, furculi, ſucci prædenſi concretivæ, liquores, gummi, refinæ, ligna, & radices. Alia verò ſtirpium ſunt adnata ſiue excrementa, vt muſcus, viſcus, fungus. De quibus omnibus præter Dioſcoridem, Galenus etiam à libro ſexto de ſimpl. medica. facul. vſq; ad nonum tractat. Quædam ab animalibus petuntur vel integris, vel eorundem partibus, vel ex ijs prouenientibus, vel eorundem excrementis. De quibus Galenus libro decimo iam citati operis abundè ſcribit. Nonnulla eſt venis & latebris terræ ſumuntur, vt ſunt metalla, lapides, gemmæ, & terræ diuerſæ ſpecies. De quibus libro nono iam nominati operis Galenus tractat. Aliqua eſt mari, aquis, & littoribus, quæ tamen eſt genere animalium non ſunt, ſumuntur. De quibus Galenus libro vndecimo ſapientius iam dicti operis diſſerit. Atq; in eum quidem modum Galenus ſimplicia medicamenta diuidit libro primo de compositione medicamentorum generalium capite primo. De ſingulis autem ordine dicemus à ſtirpium folijs exorſi, vbi prius iam dictam materiæ medicæ diuiſionem in ſchema digeſtam, & contractam ſtudioſorum oculis ſubiecerimus.



Mate.

Materia medica  
petitur  
vel ex

Animalibus, vel	Partibus eo- rundem, vt est,	Antalium	Taxi. Vrsi. Vulpis. Cerui. Hirci. Tauri.
		Adeps, siue seutum.	
		Cerebrum leporis.	
		Cerebellū passeris.	
		Cornu ceruinum.	
		Cranium humanum.	
		Coagulum.	
		Dentalium. Entalium.	
		Ebur.	
		Genitale cerui.	
		Gluten piscium.	
		Glutinum tauri.	
		Lupi iecur.	Bubulina. Ceruina. Hircina. Vitulina. Hominis. Anatis. Anseris. Ardeæ. Capri. Canis. Cati. Gallinæ. Porci. Suis.
		Lupi intestinum.	
		Maxilla lucij.	
		Medulla.	
		Oculi cancri.	
		Os de corde cerui.	
		Operculū buccinæ.	
		Operculū purpuræ.	
		Pinguedo.	
		Pulmo vulpi.	
		Vngula asini, & alcis	
		Vngula capri.	
		Vnicornu cornu.	
	Prouenientib. ex eis, aut excre- mentis ipsorū.	Butyrum.	Moschus.
		Caseus.	Propolis.
		Cera.	Pili.
		Lac.	Fel.
		Lana succida.	Oesyphus.
		Mel.	Castorium.
		Mel virgineum.	Mumia.
		Oua.	Salua.
		Sanguis.	Sudor.
		Serum.	Stercus.
		Sericum. Seta.	Vrina.
		Senecta serpētis.	Zybetum.
		Testa oui.	
Terre late- bris:	Gemma.		
	Lapides.		
	Metalla.		
	Terra.		
Mare, aquis, & littoribus.	Ambra	Pissasphaltus.	
	Bitumen.	Sales.	
	Flos maris.	Spongia	} maris.
	Garum.	Spuma	
	Margarita.	Succinum.	
	Muria.	Vmbilicus veneris.	
	Pila marina.	Corallus vterq.	

LEONHARTI FVCHSII  
DE STIRPIBVS.

Caput Quartum.

- Abrotonum.* **A**Brotonum geminum est, mas & foemina. Mas vulgaris est, ac cognita omnibus, ideoque omnibus in officinis prostat. Foemina paucis agnoscitur, & quae sub eius nomine a pharmacopoeis hodie venditur, adulterina est, & absinthij Pontici genus, ut in primo tomo nostrorum de Stirpium historia luculentis argumentis ostendimus. Ibidem studiosi vniuersam quoque Abrotoni foeminae verae tum historiam, tum imaginem affabre expressam inuenient. Vtriusque coma, & floribus utimur.
- Pharmacopolarum erratum.*
- Absinthium.* Absinthij multa sunt genera, ut loco iam citato monstrauius. Vbi autem apud veteres Absinthij mentio incidit, non vulgare & quod omnibus notum est, vsurpandum erit, sed Ponticum: quod non est nisi id quo haecenus Seplasiarum pro Abrotono foemina, ut diximus, ad sua medicamenta vsi sunt. Est tamen & vulgaris Absinthij suus vsus, & ob id minimè abijciendum, ut fusius loco iam ostenso docuimus. Comam tantum cum floribus ad medicamentorum confectionem adhibemus. Santonici tamen semine ad enecandos vermes utimur, quod ob id pharmacopoei semen lumbricorum appellant.
- Ponticum.*
- Semen lumbricorum.* Acanthus, vel Acantha, officinis germanicis non agnoscitur. Quam enim illae Brancam vrsinam appellant, veterum Acanthus non est, sed Sphondylium potius sylvestre: quod nos alibi euidentibus argumentis monstrauius. Vera igitur in vsum medicum reuocanda erit, posthabita & abiecta adulterina. Historiam verò & imaginem pictam in primo nostrorum de Stirpium historia commentariorum tomo pharmacopoei inueniet. Utimur tum folijs, tum radice.
- Acanthus.*
- Branca vrsina.*
- Error pharmacopoeorum.*
- Acetabulum.* Acetabulum geminum est, Vnum, quod Umbilicus Veneris, & Cymbalaris, a folijs in acetabuli modum orbiculatis, & ineuidenter cauis, dicitur. Hoc nostris officinis adhuc ignotum est, eius tamen iconem in nostris de stirpium historia commentarijs inuenient. Alterum, vulgò & Seplasijs Crassula maior vocatur. estque, quod passim scilicet nascitur, omnibus cognitum. Utimur folijs, semine & radice. Vtriusque pictura est in nostris commentarijs.
- Vmbilicus Veneris.*
- Crassula maior.*
- Adiantum.* Adianti duo genera officinis medicorum hodie innotescere coeperunt, sed sub nomine Capilli Veneris, candidum nimirum, & nigrum. Errant autem pharmacopoei plurimum, qui pro Adianto, vel ut ipsi appellant Capillo Veneris, herba utuntur quae Ruta muraria nominatur, quum sit altera potius Trichomanis, ut alibi fusius diximus species.
- Error Seplasiarum.*
- Agnus.* *ἄγνος*, agnus, quod Latinis non est nisi casta: sic enim Graecis uocatur haec herba, quod ad castitatem plurimum conferat. Vitex Latinis dicitur. Vulgò medicorum & Seplasijs graeca & latina iunctis vocibus, non sine risu eruditorum, Agnus castus appellatur. Foliorum, florum, & seminis vsus est. Nostrae tamen officinae semen tantum venale exhibent.
- Vitex.*
- Agnus castus.*
- Aiuga.* Aiuga, siue Abiga & Ibiga, quae veteribus dicta est herba, & postea abiectis duabus literis b & g, Iba, hodie mutatione b in v, Iua Seplasijs & medicis nuncupatur. Alio nomine Chamæpitys vocatur, quasi pumila & humi nascens pites. Multi in Germania pharmacopola pro Iua, non sine maximo errore vsurpant herbam, quae Sideritis est species. Coma cum floribus & semine utimur.
- Iua.*
- Chamæpitys.*
- Seplasiarum erratum.*
- Lolium.* Aera Graecis, Lolium Latinis nominatur. Germanicis officinis nec cognitum, nec vsitatum. Praestaret autem, propter veterum auctoritatem, qui illo creberrimè vsi sunt, & eius in medicina necessarias facultates esse vsitatisimum. Quare operam dabunt ut in vsum reuocent Lolium Seplasia: quod facile poterunt, si historiam & imaginem eius pictam in nostris Commentarijs traditam, legent ac intuebuntur.

Alline,

Alfina, vulgò & officinis Morsus gallinæ dicitur. Eius multa sunt genera, quæ alibi demonstrauimus. *Morsus gallina.*

Althæa, alio nomine Ebiscus, & Ibiscus appellatur. Sepalsijs Bismalua, & Maluauifcus. Foliorum, seminis, & radicis vsus esse debet. *Althæa.*

Amarantus multorum est generum, sed ex illis vnum duntaxat, nempe luteum, Sepalsijs cognoscitur, & Stichas citrina nominatur. Coma & florum luteis corymbis vtimur. *Amarantus. Stichas citrina.*

Anagallis trium est generum. Duo autem, nempe puniceum & cæruleum, passim proueniunt. Nullus verò est prorsus in nostris officinis Anagallidum vsus: quod reprehensione non vacat. Nam quum mira earundem sit facultas & vtilitas, expedit vt in vsum quotidianum reuocentur. Quod planè, quia passim proueniunt, facillimum erit. *Anagallis.*

Anethum nulli non cognoscitur. Vtendū coma, floribus, folijs, & semine. *Anethum.*

Anonis, siue Ononis, vulgò Resta bouis nominatur. Trium est generum, purpureum, luteum, & candidum. Debet etiam huius stirpis aliquis deinceps esse in Sepalsijs vsus. Nam illam hætenus, vt alias multas vulgares, supra modum tamen vtilis, medici neglexerūt, peregrinas interim & incognitas vsurpantes. *Resta bouis.*

Anthemis etsi multorum est generum, tamen vnicum tantum, nempe quod leucanthon, chamæmelum latinis, vulgò Chamomilla dicitur, Sepalsijs cognitum & vsitatum est. Eius coma & flores vsurpant medici. *Anthemis. Chamomilla.*

Apium fatium est id quod vulgò petroselinum nominatur. Vtimur folijs & semine. Quod igitur Sepalsiæ hodie pro Apio vtuntur, non est nisi Elæoselinon: quod alibi abundè ostendimus. *Apium fatium. Sepalsiarum error.*

Artemisiæ plura sunt fastigia: ramosa, & vnicaulis. Ramosa iterum in geminas partitur species, fruticosam, & non fruticosam. Fruticosa est quæ in hodiernum usque diem in officinis Artemisiæ nomen retinet. Non fruticosa, quod eximie morbis vteri conferat, Matricaria medicis & pharmacopœis nominatur. Aliorum generum nostratibus officinis nullus est vsus. Vtimur coma cum floribus. *Artemisia. Matricaria.*

Asplenon Sepalsijs Ceterach dicitur. Vfus est eius foliorum duntaxat. *Asplenon. Ceterach.*

Atriplicis duo primaria sunt genera, fatiua & syluestris. Foliorum & seminis vsus est. *Atriplex.*

Balsamita officinarum non est nisi Sifymbrium Græcis simpliciter appellatum. Vfus est foliorum & florum. *Balsamita.*

Betonica coronaria gemina existit, atilis & syluestris. Officinæ detritis duabus prioribus literis, & mutatione o in u, Tunicam vocant. Vtuntur autem altili duntaxat, eius flores & radices ad medicamentorum compositiones vsurpantes. Est & betonica altera non coronaria dicta ad prioris differentiam, quæ priuatim Græcis Cestros vocatur. Duum generum existit, purpurea & alba. Prior tantum Sepalsijs vsitata. Vtuntur autem coma cum floribus. *Betonica coronaria. Betonica non coronaria.*

Beta duum est generum, alba & nigra. Alba in purgandis per nares cerebri humoribus valentior. Foliorum succi, & radicis vsus est. Confundunt nostræ ætatis medici Betam, non sine maximo errore, cum Blito. nam Bletam vocant adiecta litera l, quæ Beta illis dicenda erat. Blitum autem à Beta diuersum esse, sciunt omnes qui vel leuem simplicium medicamentorum noticiam habent. *Beta. Error medicorum, Betam cum Blito confundentium.*

Branca vrsina. vide Acanthus. *Branca vrsina.*

Brassica hortensis & esculenta multarum est specierum, vt alibi ostendimus. Sepalsijs Caulis appellatur. *Brassica. Caulis.*

Brassica marina est quæ hodie officinis medicorum Soldanella nominatur. *Brassica marina.*

Folia Soldanella.

- Folia eius in puluerem redacta, & ex succo ac liquore aliquo conueniente hausta, miram in aqua inter cutem sananda efficaciam præbent.
- Buglossum ueterum.* Buglossum ueterum est herba, quæ Seplasijs & vulgò Borrage nuncupatur. Hodie medici & pharmacopœi floribus duntaxat huius herbæ utuntur, quum Nicolai Myreplici exemplo, folijs etiam & radicibus utendum esset.
- Borrage.*
- Buglossa officinarum.* Buglossa officinarum. vide Echion.
- Cotula non fetida.* Buphthalmum Seplasijs Cotula non fetida vocatur. Pauci verò sunt qui hanc hodie rectè agnoscunt, quum propemodum omnes Chrysanthemi quoddam genus pro ea usurpent. Effigies veri Buphthalmi in nostris Commentarijs de Stirpium historia extat.
- Error quorundam detestus.* Bursa pastoris, vel Pastoris bursa hodie vulgò dicta, ueteribus quod sciam, non fuit cognita. Ob insignes tamen suas quas in constringendo habet vires, in frequenti medicorum usu esse meretur. Folijs autem cum semine utendum.
- Bursa pastoris.*
- Calamintha.* Calamintha Latinis nominata, Seplasijs Calamentum appellatur. Eius plura sunt genera: altera tamen duntaxat nostrates officinæ utuntur. Coma cum floribus utendum.
- Chamamelum.* Chamamelum. vide Anthemis.
- Fumaria.* Capnos & Capnios, latinis Fumaria, Seplasijs autem Fumus terræ nuncupatur. Atq; hæc est quæ Dioscoridi pingitur. Altera est quæ ab Aëtio describitur, & tum medicis quibusdam, tum officinis Aristolochia rotunda nuncupatur, manifestè repugnantibus folijs, quæ minimè sunt hederacea, ut alibi copiosè admodum demonstrauimus. Usus hodie foliorum & seminis duntaxat prioris, alterius verò, radicis tantum.
- Capnos Aëtij.*
- Aristolochia rotunda officinarum.*
- Carduus benedictus.* Carduus benedictus. vide Cnicus.
- Cassutha.* Cassutha recentiorum Græcorum, Seplasijs Cuscuta nominatur.
- Cuscuta.* Centaurium est geminum, maius & minus. Maius officinis Rhaponticum hodie nominatur, ut infra fufius docebimus. Minus suam retinet appellationem, & Centaurea minor, in aliud genus deflexa uoce, appellatur. Maioris radice duntaxat utuntur officinæ. Minoris coma cum floribus.
- Centaurium Rhaponticum.*
- Cerefolium.* Cerefolium. vide Myrrhis.
- Chamædryas.* Chamædryas duarum est specierum, vna Dioscoridis, altera Theophrasti. Præstat uti hac vel altera quæ haberi potest, modò adulterinam pro vera non usurpemus. Utimur coma cum floribus.
- Chamælaea.* Chamælaea Seplasijs Mezereon nominatur. Paucis autem hodie vera Chamælaea cognoscitur. Qua verò stirpe hodie nostrates officinæ pro Mezereon utantur, paulopost exponemus. Eius iconem in nostris de stirpium commentarijs inuenient Pharmacopœi.
- Chamepitys.* Chamepitys. vide Aiuga.
- Cichorium.* Cichorium, officinis Cicorea, latinis Intybum syluestre dicitur.
- Cicuta.* Cicuta venenata & letalis est herba. Utimur eius semine, sed extrinsecus admoto. Semen tamen quo hodie pharmacopœi utuntur non est legitimum, nec è Cicuta stirpe, sed potius ex ea herba, quam Cicutariam vulgò nominant, excerptum. Quippe Cicutæ semen non est rotundum, sed oblongum, ut alibi copiosius diximus.
- Cnicus.* Cnici duo sunt genera, satiuæ & syluestris. Satiuæ Seplasijs Cartamus, vulgò Crocus syluestris nominatur. Syluestris duas partitur in species. Vna est quæ recticaulis dicitur, & officinis non cognoscitur. Altera humicaulis, quæ Seplasijs Carduus benedictus appellatur.
- Carduus benedictus.*
- Chelidonium.* Chelidonium duum est generum, maius & minus. Maius passim nascitur, & nulli non cognitum est. Minus iudico hodie esse omnibus ignotum. Herba enim quam vulgus medicorum Scrophulariam minorem vocat, Chelidonium minus non

non

non est, quod nullam penè acrimoniam, vel certè tam exilem vt sensui ferè non occurrat: sed est potius altera Malacocicisi species, vt alibi à nobis ostensum est.

*Scrophularia minor.*

Cynoglossum officinarum non est id quod Dioscorides & alij veteres pingunt, sed potius ea herba quam illi Lycopsum nominant. Reuocandum igitur in vsum medicum veterum Cynoglossum, cuius quidem folijs, non radice vtendum erit. Eius effigies est in nostris de Stirpium historia commentarijs.

*Cynoglossum officinarum.*

Daphnoides Seplasijs Laureola nuncupatur. Eius folijs pro Mezereon nostrates vtuntur officinæ, quum tamen, vt paulo supra est monstratum, Mezereon non sit nisi Græcorum Chamalæa. Semine verò eiusdem pro Coccognidio, vt infra latius dicemus, vtuntur.

*Daphnoides.*

Delphinium duplex est, satium & syluestre. Satium in Germania non nisi fatum prouenit. Syluestre passim in agris & segetibus gignitur, vocaturq; Seplasijs Consolidaregalis.

*Delphinium.*

*Consolidaregalis.*

Dictamnus officinis Diptamus. Vera autem dictamno multis annis nostrates officinæ non sunt vsæ, sed radice alterius herbæ, quam Diptanum album vocant, quum Cretensis potius folijs illis vtendum fuisset. Iam verò innotescere satis cœpit, nec iam est facile inuenire officinam, in qua nō venalis habeatur.

*Dictamnus.*

Ebiscus. Vide Althæa.

*Ebiscus.*

Echion multorum est generum. Eius generis herba est quæ hodie Seplasijs Buglossa vocatur. Vtendum illius coma, floribus, & radice.

*Echion.*

*Buglossa officinarum.*

Elelisphacos, Latinis & officinis Saluia nominatur. Foliorum duntaxat vsus est.

*Saluia.*

Equisetum Seplasijs Cauda equina dicitur. Coma eius vtimur.

*Cauda equina.*

Ebulus nomen suum in officinis retinet. Folijs potissimum hodie vtimur.

*Ebulus.*

Eleoselinum latinis sonat Apium palustre. Seplasijs simpliciter, non tamen sine errore, Apium appellatur, quum ita nominatum, propriè non sit nisi quod vulgò medicorum Petroselinū nuncupatur. Vfus foliorū, florum, & seminis.

*Eleoselinum.*

*Apium officinarum.*

Erigeron, latinis Senecio dicitur. Errant officinæ medicorum quæ pro Senecione vtuntur aquatico nasturtio, quod tamen alterum Sifymbrij genus est. Ita nullam prorsus cognitionem herbarum habent, qui hodie componendis medicamentis præsent. Coma cum floribus vsurpatur.

*Error officinarum in Senecione.*

Eruca hortensis vera paucis est cognita. Imaginem eius in primo nostrorum de Stirpium historia Commentariorum tomo pictam dedimus. Syluestris est quæ vulgò deprauato & decurtato nomine Rucula nominatur. Folijs & semine vtimur.

*Eruca.*

*Rucula.*

Eupatorium triplex existit. Vnum Dioscoridis, Galeni, & aliorum Græcorum medicorum, quod ab officinis Agrimonia vocatur. Vfus foliorum eius & radicis. Alterum Auicennæ, quod sub nomine Eupatorij simpliciter, omnibus propemodum in officinis prostat. Alio nomine Kunegundis herbam, & Organum aquaticum nominant. Hæc tamen quum omni adfrictione vacet, pro vero & Græcorum Eupatorio vsurpari non debet. Tertium est Mesue, quod Græcis Ageratum dicitur, paucis pharmacopœis cognitum. Effigies eius est in nostris Commentarijs expressa. Eo vtendum, quum ex præscripto Mesues Seplasiarj componunt medicamenta: sicuti altero, vbi Auicennæ medicamenta construunt. Errant toto cœlo pharmacopœi, qui pro Eupatorio vtuntur

*Eupatorium Græcorum.*

*Agrimonia.*

*Auicenna.*

*Herba Kunegundis.*

*Mesue.*

Scarlea syluestri, vel vt nonnulli vocant Saluia agresti. Siquidem nullus vquam neq; Græcorum, nec Arabum ea herba pro Eupatorio vsus est.

*Pharmacopœorum immensus error.*

Eufragia veteribus, sub hoc præsertim nomine incomperta herba. Apparet hanc vetustioribus herbarijs Euphrosynō fuisse dictam, propter causam alibi abundè expositam. Ab alijs non ineptè Ophthalmica est nuncupata. Folijs cum floribus vtimur.

*Eufragia.*

*Ophthalmica.*

Fœnicu-

- Feniculum.* Fœniculum omnibus est notum, & retinet nomen suum hodie in officinis medicorum. Vfus comæ eius, seminis, & radicis.
- Fumaria.* Fumaria. Vide Capnos.
- Gingidium.* Gingidium non est herba quæ officinis Cerefolium dicitur, sed potius Lapula agrorum, vt alibi euidentibus argumentis ostendimus. Comacius vtendum. A nostratibus pharmacopœis non agnoscitur, ideoq; in illorum officinis nullum obtinet vsum. Eius iconem dedimus primò nostrorum de Stirpium historia commentariorum tomo.
- Halicacabus.* Halicacabus geminus est, peregrinus, & vulgaris. Posterior officinis duntaxat cognitus est, & deprauata voce Alchechengi nominatur, vtimur succo foliorum, & fructu.
- Hedypnois.* Hedypnois duum est generum, maior & minor. Maior Seplasijs nota, Taraxacon dicitur. Coma cum floribus vtimur.
- Helxine.* Helxine, vulgò & officinis medicorū Parietaria nominatur. Folijs vtimur.
- Parietaria.* Hyoscyamus ab officinis barbara & deprauata voce Iusquiamus vocatur.
- Hyoscyamus.* Vfus comæ & seminis.
- Hyssopum.* Hyssopum nomen suum in Seplasijs retinet. Folijs eius cum spica florum vtimur.
- Intybum.* Intybum duplex est, satium & syluestre. Satiuum iterum in duo partitur genera: latifolium, quod vulgò Medicorum & Seplasijs Endiuia nominatur.
- Endiuia.* Angustifolium, quod iisdem Scariola nuncupatur. Plurimum errant pharmacopœi qui pro Endiuia vtuntur herba quadam, quæ est syluestris lactuca. Alij ijs non minus hallucinantur, qui alteram Sonchi speciem loco Endiuia vsurpant.
- Scariola.* Syluestre Intybum Cichorium dicitur. Officina deprauata nonnihil voce Cicoream vocant. Vfus est foliorum, seminis & radicis.
- Error pharmacopœorū.*
- Cichorium.*
- Iuncus odoratus.* Iuncus odoratus Græcè  $\sigma\chi\omicron\iota\nu$ . Huius flore, qui Actuarius & alijs recentioribus Græcis  $\sigma\chi\omicron\iota\nu\delta$  appellatur, maximè vtendum esset. Hodie tamen ad nos flos minimè defertur, sed culmi duntaxat eiusdem, superiore nimirum parte à camelis, qui ea vescuntur, Galeno attestante, & maximè delectantur, erosa. Eam enim in Arabia semitis copiosissimè prouenientem cameli depascuntur. Hinc Germanis *Camelthw*, id est, fœnum camelorum, nominatur. Quod autem falsò Galenus sit à Matthiolo notatus, in appendice aduersus illum scripta docuimus. Seplasiæ etsi culmos tantum venales proponant, tamen nihilo minus deprauata voce Squinantum, quum dicendum esset illis Schoenantho, vocant. Floris culmorum, & radicis vsum esse in officinis medicorum deberet. Sunt tamen, vt Monachi illi qui in Mesues filium commentarios ediderunt, quod prætereundū nobis minimè erit, qui culmos illos legitimos esse negent, quòd scilicet linguam non mordicent, nec rosæ odorem spirent. Sed vicissim non defunt, qui Schoenanthum recens linguam validè mordicare, & rosæ odorem referre attestantur. Nec mirum vetus & odorem & saporem amittere, præsertim quum ab eo, vt Galenus autor est, omnis vis vetustate euanescat. Sed nec illud quod passim in officinis prostat odore prorsus vacat.
- Laurus.* Laurus nomen suum retinet. vtimur eius folijs & fructu.
- Vuularia.* Laurus Alexandrina, Seplasijs Vuularia nuncupatur. vsum foliorum duntaxat est.
- Lactuca.* Lactuca multarum est specierum. vtimur folijs, & semine.
- Lapathum.* Lapathum, quod officinis corrupta nonnihil voce Lapatium dicitur, multorum est generum, quorum duo duntaxat Seplasijs vsitata sunt, nempe Oxylapathum, quod illis Lapatium acutum vocatur, ex Oxalis, quæ iisdem Acetosa nominatur. Vfus foliorum, seminis, & radicis.
- Lapatium acutum.*
- Laureola.* Laureola. vide Daphnoïdes.

Lichen,



Lichen, officinis medicorum Hepatica nuncupatur. Vtitur folijs. *Hepatica.*

Lolium, quod officinae hodie nec cognoscunt, nec usurpant, veteribus vsitatissimum fuit. Quare in quotidianum vsu reuocandum. Quale verò sit, discant è nostris de Stirpium historia Commentarijs. Ibidem enim duo illius genera recensuimus, adiectis eorundem picturis.

Lotus syluestris est herba illa qua nostrates officinae hactenus propemodum omnes pro Meliloto, non sine errore, vsae sunt. Quae enim vera Melilotus sit, paulo post indicabimus. Lotum illam vulgus medicorum, & Germani etiam nostri Saxifragam luteam appellant. Vtitur eius coma cum floribus. *Lotus syluestris. Seplasiarum error.*

Lupus salictarius, officinis medicorum Lupulus dicitur. Coma cum floribus vtitur. *Lupulus.*

Malua multarum est specierum. Officinae pumila maximè vtuntur. Vfus verò est foliorum eius, & seminis. *Malua.*

Malabathrum Dioscoride teste, folium est sui generis, quod Indicae paludes gignunt, lentis palustris modo innatans aquis, sine radice. Hoc namque ita à Dioscoride pingitur. Folium Indum Graeci appellant. A quo vnguentum Malabathrinum, dictum est. Alterum Malabathrum folium est arboris cuiusdam in Syria nascentis, ideoque Malabathrum syriacum nominatum, & Plinio lib. 12. cap. 26. celebratum. Vnde Galeno lib. 7. de compos. medicament. vnguentum syriacum appellatum est. Vtrumque folium hodie ad nos deferri desijt. Est praeterea aliud cuiusdam plantae folium perpetuò viride, amplum, folio Nucis iuglandis simile, in quadam Indiae regione quae Malabar dicitur natum, quod incolae decurtata non nihil voce Batrum nominant. Hoc cerebrum & stomachum roborat, ac cor exhilarat, veneremque incitat, & halitum oris commendat, itidem Indiae incolis priuatim Folium appellatur. Ab hoc vnguentum foliatum diuitibus Romanis mulieribus nuncupatum est. Vt iam dicta tria sint distincta genera. Hinc Galenus lib. 7. de compos. medicament. general. cap. 12. in vnus medicamenti compositionem tria haec vnguenta *μαλαβάθρινον, καὶ φελιάτου ῥωμαϊστί καλουμένου, καὶ σνριακόν* adhibet. Differunt etiam haec, eodem teste, à *ναρδίνω*, secus ac Plinius putauit. Non temere autem hoc ad vsu erit admittendum, quod eius facultas nos lateat, sed vbi Malabathro seu Folio opus sit, casia odorata, vel Indica nardus, Galeno autore, supponenda erit. In horum locum Arabes quartum inuexerunt folium oblongum, Laurino proximum, sed maius, & neruis tribus illud intercurfantibus distinctum, odore & sapore Cinnamomi iucundo. Quapropter quidem è sapore colligunt Cinnamomi esse folia. Hoc vnum hodie cognoscitur, illudque officinae, vt Mauritanii, quos illae maximè imitantur, simpliciter Folium nominant. *Malabathrum. Folium Indum. Vnguentum Malabathrinum. Syriacum. Folium.*

Marrubium officinis hodie Graeca appellatione Prasiuum nuncupatur. Coma cum semine vsus est. *Marrubium.*

Maiorana, Sampsyclus alio nomine dicitur. Vtitur folijs cum floribus, & femine. *Maiorana.*

Melilotum quo Seplasiae hodie vtuntur propemodum omnes, non est verum & legitimum, sed potius lotus, vt paulo ante dictum est, syluestris. Verum autem Melilotum in nostris de Stirpium historia Commentarijs pinximus. Ex his itaque discant Seplasiarum quo illis deinceps Meliloto sit vtendum, nec in veteri errore, toties moniti, persistant, nec praefractè adulterinum subinde ad medicamentorum compositiones usurpent. *Melilotum. Officinarum error.*

Melissophyllum officinis Melissa dicitur. Sunt autem vulgaris Melissae duo genera. Vna cum luteis floribus, qua communiter omnes propemodum officinae vtuntur. Altera cum purpureis floribus, quae Turcica, discriminis gratia, nominari potest. Vtraque grauiter odorata est, & cimices verius quam citrum *Melissa. Lutea. Turcica.*

B redolet,

- redolet. Tertium Melissæ genus, quod copiosè in Boiaria iuxta Ingolfradium  
prouenit, odore suo planè Citrum refert, præsertim quum arida existit, ideoq̃  
*Citrugo.* vera est, & Citrugo rectissimè nuncupatur. Hac etiam Seplasiæ Ingolfradianæ  
pro Melissa vtuntur.
- Mentha.* Mentha multorum est generum, quæ singula alibi nominatim expressimus.  
Vfus comæ cum floribus.
- Mentastrū.* Mentastrum nomē suum in officinis in hodiernum vsq̃ diem retinet. Vten-  
dum folijs cum floribus.
- Mercurialis.* Mercurialis duplex, mas & fœmina. Vfus foliorum & feminis.
- Morus.* Morus arbor est, cuius folijs, fructu, & radice vtendum esse veteres tradunt.
- Muscus.* Muscus, Seplasijs Vinea vocatur.
- Myrrhis.* Myrrhis non est nisi herba quæ vulgò & officinis Cerefolium dicitur. Folijs  
& semine vtimur.
- Nasturtium.* Nasturtium nomen etiam suum hodie in officinis retinet. Vfus foliorum &  
feminis.
- Nepeta.* Nepeta. Vide Calamintha.
- Ocimum.* Ocimum multorum est generum, officinæ Basilicon vocant. Vfus comæ  
*Basilicum.* cum floribus & semine.
- Ononis.* Ononis. Vide Anonis.
- Origanum.* Origanum est multarum specierum. Seplasiæ nostrates hæcenus omnes  
sylvestri, vtpote vulgari & passim proueniente, duntaxat vsæ sunt. Iam affe-  
runt etiam Creticum, Heracleoticum, & alia quædã genera. Vfus est comarū et  
florū. Effigies omniū in nostris Commentarijs de Stirpium historia habentur.
- Osyris.* Osyris Seplasijs Linaria dicitur. Vtimur folijs cum floribus.
- Oxalis.* Oxalis. Vide Lapathum.
- Parietaria.* Parietaria. Vide Helxine.
- Cotula fœ-  
tida.* Parthenium officinis, & vulgò Cotula fœtida dicitur. Errant autem qui  
hanc herbam Matricariam esse arbitrantur. Vfus comæ cum floribus.
- Mater sylvia-  
rum.* Periclymenon vulgò & Seplasijs Mater sylviarum, caprifolium, & Liliū  
inter spinas vocatur. Vfus foliorum & feminis.
- Caprifolium.* Perfoliata officinis, dicta, veteribus incognita fuit. Vtimur folijs & semine.
- Perfoliata.* Perfonatia officinis & vulgò Lappa maior, & Bardana nominatur. Vfus fo-  
*Lappa maior.* liorum & radicis.
- Bardana.* Phyllitis Seplasijs Scolopendria vocatur. Coma eius frequenter vtuntur  
*Phyllitis.* medici. Floribus nanq̃ & semine vacat.
- Scolopendria*
- Plantago.* Plantago maior, minor & media. Vtuntur folijs, semine, & radice.
- Polium.* Polium duplex est. Inter ea montanum optimum est. Errant nonnulli phar-  
macopœi qui pro Polio vtuntur Chamæpityos specie. Vfus est comæ.
- Polygonon.* Polygonon officinis Corrigiola dicitur. Vtimur coma cum floribus.
- Corrigiola.* Populus duplex, alba & nigra. Vfus foliorum, florum, corticis, & feminis.
- Populus.* Portulaca itidem duplex, satiuæ & sylvestris. Vtimur folijs & semine.
- Portulaca.* Prasium. Vide Marrubium.
- Prasium.* Psyllium nomen suum vetus retinet in medicorum officinis. Coma cum se-  
*Psyllium.* mine vtimur.
- Pulegium.* Pulegium duorum est generum, mas & fœmina. Vfus foliorum cum se-  
mine.
- Rosa.* Rosa gemina, satiuæ & sylvestris. Vtimur coma & floribus.
- Rosmarinus.* Rosmarinus coronaria utilis folio & flore, quem vulgus medicorum simpli-  
*Anthos.* citer *αἰδοῦ*, genere pro specie vtens, appellat.
- Rumex.* Rumex. Vide Lapathum.
- Ruta.* Ruta duūm est generum, hortensis, quæ omnibus cognita est: & sylvestris,  
quæ

quæ rursus gemina est, vna scilicet montana, & altera quam Syri Harmala, no- Harmel.  
stræ ætatis medici Harmel nominant. Errant capitaliter Seplasiarij & Medici, Capitalis Se-  
qui pro Harmala, vel vt ipsi loquuntur Harmel, Cicutæ semine vtuntur. Ruta- plasiariorum  
rum omnium historias & picturas alibi studiosis dedimus. error.

Sabina, officinis Sauina vocatur. Comæ vsus est. Sabina.

Salix, nomen retinuit suum in hodiernum diem. Vtuntur folijs duntaxat. Salix.

Saluia duplex, maior & minor. Vfus comæ cum floribus. Saluia.

Sambucus antiquum hodie nomen obtinet in officinis medicorum. Vten- Sambucus.  
dum folijs eius, & radice.

Sampsychem. Vide Maiorana. Sampsychem

Sanguinalis. Vide Polygonum. Sanguinalis.

Sanicula duum est generum, & vtraque vulneraria est. Seplasiæ primi generis Sanicula.  
tantum Sanicula vtuntur. Comæ verò eius vsus est.

Satureia verum & antiquum nomen suum retinuit. Folijs vtuntur officinæ. Satureia.

Scabiosa multarum est specierum, quas omnes alibi monstrauimus. Vfus Scabiosa.  
foliorum cum floribus.

Scarlea, aut potius Orminum syluestre, duobus potissimum hodie cogni- Scarlea.  
tis distinguitur generibus: est enim maior & minor. Maiorem Seplasiæ priua- Gallitricum.  
tim corrupta voce Gallitricum vocant. Callitricum nanque illis dicendum erat,  
quæ tamen appellatio Adianto, quod illæ Capillum Veneris nominant, con-  
uenit. Minor est quam vulgus medicorum Saluiam syluestrem appellant: &  
nonnullæ officinæ, non nisi maximo errore, vt diximus supra, pro Eupatorio  
vtuntur. Vfus foliorum cum floribus & semine. Officinarum  
quarundam  
error.

Scolopendriion. Vide Asplenon. Scolopendri-  
um.

Scolopendria. Vide Phyllitis. Scolopendria

Scordium verum, magna Seplasiarum pars hætenus ignorauit, & pro eo, Scordium.  
magno errore, Allij syluestris radice vsæ sunt. Iam hunc errorem omnes fere  
abiecerunt. Foliorum cum floribus vsus est. Error Sepla-  
siarum.

Semperuiuum plurima habet genera. Seplasiæ maiorem, & minorem fœ- Semperuiuum.  
minam maximè vsurpant. Folijs autem cum floribus vtuntur.

Senecio. Vide Erigeron. Senecio.

Serpyllum nomen vetus retinet. Coma cum floribus utilis est. Serpyllum.

Seris. Vide Intybum. Seris.

Sisymbrium simpliciter, officinis Balsamita nominatur, vt supra quoque mo- Sisymbrium.  
nuimus. Vtuntur folijs cum floribus. Sisymbrium autem cardamine est, quod Balsamita.  
vulgò & Seplasijs Nasturtium aquaticum dicitur. Vfus eius vt prioris. Nasturtium  
aquaticum.

Sonchus duplex est, aspera & non aspera. Posteriore officinæ quædam pro Sonchus.  
Endiuia vtuntur: quod ferendum erat, nisi idem quoque medici nonnulli face- Medicorum  
rent: quorum tanta est pertinacia & stupiditas, vt moniti etiam, imò de errore pertinacia.  
conuicti, illum tamen deserere nolunt. Sciunt autem nunc ferè omnes, Endiu-  
iam appellationem deprauatam ex Intybo promanasse, vt indigni sint quos am-  
plius moneas: imò qui errorem ne nunc quidem agnoscere volunt, hos perpe-  
tuò cecos esse conuenit. Foliorum & florum vsus esse debet.

Solanum Seplasijs corruptè Solatrum nominatur. Hoc quum multarum sit Solanum.  
specierum, duabus tantum, nempe hortensi, & altera quæ Halicacabus dicitur,  
vtuntur. Hortensis folia duntaxat vsurpant. Halicacabi semen.

Spica nardi, & Spica simpliciter non est nisi radix quæ sub eo nomine passim Spica nardi.  
in officinis medicorum venditur, vt alibi fusius monstrauimus. Sic verò est ap-  
pellata, non quod reuera spica sit, & in caulium cacumine proueniat, sed quod  
Spicæ formam radix hæc repræsentet.

B ij Spica

- Spica celtica.* Spica celtica, aliàs Romana dicitur. Eius effigies est in altero nostrorã Commentariorum tomo.
- Spinachia.* Spanachia, vulgò Spinachia dicitur. Coma cum semine vtimur.
- Spina alba.* Spina alba Seplasijs & Serapioni Bedeguard, nominatur. Hodie pharmacopœis ferè omnibus incognita: ideoq; fit vt alius aliam pro ea vsurpet herbam. singuli enim peculiarem propemodũ habent Bedeguard, ita vt nonnulli etiam eò infantiã veniant, vt spongiolas quas syluestris Rosa profert, pro illa vtantur, silentibus interea medicis, æquè, vt ipsi, imperitis. Germanicis Seplasijs consultissimum erit, vt pro spina alba vtantur ea quæ passim apud nos prouenit, & in altera nostrorum de Stîrpium historia Commentariorum editione picta est, quod illa sit vera Spina alba, & Dioscoridis descriptioni optimè quadret. vtendum folijs, semine, & radice.
- Spina arabica* Spina Arabica, vel Aegyptia Serapionis & officinarum est Sucaha, vt conferenti vtrinq; descriptiones & facultates sole clariùs patet. Est autem Spina Arabica hodie incognita, ideo eius succedaneo vtendum: quod quale sit, suo infra indicabimus loco.
- Stichas peregrina.* Stœchas vel Stichas duplex est: vna cæruleis, altera purpureis floribus, vt alibi monstrauimus. Priore Seplasiã pro Stichade Arabica vtuntur, quum tamen neutra esse Arabica videatur. Arabica namq; modò Auicennæ credendum sit, semine destituitur. Singulæ autem iam dictæ suis in spicis semen producunt. Sunt tamen legitima Græcorum Stichades, & quidem nobis peregrinæ. Præter enim has duæ aliæ officinis medicorũ vsitatae sunt, quarum altera
- Stichas Arabica.* Spicanardi appellatur, altera verò Lauandula. Plurimam in medendo efficaciam habent, ideoq; in vsu medico minimè contemnendæ.
- Stichas citrina.* Stichas citrina officinis dicta, est Amaranti lutei species, vt alibi ostendimus.
- Millefolium.* Stratiotes millefolia, Seplasijs simpliciter Millefolium vocatur. Vfus est foliorum cum floribus.
- Tamariscus.* Tamarix officinis Tamariscus appellatur. Vtimur folijs, cortice tum ligni, tum radicis.
- Thymelæa.* Thymelæa hodie à paucis agnoscitur. Eius semen est granum siue coccum Gnidium, pro quo tamen officinæ nostræ hodie fructu seu semine Daphnoïdis vtuntur, vt supra quoq; monuimus. Eius effigiem alibi dedimus.
- Tithymali.* Tithymalus est multorum generum, quæ propemodum omnia alibi picta legentium oculis subiecimus. Seplasiã aliquot eius genera Esulas nominant. Nicolaus tamen Myrepsus sic duntaxat Tithymalum Cyparisiam, non Pityusam, vt Matthiolum falsò censet, appellat, & interdum etiam eandem nominat Chamæpityn, nulla alia haud dubiè de causâ, quàm quod magnam similitudinem cum Chamæpity, quod ad foliorum formam attinet, habeat. Hodie Esula minor vocatur.
- Polytrichum.* Trichomanes Dioscoridis officinis Polytrichum nuncupatur. Magni vsus & non contemnendi herba. Coma eius vtimur, quod floribus & semine vacet.
- Thymum.* Thymum nomenclaturam suam in Seplasijs retinuit. Coma cum floribus vtendum. Putant pleriq; atqui falsò, Thymum vulgare esse Serpyllum satiuum.
- Vngula caballina.* Tussilago officinis vngula Caballina nominatur. Folijs eius tantum vtuntur hodie medici. Flos enim eius fugax est, nec non nisi verno tempore compareret. Quum verò hoc tempore quo floret folijs adhuc suis destituatur, fit vt à paucis tum cognoscatur.
- Verbascum.* Verbascum multarum est specierũ, quas omnes alibi ostendimus. Seplasijs Tapfus

Tapfus barbatus dicitur. Folijs & floribus utimur. Verbasculorum duo sunt genera, odoratum & non odoratum. Officinis herba paralyfis vocatur, & com-  
ma, odorati maximè, ac floribus utuntur.

Tapfus bar-  
batus.

Verbascula.

Herba Para-

lyfis.

Verbenaca.

Verbena.

Error quo-

rundam de-

rectus.

Betonica.

Verbenaca est duplex, supina & recta. Supina officinæ tantum utuntur, & Verbenam nominant. Vfus est foliorum cum floribus. Recta multa habet genera, quæ alibi monstrauius. Errant qui inter genera eiusdem recensent herbam quæ est Erysimum oleraceum, quod diffusè & ex professo in nostris de Stirpium historia Commentarijs monstrauius.

Vetonica, Seplasijs Betonica non coronaria nuncupatur. Duùm est generum, purpurea & alba. Purpurea officinæ tantum utuntur. Foliorum cum floribus maximè vfus est.

Viola purpurea seu nigra, siue Martia. Eius tum folijs, tum floribus in officinis utuntur.

Viola.

Vitex. Vide Agnus.

Atq; hæ sunt stirpes quibus nostrates officinæ maximè utuntur.

## DE FLORIBVS.

Caput quintum.

Vsus autem priuatim in nostratibus officinis sequentium florum est.

Anethi. Vide in stirpibus.

Anethi.

Anthos vulgus medicorum, & pharmacopœorum posteriorum Græcorum exemplo, Rosmarini florem appellat. Vide Rosmarinus.

Anthos.

Balauftium syluestris Punice flos est, vt Cytinus fatiua, Theophrasto, Galieno, & Dioscoride testibus. Intelligunt autem prædicti autores per florem non solum foliola, sed & calycem qui pomum producit. Cuius quidem rei testis est lib. 23. cap. 6. Plinius, qui Cytinum primum huius pomi partem florere incipientis nominat. Et Galenus lib. 6. de Comp. medic. local. cap. 1. Cytinum interpretatur primogenitum punicum. Quare minus rectè Cornarius in suis super iam citatum locum commentarijs Galenum negligentia in simulat, quin potius diligentia tribuendum erat, quod hoc loco quid per cytinum intelligat, tam diserte explicare, & lectorem à confusione asserere voluerit. Per florem igitur Punice, & futuri pomi formam, & foliola quæ super calycem sunt, prædicti autores accipiunt. Plinius verò florem ipsum tam fatiua, quam syluestris nondum apertum, & qui foliola rubra nondum ostentat, Cytinum nominare videtur. Balauftium autem foliola rubentia quæ iam ex calyce eruperunt. Plinium sequuntur recentiores & nostræ ætatis medici in vniuersum omnes, qui per balauftium cuiusuis mali punice florem intelligunt, contra quàm Græci, qui syluestris duntaxat punice florem ita nominant. Retinuit itaq; flos ille in officinis medicorum veterem nomenclaturam.

Balauftium.

Cytinus.

Galenus à

Cornarij ca-

lumnia de-

fensus.

Betonica coronaria. De qua capite præcedenti diximus. Vfus est quoque florum alterius Betonice, quam Cestron Græci vocant.

Betonica co-

ronaria.

Cestron.

Buglossi.

Cichorij.

Chamameli.

Croci.

Buglossi. Borriginem Seplasiæ appellant, vt antea monstrauius.

Cichorij. Vide Intybum.

Chamameli. Camomillam officinæ medicorum nuncupant. Vide Anthemis.

Croci. Optimus autem ad medicamenta Coryceus, recens, oblongus, integer, plenus, non fragilis, flauissimus, & odoratissimus. Hodie primas tenet Viennensis.

Cyani. Frumenti florem officinæ appellant. Eius duo sunt genera, fatiua scilicet & syluestris, vt alibi docuimus.

Cyani.

Echij. Buglossam Seplasiæ nominant, vt præcedenti capite dictum est.

Buglossæ.

B iij

Ephe-

*Ephemeris non letalis. Liliū conuallium.* Ephemeris non letalis, quod vulgus medicorum & officinæ illorum Liliū conuallium, & Germani nostri Mañ florem nuncupant. Quidam sciolus, quem indignum vt à nobis nominetur censemus, nuper alteram Polygonati speciem pro Ephemero, non letali multorum risu, produxit. Matthiolus putat inter Ephemeris genera numerandum haud esse, qua de realibi multa diximus, et ipsius opinionem confutauimus.

*Epithymum Arabum & Græcorum Epithymum vnum & idem.* Epithymum Græcorum & Arabum vnum & idem est. Hallucinantur itaq; plurimū, qui Dioscoridis aliorumq; Græcorum Epithymum, ab eo quod Arabes pingunt, & hodie in officinis vsurpatur, diuersum esse putant. Quippe vtrunq; capillamentum Thymi est. Esse autem vnum & idem vtrorumq; Epithymum, principiō facultates quas illi tam Græci, quàm Arabes tribuunt, liquidō monstrant. Ex æquo enim huic pituitam atramq; bilem per inferna ducendi vim inesse tradunt. Præterea descriptio Epithymi quæ est apud Dioscoridem satis testatur, non esse ipsum ab Arabum Epithymo diuersum. Is namq; Epithymum suum à Romanis inuolucrū vocari scribit: quod quidem nomen ei quo in officinis vtimur, & ab Arabibus, præsertim Serapiōe, & Mesues filio, pingitur, optimè quadrat. Nam rubrum est capillamentum, quod Thymi flores, inuolucris instar, ambit, quale etiā in alijs herbis, Thymbranimirum, quod ob id Græcis ἐπιθουμῶρον dicitur, & in lino, quod posteriores Græci priuatim Cassutham, nostri Cuscutam vocant, inuenitur. Deniq; Dioscorides Epithymum habere inquit capitula tenuia, leuia, caudas capillorum modo obtinentia: quæ certè singula indicia communis vsus & Arabum Epithymo pulchrè conueniunt. Quare vt diuersum ab eo sit, fieri nequit. Sed ijs quæ diximus quispiam forte reclamabit, & Dioscoridis auctoritatem opponet, qui disertè ait Epithymum Thymi esse florem. Quod si verum est, vt nemo inficias ire poterit, ab eo quod Arabes describunt diuersum sit necesse est, qui non esse Thymi florem, sed eius potius inuolucrum memoriæ prodiderunt. Cui ita respondemus, rectè quidem Dioscoridem statuere Epithymum esse Thymi florem, siquidem florem ille appellet, non id quod propriè Thymi flos dicitur, sed id quod crinium vel cincinnorum modo capitula Thymi ambit, ac florum quadam imagine comat capillamentum. Hincq; adeò factum est, quod non contentus fuerit simpliciter florem nominare: sed adiicit, atq; perspicuè explicat, quale id sit quod Thymi capitula cingit, aut quod flores Thymi inuoluit & ambit: nempe capillamentum aliquod Cassutham referens. Vnde omnibus palàm fit, Epithymum non solum capillamentū esse quod Thymi flores cingit, sed etiam ipsos flores, tam Thymi, quàm capillamenti, qui vnà quum capillamentum illud tollitur, decerpuntur. Cuius rei testis est Auicenna, qui lib. 2. cap. 229. Epithymiū hisce verbis describit: Est, inquit, semen, & flos, & stipites parui contracti. E quibus sanè verbis manifestum omnibus fit, Epithymum esse capillamentum seu inuolucrum quod simul flores, semen & summitates stipitis seu coliculos Thymi in se complectitur. Id quod confirmat maximè, quod nunc pharmacopœi etiam Epithymum eiusmodi afferant, qd Thymi folia, flores, & semen sibi admixtum habet. Vt rectissimè Dioscorides capillamenta illa flores Thymi ambientia & cingentia, atq; florum quadam imagine comantia, Thymi flores dixerit, capillamenta scilicet ipsa floribus connectens, vt qui à capillis illis separari nequeat, & vnà vt cum eis decerpantur necesse sit. Quapropter rectissimè fecit Galenus quod Epithymo facultates Thymi assignat, quanquam efficaciores. Nec obstat nostræ sententiæ, quod Plinius lib. 26. cap. 8. duo Epithymi genera esse statuat. Nam is, vt post eum multi quoq; alij, Dioscoridis locum non rectè intellexit, quemadmodum copiosissimè tomo primo nostrorum de Stirpiū historia commentariorum diximus. Sed hæc de Epithymo in præsentia dixisse satis sit.

Genistæ

*Obiectio alia dissoluta.*

Genistæ nostratis, quã corrupta nonnihil voce Seplasiæ Genestam vocant, flores pharmacopœos habere oporteret. Sed tanta est multorum negligentia, ut illos planè negligant, nec inter reliquos flores locum obtinere patiantur. Utuntur enim eius duntaxat semine.

*Genista.  
Pharmacopœorum negligentia.*

Iunci odorati, Squinantum barbari nominant, flores in Seplasijs nostratis haud prostant. Eius enim duntaxat culmos venales exponunt.

*Iunci odorati*

Lauandulæ. vide Stœchas.

*Lauandulæ.*

Leucoiorum luteorum. Cheiri nuncupant officinæ. Vide supra.

*Cheiri.*

Liliorum alborum, quidem flores vsurpant Seplasiæ, aliorum nequaquam.

*Liliorum alborum.*

Maluæ syluestris floribus vtuntur maximè.

*Maluæ.*

Meliloti, cuius multa esse genera constat, ut alibi diximus. Officinæ prope modum omnes, flores Loti syluestris pro Meliloti floribus venales exponunt, quum potius earum herbarum floribus illis ad conficienda medicamenta vtendum esset, quas in altero nostrorum de Stirpium historia commentariorum tomo primam, & quartam speciem fecimus. His enim leuis quædam astrictio inest, quam in Meliloto veteres requirunt, quum contra Lotus syluestris nullam prorsus habeat, acrisq; magis sit. Græcorum succedanea, quorum nonnulli falso autorem esse Galenum sibi persuadent, quod multa in ijs non satis commodè pro alijs substituta sint: inter succedanea Meliloti referunt Lotum syluestrem: quod non alia de causa fecerunt, quam quod concoquendi & discutiendi facultatem, perinde atq; Melilotum, habeat. Quasi verò solas has facultates Melilotum, & non etiam illis coniunctam astrictionem, qua Lotus syluestris prorsus destituitur, obtineat. Atq; ea haud dubiè causa est cur hæcenus etiam officinæ ea pro Meliloto vsæ sint. Quum autem habeamus aliam herbam quæ præter iam dictas tertiam etiam habeat, nempe adstrictoriam facultatem, necesse est ut illa vtantur. Præstaret tamen eas prima specie vtî, si eius copia haberi posset.

*Meliloti.*

*Galenus non est autor græcorum succedaneorum.*

Melissophylli, officinis Melissæ. Vide supra.

*Melissophylli.*

Nymphææ, Seplasijs Nenupharis. Facultatis tamen florum eius Dioscorides & Galenus priuatim non meminerunt, quod eandem quam semen & radix facultatem habeant. De illorum itaq; sententia semine potius, & radice medicis vtendum erit, quæ, ut ijdem testantur, refrigerandi & exiccandi potestatem obtinent. Arabes contra floribus esse vtendum præcipiunt, illisq; refrigerandi in tertio, in secundo autem humectandi vim tribuunt. Atq; hos quidem flores quarta species Nenupharis producit, quando quidem illi præter binas quas Græci commemorant, duas alias recensent. Ut hinc constet, eam Nymphæam, cuius flores humectare Arabes memoriæ prædiderunt, non esse Nymphææ speciem, sed herbam ab ijs diuersam, & hodie omnibus incognitam. Quapropter toto cælo errant nostri temporis medici, quod suis Nymphæis, quæ sunt Græcorum, humectandi etiam facultatem assignant. Ita Arabum scripta sæpè numero errandi occasionem medicis præbent. Et mirum planè est, Serapionem etiam inter Nenuphares suas quæ frigida & humida sunt, numerare, quam calidam esse, & tenuium partium scribit. Adeò nihil est in vniuersa Arabum doctrina certum ac solidum. Decebat autem Serapionem huic tertiæ Nenuphari vt peculiare nomen imponeret, aut ita designatione aliqua perspicua illam declararet, ut à cæteris dignosci posset. Quod quum non fecerit, non temerè hoc Serapionis institutum admiratus sum. Quanquam magis miret, Matthiolum tam nullius momenti rationibus Arabibus patrocinari ausum fuisse.

*Nymphææ.  
Nenupharis.*

*Medicorum nostri temporis error.*

*In Arabum doctrina nihil certum ac solidum.*

B iij Origani,

- Origani. vide supra.
- Perficorum.* Perlicorum floribus subducendialuum vim inesse, experientia compertum est. Excipiuntur Saccharo, vt aliarum quarundam herbarum flores.
- Prunella.* Prunellæ, cuius multa esse genera constat, vt alibi diximus, flores veteribus innominati, aut saltem neglecti fuerunt.
- Rosarum. vide supra.
- Anthos.* Rosmarini, anthos officinis, recentiorum Græcorum exemplo nominantur.
- Sambuci.* Sambuci, omnibus noti.
- Scabiosæ.* Scabiosæ vocatæ multa sunt genera. Herba in vsu medico minimè contemnenda.
- Spartum à Genista distat.* Sparti, quod à Genista distat, id quod omnes sciunt quibus vtracq; stirps visa est, imò vtriusq; pictura, quam alibi exhibuimus, planissimè vtracq; esse diuersas demonstrat. Spartum folijs ferè destituitur, Genista verò multifolia existit.
- Stichadis.* Stichadis. Suprà.
- Verbasci.* Verbasci. vide supra.
- Herba paralytici.* Verbasculi odorati, Seplasijs herba paralytici, vt supra est ostensum.
- Agni casti flores.* Violarum. vide supra.
- Viticis, officinis Agni casti. Vide supra.

## DE SEMINE.

## Caput sextum.

- Semen. Fructus.* Semen à fructu differt, perinde atq; contentum à continente, seu potius veluti pars à suo toto. Quod exemplo clarius euadet. Pomum & pyrum, item perlicamala, arborum fructus sunt: nuclei autem in medio fructuum reperti, femina. Pari ratione cucumer, cucurbita, pepo, & id genus alij fructus sunt, quibus plurimalata & conspicua insunt semina. Semen autem Græcis propriè σπέρμα dicitur. Crebrò tamen Dioscorides & Galenus καρπός etiam vocant. Quare diligenter considerandum quando fructum, & quando semen significet. In Seplasijs autem nostratibus magna ex parte sequentium vsus est seminum.
- Althea.* Althea.
- Ammi.* Ammeos, cuius iam multa cognoscuntur genera. Quod autem inter illa legitimum sit, ex nostris de Stirpium historia Commentarijs descendum erit, nempe id quod paruum nominatur, & odore suo Origanum refert.
- Amomum.* Amomi semen in omnibus officinis desideratur. Quod enim sub Amomi nomine prostat, eius herbæ semen est, quam nos Petroseliní Macedonici non quidem eius quam officinæ ita vocant, vt mihi falsò Bernardus Dessennius Cronenburgius affingit, quum ne per somnium quidem mihi in mentem venerit, sed eius potius cuius iconem in commentarijs meis de stirpium historia subieci pro vero Petroselino. Et si non omnes officinas vno & eodem semine pro Amomo vti scio. Non autem semine Amomi priuatim vli sunt veteres, vt ex Dioscoride satis constat, sed toto frutice, ligno scilicet vel furculis eius cum semine seu fructu vuis simili. Interdum etiam solis racemis, vt liquet ex lib. 9. Galeni κατὰ τόπους cap. 3. & lib. 7. κατὰ γένος cap. 9. Quum itaq; vero Amomo destituamur, succedaneo eius in componendis medicamentis vtendum erit: quod, quale sit, suo monstrabimus loco. Non esse autem Rosam Hierichontis, hinc maximè liquet, quòd illi vt Amomo non insit origani odor, nec acris sapor. Quare Acoro vero, pro Amomo vtendum erit,

Anethi.



- Anethi.  
 Anisi.  
 Apij fatiui, quod est Petroselinum vulgare, vt alibi multis argumentis ostendimus. Errant igitur pharmacopœi, quod pro Apij veri semine, alterius cuiusdam, nempe Elaoselini, semen vsurpant. *Apium fatiuium.*  
*Error Seplasiarum.*
- Aquilegiæ.  
 Asparagi, officinæ abiectioe primæ literæ Sparagi fatis ineptè nominant. *Asparagi.*  
 Atriplicis, cuius multas esse species constat, quas omnes alibi indicauimus. *Atriplicis.*  
 Vtuntur hortensis maximè semine.  
 Brassicæ, Caulem officinæ vocant. Cuius itidem multa esse genera alibi diximus. *Caulis.*
- Cari, carei, & caroi, Seplasiæ Carui semen appellant. *Carui.*  
 Cannabis. *Cannabis.*
- Cardamomi. Duplex est autem Cardamomum, vnum quidem Græcorum, id nimirum quod Dioscorides & alij Græci describunt. Id autem Serapioni & alijs Arabibus Cardumenum vel Cordumenum dicitur, id quod ex vtrorunq; collatione fit manifestissimum. Hoc hodie desideratur, & Seplasijs incognitum & inusitatum est. Alterum, quod Serapioni Sacolla nominatur. Cardamomum autem Auicennæ & Sacollam Serapionis esse eandem rem, vtriusq; descriptiones inter se collatæ monstrant. Digerunt verò Arabes suum Cardamomum in duo fastigia, maius scilicet ac minus. Maius, appellant cuius semen Ciceris amplitudine grandescit, & quod fractum intus granula alba, angulosa, & odorata, gustu suo mordaci linguam vellicantia, habet. Minus, in inuolucris suis semina lentis magnitudine obtinet, minore odoris fragrantia. Seplasiæ Arabum imitatione itidem duo Cardamomi genera faciunt. Vnum maius, quod in siliquis concipit semina triangula, colore fusca, gustus acerrimi, sine vlla adstrictione. Granum paradisi vocant: Nicolaus Myrepsus Menegetam. Ad quam sanè appellationem alludentes Hispani Malagretam, Itali Melligertani vel Meleglettam, quod scilicet à regno Melliaduehantur, nuncupant. Minus itidem in siliquis flauis semē continet angulosum, colore ex terreo flauum, quod illa simpliciter Cardamomum nominant. Vnde perspicuum euadit, officinarum Cardamomum non esse Dioscoridis. neq; enim densa sunt & ad frangendum contumacia, nec in gustu vllam amaritudinem relinquunt. Vtrunq; autem ad Cardamomum maius Arabum magis, etsi per omnia non respondens, referendum esse videtur. Nam siliqua in qua concipiuntur Ciceris nigri magnitudine grandescit, granaq; intus angulosa, mordacitate sua gustum vellicantia continet. Minore autem prorsus carent, quod non est nisi id quod Actuario, & alijs recentioribus Græcis Capsicon, vulgò piper Indianum appellatur, quod alibi abundè satis ostendimus. Eo igitur rectè pro Cardamomo minore deinceps vtentur Seplasiæ. *Cardamomū duplex. Græcorum.*  
*Arabum.*  
*Sacolla.*  
*Cardamomū Arabum geminum.*  
*Maius.*  
*Minus.*  
*Cardamomū officinarum.*  
*Maius.*  
*Granum paradisi.*  
*Menegeta.*  
*Minus.*
- Cepæ. Sunt autem eius aliquot genera, quæ alibi indicauimus. *Cepa.*
- Ciceris rubri & nigri. *Ciceris.*
- Cici, quod latinis alio nomine Ricinus dicitur. Arabes Cheruam, barbari & officinæ Cataputiam maiorem vocant. Quapropter in compositionibus Arabum & recentiorum pharmacopœi pro Cherua & Cataputia maiore Ricini semine vti debent. *Ricinus.*  
*Cherua.*  
*Cataputia maior.*
- Cicutæ, quo certè non sine capitali errore in plerisq; compositionibus pro Rutæ semine vtuntur officinæ, vt supra quoq; in Ruta diximus. Errant verò etiam in eo, quod pro Cicutæ semine, Cicutariæ alterius vsurpant semen, vt supra quoq; diximus. *Officinarum error in Cicutæ.*
- Citrei


Citrei

- 22
- Citrus.* Citrei mali, Citri Seplasiæ nuncupant.  
*Cartamis.* Cnici. Cartami. Vide supra.  
 Coriandri quod omnibus notum est.
- Cotoneorum.* Cotoneorum, cydoniorum ùe.  
*Granum tinctorium.* Coccus baphica, vel coccum baphicum, id est, granum tinctorium, infecto-  
 rium ùe. Arabes Karmes vel Chermes & Alkarmes nominant. Nihil autem est  
 granum tinctorium nisi baccula, lenticulæ, æmula, ramis adnata llicis coccife-  
 ræ. Cæterum Granum tinctorium communis vsus, & quod hodie in officinis  
 prostat, non est id quod à Dioscoride pingitur. Nam hoc nullam lentis faciem,  
 vt Dioscorides asserit, refert. Videtur itaq; esse granum quod ad radices qua-  
 rundam herbarum, maxime Pimpinelle reperitur, ex cuius medulla tenues,  
 formicæ instar, vermiculi exoriuntur: argumento quod hoc inane intus de-  
 prenditur. Hoc rustici in pluribus Italiae locis colligunt. Huius meminisse  
 apparet Plinium lib. 24. cap. 4. ijs verbis. Est autem genus Cocci in Attica ferè  
 & Asia nascens, celerrime in vermiculam se mutans, quod ideo Scolecion, qua-  
 si vermiculosum, vocant improbantq;. Cæterum granum hoc paruum obscu-  
 rere rubrum siue puniceum, non solum ex Italia, sed & alijs regionibus, nempe  
 Thuringia, Polonia, & Occidentalibus plagis ad nos affertur. Officinis gra-  
 num tinctorum appellatur. Huius grani duæ sunt partes: altera interior seu  
 medullaris, melior ac præstantior, quam nonnulli Grani tinctorij puluerem  
 nominant: altera exterior corticosa, quæ longè priori est inferior. Eximiè con-  
 fert hoc granum mulieribus abortientibus, cum pari Thuris pondere in potu  
 sumptum.
- Granum Cnidium.* Coccon gnidium, seu granum Cnidium, Seplasijs Coccognidium compo-  
 sita dictione vocatum, semen est Thymelææ. Hallucinantur plurimum phar-  
 macopœi qui pro eo vtuntur Daphnoidis semine, vt supra quoq; in dictione  
*Error Seplasiariorum.* Thymelæa monuimus.
- Cucurbita.* Cucurbitæ, cuius tamen apud veteres nulla fit mentio.  
*Cucumeres.* Cucumerum omnis generis, quæ singula ferè alibi ostendimus. Inter ea Ci-  
 trulus etiam appellatus Cucumer continetur.  
 Cumini satiui. Nam syluestris nullus est in officinis vsus.
- Daucus.* Dauci veri. Quod non temere adijcimus, quia magna pharmacopœorum  
 pars Staphylini erratici semine, quanquam nullo errore, pro Dauco vtatur.
- Eruca.* Eruca veræ. Nam rarò etiam officinæ legitimæ Eruca semen vsurpant, imò  
 pro ea Sinapis quodam genere vtuntur, quod in nostris de Stirpium historia  
 Commentarijs latius monstrauius.
- Orobus.* Erua, Orobium Græca quidem nomenclatura Seplasiæ nuncupant. Estq;  
*Eruum.* duplex, candidum & rufum. Neutrum hodie cognoscitur à nostratibus phar-  
 macopœis. Non enim est hoc semen quod pro eo aliquot annos vti cœperunt:  
 Ochri enim & Lathyri semina esse constat, vt alibi monstrauius. Errant ta-  
 men omniū maxime qui pro Eruo seu Orobo syluestri vicia, & Aphace vtun-  
 tur. Afferunt iam aliud semen pro Orobo Siculo, quod ipse Cicerculam esse  
 potius arbitror. Proinde pro vero Eruo tantisper, dum in noticiam pharmaco-  
 pœorum venerit, eius succedaneo vtendum erit. Quod quale sit infra in catalo-  
 go succedaneorum quaerendum erit.
- Fœniculi.  
 Fœnigræci.  
 Fabarum.  
 Genistæ.
- Hippofelinū.* Hippofelini, quod falso Seplasiarij pro Petroselino Macedonico vsurpant.  
 Nicolaus

- Nicolaus Myrepsus Macedonifium appellat: vnde haud dubie Macedonici Petroselini nomenclatura qua hodie vtuntur promanauit. *Macedonifium.*
- Halicacabi, officinis Alchachengi vocatur, vt supra quoque diximus. *Alchachengi*
- Hordei.
- Hyofcyami albi & flauī. Seplafijs barbara & inepta voce Iufquiami semen nominatur. *Hyofcyami.*
- Intybi fatiui vtriusque, Endiuia & Scariolae officinis semen appellatur. Vide Intybus. *Endiuia & Scariolae.*
- Lactuca. Supra.
- Lathyrus, quod Seplafijs Cataputia minor dicitur. *Cataputia minor.*
- Laureolae, non sine magno errore rerumque confusione, officinis Coccognidium vocatur. *Laureolae.*
- Lens, notum omnibus semen.
- Ligusticum vel Libyfticum verum nostratibus officinis adhuc incognitum est. Nam Leuifticum illis nuncupatum non esse veterum Ligusticum, omnes deprehendent, qui illud cum Ligustici descriptione conferre volunt. Neque est, vt plerique censent, Smyrnum, propterea quod Brasicae semen simile haud habeat: sed est Dauci genus, vt alibi abunde ostendimus. *Libyfticum. Leuifticum.*
- Linguae auis, fraxini est semen, vt in nostris de Stirpium historia Commentarijs indicauimus. *Lingua auis.*
- Lini. Vide supra.
- Lithospermon geminum est, fatium & syluestre. Satiuum iterum est duorum generum, maius & minus. Maius Lachrymam Iodoci nominant. Minus, Milium folis Seplafijs & medicis nuncupatur. Hoc solum hodie vsitatum est, & a syluestri, quod nigrius est, variat. *Lachryma Iodoci. Milium folis.*
- Lupini. } Retinent suas appellationes.
- Maluae. }
- Maioranae. Vide Sampfychum.
- Melonum inter Cucumeris genera recensetur. *Melonum.*
- Myrti. Seplasiae myrtillorum semen appellant. *Myrtilli.*
- Nasturtij, omnibus notum.
- Nigellae tria sunt genera, vt alibi diximus. Vtuntur duorum seminibus officinae. Lutea enim nigella illis incognita est. Gith Barbari Nigellam nominant. Haecenus maximo errore pharmacopoei semine cuiusdam stirpis quae in segitibus nascitur, & a nonnullis Pseudomelanthium, a nobis autem Lolium putatum, & adulterinum nominatur, vsi sunt. *Nigella. Pharmacopoeorum error.*
- Ocymi, Seplafijs Basilici nuncupatur. *Basilicum.*
- Oxalidis, officinis Acetosae dicitur. *Acetosa.*
- Orizae, Seplafijs detrita vna litera Rizae nominatur. *Riza.*
- Orobi. Vide Eruum.
- Paoniae. Gemina est maris & foeminae discrimine. Officinis nostratibus foeminae duntaxat semen vsurpatur. *Paonia.*
- Papaueris albi & nigri.
- Palmularum nuclei, officinis Dactylorum ossa dicuntur. *Dactylorum ossa.*
- Petroselini, Seplafijs Apij semen vocatur. Vide Apium. *Apium.*
- Personaciae, officinis Bardanae semen appellatur. *Bardana.*
- Pastinacae syluestris, Seplasiae pro Dauci vtuntur semine. *Pastinacae syluestris.*
- Plantaginis vtriusque. *Plantaginis.*
- Portulacae vtriusque.
- Rapi.
- Rapha.

- Raphani.  
*Cataputia maior.* Ricini, officinis Cataputiæ maioris dicitur semen. Vide Cici.  
*Anthera.* Rosarum, officine id genus seminis Antheram nominant, atqui falso. Antheræ namq̃ medicamentum est compositum ad oris morbos accommodum.  
*Error medicorum & pharmacopœorum.* Decipiuntur itaq̃ medici & pharmacopœi, qui putant semen rosarum esse id croceum quod capillamentis insidet, quum semen in capite sit. Caput autem est globulus ille ab inferiore florum parte, quem si aperias, re quadam quasi lana plenum videbis. Huius capitæ exterior cortex ubi maturuit, rubescit, & semen ipsum ambit.  
*Caput rosarum.*  
*Sumach.* Rhois. Seplasiæ Sumach appellant.  
*Bruscus.* Rufci, officinæ vnius literæ adiectione veterem appellationem deprauantes, Brusci semen nuncupant.  
*Harmel.* Rutæ syluestris, officinis & Arabibus Harmel dicitur. Vide Ruta.  
*Lumbricorum semen.* Santonici, Seplasiæ lumbricorum semen vocant.  
 Saxifragæ albæ, quam veteribus incognitam putamus, semine iuxta radices proueniente, non eo quod in cacumine caulium producitur, officinæ vtuntur.  
*Scilla.* Scilla, officinis Squilla, qua quidem voce Varro quoq̃ in libris suis de re rustica vsus est, ne quis barbaram esse vocem suspicetur. Scillæ autem inter semina mentionem facimus, quod Dioscorides eius seminis in medicina aliquem esse vsu memorie prodiderit.  
*Siler montanum.* Sefeli, Seplasijs Siler montanum nominant. Semen verò illud quod sub Sileris montani nomine in officinis medicorum prostat, non est Sefelis Mafsiliensis semen, quod acrimonia omni destitutum sit. Dent igitur operam vt verum habeant pharmacopœi, aut loco eius Ammi verum vsurpent. Cæterum Sefelium generum est: Mafsiliense, Aethiopicum, & Peloponnesiacum. De quibus alibi copiose diximus.  
*Sesaminum.* Sesami. Officinæ vnius syllabæ adiectione veterem nomenclaturam deprauantes, Sesaminum appellant.  
*Officina Sinapi & Eruca semen confundunt.* Sinapi. Seplasiarij Sinapi & Erucæ semina inter se confundunt. Vide quæ supra de Eruca annotauimus.  
*Staphisagria. Thlaspi.* Staphidis agricæ siue vua syluestris, officinis Staphisagriæ semen decurtata appellatione vocatur.  
 Thlaspi, quod duum est generum, nostrates officinæ ignorant. Historia eorundem & pictura est in altero nostrorum de Stirpium historia Commentariorum tomo.  
*Tritici. Vrtica. Seplasiarum error.* Tritici, omnibus notum.  
 Vrticæ. Seplasiæ propemodum omnes semine eius vrticæ quæ apud nos passim in sepibus prouenit vtuntur, quum ad medicamentorum compositiones eius potius quæ vera est, & Romana hodie nominatur, semen, quod Linum prorsus, nisi minus esset, refert, vsurpare debent, quod alibi quoq̃ fusius monuimus.  
*Agnus. Bombacum. Cotum.* Viticis. Vide Agni.  
 Xyli, barbaris & officinis Bombacis, Bombacijs, & Bombasi, item Coti semen dicitur. Historiam vniuersam in altero nostrorum de Stirpium historia Commentariorum tomo reperient studiosi.  
*Spelta.* Zeæ, Seplasijs Speltæ.  
 Ex ijs qui ordine iam commemorauimus seminibus nonnulla vulgus medicorum, & officinæ peculiaribus donarunt appellationibus. Nam aliqua calida maiora, alia minora: nonnulla item frigida maiora, alia minora nominant: & singula quaternario sunt complexæ numero, in hunc modum,

Quatuor



## DE FRUCTIBVS.

Caput septimum.

**F**ructus est ea stirpis pars, quæ carne constat & semine. Sape quoque pro se- *Fructus*  
mine ipso sumitur, vt dictum est in eo quod præcedit capite. In officinis au- *quid.*  
tem sequentium maximè vsus est.

Amygdala dulcia & amara. Probantur flauissima, plena, integra, non con-  
fracta, nec erosa, tamen leuia, intus albissima.

Anacardium Actuario, & recentioribus Græcis appellatum: veteres enim *Anacardium.*  
eius non meminerunt: fructus est arboris cuiusdam Indiæ, cordi auiculæ non  
dissimilis: vnde nomen putatur illi esse inditum. Nomen in officinis non nihil  
immutatum Anacardi retinuit. Germanis quod pediculorum effigiem exhibet  
*Elephantenlauf* nominatur. Sit plenius, habilis, fuscum, resina in cortice  
multa, acri, nigra, nucleo intus albo, quo in melle cocto fit, mel anacardinum,  
ad hunc quidem modum. Anacardiæ seorsum trita in aceta iustæ quantitatis *Mel anacar-*  
diebus septem perfunduntur, octauo die lento igne ad medietatem coquantur, *dinum.*  
& per linteolum colantur. Fax remanens siccatur. In succo autem mel iustæ  
quantitatis ad spissitudinem coquitur.

Auellanæ. Laudantur graues, nucleo intus sonante.

Baccæ Iuniperi, Sepalsij, Grana Iuniperi appellantur.

Baccæ lauri, nomen vetus retinent.

Balanus myrepice, hoc est glans vnguentaria, Plinio lib. 12. cap. 21. Myroba- *Grana Iuni-*  
lanum Arabibus Ben dicitur. fructus est arboris Myricæ similis, magnitudine *peri.*  
Mesues filio teste, Auellanæ nucis, vel Pistacia referens, albo cortice, trique- *Glans vn-*  
tro, fractu facili, nucleo intus conferto, & admodum pingui, è quo à putamine *guentaria.*  
repurgato hodierno etiam tempore, quemadmodum ex amaris Amygdalis, *Ben.*  
exprimitur liquor, quo in preciosa vnguenta olei vice vtuntur. Oleum Balani-  
num Dioscoridi uocatur. Glans autem vnguentaria sit ampla, vetus, cortice le-  
ui, tenui, pleno, medulla leui, pingui.

Caricæ ficus sunt passæ siue aridæ. Habentur præstantissimæ quæ in calatho *Caricæ.*  
spartaceo digitis aut pugnis vtrinque pressæ, sic illis mollitia sua cedunt, vt mu-  
tuos partium dictarum motus sibi propè occurrentes sentias. Odore præterea  
sunt iucundo, non calorem putredinosum referente.

Cappares, ab officinis ineptè admodum Cappari vocantur.

*Cappares.*

C Calicu-

- Cupulæ glandium.* Caliculi glandium, Sepalsijs & barbaram sectantibus medicinam Cupulæ glandium, Græcis *ὀμφακίδες* nominantur.
- Carpesium.* Carpesium, Actuário & Nicolao Myrepsio Combeba vel Compeba nuncupatur, Mauritanis Cubeba. Nam Actuarius disertè scribit, Combebas alio nomine dici Carpesia. Nec temerè diximus Mauritanis. Nam quas officinæ hodie Cubebas vocant, ab ijs sunt diuersæ, vt alibi diffusè docuimus. Cæterum officinarum Cubebæ sint corpulentæ, plenæ, graues, acres, minus tamen quàm piper, subamaræ, admodum aromaticæ, sub dulces.
- Carpobalsamum.* Carpobalsamum, id est, fructus Balsami. Sit flauum, plenum, grande, graue, odoratum, mordax gustu, & feruens in ore. Vnde suspicio est, id quod in officinis prostat, sub hoc nomine Carpobalsamum non esse legitimum. Nam subnigrum est, leue, euanidum, nec gustui mordax, deniq; parū aut nihil odoratū.
- Caryophyllum.* Caryophyllum, Sepalsijs Garyophyllum dicitur, fructus est grano Piperis grandior fragiliorq; ex atro rufescens, in clauimodum capitatus, exertis in aduersum quatuor denticulis sese stellatim decussantibus.
- Casia fistularis.* Casia fistularis siue fistulacea, quæ nigra etiam Actuário dicitur, & officinis Casia fistula, veteribus indicta, recentioribus tantum Græcis & Arabibus medicis cognita fuit. Probat̃ur foris & intus nigra, ampla, collucens, grauis, plenior, & quæ concussa clausis intus granis non strepat, pulpa intus pingui, splendente, succulenta. De qua infra plura dicemus.
- Citrium.* Citrium, seu citreum siue medicum, & aureum malum, officinis Citrum appellatur. Inter Citrea mala numerantur etiam quæ ab auri colore Aurantia, vel vt vnus literæ detritione Sepalsiæ vocant Arantia, & Limones nominantur. Sint autem hæc omnia mala odore valido & iucundo, cortice tenui, raro, colore Limones pallido, Citria flauo, Arantia rubescente, quamuis viridia etiam per maturitatem inueniantur: carne intus multa, firma, & succo odorato, acido, interdum dulci, quandoq; ex vtriusq; misto.
- Cucumer.* Cucumeres hortenses varij sunt. Cucumeris agrestis, seu, vt vulgus medicorum vocat, asinini fructus præfertur absolutus & maturus, & virore deposito flauus, amarus. Ex quo succus, quem Elaterium vocant, extrahitur, ad modum à Dioscoride præscriptum.
- Cydonia.* Cydonia, vel cotonea, Sepalsijs Citonia sint bene habita, flauescencia, & odorata.
- Colocynthis.* Colocynthis, officinis Coloquintis corrupta voce nominatur. Vt̃mur eius medulla cortice ablato. Hæc autem quanto leuior, tanto melior.
- Galla.* Galla, quædam immatura, Græcis *ὀμφακίτις* dicta. Quædam matura, Glans vnguentaria, vel Granum Ben. vide Balanus myrepsice. Glandes.
- Gossipium.* Gossipium, barbaris bombax & Cotum appellatur. vide Xylum.
- Malum punicum.* Malum punicum siue granatum, cortice seu corio integro, rufo, duro, & denso, graue, maturum, granis intus rubris, succo vinoso plenissimum.
- Myrobalani.* Myrobalani quinque generibus distincti, veteribus extra Dioscoridem, qui horum lib. i. cap. de palmameminit, & Arabicos Myrobalanos vocat, incogniti, recentioribus autem Græcis & Arabibus noti. Flauiluteiue, Sepalsijs citrini dicti, multum in viride inclinant, densi, graues, ampli, cortice crasso, denso, os paruum complectente. Cepuli, officinis Chebuli vocati, ampli sunt: & quo maiores, eo meliores: subnigri, in rubrum inclinantes, aut ex fusco nigrescentes, & carnosi. Carulei siue nigri, Sepalsijs Indi appellantur, solidi, magni, graues, sine ossibus, oliuæ figura. Empelatici, vel Empelici, officinis Emblici, graues, lapillorum penè figura, cute ossibus hærente, colore in cinereum languente. Beletzici Sepalsijs Bellirici dicti, magni, graues, instar pyri rotundi. De ijs omnibus infra copiosius dicemus, Myrti

Myrtibacca, officinis Myrtilli, Laudantur recentes, plenæ, odoratæ, & bene nutrita. *Myrtilli.*

Myxa, & Myxæ, ac Myxaria Actuario, Græcisq; alijs recentioribus dicuntur. Seplafijs Sebesten. A mucoso autem lentore, quo abundant, Græcis appellatas esse Myxas constat. Acuminatæ sunt, parum rugosæ, graues, nigrae, carne multa ex rubeo nigricante, firmiore, glutinosa, dulci & subacida, esse prunorum inæquali, nucleo intus exiguo, dulci. *Myxa. Sebesten.*

Morum. Notus est fructus arboris, quam Morum celsi barbari vocant. *Morum.*

Nux cupressi, Latinis & Græcis pilula cupressi nominatur. Probatur perfecta, recens, ac mollis, seminis plena, etiam in ipsi hiatibus. *Nux cupressi.*

Nux Indica fructus est prægrandis, circumatæ rotunditatis, inuolucris, tectus, cortice primùm calloso herbarioq; intus villoso, tenui exterius tunica vestiente: qua extrita, solutus in capillamenta fatiscit, capaci subtus orbe duro lignoso, triplici foramine, concauo anfractu, grandi, nullis loculamentis interstincto, dulci intus quum recens est liquore: nucleo molli, candido, carnosio, quum inueterauit cartilaginoso. *Nux Indica.*

Nux moschata, vel myrepica, hoc est, vnguentaria, officinis muscata vocatur. Sit grauis, oleosa, odorata. Hinc est quod Symeoni Sethi odorata nux appellatur. Eius historia est in altero nostrorum de stirp. historia commentariorum tomo. *Nux moschata.*

Nux vomitoria, Seplafijs Vomica. Sic dicta quòd vomitum citet. Non est autem eadem cū Serapionis nuce vomica, quòd Auellana multo maior sit, nec nodosa, sed planè compressa, & hirsuta. Quum igitur Serapionis delineationi nux vomica officinarum non respondeat. Quum itaq; non eadem sit, nec quid sit, satis adhuc constet nux vomica officinis dicta, adeoq; eius vsus vix periculo vacet, non temerè illam deinceps ad conficienda medicamenta adhibere medici & pharmacopœi debent. Ac certè nulla iactura, huius vsu carere possunt. Prudenter itaq; fecerint, si ea abiecta, deinceps radicibus tertiæ Aphaces speciei, quas Erdnuß Germani vocant, pro ea vsi fuerint, præsertim vbi vomitum mouere student. *Nux vomica.*

Nux pinea, officinis simpliciter Pinea nuncupatur. Sit plena, recens, & alba. Vitetur flaua, aut etiam pallida, oleosa, rancida. *Pinea.*

Nux pontica, prænestina. vide Auellana. *Auellana.*

Oliua melior magna, ovalis figura, pallida aut rufa, plena, solida, carne multa, densa, subamara & subdulci, osse intus paruo, longo, nucleum delicatissimum complexo. *Oliua.*

Oxyacanthæ vel Oxyacanthi bacculæ, Mauritanis & barbaris medicis Berberis nominatur. Est autem à Berberi officinarū diuersa, vt quibus vera Oxyacantha ignota est. Quæ autem sit vera Oxyacantha alibi monstrauimus. Ac debent deinceps pharmacopœi veræ illius Oxyacanthæ baccis vti, & non, vt hæctenus fecerunt, suæ Berberis, quæ est veterum Vua vrsa, vt in nostris de stirpium commentarijs copiosè docuimus. In penuria tamē Oxyacanthæ, baccarum Berberis fructu vti licebit. *Berberis.*

Oxyphœnix & Oxyphœnicon Actuario & alijs recentioribus Græcis dictus ab acido suo sapore, palmæ syluestris fructus est. Thamar Indus officinis vocatur. Sit subniger seu subfuscus, mollis, recens, pinguis, ex dulci acidus, & vinoso sapore.

Palmulæ, officinis Dactyli, à digiti figura dicti, fructus palmæ sunt. Probantur magnæ, flauæ, parum rugosæ, molles, plenæ tamen & carne intus multa, subdura, ad nucleum candicante, ad corticem rubescente, non pertusæ, non vermiculosæ, & quæ concussu nihil, aut minimum sonent, sapore vinoso. *Dactyli.*

C ij Piper

- Piper.** Piper trium est generum, longum, album, & nigrum, non in vna, sed diuersis stirpibus, secus ac Theophrastus, Galenus, Plinius, & Dioscorides memoria prodiderunt, natum. Siquidem piper rotundum in frutice gignitur. Hoc ubi Labruscæ vna modo pubescit, album nominatur. Vbi vero Octobri mense per maturitatem decerptum, & sub feruenti sole palmeis tegetibus expansum torretur quousq; nigrescat, & rugosum euadat, quod tridui plerumq; spatio fit, nigrum appellatur. Proinde piper rotundum albumue, & nigrum eiusdem fruticis sunt fructus, nec alia in re distant, quam quod hoc magis, illud verò minus est maturum. Longum autem alia arbores ferunt, quæ utiq; piperis sapore, oblongum aliquid producunt, compactilibus callis racematim coherentibus, veluti Ponticæ nucis iulum, quod Incolæ illic piper longum vocant, ut fufius tomo altero nostrorum de stirpium historia commentariorum docuimus. Cæterum longum piper, sit corpulentum, integrum, recens, linguam tardè, sed diu commordens. Candidum acrius est longo, & nigro, plenissimum, graue, non rugosum. Nigrum, quod iam à sole superassatum & exiccatum est, maius, cortice tenuiore & minus rugoso, graue admodum existit.
- Longum.**
- Candidum.**
- Nigrum.**
- Fisticum.** Pistacium, Sepalsiæ barbara, & prorsus inepta voce Fisticum appellant. Sit recens, nucleo intus herbaceo, sapore iucundo.
- Pruna.**
- Damascena.** Pruna fatiua multorum sunt generum. Inter ea, Galeno etiam attestante, Damascena cæteris præstant ad subducendam aluum. Probantur ampla, & plana, carne intus multa, succulenta, osse exiguo.
- Prunus syluestris.** Prunus syluestris arbor est, quemadmodum alibi fufius monstrauimus, qui fructum profert quem vulgari more Prunulum & Pruneolum nominant. Germani nostri *Schlehen* sua lingua vocant. Idem affirmant, & nobiscum planè sentiunt, Ruellius, Iacobus Syluius, Euricius Cordus, Conradus Gesnerus, Musa Brasauolus, & quotquot nostra ætate de stirpibus aliquid memoriæ prodiderunt, vno dempto Cornario: cuius certè aduersus me furor eousq; progressus est, vt catenas nunc & compedes requirat: quas sanè illi iam dudum pro suis Nitris & Brabylis misissem, nisi me pigeret ac puderet cum eo conuicijs certare. Nam id genus certaminis mulierculas potius, quam viros doctrina exultos decet. Omisissis igitur contumelijs, erroneam eius opinionem de Poterio & Brabylis ea qua licet modestia detegemus, detectamq; subinde confutabimus. Is namq; non sine maxima temeritate, apertam, & omnium medicorum consensu comprobata veritatem impugnans, spinam illam quæ fructum *Schlehen* Germanis appellatum producit, Poterium esse contendit: ac rationibus nullius momenti fretus, hanc opinionem constanter tueri conatur, quarum hæc prima est. Dioscorides inquit, de Poterio inter reliqua spinarum genera tractat, igitur Germanis *Schlehendorn* dicta existit. Bella mehercle ratio, quasi verò necesse sit Poterion ideo esse *Schlehendorn*, quòd aculeatum sit, & inter spinarum genera recensatur. Si enim hæc ratio procedit, quæ fit vt non Rhamnum, aut Paliurum dicamus esse *Schlehendorn*: vtrumq; enim spinosum esse constat. Sed ita colligit *διαλεκτικώτατος*, si dijs placet, Cornarius. Non esse autem spinam *Schlehendorn* nominatam Poterium, non aliunde certius, quam ex eiusdem historia, quæ est apud Dioscoridem, probari potest. Is in primis, præter alia, in Poterio requirit spissam lanuginem, folia exigua, rotunda, florem paruum, fructum gustu odoratum & acrem, nullius vsus: quorum sanè indiciorum nullum in spina quam nos cum multis alijs doctis viris, & ex professo medicis, Prunum syluestrem appellamus, nec etiam eius fructu, reperitur. Siquidem in ea nulla apparet lanugo, nisi ea quam non rarò prætereuntes oues inuitæ rapientibus spinis & aculeis concedere coguntur. Folia præterea eius non sunt parua, & rotunda: sed propemodum eiusdem cum Pruni fatiæ folijs magnitudine,

**Poterij delinatio.**



dine, & oblonga. Neq; flos eius exiguus est, sed Cerasi floribus, qui satis magni sunt, æqualis. Et quod omnium maximum est, fructus eius neq; odoratus, neq; acris, multiq; in medicina vsus, ita vt omnes huius spinæ notæ reclamant Poterij historix. Quapropter furere, & mente destitutum esse oportet, qui Poterium esse **Schlehdorn** affirmare, omnibus reclamantibus notis, audet. Atqui Cornarius eam probationem qua docemus neq; facultatem, neq; notas Poterij conuenire spinæ & fructui quem **Schlehdorn** nominant, mirum in modum, tanquam prorsus absurdam, ridet & contemnit, quum tamen omnium testimonio nulla possit esse efficacior. Nam qua alia ratione ostendemus hanc stirpem hoc vel illo nomine esse insigniendam, quam quod omnes tum notæ, tum facultates quas illi veteres tribuerunt, ei conueniant? Quum itaq; Poterion eas notas quæ veterum testimonio in spina producente fructum **Schlehen** apparent, minimè habeat, ab ea sit diuersum est necesse. Deniq; quum fructus **Schlehen** dicti sint acervi, & odore destituti: Brabyla verò Poterij fructus, odorata & acria, vt hoc nomine diuersa esse fateamur necesse est. Sed vide miram Cornarij, dicam ne impudentiam, an improbitatem. Is enim vt errorem suum aliqua saltem ratione tegeret, aut imperitioribus fucum faceret. Dioscoridem *Ἀπριών* pro *σπυροῦ*, hoc est, acrem pro acerbo, dixisse nugatur. Verum quis vnquam credit Dioscoridem hos duos sapes inter se diuersissimos, & multo interuallo distantes, sic confudisse, vt alterum pro altero vsurparit? Verum qui apertam veritatem oppugnare studet, huic vt eiusmodi cōfingat nugas, necesse est. Pudeat igitur Cornarium, qui leonis sibi passim, non sine multorum risu, nomen vendicat, istius commentū, quod certè in puero ferulis plectendum esset. Non ignoramus quidem, Dioscoridem alicubi inappropriè vsus esse quorundam saporum nominibus: quod Galenus lib. 1. de Simpl. medic. facul. cap. 34. & lib. 11. capite de Pinguedine, testatum etiā reliquit: sed non est cur hinc colligamus id ipsum etiā in Poterij historia fecisse. Fatemur itaq; Dioscoridem adstringentium appellatione interdum ab usum fuisse: sed quod idem in acerbis fecerit, id constanter negamus. Aut producat vnum saltem locum quo huic rei fidē faciat, & victos nos esse confestim fatebimur. Atqui, fat scio, id ipsum nunquam facturum est, quod Dioscorides perpetuò acrium voce rectè sit vsus. Aut proferat nobis vnicum saltem fructum quem ille acrem esse affirmarit, qui gustantibus talis non fuerit? Nulli præterea radici ab eodem attributa est acrimonia, quam non simul etiā hodie gustu exerat: adeò vt Cornarij commentum omniū sit vanissimum. Et rectissimè fecerit, si deinceps non leonis, sed apri potius sibi nomen vendicet. Vt enim aper agros, prata, vineas quas ingressus est deuastat: ita Cornarius legitimas & omnium consensu approbatas optimorum autorum lectiones perturbat, & magna temeritate vastat & immutat. Atq; hætenus Brabyla non esse fructus quos **Schlehen** appellant, liquidò nos monstrasse confidimus. Vt mirari subeat Bernardi Dessennij stuporē, qui audet me falsò traducere, quasi Brabyla esse fructus Prunorū syluestrium dixerim, quum id ne per somnium vnquam mihi in mentem venerit. Sed ij lapsus frequentes admodum sunt in ijs, qui ex aliorum scriptis, parum rectè intellectis, omnia corradunt, vt & ipsi in scriptorum numero esse possint. Eiusmodi certè est hic Dessennius, qui nihil aliud suis annotationibus consecutus est, nisi compilatoris nomen, quando quidem nullo iudicio omnia in vnum fascem ex alijs corraferit, & lectori miras tenebras offuderit. Nunc reliquum est, vt eos fructus esse pruna syluestria doceamus. Prunos autem syluestres principiò esse spinarum genera, præter omnium propemodum hodie viuentium medicorum consensum, Columella disertè admodum testatur. Prunum præterea syluestrem Virgil. lib. 4. Geor. vocauit spinum, vbi ita cecinit:

*Cornarius  
aper rectius  
quam leo  
diceretur.*

*Schlehen  
sunt pruna  
syluestria.  
Dessennij  
stupor.*

C iij Spinus

*Spinos iam pruna ferentes.*

Atq; hinc factum est, ut Germani hanc spinam sua lingua *Schlehdorn* nominarint. Neq; sanè temerè: plurimus namq; huius in sepibus construendis vsus est, quo ingressum alienorum, ac bestiarum suis spinis & aculeis prohibeat. Ex historia quidem eius, quòd à veteribus notis suis delineata non sit, nullum testimoniũ proferre possumus. Quòd si tamen hanc spinã diligenter spectes, cum sativa Pruni radicibus, caudice, folio oblongo, & minutim per oras ferrato, flore candido, & foliato, atq; fructu planè conuenire deprehendes, vt necesse sit, speciẽ eius syluestrem esse. Facultates deniq; quas veteres Prunis syluestribus adscribũt omnes, fructibus quos *Schlehen* vocant, inesse cõstat. Adstringũt enim, aluumq; sistunt. Id quod succus ille quẽ ex hoc fructu hodie conficiunt pharmacopœi, & pro vera Acacia, nullo tamen, aut saltẽ ferendo errore, in suis officinis vtunt, satis confirmat. Atqui cognoscere lectorẽ oportet quid aduersus hæc Cornarius pducat: Fructus, inquit, *Schlehen* nominati nõ solũ palãm adstringunt, sed sua acerbitate oẽs à gustu suo auertunt: nec edĩ possunt priusquã vieti ac flaccidi ex repositione fiant. Quod palãm adstringere fructus iam dictos asserit Cornarius, inficias ire haud possumus: siquidem experientia id ipsum confirmat. Quid aut ad oppugnandã nostram sententiã hæc ratio momenti habeat, non video. Neq; enim ijs verbis aliud euincit, quã q; syluestria pruna immatura maturis magis, quandoquidẽ acerba admodũ sint, adstringãt, quod libenter illi cõcedimus. Nam, Galeno quoq; lib. 7. The. metho. ca. 7. attestante, nullum eorũ quæ *στυφνὰ* Græcis, acerba latinis dicunt, modicè adstringens est. Hinc est q; pyra syluestria, quẽ lib. 1. Simp. ca. 37. inter acerba recenset, idem Galen. li. 6. eiusdẽ operis magis quã reliqua pyra adstringere & deficcare, fluxusq; repellere scribat. Proinde plurimũ errat Cornarius, q; fructũ *Schlehen* nullũ vsum in sistenda aluo prestare posse ait. Quanto enim fructus illi acerbiores fuerint, tãto ad sistendã aluũ aptiores erũt. Cornario tamen nõ concedimus fructus *Schlehen* vocatos edĩ nõ posse, nisi vbi vieti & flaccidi iam facti fuerint. Quippe in cõfesso est, prætereũtes hanc spinã tum viros, tum mulieres, pueros ac senes eius fructu priusquã flaccidi fiant vesci, tantũ abest vt acerbitate sua oẽs à gustu suo auertat. Et meminĩ me quum puer essem creberrimè hoc fructu nondum flaccido, magna auuiditate, vsum esse. Cæterũ nullius probati autoris testimoniũ, nulla etiam ratione Cornarius Pruna syluestria ante maturitatem non esse admodũ acerba, ut sunt fructus *Schlehen* dicti, docere potest: imò contrarium planè è verbis Dioscoridis iam ostendimus. Quippe dum is inquit columellam, gingiuas, actonillas fluxione infestatas, Pruna syluestria ubi maturuerunt & siccata fuerunt, reprimere posse, manifestè innuit maturis etiam iam Prunis syluestribus tantã inesse adstrictionem, vt intumescentes paulo antè nominatas partes iuuare, & fluxionem auertere queant. Nam reprimendĩ facultas non nisi adstringentibus, vt omnib. in confesso est, inesse solet. Quòd si igitur matura iam Pruna syluestria adstrictionẽ aliquã obtinent, & eam quidẽ tantam vt reprimere possint, multo maiorẽ habeant dum adhuc immatura sunt, necesse est. Acerba enim, adeoq; adhuc immatura, immodicè esse adstringentiã, paulò antè ex Galeno monstrauimus. Quapropter Cornarij ratio frigida planè, & nullius momenti sit oportet. Pergit deinceps Cornarius, more suo, ineptire, & negat fructus *Schlehen* appellatos cũ Sapa coctos, stomacho commodiores fieri, & magis aluum sistere: quẽ tamẽ vsum præstare posse Pruna syluestria quum Dioscorides testatum reliquerit, vt hoc nomine inquit ille sint diuersi fructus est necesse. Verũ vt temerè id ipsum affirmatur, ita rectissimè negari potest. Nam *Schlehen* adiecta Sapa stomacho fieri vtiliores, aluumq; magis sistere sole meridiano clarius est. Siquidem Sapa, vt lib. 7. de Comp. med. localũ cap. 1. testis est Galenus, *ἡμπλασικωτάτη ἐστὶν ἢ ἀδυσκωτάτη*: hoc est, vehementem obturan-

Cornarij argumenta improbata.

turandi facultatem obtinet, & minimè mordax est. Quocirca emplastica illa sua & citra morsum exiccante facultate efficit, vt Pruna syluestria, & Schleben fructus appellati, stomacho magis sint vtiles. Asperitatē enim eorū, quā quia acerbī sunt efficere solent, lenit: & vt magis aluū sistāt, eo q̄ meatus obturet & exiccet, planè præstat. Vt hanc quoq̄ Cornarij rationem concidere sit necesse. Posunt autem fructus Schleben per se cocti exhibiti, & succus etiā eorundē quacumq̄ ratione extractus, per se datus, aluum sistere. Id quod Acacia officinarū, quæ nō est nisi succus ex fructibus illis Schleben dictis, coctis expressus, tesselatimq̄ confectus, & insolatus, abundè docet. Nam hæc, haud secus atq̄ vera & veterū Acacia, refrigerat, exiccet, & adstringit, vt quotidiana experientia confirmat, & gustus quoq̄ testimonio comprobatur: vt pluribus rationibus non sit opus. Postremò spinam ferentem Schleben nō esse Prunum syluestrem, hoc argumento probare conatur Cornarius, quod humilis sit hæc spina, & nō iusta arbor, vt Prunus syluestris. Verū quā nullius momēti hoc sit argumentū, omnibus constare arbitror, quū nemo sit qui ignoret spinam ferentem fructus Schleben dictos, ad iustæ arboris proceritatē assurgere. Et puto paucos esse qui oculis suis non conspexerint multas eiusmodi spinas quæ geminam viri altitudinem excefferint. Quod autē magna ex parte humilis sit hæc spina, nulla alia de causa accidit, quā quod succrescere illam agricolæ non patiant, sed crebrò ad parandas sepes, atq̄ in alios vsus necessarios, nempe ad muniendas vineas, & agros, succidāt. Porrò latinos autores hos fructus Prunula & Pruneola nominasse nusquam dixi, vt mihi imponit Cornarius, sed sic vulgò appellari, in Commentarijs meis de Stirpiū historia scripsi, id quod verissimum est, & eius rei testes habeo doctissimos viros, Ruellium, Cordum, Syluium, & alios multos supra nominatim citatos. Quare ad confutandam erroneam Cornarij de Brabylis opinionem pluribus argumentis non est opus: ad ea igitur quæ restant dicenda progrediemur.

Ribes non est nisi alterum genus Vux crispæ, veteribus incognitum. Nam Arabum Ribes, diuersum est ab eo quod officinæ vsurpant, vt alibi fusius monstrauimus. Laudatur fructus eius plenior, acinis paucis, bene nutritis potius quā densis, paruis, & strigosis.

Rhus Seplasijs Sumach dicitur. Duo eius in vniuersum Galeno etiā teste sunt genera. Vnum, quod Græcis μαγειρικόν, id est, culinarium, quod eo pro sale aspergerent obsonijs, nominatur. Alterum Græcis ευροδενδικόν, hoc est, coriariū vocatur, quod ad densandos pilos eo vterentur. Quod certè non est ita accipiendum, ac si diuersæ essent stirpes, ex vna enim & eadem stirpe vtrunq̄ genus sumitur. Siquidem culinarium semen eius & succus maxime appellatur. Coriariū autem folia, & fruticis ramusculi, quod ijs præcipuè coriarij vterentur. Quanquam interdum vtrunq̄ genus ad medicamenta vsurpatur, vt semen etiā à coriarijs. Ceterū Galenus lib. 6. de Compos. medic. localium, Nicolaus Myrepsus, & pleriq̄ alij, Syriaci quoq̄ Rhos mentionē faciūt, qui non est nisi succus ex Rhoe in Syria proueniente collectus, qd è Galeni verbis fit manifestissimum: ait enim, ὁ χυλὸς ὃς ἀπὸ τῆς συρίας κομίζεται. Quapropter Matthiolius falsò mihi tribuit quod Syriacū Rhoe peculiarem quendā succū, & separatim genus fecerim. Nam hic disertis verbis dico, esse succū Rhoes, nec ab alijs nisi loci ratione differre. Calumniosè igitur præsentem locū, & contra animi mei sententiam Matthiolius est interpretatus. Vt non temerè à quibusdam ματαίολοι appellatus esse videatur.

Rubi mora, quæ βάρτινα Græcis, Latinis Vacinia dicuntur, vt alibi fusius monstrauimus. Sunt etiā mora arboris omnibus nota.

Senæ folliculi, quorum præcipuus esse deberet vsus, sint subnigri, semine intus amplo & compresso, Deteriores subalbi, nondum iustæ magnitudinis &

Acacia officinarum.

Spina ferens Schleben ad iustæ arboris proceritatem ascendit.

Ribes.

Rhus.

Sumach.

Culinarium.

Coriariū.

Matthioli in lumina depulsa.

Vacinia.

Mora arboris.

Senæ.

maturitatis. Decerpendi autem sunt, caduci enim inefficaces existunt. Folia secundum locum tenent si viridia sint, & plena, non subalba. Surculi inutiles purgationi, ob id abijciendi. De ea plura infra.

- Pinea.* Strobili officinis nuce pineæ nominantur. Probantur pleni, recentes, albi. Improbantur contra, pallidi, oleosi, rancidi.
- Passula.* Vuæ passæ, officinis Passulæ dicuntur. Laudantur pingues, carnosæ, cortice tenui.
- Vua vrsi, Berberis officinarum.* Vua vrsi, officinis Berberis nominatur, ut alibi monstrauimus.
- Xylocerata.* Xylocerata, vel simpliciter Cerata & Ceratia, Latinis filiquæ, Seplasijs Xylocerata, barbara prorsus & deprauata voce, nuncupantur.
- Xylocerata.* Zizipha Græcis recentioribus, & Actuario Zinzipha, officinis Iuiube appellantur. Probantur recentes, amplæ, oblongæ, carne intus multa, succulenta, laxa, dulci, vinosâ: graues, sapore dulci, nucleo paruo, foris rufæ, intus pallidæ, aut albescentes.

## DE RADICIBVS.

## Caput octauum.

Officinis nostratibus radices quæ nominatim nobis iam ordine perstringentur, vsitatae sunt.

- Luparia.* Aconiti Lycoctoni, Seplasiæ Lupariam hodie appellare solent.
- Acorus.* Acori veri radix complicata in obliquum, geniculis intercepta, candida, acris gustu, & modicè amaro, odore non ingrata, geniculis intercepta. Quare ea videtur esse radix quæ à quibusdam Galanga maior vocatur, quod omnes iam dictas in se notas habeat. Non quod certò asseram radicem hanc esse stirpem quæ Acorus reuera est natam esse. Quæ enim hæc esset temeritas id constanter affirmare, quod oculis meis non viderim vnquam? At fac non esse Acorum, tamen præstat hac in Acori veri inopia vti, reiecta vulgaris Acori, quem vulgus herbariorum Gladiolum luteum vocat, radice, quod à veri Acori radice tota sua natura diuersissima sit. Vt maiorem in modum hallucinari tum medicos, tum pharmacopœos sit necesse, qui adulerino hoc Acoro pro vero vtuntur, magno ægrotantium malo ac detrimento. Non est enim adulerinus Acorus vsurpandus, nisi vbi medico vt refrigeret & exiccet consilium est. Magnam quoque in profluuiò sanguinis omnis generis sistendo efficaciam habet, quod alibi fusius ostendimus.
- Error medicorum & officinarum radice Gladioli lutei vocati pro Acoro vero vtentium.* Agaricum, quod Galenum secutus, inter radices recensere volui, quum fungus verius sit, leuius, rarius, mollius, albius, breuius, friabilius sit, sapore initio dulci, mox amaro, tandem etiam subacri. De quo infra plura. Cur autem Galenus Agaricum inter radices numerarit, tomo primo nostrorum commentariorum diximus.
- Althea.* Althea, siue Ebisci, lenta, intus alba.
- Angelica.* Angelicæ, fatiuræ præsertim.
- Apium.* Apii fatiui, Seplasijs petroselinii vocatur. Nam herba cuius radice pro Apio vtuntur nostrates officinæ, est Elæoselinum, id est, palustre Apium, quod sua sponte in palustribus locis nascitur.
- Officinarum error.* Ari, qua vtique radice pro Serpentaria, quæ latinis Dracuntium dicitur, officinæ vti debent, si vera Serpentaria destituuntur, & nequaquam illa, quæ alio nomine Bistorta dicitur, vt paulopost fusius demonstrabitur.
- Ari radice pro Serpentaria vtantur officinæ.* Aristolochia, officinæ ineptè Aristologiam nominant, & pronunciant. Quum autem gemina sit Aristolochia, rotunda & longa, altera, nempe rotunda, omnes propemodum Seplasiæ nostrates destituuntur. Quæ enim sub hoc nomine passim prostat, non est legitima, sed eius herbæ radix quæ Aëtio Cap-

nos appellatur, ut supra quoque monuimus. Affertur tamen nunc à quibusdam pharmacopœis vera, qua omnibus plane utendum esset. Quanquam si haberi vera nequeat, Capni Aëtij radice, utpote vehementer quoque amara, pro ea sine errore uti licebit. Longa non caret officina, ut plerique censent, qui eam qua illa utuntur Clematitin esse arbitrantur. Nam folia Hederae liquidò docent esse Aristolochiam longam, & non clematitin, ut alibi copiosius monstrauimus. Non prohibeo tamen ne ea utantur quae aliunde affertur, & nostrate longe maior existit.

Asari radix numerosa, geniculata, tenuis, obliqua, Gramini similis, odorata. Asarum.  
Asclepiadis, Seplasijs Hirundinaria & Vincetoxicum appellatur, numero-  
sa, tenuis, odorata. Hirundina-  
ria.

Asparagi, adempta ualiter Sparagi radix nostratibus officinis dicitur. Vincetoxicum

Asphodeli veri radice omnes Germaniae nostrae officinae carent. Nam ea quam sub hoc nomine ad conficienda sua medicamenta usurpant, Lilij genus existit, & longè alias quam vera Asphodelus facultates obtinet. Facillimè autem veri Asphodeli copiam illis suppeditabit diligens inquisitio, quòd in plerisque locis huius prouentus sit uberrimus. Etiam multi pharmacopœi veram in suis officinis repositam habent. Asparagus.  
Asphodelus.  
Seplasarum  
erratum.

Behen Serapioni duplex, alba & rubea. Radices illae ex Armenia ad nos hodie non afferuntur. Quare Behen alba & rubea nostratium officinarum non sunt legitima, sed eas de quibus Serapio, & alij Mauritanij scripserunt, ementuntur. Nam Behen radices Armenicae ac verae magnitudine sunt radicis Pastinacae minoris, contortae, & suauis odore. Officinarum verò crassae sunt, & odoris, rubra saltem, expertes. Praeterea Behen verae radices tenacitatem quandam mansae obtinent, qua Seplasiarum prorsus carent. Denique in Italia non in Armenia effodiuntur. Quo fit ut nulla sese offerat nobis ratio, qua probare possimus Behen communis usus esse Arabum legitimum. Ben album quo magna ex parte utuntur officinae, videtur esse Polemonij radix, quòd alibi fufius docuimus. Quid verò sit Ben rubrum, certò statuere nondum possum. Actuarius certè, ut ex compositione Antidoti Diamoschi sole meridiano clarius conspicitur, & Nicolaus Myrepsus multis in locis Behemum album & purpureum, nominant Hermodactylum candidum & purpureum, forsitan quòd digitorum quandam imaginem radix illa exhibeat. Vnde iterum liquet officinarum Behen, rubrum maximè, quum digiti crassitudinem excedat, non esse legitimas, sed suppositicias, quemadmodum fufius in eius historia diximus tomo nostro de stirpium histor. commentarijs altero. Behem.

Bistortae, quam Seplasiae falso Serpentariam nominant, quòd Serpentaria vera non sit nisi Dioscoridis, & aliorum veterum Dracunculus & Dracuntium. Hinc capitaliter errant magna medicorum pars, qui Seplasiariorum imperitia decepti, ut caeci caecos habeant duces, non sine maximo agrotantium detrimento, radice Bistortae, cui vehemens & immensa adstringendi facultas inest, in unguentorum thoraci & pectori illinendorum compositionibus, & ad thoracis ac pulmonis excreationes faciles reddendas, utuntur: quum Dracunculi potius radice, quae, Dioscoride & Galeno testibus, iam dictam facultatem obtinet, illis utendum esset. Et mirum est eos hodie etiam, num saepius monitos, huic errori esse implicatos, quum tamen, modò diligenter inquirere vellent, veri Dracunculi copiam habere possent. Utantur autem saltem in veri Dracunculi penuria hortor Ari radice, quae passim prouenit, & easdem, Dioscoride & alijs attestantibus, facultates habet. Atqui scio quorundam medicorum adhuc tantam esse dicam inscitiam an temeritatē nescio, ut ne nunc quidē toties moniti errorem deserere velint. Quorum certè pertinaciā magistratum vindicare decet, atque seuera

Asarum.

Hirundina-  
ria.

Vincetoxicum

Asparagus.

Asphodelus.

Seplasarum

erratum.

Behem.

Ben album  
officinarum  
est Polemo-  
nij radix.Hermodacty-  
lus albus &  
purpureus  
posteriorum  
Gracorum.

Bistorta.

Medicorum  
& pharma-  
copæorum  
error non se-  
rendus &  
plectendus.

seuera

seuera huius animaduersione, talium carnificū petulantia, quum verbis emendarī non possit, cohercenda: ac ne latius progrediatur, cōhibenda.

*Bryonia.*  
*Borrago.*

Bryoniae radix foris cinericea, intus albicans, ampla, consummata.

Buglosi, borraginis officinis dicitur. Nam recentiores Græci non tantum floribus, sed & radicibus Buglosi vtuntur: & recte quidem. Nam quum radices illæ sint succosæ admodum, fieri non potest quin sint efficaces.

*Calamo aromatico vero caremus.*

Calamus aromaticus seu odoratus verus in officinis nostris non habetur. Nam qui hoc nomine venditur, calamus non est, sed radix. Neque habet eas notas quæ illi à Dioscoride tribuuntur. Siquidem arundini similis non est, nec odore fragantissimo præditus: fistulis denique intus plenus nequaquam est, nec

*Quid sit calamus odoratus officinarum.*

ex India affertur. Qui igitur in officinis sub nomine calami aromatici prostat, radix est, mea sententia, non quidem veri odorati calami, siquidem vili precio venditur, & sæpe admodum recens cernitur, sed eius qui in Maotide nascitur, quod alibi copiosius monstraui. Porro quum hæc radix in commanducando glutinosa sit, linguam adstringens, amara, & subacris, eiq; propemodum omnes veri calami Indici notæ quadrent, profecto tuto & citra ullius reprehensionem pro calamo aromatico in veri penuria Seplasiæ vtī possunt.

*Capparis.*  
*Cardapatium.*

Capparis lignosa, grandis, & numerosa est radix.

Chamaeleonis albi, Cardapatium Seplasijs dicitur, in lætis collibus crassa, in montosis gracilior, in profundo alba, aliquatenus aromatica, graui odore, dulcis.

*Rhaponticū officinarum est Centaurij magni radix.*

Centaurij magni, quæ huius ætatis medicis & pharmacopœis Rhaponticū vocatur, crassa, grauis, solida, tripedalis, si integra est, succo vbi recens est prægnans.

*Cichorium.*  
*Costus.*  
*Matthiolum calumniō depulsa.*

Cichorij. Vide Intybum.

Costi, qui Græcis triplex est, Arabicus, Indicus, & Syriacus. Arabes costum dulcem & amarum faciunt, quemadmodum posteriores etiam Græci, potissimum Actuarius, & Nicolaus. Non potuit autem sibi temperare Matthiolum, quin libro 5. suarum epistolarum medicinalium mihi genuinum infingeret, errorisq; insimularet, quod Arabas secutus dulcem etiam esse aliquem Costum dixerim, ita nunquam non me ex insidijs obseruat, & ea etiam quæ recte à me dicta sunt, in calumniam rapit. Dulcem enim dixi Costum, vt in commentarijs meis de stirpium historia latius monstraui, non simpliciter, quod talis nullus, legitimus saltem, existat, sed collatione ad alterum qui plus eo amaritudinis habet. Quare mirari satis non possum, cur de aliorum dictis temerè iudicandi auctoritatem sibi arroget Matthiolum, quum hinc aliam quam multorum odium mercedem sibi sperandum esse sciât. Extant quidem in officinis medicorum sub Costi appellationibus dulcis & amari radices duæ, sed à veri costi notis plurimum distantes. Nam nec candidæ, nec leues, nec gustu feruentes, nec odoratæ sunt. Suspicio est Mentæ Sarracenicæ, quum vulgus herbariorum Costum hortensem nominat, esse, alteram saltem, radicem. Nos, vt speramus, veras Costos, dulcem & amaram, in altera nostrorum de Stirpium historia Commentariorum editione pictas dedimus. Ad quos nunc lectorem ablegamus.

*Costus officinarum qualis.*  
*Vera Costus.*

*Cucumer asininus.*  
*Cyclaminus.*

Cucumeris syluestris, asinini Seplasijs appellatur, magna, & candida radix.

Cyclamini, nigra, & aliquantum lata. Officinæ medicorum perperam ad tertiam latinorum inflexionem huius radicis appellationem detorquent, Cyclaminis nominantes radicem.

*Cyperus.*  
*Curcuma officinarum.*  
*Serapionis.*

Cyperī radix rotunda, nigro colore, suauī odore, gustu amara. Est verò aliud Cyperi genus in India natum Zingiberis specie, quod manducatum Croci vim & colorem reddit. Hoc interdum inter Zingiberis radices inuenitur, & Curcuma Seplasijs nominatur. Porro Serapionis Curcuma, vt ex vtriusq; historia

istoriæ collatione patet, non est nisi Chelidonium maius. Quapropter de Serapionis sententia Chelidoniij potius radice, quam Cyperi Indici pharmacopœis vtendum esset. Nihil autem refert vtro vtantur, quod Cyperus quoq; Indica præsentem, Dioscoride attestante, psilothri vim illita exhibeat. Germanis Cucurma, *Geel genffer* dicitur.

Cynoglossi radix qua nostrates officinæ vtuntur non est veri Cynoglossi radix, nam ea, Dioscoride teste, nullius est in medicina vsus: sed eius herbæ quæ Græcis Lycoplis vocatur, vt alibi fusius docuimus.

Dictamni radix, quam Diptami, deprauata non nihil voce, vulgus medicorum, & pharmacopœi appellant, & in officinis prostat, non est veri Dictamni radix, ea enim vt autor est Dioscorides, inutilis est: sed potius albi vocati Dictamni, vt alibi abunde monstrauius. Non est autē abijcienda hæc radix, quod firmum habet in medicina vsus, nec eum sanè contemnendum. Veri Dictamni folijs cana lanugine in tectis vtimur, vt supra est ostensum.

Doronicum vocabulum multis accommodatur herbis. Est enim quoddam Doronicum, quod orientale & Mauritanorum dicitur, quod hodie ignotum est & inusitatum. Aliud est, quod Romanum appellatur, paucis rectè cognitum, officinis nostris ignotum. Tertium est, quo hodie officinæ vtuntur omnes. Quartum Dulcichinum nominatur, itidem officinis inusitatum. Quintum, vulgatum vocatur. De quibus omnibus copiosissimè tomo primo nostrorum de stirp. histo. commentariorum tomo diximus. Ad quem nunc Lectorem ablegamus.

Dracunculi radix nusquam ferè in officinis medicorū prostat. Nam omnes propemodum pharmacopœi pro ea Bistortæ radice, maximo sanè errore, vtuntur, vt supra quoq; monuimus: quum potius in veri Dracunculi penuria Ari radix illis vsurpanda esset, cui etiam forma non absimilis est.

Ebuli longa, digitali crassitudine radix.

Elenij, enulæ campanæ vocant officinæ, subalba, aut subrufa, odorata, subacris, vegeta magna.

Eryngij radix oblonga, lata, foris nigra, internè candida, pollicis crassitudine, odorata. Officinæ corrupta voce Iringum appellant. Trium est generum apud Dioscoridem, vt alibi monstrauius, vbi eorundem quoq; picturas exhibuimus. Istius radice, tanquam legitimi, officinæ vti debent.

Ellebori vtriusq; tum albi, tum nigri. Albus radicibus nititur multis, tenuibus, ab oblongo capite exeuntibus, ceparumq; modo fibratis. Niger hodie Germanis non cognoscitur. Nam qui hoc nomine venditur Enneaphyllon fatium est. Circumfertur quoq; ab Agyrtis radix sub Ellebori nigri appellatione, quæ legitima non est, vt alibi diximus.

Esulæ radicis cortex probatur tenuis, leuis, fractu facilis, casia fistulæ modo rubescens.

Filicis radix nigra, oblonga, gustu subadstringente.

Fœniculi, nota est.

Galanga minor appellata radix, est subrubra, geniculata, intorta, grauis, sapore acerrimo linguam vellente, odore, & figura quadam Cyperi. Vnde nonnullis Cyperus Babylonicus vocatur.

Garyophyllatæ seu Benedictæ intus rufescens, capillamentis multis fibrata, odore Caryophylli.

Gentianæ radix, colore foris buxæo, intus crocante, amarissima, frangi contumax.

Glycyrhizæ, officinis deprauata prorsus voce Liquiritia dicitur, radix longa, coloris buxæi, fractu contumax, sapore subacerbo, & dulci,

Hermo-

*Cynoglossi.*

*Dictamnus.*

*Doronicum.*

*Orientale.*

*Dracunculus.*

*Ebulus.*

*Enula campana.*

*Iringus.*

*Elleborus.*

*Esula.*

*Filix.*

*Fœniculi.*

*Galanga.*

*Cyperus Babylonicus.*

*Benedicta.*

*Gentiana.*

*Liquiritia.*

- Hermodactylus.* Hermodactyli radix rotunda, ampla, foris & intus alba, mediocriter dura. De qua infra copiosius differemus.
- Enula campana.* Inula, Enula campanae Seplasijs nominatur, radix. Vide Elenium.
- Iris Illyrica.* Iridis Illyricae, quae duum est generum, Plinio lib. 21. cap. 7. teste, Raphanitis & Rhizotomos. Raphanitis est, quae a similitudine Raphani sic est dicta. Hanc Galenus, Paulus, & Aetius Astragaliten, quod radix eius cum Astragali radice similitudinem habeat, vocant. Vtriusque pictam imaginem in altera nostrorum de Stirpium historia Commentariorum editione dedimus. Probatum parua, densa, frangi contumax, subrufa, amara, odorata. Florentina tantum officinae nostrae hodie vtuntur. Germanica illi non dissimilis, sapore acri & mordaci.
- Florentina.* Florentina tantum officinae nostrae hodie vtuntur. Germanica illi non dissimilis, sapore acri & mordaci.
- Lapathium.* Lapathi, lapathij officinis dicitur, radix oblonga, crocei intus colore.
- Magistratia.* Laserpitij, officinis Magistrantiae, Ostrutij, vel Astrutij radix nominatur. Nam herba ita vulgo appellata, nobis Laserpitium Germanicum dicitur, cuius etiam radice eiusque succo in penuria veri Laserpitij vtilicebit.
- Lilium.* Lilij tum albi, tum punicei radice in officinis vsus est. Sed puniceum non sine maximo errore, Affodillum deprauata voce nominant, ac pro Asphodeliradice vtuntur: quod paulo supra quoque indicauimus.
- Officinarum error.* Affodillus officinarum est
- Lilij species.* Lycopios, Cynoglossae Seplasijs vocata, radix rubra, & adstringens.
- Cynoglossa.* Mandragora vera radicibus nititur bene magnis, binis, ternisue inter se conuolutis, nigris foris, intus albis, crasso cortice vestitis. Eius effigies est in nostris de Stirpium historia Commentarijs, quae satis docet Agyrtarum Mandragoram esse ficticiam, vt ibidem etiam fusius docuimus.
- Meon.* Mei radix officinarum, non est nisi eius herbae quam Germani nostri **Beerswurk** nominant, radix. Ac possunt quidem officinae nostrae radice illa pro vero Meo sine omni errore tantisper vti, donec verum ad nos aduehatur: siquidem Germanicum hoc Meum: ita enim appellare placet: easdem quas Meum facultates habeat. Sunt qui Meum Sistrum, Spiculam, & Anethum syluestre nuncupent.
- Nardi spica.* Nardus Indica etsi radix est, vt Galenus etiam lib. 1. de Antidotis testatur, tamen Nardi etiam spica, a formae similitudine quam cum spica habet, appellatur. Radix dodrantalis, digiti parui crassitudine, multis fibris donata, leuis, nigra ad rubedinem vergens, adstringens, subacris, leniter amara, & odorata.
- Nymphaea.* Nymphaeae radicibus, perinde atque semine, Dioscoride & Galeno testibus non tantum floribus pharmacopoeis vtendum esset. Cur autem flores, tanquam humectans medicamentum, quum potius desiccant, in vsum venerint, Arabibus acceptum ferendum erit, vt supra, & alibi plenius docuimus.
- Filipendula.* Oenanthes, Filipendulae Nicolao & Seplasijs radix nominatur. In multa rotunda capita extubert.
- Paonia.* Paoniae vtriusque maris & foeminae radix digitali crassitudine, & palmi longitudine, gustu adstringens, alba. Foeminae radicibus seu glandes circiter septem, aut octo inhaerent.
- Quinquefolium.* Pentaphylli, officinis Quinquefolij dicitur, radix oblonga, & subrufa.
- Petroselinum.* Petroselini veri radix in officinis non habetur. Nam quam sub hoc nomine vsurpant, Apij satiuu radix est, vt supra quoque indicauimus.
- Radice officinae carent.* Peucedani radix a plerisque pharmacopoeis non cognoscitur. Nigra est, crassa, succosa, graui odore. Pictura extat in nostris Commentarijs.
- Peucedanum.* Polypodij radix dulcis, auster, digiti parui magnitudine, cirris & nodis plena, ex rubro nigrescens, colore intus herbaceo, Pistacij instar.
- Polypodium.* Polygonati, Seplasijs Sigilli Salomonis dicta radix alba, mollis, longa, crebro geniculata, digiti crassitudine. Duum est generum stirps, Alteram duntaxat officinae agnoscunt,

Pimpi-



Pimpinella maioris & minoris radix, eius quam sic in Germania vocant herba ab officinis vsurpanda. Nam quam hoc nomine insigniunt Itali herba, Sanguisorba nobis appellatur. Vtriusque generis herbarum picturas & facultates in nostris Commentarijs de Stirpium historia reperient studiosi.

Pyrethri, est longa, pollicari crassitudine, gustu feruidissimo, & igneo.

*Pyrethri.*

Phu, Valeriana officinis nominatur. Duum est generum, vera & germanica. Vera, hoc est, quae Dioscoridi delineationi per omnia respondet, radicem habet superius digiti minoris crassitudine, ex obliquo villosam, in nigri Ellebori modum, capillamentis inuicem contextis, flavescentibus, odoratis, cum quadam odoris grauitate Nardum aemulantibus donatam. Nos tertiam in nostris de Stirpium historia commentarijs adiecimus.

*Valeriana.*

Raphani, magna, Rapi specie, subacris.

*Raphanus.*

Rha ponticum veterum in officinis desideratur. Quae enim sub hoc nomine vtuntur, Centaurij magni radix est, vt supra quoque ostendimus. Rha ponticum enim veterum adeoque verum, radix est nigra, Costo nigro foris, Centaurio magno intus similis, sed minor, ruffior, fungosa, & laxa, aliquantum leuis, sine odore, quae mansa colorem reddit pallidum ad Crocum inclinantem, teredinibus non exesa. Ea igitur sit oportet, quae a D. Gerardo Imperatoris Caroli Oratore e Ponto allata, & tandem mihi ante annos paucos a doctissimo viro, & amico omnium carissimo, D. Andrea Vesalio transmissa pro vero Rha pontico radix est, vt quae omnes in se Rha pontici veterum notas habet, adeo vt nihil dubitem legitimam esse. Nam magna ex parte digitalis est tum longitudinis, tum crassitudinis, fungosa, leuis, colore exterius nigro, intus luteo, eodem nimirum quo vulgare Rheum barbarum modo commansa colorem reddit pallidum, in odore, gustu astringens, adeoque purgandi vi destituta, ut infra latius dicemus. Eius effigies est in nostris de Stirpium historia commentarijs.

*Rha ponticum.*

*Andreas Vesalius.*

Rha Indicum, & ipsi proximum Rha barbarum, quod Raved sceni Mauritanis dicitur, quod in officinis medicorum vsitatum est, laudatur subnigrum, in rubrum inclinans, graue pro raritate sua, contractum, ex rufo & glauco alternans, & Croci modo tingens. Seruatur annis tribus, aut quatuor in milio, vel cera sola oblitum. De eo infra plura, & loco paulo ante citato.

*Rha barbarum.*

Rubiae fatiuae radix tenuis, longa, rubra. Officinis Rubiae tinctorum nuncupatur.

*Rubia tinctorum.*

Ruscii, quam Seplasiae vnus adiectione literae, Brusci nominant, radix Germani similis, acerbata, & subamara.

*Bruscus.*

Satyrii, officinae inepta voce Satyrionis appellant, radix in officinis desideratur. Nam qua sub huius nomine ad Diasatyrii compositionem vtuntur pharmacopoei, aut Orchios, aut Satyrii basilici radix est, quae impetum nullum ad venerem excitat. Quum itaque hodie vix verum Satyrium agnosceretur, licebit pro eo vti herba, quam nos in altera editione Satyrium trifolium odoratum germanicum nominauimus. Picturam illuc quoque reperient studiosi. Aut Orchios, quae etiam Cynosorchis nominatur, radice pro Satyrio vtendum.

*Satyrium.*

Saxifragi albi radix multis fibris capillata, eique multa Coriandri seminis quantitate referentia grana adherent, quibus Seplasiae, non sine errore, pro semine vtuntur, quum semen suum excussis floribus in caulium cacumine proferat.

*Saxifraga alba.*

Scillae, Varro Squillae, radix probatur bonae magnitudinis, bene habita & nutrita, alba.

*Scilla.*

Scordij herba, non radice, vt haecenus maximo errore Seplasiae fecerunt, vtendum erit, vt ex Dioscoride abunde liquet. Radix autem quam huc usque vsurparunt, non fuit Scordij, sed Allij syluestris. Nunc plerique reiecto veteri errore, vero Scordio, quod facile haberi potest, vt incipiunt, Quod vtrinam

*Scordium. Officinarum error.*

D alijs

alijs quoq; nonnullis in medicamentis facerent: ita enim promptè veteres de-  
discerent errores.

- Scrophularia.* Scrophularias Seplasię duas habent, vnam maiorem, alteram minorem. Ma-  
*Maior.* ior non est nisi Galeopsis Dioscoridis. Minor verò est altera Malacocissi spe-  
*Minor.* cies, ut alibi fusius monstrauius.
- Consolida* Symphyti maioris, officinis Consolidæ maioris radix vocatur, foris nigra,  
*maior.* intus alba, viscosa.
- Tamariscus.* Tamaricis siue Myricæ, Tamarisci Seplasijs dicitur.
- Thapsia.* Thapsiæ radix, non est nisi Turbit eius quod à Mesue describitur radix  
quemadmodum in tertio nostrorum de Stirpium historia Commentariorum  
tomo ostendimus.
- Turbit.* Turbit Arabibus laudatur, cuius cortex est albus, gummosus lactis crassi-  
tie, vacuus, arundinaceus, fractu facilis, recens, foris cinericius. Cuius autem  
fruticis radix sit, alibi nempeloco iam citato, ostendimus.
- Esula.* Tithymali Cyparissij, Mesue & Auicennæ Esulæ minoris est radix. Quod  
non temerè adijcitur, quia Nicolaus Myrepsus interdum Chamæpityn Esulam  
hanc vocat, vt supra quoq; est dictum.
- Tormentilla.* Tormentillæ radix in nigro rubea, modicè intorta, fibris capillata.
- Turpetum.* Turpetum, officinis Turbit dicitur. De quo paulo antè diximus, & infra co-  
piofius differemus.
- Vitis alba.* Vitis albæ, Seplasijs Bryoniæ dicitur. De qua supra satis.
- Zedoaria.* Zadura, Zaduaría, Zudar, Zudera, & Zaduar posterioribus Græcis appel-  
latur, officinis Zedoaria, Serapioni præsertim rotunda, Zurumbet. Sapore  
ac colore ferè Zingiberis.
- Zingiber.* Zingiber Galeno, alijs Gíngiber, Seplasijs Zínziber nominatur. Eius ra-  
dix sit intus candida, odorata, Piperis sapore, ponderosa, fracta, solida, non te-  
redinibus exesa. Condienda est recens, non vetus, impostorum quorundam  
more, qui ut teredinum foramina obstruant, rubricam aqua subactam superli-  
nunt.

Radices quinque communes. {  
Apj.  
Asparagi.  
Fœniculi, alijs Graminis.  
Petroselini.  
Rufci.

## DE SVCCIS.

## Caput Nonum.

- Succus quid.* **S**uccus propriè loquendo est id quod ex tota stirpe, partèue eius aliqua con-  
*χυλός.* cisa, aut tusa, torculari, vel manibus, vel aliter exprimitur. Græcis χυλός di-  
citur. Nam illi χυλός interpretantur ὑγρῶν ἐκπίεσμα. Nos more officinarum, suc-  
corum, nomine eos tantum hic inaudiri volumus, qui ab expressione liquidij  
*Mucilago.* permanent. Cæterum succus qui ex glutinosis seminibus, verbi gratia lini,  
psylli, fœnigræci, cydoniorum, aut radicibus, vt althææ, extractus, quum len-  
*Muccago.* torem habeat, Viscago seu Muccago dici potest. Officinæ mucilaginem num-  
cupant. Hinc emplastrum διαχυλῶν, id est, è lentis & glutinosis succis, appella-  
tum est. Porrò succi aut per se seruantur, veluti acetum, vinum: aut misto sale, vt  
*Succi quo-* omphacinum oleum: aut superfuso phialæ oleo, vt rosarum succus, granatorū,  
*modo ser-* limonum, cotoneorum, sambuci, & similia. Succu pauci admodum in officini-  
*uandi.* nis medicorum prostant, quòd nimirum citra corruptionem & putrefactio-  
nem multo tempore conseruari facile nequeant. Sunt enim ij propemodum  
omnes.

Ace,

Acetum album tenuius, ob id valentius nigro & medio, præsertim si æquè sit acre & vetustum. *Acetum.*

Acidus citrei mali succus, officinis acetositas Citri nominatur. *Acetositas Citri.*

Cotoneorum, cydoniorum.

Brassicæ.

Elaterium succus est, qui ex Cucumeris sylvestris fructu exprimitur. Optimum læue, non ponderosum, cum candore leniter humectum, gustu amarissimum, quod lucernarum luminibus obiectum facile flagrat. *Elaterium.*

Iridis.

Limonum.

Malorum granatorum puniceorum uie.

Mel optimum purum, adeo ut totum pelluceat, odorū, flauum, acerrimum, dulcissimumque gustanti & iucundissimum: consistentia nec crassa, nec liquida, sed tam sibi coherens, ut continuitatem suam quasi linea longissima non intercisum seruet, si digito attollitur. Idem coquendo paucam spumam emittit. *Mel.*

Oleum omphacinum ex immaturis oliuis expressum ad viride inclinat, odoratum, morsus expers, sapore acerbum. Ex maturis oliuis expressum colore rufescente, purum, pellucidum, tenue, odore exiguo, sed grato, sapore dulci, subacri. *Oleum.*

Omphacium succus ex vua immatura expressus, officinis Agrestis nominatur. *Omphacium. Agrestis.*

Oxyacanthæ fructus succus Sepalsijs Berberorum appellatur, vide supra. *Berberorum succus.*

Rosaceus.

Violaceus.

Vinum, deligitur varium pro scopis medicorum diuersis.

Cæterarum quum herbarum ac stirpium succi æstate tantum & vere è viridibus herbis, vltro poscente, exprimantur, & hyberno tempore, quo omnes herbarum frigore emoriuntur, haberi non possint, in horum locum recentiores tum Græci, tum alij medici Serapia, de quibus suo dicemus loco, & stillaticios liquores, seu, ut hodie loquuntur, aquas distillatas, excogitarunt. Sic autem nominant, liquorem vi caloris è stirpe extractum. In quorum tamen vltro modum aliquem esse oportet, præsertim vbi non diligenter, & in duplici vase sunt eliciti. Siquidem is modus cæteris est præstantior, ut qui succo stirpis tum odorem, tum saporem conciliet. Modum hunc elicendi stillaticios succos Ioannes Marnardus libro decimoquinto Epist. 5. ostendit. Et cauendum unicè in succo stillaticio elicendo, ne plumbeis vel æreis instrumentis vtamur, quod is à metallicis illis organis malam eorum qualitatem sibi vendicet, & si gustetur nunquam non, vel frequentissimè fumidum virus, nidoremque respiciat. Quæ res non modo agris ingentem molestiam afferunt, & nauseam plerumque mouent, sed & plurimum noxæ ventriculo, iocinori, aliisque visceribus inferunt. Cæterum stillaticij liquores, qui duplici vase vitreis instrumentis, calentes aquæ balneo ab herbis & floribus elicuntur, non solum proprias stirpium qualitates referunt, sed etiam ne tantillum quidem tum fumi, tum rei adustæ respiciunt, modo caueatur, ne eius vasculi in quo stirpes continentur fundum, aquam in cacabo bullientem attingat, sed solo vapore ab eo eleuato incalescat. Nam à lento ac miti illo calore: qui pelentus ignis calor est in feruente aqua, quod eius acrimonia ab humiditate obtundatur: è totius stirpis substantia vapores exhalant, qui in succum vertuntur omnium serè partium vices seruantem, quæ ex odore, & sapore, quem succus ille retinet, cognoscuntur. Euenit autè hoc, quod aqua feruens sua ipsius humiditate partes tenuiores illas retinet, conseruat ac cohibet. Iam dictam elicendi stillaticios liquores rationem Matthiolus quoque, tanquam cæteris præstantiorem laudat. Tamen ut esset sibi à nobis dissentienti præhensio

D ij occa-tata.

occasio, aut vt nostrum saltem sententiam arrodere possit, alteram quoq; eliciendi liquores hac minus exquisitam rationem probare voluit, nec omnino esse reiiciendam putauit. Vt hinc palam fiat, Matthiolum nunquam non alios reprehendendi occasionem querere, etsi quod reprehensione dignum sit haud inueniat. Cæterum in confesso est Galenum in diplomate seu duplici vase omnia propemodum coxisse, quod is modus extrahendi facultatem esset optimus. Nam quæ ita exprimuntur nullam præseferunt adustionem, quæ magna ex parte stillaticijs liquoribus multa inest, quæ non tantum ingrata est, sed etiam non mediocriter ad morborum curationem obest. Hinc est quod liquores illos stillaticios patulis vasis exponere soli coguntur, quò calor alienus exhalat. At is pariter tenuissimas, & sæpe nobilissimas rerum partes secum educit. Nec melior est eorum quæ calore fimi putrescunt conditio. Nam hic alienam putredinis qualitatem, quæ saluti vehementer obest, adiunctam habet. Præstat igitur is modus qui in duplici fit vase. Sed quum tenuiores maximè partes ignis actione eliciantur, præstat tum maximè liquoribus stillaticijs vti, vbi celerem actionem requirimus, vt in syncope, apoplexia, & id genus alijs morbis celerem opem desiderantibus. Vbi verò tanta celeritate opus non est, consultius est vt herbarum ac stirpium earundem decoctis vtamur, præsertim quum integras earundem vires requirimus. Nam quum omnes propemodum stirpes, Galeno etiam libro tertio de Simpl. medica. facul. cap. 14. attestante, licet sensu simplices apparent, natura tamen sint compositæ, adeoq; maximè contrarias in se habeant facultates, nempe excernendi & sistendi, adstringendiue, rarefaciendi & condensandi, reserandi & contrahendi, aperiendi & occludendi, cæterasq; vniuersas oppositiones: fieri vix potest vt in stillaticijs liquoribus omnes hæ facultates stirpium insint. Quippe, vt iam dictum est, tenuiores maximè partes ignis feruore eliciuntur, crassiores autem in stirpibus ferè vniuersæ remanent. Quapropter vires, quæ antea fuerunt coniunctæ, & per totam substantiam æqualiter diffusæ, iam separantur. Cæterum stillaticiorum liquorum nomenclaturas nihil attinet referre, quòd nulla propemodum sit herba ex qua hodie succus non eliciatur.

*Stillaticijs liquoribus quando vtendum.*

*Quando non vtendum.*

## DE LIQVORIBVS.

*Caput Decimum.*

*Liquor quid.* **L**iquor, qui Græcis *ὀρός* dicitur, est qui ex stirpe, aut parte eius aliqua, vulnèrata, terebrata, scarificata, castrata sponte defluit, non curando gustu suauis, aut ingratus sit. Hic paulopost diu insolatus, aut lento igne siccatus concrefcit, quapropter omnes eius ferè generis liquores officinæ concretos vocant. Sunt verò Sepalsijs repositi & vlitati liquores qui sequuntur.

*Acacia vera.* Acacia succus ex fructu seu semine exprimitur Aegyptiæ spinæ, & in vmbra siccatur. Interdum etiam ex folijs, vt Dioscorides autor est. Verararissimè, aut nunquam habetur in nostris officinis. Huius autem loco vtuntur succo ex bacis syluestrium prunorum expresso, tessellatim confecto, & insolato, non admodum magno errore, quòd & is succus haud secus atq; veterum Acacia adstringat, siccet, & refrigeret, etsi minori efficacia.

*Acacia officinarum.*

*Aloe.*

Aloe optima sit pinguis, glutinosa, friabilis, facile liquefcens, ex rubro rufa, iecoris modo coacta, & intus foueis plena, proinde minus grauis, bono odore, eximia amaritudinis, sincera, nitida, arenularum & calculorum expers. De qua suo loco fusius dicemus.

Cera

Cera fauis ocellusa exprimitur. Probatur flauissima, odorata, pinguis, co-  
acta, leuis, pura, & aliena omni materia carens. Expeditur etiam alba, vel natu-  
ra, vel ablutione. Fit viridis mista ærugine. Rubea minio tingitur. Cera virgi-  
nea officinis dicta, non est nisi veterum Propolis, quæ in alueariorum foribus  
inuenitur.

Cera.  
Alba.  
Viridis.  
Rubea.  
Cera vir-  
ginea.

Cyrenaicus liquor est Laseris seu Laserpitij, siue Silphij herbæ, qui caule  
ipsum, aut radice scarificata, defluit. Est acer, mordax, modicè rufus, translucens,  
odoratus, & qui dilutus citò albescat. Officinis medicorum Asa dulcis, &  
Belzoc, vel Beltzoin, & Beltzuinum nominatur. Sed qui sub hoc nomine in  
officinis prostat, non est legitimus, aut saltem quarundam rerum accessione de-  
prauatus, quòd neque acer, neque mordax sit. Non esse autem Silphij liquorem  
hinc etiam sciri potest, quod Strabo libro vltimo Geographiæ scribat, Silphi-  
um suo propemodum tempore defecisse. Plinius quoque lib. 19. cap. 3. multis iam  
annis non inueniri memoriæ prodidit. Quum igitur Strabonis & Plinij testi-  
monio constet Silphium Cirenæ eorum ætate penè defecisse, neque inibi facile  
inuentum esse, nihil mirum uideri debet, si nostra quoque tempestate defecerit,  
atque nullum iam ad nos vehatur quod legitimum sit. Præstaret itaque succo  
Laserpitij Germanici, quod Magistrantiam nominant nostri, ad compositio-  
nem medicamentorum vti. Ad vsum autem suffumigiorum nihil obstat cur non  
Benzoen adhibeamus. Laserpitij verò liquor Syriacus, Medicus, Parthicus,  
& Persicus vocatus, virus & putrilaginem, Dioscoride teste, olet, ideoque Se-  
plasijs Asa foetida, & Germanis Diaboli sterco appellatur, ob virosum quem  
reddit odorem. Asa verò vox deprauata est & corrupta, à Lassere herba haud  
dubiè detorta. Vt enim veteribus Laser duplex est, odoratum, & virosum, ita  
quoque officinis gemina est, Asa dulcis & foetida.

Propolis.  
Cyrenaicus  
liquor.  
Asa dulcis.  
Beltzoc.

Asa foetida.

Dacrydion, officinis corrupta voce Diagridion dicitur. Scammonia succus  
correctus est, vt infra latius dicitur.

Diagridium.

Euphorbium liquor ex Libyca emanans arbore existit, lacteus, vrens, te-  
nuum partium, vel Orobi seu Erui magnitudine, Sarcocolla modo emicans:  
vel in ouillis aut hædinis ventriculis exceptum & concretum, vitreum, trans-  
lucens, acre, recens, albissimum. Ob eius certè acrimoniam violentissimam  
nunquam nisi inuitis pharmacopolis tunditur. Quippe etsi nares, & os omni  
prorsus diligentia sibi muniant, tamen tanta est eius acrimonie vis, vt omni-  
bus vnà cum aëre penetratis munimentis, in eorundem tandem nares perueni-  
at, vbi molestissimum excitat ardorem, qui non facile tollitur. Quapropter acu-  
rata diligentia in tundendo Euphorbio opus est. Recens albius est & calidius,  
acleui gustatu os accensum diutius sic tenet. Color autem hic caducus est, &  
citò euanescit, sitque vetustate pallidius, aut flauius. Bimum aut trimum adhuc  
mediocre viribus est, & interdum quadrimum: quinto autem vel sexto anno  
exoluitur, procedenteque tempore totum elanguescit: ne quis vulgi errorem se-  
cutus, annis decem posse integrum seruari, etiam cum Milio, lentibus, fabis,  
existimet. Recentis tamen, quia viribus est violentis, non vtendum temerè erit.  
Annotino igitur, nam recentius igneum & venenosum est, vtendum.

Euphorbiū.

Galbanum liquor est nascentis in Syria ferulæ. Laudatur odore graui, sapo-  
re abominabili, pingue, in Ammoniaci & thuris modum cartilaginofum, mi-  
nimè lignosum. Metuendum ne id quo passim officinæ vtuntur, ab impostori-  
bus sit vitiatum, lignorum ferularumque ramentis, lapidibus & alijs compluri-  
bus recrementis adiecta. Qui itaque optimo destituuntur, id saltem quod impu-  
rum est ad modum à Dioscoride præscriptum purgent.

Galbanum.

Glycyrrhizæ liquor, aut verius succus, ex radice eius nominis stirpis expri-  
mitur. succus.

D iij

mitur. succus.

*Liquiritia.* mitur. Seplasia deprauato nomine, liquiritiam nominant. Nos quod concretus sit succus ille, inter liquores etiam hunc commemorare uoluimus. Probatetur dulcissimus, mollis, recens, purus, tenax, & qui contractus splendescat, nigerrimus, & qui linguae subditus totus eliquescat.

*Glaucium. Memithe.* Glaucium liquor aut succus est herbae ad Hierapolim Syriae nascentis. Graecis in multo usu fuit. Arabibus memithe dicitur: Gustu amarum, & intus colore croceum, forinsecus autem rufescit.

*Hammoniacum.* Hammoniacum siue Hammoniacum thymiana, liquor est stillans ex ferula quadam Cyrenaica in Aphrica, prope Iouis Hammonis, unde illi nomen, oraculum. Sunt qui Hammonicam guttam appellant. Seplasiae unius literae adiectione Armoniacum vocant. Probatum purum ligno, arenis, terra, sordibus, bene coloratum, odore castorij, sapore amaro, praedensum, & Thuris masculi similitudine minutis glebis cartilaginofum. Vnde palam fit hodie syncerissimi parum ad nos conueni. Siquidem rarissimum Ammoniacum uisitur, quod suis minutis glebis thus referat. Nam omne ferè, quo officinae utuntur, piceae resinae modo in massam compactum conspicitur, impurum, ac quam plurimis impostorum adulterij vitiatum.

*Hypocisthis.* Hypocisthis ueluti fungus ad pedem Cisthi, forma cytini, nascitur. Non temerè autem à nobis dictum est, ueluti fungus. Siquidem fungus reuera non existit, sed potius germen quod è Cisthi radicibus Punicorum costinis, Dioscoride teste, simile pullulat. Quare non erat cur Matthiolus hic me, more suo, flagellaret, & simpliciter fungum Hypocisthim me dixisse scriberet. At ab eius morsu nemo est qui tutus esse queat. Liquor expressus etiam Hypocisthis simpliciter, aut cum adiectione liquor Hypocisthidis uocatur. Officinae ineptissima uoce Hypoquistidis succum appellant. In offas conformata est nigra, lenta, sapore adstringente, odore non ingrata. Timendum ne Hypocisthis qua officinae passim utuntur non sit legitima, sed ex Hirci barbae herbae radicibus ab impostoribus confecta, qui succum inde exprimunt, ac ut cōcresecat, insolant. Errandi occasionem ijs qui officinis parant Hypocisthidem Arabes dederunt, qui Cisthum hirci barbulam appellat. Siquidem illi sibi persuadentes hirci barbam, quam Graeci *τραγοπώγωνα* nominant, illam esse stirpem de qua Arabes scribunt, non modo se ipsos decipiunt, sed etiam alios qui nunc adulterina Hypocisthidae utuntur. Quum autem sine legitima Hypocisthidae non possit optima conficitheriaca, praestat succedaneo eius uti, quod Galeno teste, est acacia, aut Dioscoride autore, syluestris floris Punicae succus. Ceterum ante praeparationem quaedam Hypocisthis flaua, alia uirens, alia candida.

*Ladanum.* Ladanum ex altero Cisthi genere fit, quod nonnullis Ledon & Ladon nominatur. Officinae unius literae adiectione deprauantes appellationem legitimam, Laudanum uocant. Laudatur odoratum, sub uiride, facile, mollescens, pingue, resinofum, quod arenas non collegit, nec squalore oblitum est. Impostorum malitia fabulo, & alijs adulterij vitiatum.

*Lycium.* Lycium, à Lycia regione dictum, liquor est Pyxiacanthae. Optimum est quod vri potest, & restinctum rubentem spumam ostendit, glebis extrinsecus nigris, intus quum fregeris rufis, odore minimè uiroso, cum amaritudine adstringens, crocino colore. Quas sanè notas id quod in officinis prostat non habet. Neque enim igni admotum accenditur, nec intus rubescit, neque in gustu amaricat, ut adulterinum sit necesse est fateamur. Dabunt igitur operam pharmacopoei ut legitimum sibi comparent,

Mel

Mel aërium, Galeno appellatum non est nisi Manna Arabibus, nomine ab *Mel aërium.*  
 Hebraeis mutuato, dicta. Mel verò aërium appellatum est, quod sub lucanis *Manna.*  
 temporibus ex aëre veniens arborum ramis, & frondibus, herbis, lapidibus, &  
 solo interdum hæreat. Itaque coria super terram extendentes, & arbores ac stir-  
 pes excutientes, quod ab eis mellis instar defluit, excipiunt, & fictilia eo im-  
 plent. Relictum breui temporis curriculo coalescens grumofum, gummi mo-  
 do, efficitur. Duùm igitur in vniuersum est generum, altera liquida, quæ in fi-  
 ctilibus asseruatur, & Arabico nomine Tereniabin, Hippocrati mel cedri- *Tereniabin.*  
 num, Galeno, vt diximus, aërium, & ros Libani appellatur. Hæc quia nunc *Mel cedri-*  
 nullo in precio habetur, seruari desijt. Altera arida, quæ hodie in arculis li- *num.*  
 gneis aut vitreis asseruatur. Huius tria potissimum sunt genera, quorum alte-  
 rum ab orientali plaga, alterum à Calabris defertur. Eius quod ab oriente  
 asportatur duæ sunt species. Altera præstantissima, exiguo grano Mastichæ  
 asimilis est. Hincq; adeò Granata, & Mastichina vulgò nominatur. Altera *Granata.*  
 vilis, quæ grano constat grandiori, floccorum lana, & bombycis effigie, hincq; *Mastichina.*  
 adeò Bombycina vocatur. Tertia compacto est grano, pingui, dulci, flauoq;  
 prædita, vulgò Brianfona. Porrò quæ à Calabris affertur trium est generum. *Brianfona.*  
 Vna, quæ stirpium frondibus insidens colligitur, & primas obtinet partes, fo-  
 liorumq; Manna cognominatur. Minutis constat granulis, translucida, gra-  
 uis, candida, gustu dulcis ac suavis. Altera, quæ ramis insidet. Hæc secun-  
 das sibi asciscit partes. Tertia, quæ lapidibus, & solo inhæret, granis constans  
 crassioribus, & colore minus syncero, adeoque prioribus duabus vilior existit.  
 Siue itaq; Manna liquida sit, siue arida, eligatur alba, recens, dulcis, pura, & ex-  
 crementorum quoad licet expers, ex stirpibus odoratis & salubribus collecta.  
 Sola arida in vsu est, liquida contempta. Durationis tempus variatur. Alia  
 enim statim post annum exolefcit, & situm redolet, vt Mastichina, quæ vno  
 duntaxat anno in suis viribus persistit. Alia tardius corrumpitur, vt ad quin-  
 quennium asseruari possit, veluti est quæ in Italia prouenit, præsertim in Ca-  
 labriensi agro. Omnes tamen sicciore loco gaudent. Mala cineritiâ. Pessima  
 fusca, cœnosa, antiqua. Hæc tempore mollescit, dolumq; prodit. De ea infra  
 plura.

Opium, liquor ex inciso Papauere nigro defluens. Quum enim multi ac va- *Opium.*  
 rij sint *ὀπιοί*, id est, liquores, solius tamen Papaueris nigri *ὀπός*, neutro in genere  
*ὀπιοῦ* medicis Græcis priuatim nominatum est: præfertur Thebaicum. Opti-  
 mum habetur graue, densum, gustu amarum, odoratu soporiferum, quod faci-  
 le aqua diluitur, læue, candidum, neq; asperum, neq; grumofum, quodq; inter  
 colandum non vt cætera coeat, & in sole diffundatur, deinde ad motum lucer-  
 nis non atra luceat flamma, extinctum deniq; odoris vim seruat. Vnde perspi-  
 curum euadit, Opium officinarum non esse legitimum è lachryma quæ ex con-  
 ciso Papaueris capite exit concretum, sed potius id quod è foliorum & capitum  
 contritorum succo confectum est, & Meconium vocatur, opio longè inferius.  
 Et id quidem Glaucij, vel Chelidonij, vel syluestris lactucæ succo, adultera-  
 tum, cuius rei minia eius amaritudo, & quod aqua colliquatum croceum red-  
 dat colorem, argumento est. Candidum præterea non est, sed ex nigro vire-  
 scens, aut potius ex luteo nigricans, & asperum magis, quàm læue, accensum  
 denique non modo nigram, sed aterrimam edit flammam. Dabunt igitur ope-  
 ram pharmacopœi vt vel legitimum sibi comparent opium, vel ipsi sibi ex Pa-  
 paueribus satis conficiant.

D iij Opobal

*Orobalsamū.*  
*Βαλαμεί-*  
*λαιον.*

Orobalsamum, quod *βαλαμείλαιον* vocari scribit Simeon Sethi. Probat-  
tur recens, validi odoris, sincerum, non ad acorem vergens, dilui facile, læ-  
ue, adstringens, gustu modicè mordens, in laneam vestem effusum, nec macu-  
lam facit, nec si eluatur notam relinquit, lac coagulat, in aqua aut lacte ce-  
lerrimè liquatur, & colore lactescit. Hodie in nostris officinis non habe-  
tur.

*Opopanax.*

Opopanax liquor è Panacis Heraclij radice incisa emanans, candidus dum  
recens est: dum aruit colore foris croceo, aut subflavo, intus candido, odore gra-  
ui, sapore amarissimus, læuis, pinguis, friabilis, tener, facile in aqua lique-  
scens.

*Propolis.*  
*Cera vir-*  
*ginea.*

Propolis, officinis Cera virginea dicitur. vide Cera.

Sagapenum ferulaceæ herbæ in Media nascentis liquor est. Serapinum Ara-  
bibus & Seplasis vocatur. Atq; hoc nomine nō raro etiam à Nicolao Myrepto  
appellatur. Laudatur pellucidum, foris rufum, intus candidum, acre, odore  
Porri, seu medio in Laferis liquorem & Galbanum, quibus adulteratur.

*Scammonii.*

Scammonia vel Scammonium, laudatissimum quod est nitidum, rarum, fi-  
stulis tenuibus, fungosum, leue, taurino glutini, vel Gummi colore simillimū,  
linguam parum vehementer vrens, linguæ saliuosæ tactu, vel humoris alicuius  
albescens in fragmentis, & lactescens, tenerum fractu, ac pulueratu facillimum.  
Si verò linguam vehementer exurat, Tithymali succo vitiatum indicatur, qua-  
le est quod à mercatoribus ad nos defertur Syriacum & Iudaicum, compactum,  
densum, graue, & Erui fortasse farina, & lacte Tithymali alijsq; impostura vi-  
tiatum. Nam quod probatissimum est, rarum inuentu est. Id quod pharmaco-  
pœis partim acceptum referendum erit. Hi nanque illud præstantissimum  
Scammonium esse existimant, quod linguæ saliuæ madentis contactu, facile,  
confestimq; albescit. In quo Dioscoridis doctrinam hi negligere manifestè vi-  
dentur, vt qui admoneat, non solum illi experimento fidendum esse, sed etiam  
alijs ac certioribus, id namq; adulterato quoque lactis Tithymali admistione  
euenit. Caterùm Scammonium illud, quo omnes ferè officinæ vtuntur, Ti-  
thymali succo vitiatum esse hinc liquido patet, quod decem, vel quindecim eius  
grana aluum pluries deiciant, quum synceri drachma, Dioscoride teste, id vix  
præstare possit.

*Saccharum*  
*veterum du-*  
*plex.*  
*Primum.*

Quum Saccharum latinis, & voce parum immutata barbaris medicis Zuc-  
carum appellatum, inter succorum genera locum sibi vendicet, & de eo inter  
eruditissimos nostræ ætatis dissensio ingens orta sit, nulla, me sanè iudice, alia  
de causa, quàm quod veterum *σακχαρ* ù *σακχαρον*: sic enim nominant à nostro &  
hodie vsitato non satis discreuerint. Quare de hac ipsa re meam sententiam, qua  
fieri potest breuitate, & quidem perspicuè, exponam. Sacchar veterum, vt ex  
eorundem monumentis liquet, geminum fuisse constat. Vnum quidem, cuius  
Dioscorides lib. 2. cap. 73. & Galenus lib. de Simp. medica. facul. 7. Item lib. 8. de  
Medendi ratione capite 4. Plinius quoq; lib. 12. cap. 8. meminerunt, qui vnani-  
mes scribunt, hoc ipsum mellis in calamis concreti esse genus, in India atq; felici  
Arabia inuentum, & illinc aduectum. Quinetiam Seneca sic scribit: Aiunt,  
inquit, inueniri apud Indos mel in arundinum folijs. Is vtiq; melleus ros salis  
modo supra calamos siue arundines coactus & concretus, Archigeni mel arun-  
dinū, alijs verò, vti Paulo Aeginetæ, à iam dicta cōcretione, & natali solo, sal In-  
dus est vocatus. Mel verò arundineū Archigeni nuncupatū est, qd noctis frigo-  
re primū agglutinatū arundinibus, mellis speciem habeat, Sal aut Paulo est di-  
ctum,

*Mel arundi-*  
*neum.*  
*Sal Indus.*



ctum, quod interdum calore solis superueniente, induretur, & ita concreſcat, vt falis effigiem capiat. Nec temere à nobis dictum eſt, ſupra calamos. Nam ijs verbis Dioſcoridis loquendi rationem, qui inquit, ἐπὶ τῶν καλάμων, id eſt, ſupra arundines Saccharum inueniri, exprimere voluimus. Præpoſitionem autem ἐπὶ hoc in Dioſcoridis loco ſignificare ſuper vel ſupra, eſt Galeno fit maniſeſtiſſimum, qui libro paulo antè citato, diſertis verbis ſcribit, Saccharum περιπύσσαι καλάμοις, id eſt, arundinibus circumquaſque concreſcere. Niſi enim ijs verbis Galenus extrinſecus & ſuper folia arundinis concreſcere Saccharum, ſignificare voluiſſet, non περιπύσσαι καλάμοις, ſed adiecta præpoſitione ἐπὶ, haud dubiè ἐπὶ καλάμοις, id eſt, intra arundines, cōcreſcere dixiſſet. Item ex Alexandro Aphrodiſæo, qui lib. 2. Probl. 72. in hūc ſcribit modum. Quod Saccharum Indi appellant, mellis coagulatum eſt, ſole cogente rores, conuertenteq; ad mellis dulcedinem. Auicenna in ſuper Saccharum ſuper arundinem inueniri falis effigie Canone ſecundo cap. 757. memoriæ prodidit. Denique Ariſtoteles libro quinto de hiſto. animal. cap. 22. in omnibus mundi tractibus mellis materiam nocte decidere ſcribit. Quapropter ſi Saccharum, vt iam oſtenſum eſt, mellis genus eſt, vt eſt ſublīmi æthere decidat, & ex æris rore fiat, neceſſe eſt. Ex ijs autem quæ diximus, duo ſe Matthioli errata produunt, quorum primum eſt, quod Saccharum non ſuper arundinem concreſcere, ſed potius per eiſdem internodiorum fiſſuras exire, & reſudare ſomniat. Nam quod impudenter affirmat, nullius probati autoris teſtimonio confirmare poterit. Neq; enim Plinij teſtimonio, qui loco ſuprà citato ſcribit, Mel in arundinibus concretum colligi, iuuari poteſt, quum enim conſtet ipſum locum illum ad verbum eſt Dioſcoride tranſtuliffe, in arundinibus pro eo quod ſuper arundines dixerit, neceſſe eſt. Si verò ſecus locum intelligat, intra arundines, gummium modo, concretum colligi Saccharum fateatur, oportet. Quod ſi fecerit, per Deum immortalem oro, quomodo id quod in arundinibus ita concretum eſt, ex iſdem reſudare poterit? Nec Strabonis locum ad ſuæ opinionis, fanè falſiſſimæ, confirmationem conducere ſibi perſuadeat, quod in eo de alterius generis veterum Saccharo, vt eſt ſequentibus clariuſ patebit, Strabo loquatur. Vt ſole meridiano clariuſ ſit, Matthiolum nullo proſus veterum autorum teſtimonio fretum, Saccharum hoc primi generis lachrymam eſſe, quæ ex arundine exudet, adſtruire. Alter huius calumniatoris error eſt, quod ex rore ſaccharum concreſcere non poſſit, ſed à ſole calefactum, rarefactumq; in auram euaneſcat, magna pertinacia contendat. Neque enim Dioſcorides, Galenus, Aphrodiſæus, neque vllus aliorum veterum vnquam dixit, Saccharum à ſole fuiſſe diſcuſſum, & in auram euaniſſe, ſed potius ab eo coactum & concretum fuiſſe. Sed quid multis opus eſt verbis, quum Matthioli proteruitas, ſuis ipſius verbis tum edoceri, tum euinci poſſit? Nam iſtā mannam arborum folijs in Calabria inhaerentem, à ſole tactam nō euaneſcere, expreſſis fatetur verbis, dum libro primo ſuorum in Dioſcoridem Commentariorum in hunc ſcribit modum. In Calabria, vbi laudatiſſima eſt, manna in rorem breui tēporis curriculo coaleſcit, grumofa q; gummi in modum efficitur: Ibidē quoq; mannam illam minutis granulis, inſtar Maſtichis conſtare tradit. Nec certè fieri poteſt, vt in opacis locis, quod ipſe ex incolarum narratione falſo adſtruit, in eam duriciem concreſcere queat: ſed vt à ſole fiat, quemadmodum omnes veteres & probati autores docuerunt, neceſſe eſt. Non tamen inſicias eo, vt roris aliqua ſaltē pars in auram euaneſcat, maior tamen eius pars ſemper in grumos coaleſcit. Quæ de re minimè mirandū eſt, quando quidē idem ſere quotidie in luto euenire conſpiciamus. Nam eiſdem partes liquidas priuſquam dureſcat, in auram euaneſcere nemo non videt. Præterea cur ſaccharū veterū primi generis ſuper arundines concretū fuiſſe haud adſtrues

Matthioli  
errata duo  
I.

Itē

Simile

adstrueremus, idēq; veterum autoritate freti, quum nostrum & id quo nunc passim utimur, etiam in loco humido liquefactum, à sole concrefcere & indurescere omnibus constet. Mirum igitur est, cur Matthiolus non secum reputarit, mendacem oportere esse memorem. Ita enim sibi non tam impudenter contradixisset, sed cur nunc secus atque olim sentiat potius indicasset. Verum eius tanta est inconstantia, & in alios inuehendilibido, vt præijs quid dicat parum curet, modo aliorum sententias perstringat, & easdem pro erroribus traducat. Hanc verò eius inconstantiam Franciscus Alexander fol. 12. ijs verbis notare voluit. Matthiolus, inquit, se aliter olim sensisse confessus non est, nec mutata opinionis veniam poposcit, ac si eius sapientiæ ratio, eiusq; doctrina ea sibi dignitatis insignia adoptauerit, vt more Gnatonis Terentiani, nutet ac fluctuet, & rem se dignam facere polliceatur. Hæc ille. Sed de primo genere Sacchari veterum satis. Alterum Sacchar veterum, seu vetustioribus scriptoribus cognitum, ex arundinibus quibusdam, vel ex earundem radicibus exprimebatur, eoque tum veluti liquido melle tum in cibo, tum in potu utebatur. Hinc est quod à nonnullis Mauritanis Mel cannae sit nominatum. Ex Aegypto, & India maxime afferebatur. Id genus autem Sacchari veteribus fuisse cognitum, in primis Narbonensis Varronis versiculi sole clarius docent, qui sunt huiusmodi:

Alterum Saccharum veterum.  
Mel cannae.

*Indica non magna nimis arbore crescit arundo.  
Illius ex lentis premitur radicibus humor,  
Dulcia cui nequeunt succo contendere mella.*

Lucanus insuper, quem C. Casare, & L. Casiano consulibus natum esse constat, tertio Pharsaliae eius Sacchari meminit ita canens:

*Quiq; bibunt tenera dulces ab arundine succos.*

Stattius præterea Papinianus, qui Neruae Imperatoris temporibus claruit, de eodem lib. i. suarum sylvarum, sic scriptum reliquit:

*Et quas percoquit Hypasita cannas.*

Saccharum nostrum à Saccharo veteri alterius generis, saltem genere non differt.

Strabo quoque, quem sub Octauiano celebrem, fuisse constat, lib. 15. non solum arundines illas exprimi, sed & decoqui solitas fuisse memoriae prodidit, in eum scribens modum. Eratosthenes arborum radices, præsertim magnarum arundinum, & natura, & decoctione dulces esse tradit. Et rursus ibidem, vbi de eodem Eratosthene ita scribit: Dixit etiam arundinem mel sine apibus gignere. Solinus deniq; qui Plinij contemporaneus fuit, cap. 65. de India scribens, inter alia ita ait. Quæ palustris sunt, arundinem creant ita crassam, vt filsis internodijs, lembi vice vectitet nauigantes. E radicibus eius exprimitur humor dulcis ad melleam suauitatem. Quinetiam Galenus qui sub Antonino Casare, ijs iuniore, vixit, arundinum illarum in Aegypto nascentium dulcium, vnde melleus ille humor exprimebatur, lib. 4. de Simpl. medic. facul. cap. 14. meminit, inquiens: *Ἐπὶ τῶν καλὰ μὲν ἀνιμαλακῶν ῥίζῶν*. Quo quidem in loco interpres Gaudanus, maximo errore, maluarum, pro arundinum conuertit. Non est enim, verisimile Galenum talium rerum diligentem & solertem indagatorem, Saccharum siue melleum liquorem Iulij Casaris, Varronis, Neruae Imperatoris, & aliorum atate notissimum ignorasse. Quum itaque Sacchar veterum alterius generis, ante Galeni quoque tempora notissimum, vt ostendimus, fuerit, dubium non est, quin ille eius loco prædicto mentionem fecerit. Manifestum insuper est, quod ab eodem, Saccharum cuius hodie in Seplassiorum officinis, & passim vsus est, & more Mauritanorum Zuccarū appellatur, genere non differat. Vt enim veterū Saccharum: alterius generis fuit arundinū succus, ita quoque nostrum, earundem succus existit. Differunt tamen inter se aliqua ratione, quod veteres Saccharum suum magna ex parte ex arundinibus expresserint,

ferint, licet interdum etiam decoquendo, vt ex Strabone & Statio monstratum est, extraxerint. Nostrum verò decoctione tantum efficitur. Siquidem Sacchariarundines minutim concisæ ignis calore tantisper decoquuntur, donec vniuersus liquor, diu efferuescens, igneque consumptas, in Saccharum, salis modo, in vasis fundo contreuerit, indureturque ac dealbetur. Non est autem cur quisquam existimet priscos hanc decoquendi rationem ignorasse, quod illa etiam vfos esse paulò ante ostenderimus: sed de industria, quod ille succus expressus ijs suauissimum potum præberet, eo vti noluerunt. Maluerunt igitur eo liquore, ob melleam suauitatem, pro potionem vti, quàm ignis calore, vt hodie fieri solet, ad salis consistentiam ac duriciem decoquendo deducare. Postquam verò spes lucri quotannis arundines incidere, adeoque partem modumque quò liquor ille ijs ipsis prius minutim concisis, ac deinde decoctis, ad salis consistentiam redigere Indos docuit, verisimile est, quod spe lucri allecti, succo expresso pro potu vti desierint. Aut certè quum succum illum incorruptum in alias, & maximè distantiores, regiones transferre haud potuerunt, in eam qua hodie affertur formam redigere voluerunt. Proinde quum Saccharum veterum alterum, & nostrate ex eadem arundine, vt monstratum est, colligantur, vt inter se differant genere fieri nequit. Differunt autem hac solum ratione, vt dictum est, quod nostrum solum arte & igne præparetur, adeoque artificiale sit, veterum verò interdum expressum, aliquando verò decoctione elicatum & extractum, adeoque naturale & artificiale fuerit. Sed hic Matthiolus nostram, vt caper vitem, arrodit sententiam: neque enim ob immensam suam reprehendendi libidinem alios perpetuo pungere non potest: atque veterum & nostrum Saccharum idem nequaquam esse, sed inter se differre, hoc argumenti genere probare conatur. Saccharum veterum, inquit, Galeno & Paulo testibus, *eu d'v d'v d'v*, id est, non siticulosum est: nostrum verò Saccharum contra sitim affert, vt experientia docet, quare vt inter se eadem sint, fieri non potest. Sed non videt homo ille, totus ad calumniandum comparatus, prædictos autores Saccharum suum non simpliciter *d'v d'v d'v* dixisse, sed collatum potius cum melle. Quod dicimus, eorundem verba diligentius expensa, satis confirmant, & omnium maximè Auicenna, qui lib. sui Canonis 2. cap. 757. illorum sententiam disertè explicans, ita scribit. Saccharum antiquorum, minorem quàm mel sitim efficit. Quapropter iam citati autores Saccharum non simpliciter, quasi omnino non excitet sitim, sed quod perinde atque mel, sitim non efficiat vehementem significarunt. Et quid opus est verbis multis: mel vehementiorem Saccharo excitare sitim, experientia quotidiana docet. Caterum quum Saccharum quod hodie decoctione paratur, non solum in medicum vsum, verumetiam in culinarium expetatur, vt ferè cibus nullus in delicijs sit, nisi Saccharo conditus fuerit, præstat vt de ipsius delectu aliquid dicamus. Quum enim illud quo plus coquitur, eò magis purum, & elaboratius fiat, candescat & durecat: coctio namque depurat, defecat, & cogit: ideo ex multiplici coctura, diuersos quoque bonitatis gradus recipit. Quum enim primum coquitur, adhuc quidem lentum & foeculentum est. Deinde verò, semper magis atque magis defecatum, durius, ac solidius fit, donec ad bonitatis fastigium peruenerit, ac perfectionis finem consecutum fuerit. Hinc est quod illud hodie finum appellant, purissimum & præstantissimum, nomine à fine mutato, quia candore, duritiæ, ac suauitate ad finem bonitatis peruenerit. Infimum verò, & ab hoc prorsus euarians lentum, humidum, nigricans, insuaue, foeculentum, & primæ decoctionis nominatur. Inter hæc duo extrema, duo quoque sunt media, alterum quidem infimo proximum, secundæ decoctionis: alterum verò summo, tertiæ decoctionis dictum. Quid multa: quanto diutius excoquitur, tanto candidius, ac durius fit Saccharum.

*Prisci decoquendi Sacchari rationem non ignorarunt.*

*Matthioli calumnia depulsa.*

*Sacchari nostratis delectus.*

*Finium Saccharum.*

Saccha

*Optimum Sa-* Sacharum itaq; nostrum præstantissimum est, quod durum, solidum, & mu-  
*charum.* tuo metarum allisu sonorum, ligni sicci & solidi instar, existit: tamen ob siccita-  
tem & imperceptam raritatem leue, dulcissimum, candidissimum, & niuis in-  
*Valentinum.* morem scintillans, cohærens: quale Valentinum in metas pyramidum æmulas  
coactum, paruas, ponderis libræ vnus & dimidiæ, carissimum, & confectioni-  
*Madere.* bus siccis aptissimum. Illi dotibus, & precio est proximum, quod Madere vel  
Medere appellant: sed in metas ponderis librarum 6. 7. 8. 9. & decem formatur,  
confectionibus expetitur. Afferitur ex Canarijs in ripa fluminis Nigui nunc  
dictis insulis, olim Fortunatis, etiam intus albicans, bonitate prædictis inferi-  
us, metis constans maximis pondere librarum 10. 12. Ignobilissimum foris albi-  
dum, intus subrubrum, tanquam alio factum, & foris dolo tectum, metis æqua-  
libus, omnium glutinosissimum: condituris siccis ineptum, liquidis seruit, Se-  
rapijs scilicet, conseruis vocatis, & similibus. Sacharum quod purius & candi-  
dius est, officinæ Finum: quod verò minus est expurgatum, rubrum nominat.  
*Finum.* Sanguis draconis recentioribus Græcis vocatus, legitimus, non est, ut qui-  
*Rubrum.* bus dâ videtur, nisi liquor cuiusdâ arboris in Africana nascentis, colore sanguinis,  
*Sanguis dra-* pellucidus, leuis & fractum in minimè contumax, vi eadē qua lapis Hæmatites præ-  
*conis.* ditus. Siquidē arbor hæc scarificata liquorē emittit sanguineū, quem instar gum-  
mi densatū ē cortice abradunt incolæ. Quòd abunde cōfirmant ea quæ Aloisius  
Cadanustus Venetus capite quarto suæ nauigationis scribit inquit: In insula  
Sancti portus dicta, sanguis draconis reperitur, qui liquor est cuiusdam arboris.  
Nam statò anni tempore incolæ arbores ferro fauciant, corticesq; earundem  
incidunt, qui sequenti anno liquorem gummosum emittunt, colore purissimi  
& summè naturalis sanguinis, quem colligentes ahenis igni, resinæ modo de-  
coquunt, ac defecant, sanguinemq; draconis nominant. Lignum quoq; eius-  
dem arboris in frusta confectum incolæ decoquunt, liquoremq; inde colle-  
ctum igne aut sole densant. Porro liquorem hunc Africanum iidem non nisi  
Dioscoridis Cinnabarin esse dicunt, quod illa olim ex Africa, perinde atq; is li-  
quor Africanus, allata sit, & quod pictorum in vsum veniat, inducendis pur-  
pureis, & rubris vmbris pauca quantitate, & quod Hæmatiti facultate similis  
sit. Verum etsi non admodum reluctet quin illis concedam sanguinem draco-  
nis officinarum, esse liquorem Africanum, tamē mihi nondum persuadere pos-  
sum eundem esse Dioscoridis Cinnabarin, quod is hanc inter metallica recen-  
seat, adeoq; fossile potius aliquid, quàm liquor arboris esse videatur. Accedit  
quod is sanguis draconis non magni constet, sed vilis satis precio vendatur, &  
haud exigua quantitate afferatur. Quare mihi animus in eam magis inclinât sen-  
tentiam, vt credam officinarum sanguinem draconis aut esse liquorem illum  
Africanum, aut eum qui ex herba illa quæ hodie vulgo dicitur sanguis draco-  
nis, exprimitur. Cæterum in nonnullis Serapio Mauritanus maximo errore  
sanguinem hunc Draconis, Syderitidis Achilleæ herbæ succum esse memoriæ  
prodidit. Quod ere copiose tomo nostrorum de Stirpium historia commenta-  
riorum primo, in historia Achilleæ disseruimus. Plinius quoq; non minori er-  
rore hunc sanem siue sanguinē ex draconis pugna cū elephante elisum & com-  
mixtum putauit, vulgi secutus opinionem: quod liquorem illum, qui intento  
nec diluto sanguinis instar colore præditus est, sanguinem animantium falso  
esse credidit. Atq; hinc est, quòd veterem appellationem à vulgi opinione na-  
tam recentiores subinde Græci retinuerint, & Seplasiæ in hodiernum vsque  
diem, quod in picturis propriè sanguinem reddat, sanguinem draconis vocet.  
*Sanguis dra-* Officinis medicorum tertium sanguinis draconis genus etiam prostat, factici-  
*conis facti-* um & adulterinum, quod ex hircino sanguine, bolo armenio, & succo sorborū  
*cius.* diutius insolatis constat: & globi, compressi tamen & non assurgentis, forma  
para-

*Serapionis*  
*error.*

*Plinij erra-*  
*tum.*

*Sanguis dra-*  
*conis facti-*  
*cius.*

paratur. Hoc præstat abstinere, & prioribus duobus, utpote nativis & legitimis, uti.

Thapsiæ liquor, herbæ ferulacæ.

Thapsia.

## DE LACHRYMIS.

Caput Undecimum.

**L**achryma, quæ à Græcis *δάκρυον* dicitur, humor est ex stirpe sua sponte defluens, ac Gummi modo concreescens. In officinis autem medicorum, sequentium maximè lachrymarum usus est, quarum exactam noticiam habere pharmacopolas oportet, quod non desint mangones & impostores, qui eas adulterent, ac vitient.

Bdellium lachryma arboris est Saracenica. Optimum est carens cortice, ligno, sordibus, translucens & clarum, gustu amaro, intus pingue, & si tactu subigitur mollescit. Scythicum, Galeno teste, resinosis, atrius, emolliens magis. Arabicum, resinosum, lucidum, liuescens. Indicum, sordidum, nigrum, grandioribus glebis in offas conuolutum. Adulteratur gummi, & id quidem minus est amarum, & minus suffitu odoratum. Quapropter quum Bdellium officinarum amarum non sit, & accensum gummi odorem referat, dubium non est quin adulteratum sit.

Cancamum lachryma est Arabica arboris, Myrrhae quodammodo similis. Lacha Actuario, Arabibus & Sepalsijs Lacca dicitur, id quod ex collatione Serapionis & Dioscoridis liquidò patet. Cæterum Lacha quæ passim in medicorum officinis prostat, neque est Dioscoridis aliorumque Græcorum Cancamum, neque Serapionis lacca, quod scilicet odore prorsus careat, neque cum Myrrham affinitatem habeat. Ut maiorem in modum hallucinetur Matthiolus, qui nos Dioscoridis Cancamo non omnino destitutos esse putat. Errat etiam quod Cancamum, & Laccam Arabum inter se non differre somniat. Si enim Cancamum, ut paulò post dicemus, grato odore spirat, quomodo rogo Arabum Lacca, quæ sapore, ut Matthiolus fatetur, ingrato est, esse poterit? Tres autem res Lachæ appellatione veniunt. Vna, quæ est veterum Græcorum Cancamum, Arabici ligni lachryma, myrrhae quodammodo similis, ut diximus, boni odoris: sic enim in Dioscoride conuertendum erit, ut in quo falso *Βεουώδες*, id est, virosi odoris, pro *εὐώδες*, legitur, quod hanc lectionem non solum Paulus, qui habet *εὐώδες*, verum etiam Serapio, qui conuertit, habens odorem bonum, hodie ignorata. Altera facticia, quæ Venetijs, & alijs locis è cocci seu grani tinctorum, & Bersilij fece, qua maximè pro conficiendo colore rubro obscuro utuntur pictores, paratur. Tertia, ex qua ruber fit color, qui vulgò Carmesinus appellatur. Hæc tinctoribus est expetita, ideoque à Nicolao Myrepsò in antidoto è lacca, infectorum lacca, Arabibus rubralacca nominatur. Roris modo supra arborum surculos insidet, præsertim mespili, & coalescit in gummi. Quod confirmat Ludouicus ille Romanus lib. 6. suæ nauigationis cap. 21. ubi sic scribit. Mittit etiam ea regio Laccam, unde conficiunt rutilum colorem. Gignitur hæc in arbore luglandibus nostris haud absimili. Infectores floccorum purpuræ eam macerant, ut colorem ebibant lanæ, & quod remanet lacca dicitur. Hoc autem modo solet elui. Ramuli & frutices qui illo scatent gummi, feruente aqua, in qua aristolochia & iuncus odoratus inferbuerint, resperguntur, & pistillo subiguntur: dein aqua, quum sidunt, emittitur. Quæ certè omnia ex Isaac cuiusdam sententia Serapion recenset, adeoque inter se Cancamum, quæ lachryma est, & tertiam lacca speciem, quæ gummi est, vulgòque Arabes sectanti Charmes & Chermesim appellatur, ex quo floridus ruber fit color, qui Charmesinus nuncupatur.

E

cupatur,

Lachryma  
quid.

Bdellium.

Scythicum.

Arabicum.

Indicum.

Lacha.

Lacha tri-  
plex. 1.

2.

3.

Serapio: Can-  
camum &  
Laccam con-  
fundit.

*Arabum doctrina confusa.*

cupatur, miscuit & confudit. Vt Arabum doctrina nihil sit confusius & incertius. Est tamen præter hoc Serapionis Charmes tertium & nouum Chermelinum Arabibus ignotum, quo hodie puniceo & purpureo colore serica stamina inficiuntur, bacca exigua herbarū, maximè Pimpenellæ, radicibus adnascens, de quo supra, vbi de tinctorio grano egimus, multa à nobis dicta sunt. Hoc loco me immerito pungit Matthiolus, quasi parum rectè Chermelinum esse laccæ colorem quo panni rubri inficiuntur putauerim. Siquidem ea in re Serapionem autorem secutus sum, qui huiusce laccæ infecturam Chermes vocat. Sed verba Matthioli subiiciam. Verum, inquit, Fuchsius se autoritate Serapionis tueri non potest, quod proprio capite de Chermes, per Chermes nihil sanè aliud intelligat, quàm Coccum infectorium Dioscoridis. Quo fit vt existimauerim in eo capite de laccæ omnino subesse mendam, vel auctoris, vel interpretis. Hæc ille. Si subesse mendam putauit Matthiolus, cur non in Serapionem, aut eius interpretem cuius ego verba retuli, potius quàm in me errorè illum translit: præsertim quum metipse hæc ex Serapione verba referat, inquit. Conquitur hæc & inficiuntur inde panni rubeo colore, quam infecturam Chermes vocant. Atq; placuit sibi vt Fuchsiū præ reliquis omnibus tanquam creberimè hallucinantem traduceret. Sed quo candore id fecerit, omnibus notum esse arbitror, qui in lectione Arabum paulò diligentius versati sunt, vtpote quibus satis constat, illis duplex esse Chermes. Vnum quidem, quod simpliciter Chermes, vel granum quo panni tinguntur, dicitur. Id profectò non est nisi Dioscoridis κόκκον βαφικόν, id est, granum tinctorium. Alterum est, rubræ laccæ, vt diximus, infectura. De vtroq; diuersis tamen in locis Serapio agit. Quum igitur vtrunq; Serapioni Chermes nominetur, parum candidè fecisse Matthiolum constat, quod me reprehenderit propterea quod colorem eius laccæ rubræ quæ tenuibus lignorum surculis inhæret, Serapionem secutus Chermes appellauerim. Cur enim mihi non licuisset Arabum verba bona fide referre? Amatus Lusitanus tertiam hanc Laccam nō in arboribus coalescere scribit, sed apud Indos, quum terra vel pluuia, vel arte plus iusto irrigatur, formicas alatas ligna quædam gracilia ab incolis sic disposita in altum conscendere, & in ijs laccam generare, & hac de causa in laccæ ligna inueniri. Quæ si vera sunt, laccæ non est, nisi, si Dijs placet, formicarum alatarum stercus, & Arabum doctrina nihil vanius erit. Sed nihil dubitamus hoc esse Lusitani figmentum, est enim homo ille in effingendis eiusmodi fabulis exercitatisimus. Cuius rei fidem faciant eius Centuriæ, quæ fabulis sunt refertissimæ, & Luciani dialogis similes.

*Hedera lachryma. Græci Hedera officinarum non est legitimū.*

Hedera lachryma in caudice aut trunco interdum concreuit. Hæc Dioscoride & Galeno testibus, Psilothrum est, & illitu pediculos necat. Quapropter quod in officinis sub hoc nomine venditur, minimè legitimum est, sed planè spurium & adulterinum: quod gustu neq; mordax sit, neq; calorem præferat, tantum abest vt Psilothrum esse possit. Hic verò error facile ex officinis excludetur, si modò Pharmacopœi ex ipsa potius Hedera lachrymam decerpere, quàm à dolosis mercatoribus hanc comparare velint.

*Myrrha.*

Myrha arboris Arabicæ est lachryma. Probatur recens, squalore & situ obducta, leuis, tota concolor, & quæ confractas vnguium modo, & lauas venas ostendit, glebis minutis, amara, acris, odorata. Omnibus antefertur Troglodytica, subflaua, perlucida, mordax, odoris gratissimæ, nullo vitata liquore. Post hanc secunda est tenuis, Bdellij modo facile sub digito mollescens, odore grauiuscula. Mala, nigra, grauis, retorrída, præter modum exoleta, quæ Causalis dicitur. Vera inuenturara est. nam in optima Myrha, Galenus libro primo de Antidotis teste, Opocalpason, quod lethale est, de industria à nonnullis eorum

*Myrrhæ versus parum tuus.*

eorum qui eam præparant, admixtum, inuenitur, ab optima myrrha diuersum. Propter quod, & alia, Myrrhæ vsus parum tutus est. Officinarum Myrrha videtur esse omnium pessima, ea nimirum quæ Caucaalis vocatur.

*Myrrha officinarum.*

Myrrha stacte, id est, stillaticia, non est nisi expressa recentis Myrrhæ pinguetudo. Siquidem ex Myrrha recente, pingui, & solo lætiore natalargior exuda-

*Myrrha stacte.*

data stillat: dein cum aqua pauca tunditur, ac tandem machina exprimitur, colore pallido, amaritudine præcipua, odoratissima, preciosissima, minima portione efficacissima. Arabibus & recentioribus Styraç, vel, vt ipsi loquuntur, Storax, liquidus appellatur: id quod ex historia vtrorumque autorum tum Græcorum, tum Arabum, facile patet. Qui in officinis prostat sub Styraçis liquidum nomine, quum teterrimo propemodum sit odore, legitimus aut sincerus esse nequit. Quid verò sit, infra indicabimus. Ex Arabum namque & recentiorum traditione tres sunt Styraçes. Vnus liquidus, qui non est nisi, quod iam diximus, Myrrha stacte. Alter rubeus, qui nihil aliud est quam exterior cortex fuscus & aridus, qui post lachrymam subactam & expressam remanet, quod Serapio ipse confirmat. Tertius est lachryma, quæ ex Styraçe arbore exudat, de qua infra differemus.

*Styraç liquidus.*

*Styraç liquidus officinarum.*

*Tres Styraçes.*

*Liquidus.*

*Styraç rubens.*

*Styraç lachryma.*

Oleæ Aethiopicæ siue syluestris lachryma officinis, vt Hederæ, inter gummi recensetur, & corrupta voce eiusdem Gummi Elemi nominatur. Nam oleæ vox primùm in eleæ, postea in elemi ab imperito aliquo Græcæ linguæ est detorta. Laudatur quæ Scammonio est similis, fulua, stillis exilibus constans, mordax. Quare videntur officinæ vera oleæ, vel vt ipsæ nominant, Elemi, lachryma carere: quòd cum Scammonia nullam habeat similitudinem, nec rufa sit, nec gustum mordax. Non rectè etiam in gummi genere, sed verius resinarum numero censetur, quum igni imposta colliquescat & diffundatur, quemadmodum aliæ resinæ. Cæterum gummi Elemi vocati vires apud Chyrurgicos, & vulnerarios medicos in sanandis caluariæ fracturis præstantes sunt.

*Gummi Elemi.*

*Gummi Elemi officinarum adulterinum.*

Resina lentiscina, id est, Mastiche, officinis Mastix nominatur: laudatissima, fulgore quodam ignis splendida, candore ceræ Tyrrenicæ, ampla, retorrída, friabilis, stridens friando, odorata, minimum acris: Chia, hoc est, ex Chio insula. Deterior est viridis & nigra, Aegyptia aut pontica dicta, Bitumini nigredine similis.

*Mastiche.*

*Chia.*

*Aegyptia.*

Terebinthina resina, ex terebintho arbore defluens, optima est alba, vel cærulea, vel colore vitri, pellucida, odorata, & Terebinthum referens, subamara, asperæ arteriæ & ori mordax, liquida. Quapropter quæ pro Terebinthina, vel vt ipsi loquuntur, Terpentina, à Seplasiarijs venditur, quòd iam dictas notas non habeat, vera non est. Huic proxima est Laricea, ex larice arbore, cuius in Silesia magna est copia, manans. Qua certe in Terebinthinæ penuria vtendum esset pharmacopœis. Hodie autem Abietina, pro Terebinthina, à nonnullis officinis supponitur, nullo quidem errore, quum non sit Terebinthina multo inferior. Magna tamen ex parte Laricea pro Terebinthina vtuntur hodie in suis officinis pharmacopola.

*Terebinthina.*

*Officina Terebinthina destituta.*

*Laricea.*

*Abietina.*

Colophonía, Dioscoridelib. 1. cap. 78. autore, liquida è pinu & picea resina est sponte manans. Hæc quia olim non ex omni loco, sed à Colophone maxime, Asiæ ciuitate, petebatur, Colophonix nomen sibi vendicauit. Cæterum liquida pinea resina veteribus duplex fuit. Vna quidem pura, & alienorum commixtione carens: quæ vtribus asseruabatur ac portabatur, vt lib. 9. de Styracium historia cap. 2. testis est Theophrastus. Altera impura, quæ scilicet ligna & lapidosa corpora in se habuit. Hanc Galenus lib. 3. de Compositione medic. generalium συγκομιση, quod in figulinis, fictilibus amphoris seu dolijs impura adueheretur, vocat. Hinc est quòd eandem multis in locis suorum mo-

*Colophonía.*

*Liquida pinea resina duplex.*

*συγκομιση. Resina ex fictilibus.*

E ij nimento.

*Resina frixa  
& tosta.  
Obiectio di-  
luitur.*

*Resina tosta  
falso Colopho-  
nia nominata*

*Græca pix.*

*Resina pro-*

*prie quid.*

*Pix proprie.*

*Zopissa.*

*Pix sicca.*

*Colophonia.*

*Colophonia  
triplex vete-  
ribus.*

*Sarcocolla.*

*Styrax cala-  
mites.*

nimentorum Resinam ἐκ τῶν κεραμίων, id est, ex fictilibus, appellet. Nam κεράμιον  
Græcis fictile significat. Cruda verò & liquida resina, Plinio lib. 24. cap. 6. teste,  
rarò vsi sunt medici, quòd coctam & vstam magis vsurparent. Fit enim per co-  
ctionem ac vstionem resina arida & friabilis, quod manifestè Dioscorides lib. 1.  
cap. 78. & Aetius lib. 1. testantur, vbi vterq; coquendi & vrendi resinā modum  
docet. Hac autem ratione coctam & vstam resinā, Græci φρυκτῶν, hoc est, frixam  
& tostam, vocauerunt. Nec ei quod iam diximus obstat, quod Galenus lib. 3. de  
Compos. medic. generalium, cap. 2. & 4. φρυκτῶν appellat eam quæ eliquata per-  
colatur & purificatur. Nam priusquam resina torretur, vt eliquata percoletur  
neccesse est, Dioscoride etiam teste: vt scilicet quod in ea sordidum ac lignosum  
est, secernatur ab eo quod purum est. Quapropter tosta coctaq; esse nequit resi-  
na, nisi antea depuretur: vt rectissimè Galenus puram & tostā eandem esse puta-  
uerit, quemadmodum impuram & minimè tostam itidem inter se haud differre  
putauit. Quod euidentissimum fit ex ijs quæ libro 2. iam citati operis scribit, in-  
quiens: Νύτερα δ' ἢ ἐκ τῶν κεραμίων ἀκάατος τε καὶ ἀφρυκτῶν. Proinde nihil refert, vt  
comprehensum est, vtrum impuram minimèq; percolatam, aut non tostam fri-  
xamue dixeris resinam: quòd ijs omnibus nominibus res vna duntaxat signifi-  
cetur, nec frixa fiat resina, nisi prius repurgetur. Hoc verò modo tostā frixamq;  
resinam, vt etiam Galenus lib. iam citato memorie prodidit, nonnulli, et si fal-  
so, Colophoniam appellauerunt. Qui profectò error ad hæc vsq; secula nostra  
dimanauit. Nam in hodiernum vsq; diem frixam & tostam resinā officinæ me-  
dicorum Colophoniam, & Græcam picem nominant, picis nomine abutentes.  
Siquidem veteres, quod ex viuētibus & nondum præfectis arboribus destil-  
lat, resinam dixerunt. Quod autem ex incensis pinguisimis harum arborum  
lignis in furno effluit, picem liquidam vocauerunt. Seplassiæ hodie naualem pi-  
cem nuncupant, quod ea ad obturandas naues vtantur. Distat autem à Zopissa  
Dioscoridis, vt quæ sit resina cum cera nauibus derasa. Cæterum liquida pix de-  
cocta in siccam coit, quam Dioscorides καλίμπισσα, hoc est, bis picem, nominat.  
Vera autem Colophonia, peculiaris fuit resina, Mastichæ similis. Quod eui-  
dentissimè testatur Galenus lib. 7. de Compos. medic. general. in hunc scribens  
modum: Ὡς δ' ἐ πινυ πευκίνω καὶ φρυκτῶν ἤτινιν εἰσθασί καὶ κολοφωνίαν ἰνομάζει. ἴστω, ὅτι καὶ  
ἄλλη τις ἐστὶ κολοφωνία παραπλήσιον τῇ χιὰ μασίχῃ, μαλακτικὸν ἔχουσα τι. Consueuerunt pi-  
neam, & frixam resinam, etiā Colophoniam nominare. Sciendum verò, quòd  
et alia quædam est Colophonia, Mastichæ Chia similis, emolliendi aliquam ha-  
bens facultatem. Quam quidem Galeni sententiam Plinius quoq; lib. 14. cap.  
20. confirmat, ita scribens: Colophonia resina præter cæteras est fulua, si teratur  
alba fit, grauior odore, & ob id ea non vtuntur vnguentarij. Ex quibus palam  
fit, veteribus triplicem fuisse Colophoniam. Vnam pineam & picem, ex Co-  
lophone allatam. Alteram resinam eandem, sed tostam ac frixam, qualis est eti-  
am hodie quæ hoc nomine in officinis medicorum prostat. Tertia vera & pecu-  
liaris, quæ Mastichen referebat: quæ hodie est incognita.

Sarcocolla arboris Persicæ lachryma, pollini thuris similis, rufa, emplasti-  
ca, subamara, sine morsu siccans. Valentior est flaua, quam alba: & quo amarior,  
eo melior. Quapropter quæ amara non est, haud dubiè adulterium sensit. Sar-  
cocollam autem Græci hanc lachrymam dixerunt, quod sicuti glutinum lignū,  
ita hæc sauciata, exulceratamq; corporis carnem agglutinat.

Styrax lachryma arboris Syriacæ. Probatum flauus, pinguis, resinofus, albi-  
cantibus grumis, acer admodum & amarus, odoris bonitatem diu seruans, &  
qui subactus melleum liquorem reddit. A Galeno lib. 1. de Antidotis, Calami-  
tis, quod olim in calamis & arundinibus ex Pamphilia adueheretur, dictus est,  
& reliquis præstantior fuit. Atq; hinc est, quòd in hodiernum vsq; diem vsita-  
tum



tum sit medicis, vt Styraci semper Calamitæ nomen adiungant, præstantiorem significare volentibus. Hic reuera liquidus fuit, & dicebatur, quanquam diuersus ab eo qui ita Arabibus nominatur. Hodie afferri desijt. Hallucinatur igitur plurimum Dessenius, qui impudenter scribere ausus est, quoties simpliciter effertur Styrax, Calamiten siue aridum intelligendum. Optarem hunc hominem paulo tardius scribendi prouinciam, donec maturuisset iudicium, suscepisse. In errore quoque versatur Matthiolus, qui illum liquidum fuisse negat, quem admodum copiose in tertio nostrorum de stirpium historia Commentariorum tomo demonstrauimus. Hic incandicantes & rufescentes grumos seu micas concrefcit, & Galeno siccus dicitur. Huic Calamitæ Styraci interdum liquida resina & oleum additur, vt liquidior factus magis redoleat, & viliori precio vendatur: qualis est, qui in officinis, medicorum sub Styracis liquidi nomine hodie prostat. Porro exterior cortex qui post lachrymam expressam remanet, Arabibus, vt ex Serapione constat, Styrax fucus dicitur. Et hoc etiam nomine Seplafijs hodie appellatur. Iisdem quoque rubeus Styrax, & Thymiana nominatur, quod scilicet Papisticae religioni addicti, eo in suis templis ad suffumigandas aras diuorum vtantur.

Thus lachryma est arboris Arabicae, officinis non sine risu eruditorum, Graeco articulo adiecto, Olibanus vocatur. Laudatur pingue, albius. Quod foemininum appellant, resinofum magis est, ac molle, citò ardens. Quod masculinum, primum albicat, tandem etiam rubescit & flauescit. Mannam verò thuris, ex magnis fasciculis glebisue exiguas thuris micas, concussu, motuque elisas, à thure laeuigato diuersas, cum fragmentis quibusdam exiguis corticis thuris, nominant. Nam, vt Galenus lib. 4. de Compos. medic. generalium, cap. 4. testatur, fragmenta quaedam exigua corticis thuris ipsi mannae inhaerent, à quibus exiguum quiddam adstrictionis assumpsit, qua quidem ratione à thure differt, vt pote quo magis adstringat. id quod libro 5. Thera. methodi confirmat Galenus, vbi mannam *συμπικνωτέρον φάρμακον τῆς λιθανώτης*, disertè scribit.

Tragacantos, tragacantha, vel tragacanthum, lachryma est, Dioscoride teste, quæ radicibus vulneratis emanans, concrefcit. Officinis, corrupta non nihil voce, Dragagantum appellatur, & perperam ab iisdem inter gummi genera numeratur. Laudatur Tragacantha alba, pellucens, gracilis, læuis, sincera, subdulcis. Quæ verò est antiquata, magis primum pallefcit, dein rufescit, tandem etiam flauescit: fitque hæc annis amara, ob idque calidior.

## DE GUMMI.

## Caput Duodecimum.

Gummi est lachryma, in truncis arborum concreta. Vfitata hæc quæ sequuntur, in officinis medicorum sunt.

Arabicum gummi vulgò dictum, quod ab Arabia regione Aegypto contermina olim importaretur, ex Acacia Aegypti spina manat, in vermiculorum speciem contractum, vitri modo perlucidum. Veteribus gummi absolute, Galeno Thebaicum, alijs Babylonicum, à Babylone Aegypti Arabiam attingentis dictum. Quod in officinis prostat, non videtur esse legitimum. Nam sunt illi comixta varia aliarum arborum gummi, nec contractis vermiculis simile existit.

Amygdalæ amara.

Cerasi, quod tussi medetur vetustæ, visum exacuit, & calculosis auxilio est.

Iuniperi gummi veteribus non memoratur. Plinius tamen lib. 13. cap. 11. eius meminit, sed ad nihil utile esse tradit. Contra recentiores Graeci, Actuarius præsertim, & Nicolaus, crebrò ipsius mentionem faciunt, & ad plurima esse

E iij vtile

Dessenij  
error.

Styrax siccus  
Galeni.  
Styrax liquidus officinarum.

Styrax siccus  
Arabum, &  
officinarum.

Styrax rubeus.  
Thymiana.  
Thus.  
Masculum.  
Manna thuris.

Tragacantha

Gummi.

Gummi Arabicum.

Thebaicum.  
Babylonicum.

Cerasi.

Iuniperi.

vtile

Plinij locus  
enucleatus.

utile scribunt. De quo non est cur quispiam miretur. fieri enim potuit, vt Plinij temporibus ignotus fuerit eius gummi vsus: ob idq; contemptum, tanquam inutile, iacuerit. Atqui tandem posterioribus Græcis coeptum est vti hoc gummi: ideoq; eius facultates iisdem quoque innotuerunt, quæ priores latuerunt. Probatum recens, perlucidum, pallidum. dum veterauit, flauescit, & fit friabile Mastiches modo, quam toto habitu multum mentitur. In vsu frequentiori tamen est scriptoribus & pictoribus, quam medicis, vt mox fusius dicemus: vulgò Vernix nominatur. Sed ne ambiguitas hoc loco alicui imponat, animaduertendum duplicem esse Vernicem: vnã sponte natam, alteram factitiã. Sponte nata, est iuniperi gummi, quæ solida & scriptorum vernix à nonnullis appellatur. Solida quidem, ad alterius differentiam, quæ liquida est. Scriptorum verò, quia ex hoc gummi puluis fit ad delinendas chartas aptus, ne bibulæ sint, & elegantiores appareant literæ. Eius enim farina superiecta, literis nitorem conciliat. Vernix autem hæc alio nomine Arabibus, maximè Serapioni, Sandarax, & Rasi Sandaros, recentioribus Sandaraca dicitur. Factitiã vernix est liquida, & Germanis, allusione quadam ad Latinam vocem, Vernis nominatur. Hæc gemina existit. Vna enim est, quæ constat ex gummi iuniperi, & oleo quod presum lini semen remisit. quanquam aliqui oleum è nucibus expressum, adiecta aloe, vsurpant. Altera, quæ ex succini reliquijs ad tornatilia opera inutilibus conficitur. Quæ res nonnullis imposuit, ac erroris occasionem præbuit, vt vernicem eandem cum succino esse crediderint. Vtraq; liquida pictores, & fabri lignarij vtuntur. Ea namq; colores imbuti sic tinguntur, vt pertinacius hæreant, quam deleri facile possint. Hæc etiam illustrantur picturæ, & ferro nitor conciliatur. Vtilis quoq; ad ambusta, & efficax ad dolores & tumores hemorrhoidum. Diuersa verò est vernix à vernigine, quæ Aristoteli lib. 5. de Animal. historia cap. 22. & Varroni lib. 3. de Re rustica, cap. 16. *ἐπιρόσκη* appellatur.

Vernix.  
Duplex vernix.  
Sponte nata.  
Solida.  
Scriptorum.

Sandarax.  
Factitiã seu  
liquida.

Vernix à vernigine distat.  
*ἐπιρόσκη*.

Sandaraca.  
Vernigo vnde dicitur.

Pruni.

Non est autem nisi apum opificium, vt idem M. Varro testatur, quo fauos extremos inter se conglutinant. Quod Plinius quoq; lib. 11. cap. 7. confirmat, qui apum, dum operantur, cibum plenum humoris esse, & in fauorum inanitatibus sepositum inueniri, atq; non tantum Erithacen, sed & Sandaracam vocari, scribit. Vernigo autem dicta est, quasi vernus ros. ex verno enim rore, Plinio loco iam citato teste, fit. Vt hinc palam fiat, plurimum errare eos, qui verniginem eandem cum vernice esse existimant. Hallucinantur iisdem, quòd vernicem, quasi vernum rorem, vocatum esse putant, quòd ex verno rore fiat. Id enim de vernigine, non vernice rectè affirmatur: vt quæ non verno, vt vernigo, sed æstiuo potius tempore, recentiorum Græcorum testimonio, è iunipero arbore sudat.

Pruni gummi, potum in vino, calculos frangere dicitur: & ex aceto illitum, infantium impetigines sanat.

## DE CORTICIBVS.

## Caput XIII.

Cortices vsitati autem hodie in medicorum officinis sunt maximè qui sequuntur.

Aranciorum  
cortex.  
Casia.

Aranciorum, aut rectius auranciorum malorum. De quibus cap. 7. diximus. Casia quo Cinamomo est similior, ac odore ac gustu propior, eo est præstantior. Tanta enim est Casiæ cum Cinamomo similitudo ac confinitas, vt autore etiam in libro de Antidotis Galeno, Casiæ ramuli in Cinamomum vertantur, & contra. Quod cognoscentes qui arbores illas excorticant, nullo discrimine vtrumq; corticem in fasciculos redigentes, ad externos mittunt. Est autem inter Casiæ genera, quæ, vt ex Dioscoride liquet, complura sunt, optima, rufa, faluelcensq;

vescensq; rosam expirans, & vinum olens, boni coloris, perquam angusta, longa, crassa, & fistulosa: nec linguam ita impense vt Cinamomum erodit, sed cum acrimonia quadam potius adstringit, & aromatum modo odora. Hinc omnibus perspicuum euadit, quod cortex quo sub Casia nomine haecenus vsi sunt pharmacopœi, nō sit vera Casia, quod nec gustu Cinamomum referat, nec acris sit, nec odoratus. Sunt qui famenta quaedam & virgularū frustula Casiam ligneam esse falso putarunt. Alij Genistæ radicis corticem esse censuerunt. Nec Casia quæ nunc affertur, est nisi pessima ipsius species. Vera autem Casia quibusdam non videtur esse nisi id quod Nicolaus Myrepsus & alij Canelam & Canellam nominant, quod canales & tubos imitetur. Sed fieri fortè potest, vt in capsis Canella refertis & Casia & Cinamomi genera reperiantur: quare delectu opus erit, qui illa distinguere velit. Distinguet autem, notis vtriusq; diligenter expensis. Caterum habet casia alias quoq; apud Græcos appellationes. Nam Galeno sæpe κασία σύγγη, & Aetuario ac Nicolao σύγγη φλ κασίας, id est, Casia fistulosa, aut Casia fistula, & ξυλοκασία, hoc est, lignea fistula, qua quidem nomenclatura adhuc officinæ vtuntur, nuncupatur. Diuersa tamen res est à Casia purgatrice & Aegyptia, quæ eidem fistulæ vel fistularis nominatur, vt capite septimo diximus.

Casia officinarum.

Canella.

Casia fistulosa.  
Casia lignea.

Cinamomum, quod nobis Zeilam insula mittit, cortex est arboris quatuor ferè cubitorum altæ, crassitudinis brachialis, sex vel septem è trunco mittentis ramulos, qui singulis annis amputantur, atq; iterum pullulant, quorum cortex, qui Cinamomum est, sit tenuis, odoratissimus, gustu acris, & valde mordax, non tamen adeo vt molestè rodat, mansum Rutam oleat, colore intus cinericio, extrâ subrufo, nodis frequentibus, leuis, fractu facile. Hanc meam de Cinamomo, quod cortex sit, sententiam Matthioli in altera suorum in Dioscoridem commentariorū æditione prorsus improbat, & sibi admodum dolere ait, quod maiorem fidem præstiterim Lusitani ineptijs & mendacijs, quam virum peritum decuerat. Quasi verò hoc à Lusitano, cuius fides mihi semper suspecta fuit, didicerim, & non huius meæ sententiæ autores ac testes habuerim viros grauissimos, ac fide dignissimos. Inter quos sanè vnum Ludouicum Vartmannum, Romanum patricium commemorasse in præsentia satis sit. Is enim lib. 6. suæ navigationis cap. 4. de Cinamomo ita scriptum reliquit. Cinami arbor Lauro haud absimilis nascitur, præsertim si folia spectes. Et mox subiicit: Cinamum nihil aliud esse, quam librum corticem uē, cumq; ita legi. Singulis ternis annis, inquit, incidunt ramos delibrantq;, demptumq; eo modo corticē, Cinamomum appellant. Quibus utiq; verbis, Matthioli opinionem planè refellit. In peruersam autem hanc opinionem nulla alia de causa peruenit Matthioli, quam quod veteres vnanimis scribant, Cinamomum esse ramos, virgulta, & surculos, id quod nos quoq; fatemur. Quod enim illi ramulorum, virgultorū, & surculorum tantum in historia Cinamomi mentionem faciunt, id nullo alio nomine factum est, quam quod cortex qui Cinamomū est, exijs ipsis duntaxat, & nequaquam è caudice colligatur. Quod itidem confirmat Ludouicus ille Romanus, qui loco paulò ante citato sic scribit. Non caudicem incidunt, sed tantum ramos. Quapropter quum non ex caudice, sed ex ramulis virgultis uē tantum cortex, qui Cinamomū appellatur, delibretur, nihil mirum, cur in eius historia horum tantum meminerint, vt de victoria Matthioli nō sit admodum triumphandum. Accedit huc, quod Germani nostri in hodiernum diem Cinamomū sua lingua, *Zimmetrinden*/ hoc est, corticem Cinami, nominant. Ocularis etiā inspectio docet Casiam esse corticē, cui Cinamomum est simile, quapropter vt & illud cortex sit, necesse est. Sed hanc & alias Matthioli calumnias etiā Franciscus Alexander Vercellensis insectatur. Rarò aut nunquam hodie

Cinamomū.

Matthioli  
respondetur,  
& eius opinio  
reprobatur.

- verum Cinnamomum affertur. Quo enim sub hoc nomine vtuntur Seplassæ, magna ex parte Casia est, vt paulo antè diximus. Nam si affertur, de quo tamen non parum addubito, nō est nisi id quod tenue admodum est. Quod enim crassum hodie affertur, non est nisi Casia genus. Cæterum arboris huius folia nucis iuglandis aut Lauri latifoliae folijs similia sunt, quæ in officinis falso pro Malabathro venditur, vt supra quoq; ostensum est.
- Cinamomi folia.*
- Citri.* Citrei mali cortex, Citri officinis nominatur.
- Sidion.* Punicorum malorum, Granatorum Seplassijs vocatur. Galeno & Dioscoridi Sidiō, Barbaris adiectione vnus literæ deprauata voce Psidion, Plinio Malicorium dicitur.
- Psidion.*
- Malicorium.* Macer cortex est flauescens, crassus, gustu perquam astringens, Dioscoride teste, ex Barbaria aduehitur: Galenus ex India conuehi tradit, gustu multum acerbo, cum leuicula quadam acrimonia odorata, iucundum & suaue redolens, In calore & frigore temperatus, in tertio autem desiccatur. Non differt à Mace, quem admodum lib. 2. de stirpium historia copiosissime monstrauimus.
- Macer.*
- Macis.* Macis autem Arabum extima est membrana, tenuis, fusca, aut flaua, odorata, sapore subacri, alteri duro & ligneo nucis moschatae inuolucro cohaerens, Calida & sicca, Auicenna teste, in secundo ordine.
- Mandragora* Fraxini cortex.
- Mandragora* Mandragoræ cortex crassus.
- Mandragora* Nucis iuglandis viridis.
- Mandragora* Raphani.
- Mandragora* Sambuci.
- Mandragora* Tamaricis.
- Thuris.* Thuris arboris cortex sit crassus, pinguis, odoratus, recens, læuis, non scaber, sine membranis. Adulteratur misto cortice pini aut nucis eius cortice. sed hi sine odore fumant, non incenduntur: thuris verò cortex ardet, & cum odoris fragrantia vaporem iaculatur. Ferè in glebis thuris, vt dictum est, inuenitur.

## DE LIGNIS.

## Caput XIII.

- Agallochon.* **A** Gallochon est lignum quod ex India & Arabia, Dioscoride autore, defertur, Thina ligno simile, solidū, compactum: *ἄστυ μόνον* enim, id est, constrictum, compactū, & solidum, vt habet Aldinus codex: non *ἄστυ μένον*, hoc est, maculatum, vt in alijs Dioscoridis codicibus scribitur, legendū. Quod necessariorū monendum esse duxi, ne more quorundā lignum aloes verum esse non putaremus, nisi quod esset maculatum, seu punctis interstinctum. Satis enim est, si gustu sit adstringens, odoratū, subamarū, & compactum. Accedit pro confirmanda Aldini codicis lectione, quod neq; Serapio, neq; Auicenna macularum & puncturū meminerint, sed vterq; durū & ponderosum seu graue, quale certè est id qd compactum & solidū existit, esse scribit. Dioscorides quidem corticem eius corij similitudinē habere, & versicolorē esse, non lignū ipsum tradit. Quapropter interpretū Dioscoridis sententia, qui *ἄστυ μόνον* legerunt, & maculatū interpretati sunt, prorsus repudianda erit, & *ἄστυ μένον* cum melioribus & emendatioribus codicibus: aut cum Oribasio *ἔστι μὲν ἄστυ δὲ ὄνιδες*: est igitur odoratum legendum. Xylaloe Aetio, Simeoni Sethi, Nicolao, & Actuario recentioribus Grecis, Seplassijs lignum aloes dicitur. Optimi hanc esse probationem scribunt. Si coniectum in carbones Thuris modo liquecat, lachrymamue fundat, & odorem spiret bonum, diuq; antequam ab igne absumatur, perduret. Item si aquae iniectum mox subsidat, & bullas edat, Crudum Nicolaus & Mesue vbiq; ferè requi-
- Agallochon.*
- Dioscoridis locus emendatus.*
- Xylaloe.*
- Lignū aloes.*
- Optimi probatio.*
- Crudum.*

requirunt. Simeon autem Sethi non consequi illud bonum odorem, nisi putrescat, memoriae prodidit. Putrescit autem, si conditum sub terra, & multo puluere obrutum, post certum temporis spacium ab incolis educatur. Crudum itaque est quod in sepultum fuit nec computruit. Non autem temere crudi Agallochi mentionem praedicti autores fecerunt. Nam ad geminum usum medici, Agallochum accommodant, nempe ad suffimenta odorisque conciliandi gratia: & ad roborandas internas corporis partes. Si igitur boni odoris conciliandi ergo ad medicamentorum compositiones adhibetur, usurpandum erit id quod sepultum fuit. Si quidem ut Simeon Sethi attestatur, quandiu non putruit, nihil odoris suauitate a reliquis arborum lignis distat. Sin ad roborandas internas corporis partes, verbi gratia cor & ventriculū, medicamentis inditur, crudo utendum erit, utpote quod ad strictoriam suam facultatem illabefactam adhuc retinet, adeoque ad robur partibus conciliandum aptissimum est. Quare crudum etiam ubi dysenteriam curantibus medicamentis inditur praestantissimum erit. Quum itaque crudum Agallochum id sit, quod non putruit, & in sepultum fuit, adeoque quod statim ab arbore excisum ad usum rapitur, parum recte Matthiolus me reprehendit, & id potius esse Agallochum crudum contendit, quod non fuerit antea elixum. Nam non id solum quod antea non fuit elixum & coctum, sed etiam id quod terra vel puluere sepultum non fuit, crudum dicitur. Vtrunque enim statim ab ipsa arbore excisum, ad usum rapitur. Coctum verò, & quod sepultum fuit, nequaquam. Coctum verò in igne diu durat inconsumptum, propterea quod inter coquendum, quemadmodum etiam sepeliendum, glutinosam humiditatem amiserit. Mos est autem Arabibus decoquere Agallochū, ut Cassius Felix autor est, odoris excipiendi gratia, aquamque in qua decoctum est & eius succum exceptit in multos usus seruare. Proinde dum me Matthiolus erroris insinuat, ipse in binos, eosque maximos errores incidit, quorum is primus est, quod per crudum Agallochum Nicolaum intelligere tradit, quod impetu fluminum, longoque eorum ductu per regiones deferretur. Sed non videt id quod a sole elixatum est, crudum dici non posse. Vtrunque enim, nempe tam id quod ab igne, tam id quod a sole elixatur, coctum sit necesse est. Alter error est, quod censet Nicolaum nullum aliud expetere Agallochum, quam quod sepultum praestantissimum euaserit. Quomodo enim praestantissimum esse poterit id, quod facultatem ad strictoriam, quae in crudo maxime requiritur, iam ex sepultura fere totam amisit. Atqui ita euenire solet, ut quum aliorum errores, meos potissimum auidius insectatur Matthiolus, ipse interea suos prodat. A Matthioli calumnia & iniuria me asseruit Franciscus Alexander Vercellensis ita in folio primo sui Antidotarij scribens. Hic nouae laudis studio Matthiolus, Fuchsi sententiam refellit, quoniam per crudū aloes lignum intelligit quod non putruit, quod terrae non obruitur, sed statim ab arbore excisum, ad usum rapitur. Qua quidem in serie quod non vitij genus insit, docti viri dijudicent. Merum enim creditur odium in eundem profusum, ut fusius apud eundem legere licebit. Ut hinc etiam conspicuum fiat, Matthiolum virus suū & tam varias calumnias in me nulla nisi ambitionis & odij gratia euomuisse.

Aspalathus optimus est grauis, detracto cortice rubens, aut purpurascens, *Aspalathus.*  
 densus, odoratus, gustu amarum. Est & alterum genus candidū, lignosum, sine odore, quod deterius habetur. Suspicio est Aspalathum legitimum in officinis nostris non proflare. Quapropter suppleat eius vicem Viticis siue agni semen, ut suo indicabimus loco.

Bersilium vel Bresiliū, vel Verzinium, a Verzinia vrbe Indiae vnde aduehitur dictū. Hoc quidem in medicorum usum nondum venit, sed velleribus imbuendis, *Bersilium.*

buendis, & scriptoribus expetitur. Qui namque librorum mangonio dant operam, segmenta ligni aceto tantisper macerant, dum omnem coloris vim ad se rapiat, cui non nihil gummi & aluminis, ne chartas penetret, adijciunt.

*Gaiacum.* Gaiacum, siue Guaiacum lignū, vt officinæ nominant, probatur quod caudice cæteris exiliore constat, cortice ipsi ligno firmiter hærente, densum, graue, bene habitum, sapore magis amaro, acri, & odoratius, quod Sanctum dicitur, quale est quod omni ex parte albicat. Hoc enim quum minus adoleuerit, ac consenuerit, plus in se succi continet, atque cæteris viribus præstat. Nam quod hoc tam intus, quam extra candicet, illud verò interiore sui parte nigricet, non aliunde prouenit, quam quod hoc magis, illud verò minus adoleuerit. Quippe eo nigrius cernitur lignum Guaiacum, quo ad maturiorem ætatem peruenerit arbor, à qua decisum fuerit. Cæteris igitur minus præstat, viribusque infirmius habetur, quod nigrius, crassius, & annosius reperitur. Cæterum cortices, qui etiam in vsum medicum veniunt, probatissimi habentur, qui à præstantiori caudice detracti fuerint.

*Santalum.* Santalum Actuarius, Nicolao, aliisque posterioribus Græcis triplex est, candidum, rubrum, & flauum, seu vt Seplasiæ nominant, citrinum. Præfertur in his generibus flauum, vtpote odoratissimum. Secundas tenet rubrum, tertiam sibi sedem arrogat album. Sunt tamen qui postremum locum rubro, quod nullo vt priora duo commendetur odore, assignent. Non est tamen quod, Matthiolum secuti, dicamus album santalum, quod suauiter spiraret, calidum esse. Deceptus enim est verbis Galeni ab eo parum rectè intellectis, qui libro 4. simpl. cap. 20. odorata omnia esse calida scribit. Quasi verò rosæ, quæ suauiter spirant, & Mandragoræ poma, hoc nomine calida esse per excessum necesse sit, quum tamen Galenus id tantum innuere prædictis verbis voluerit, odorata omnia aliquid caloris obtinere, non per excessum esse calida, vt in nostris super hunc locum Commentarijs plenius docuimus. Santala tertiam frigidorum, & secundam siccorum classem sibi assument. Vt hinc omnibus perspicuum euadat, Santalum flauum quarundam officinarum, seu vt ipsæ appellant citrinum, quum acri sapore linguam interdum mordeat ac pungat, non esse legitimum, ideoque eo non vtendum. Calidum enim admodum est, adeoque Cedri, vel alterius arboris odoratæ & calidæ lignum esse apparet. Officinæ vnus literæ immutatione Sandalum vocant.

*Tamarisci.* Tamarix, tamariscus officinis. Vide supra.  
*Viscum quercinum.* Viscum quernum, vel, vt Seplasiæ nominant, quercinum.  
*Xylobalsamum.* Xylobalsamum probatur recens, sarmento tenui, fuluum, odoratum, quod dantenus opobalsamum spirans. Quare quod officinæ vsurpant, Xylobalsamum non est, sed alterius cuiusdam arboris virgultum, quum à iam dictis notis plurimum absit, nec præter gracilitatem quicquam cum ligno Balsami commune habeat.

## DE ANIMANTIBVS ET EO-

rundem partibus.

### Caput XV.

*Antalium & Dentalium.* Antalium & Dentalium more latinorum prolatum, vel vt Nicolaus Mirapfus sect. tertia vnguento 42. appellat, ἀνταλί & δένταλι, & officinæ Antale & Dentale, varij variè interpretati sunt, ita tamen vt nihil attineat singulorum prolixè referre sententias, quando quidem in vniuersum omnes à veritate aberrauerint. Reuera autem è tessarum genere & Antalium, & Dentalium existit, sed

sed quarum à nullo adhuc fatis explicatum esse puto. Mihi quidem, vt disertè quid de ijs vocibus sentiam in præsentia exponam, vtraq; esse corrupta, quales certè multæ aliæ in Nicolao reperiuntur, videtur. Nam ἀνταλι dictio ex græca *Antali quidē* ἀντέλλη, haud dubiè deprauata est, qua Athenæum vsum esse constat. Sic enim ille *ἀντέλλη.* nominauit Conchæ speciem, quā alij Græci *τελλίνη*, & in plurali *τελλίνας*, à cre- *τελλίνα.* scendi nimirum celeritate, *ὅτι τάχιστα γίνονται τελλίνα*: quod celerrime perfectio- nem attingant, vocant. Idem nomen latini retinuerunt. Atq; etiamnum hodie *Tellina.* Romani has Conchas Tellinas appellant. Duo autem Tellinarum Athenæus *lib. 3.* genera facit, nempe marinas, & fluuiatiles, vel in fluuiorum hostijs repertas. Atq; harum aliquæ maiores, aliquæ minores sunt. Duplici testamino constat, *Minor.* vtraq; simili, læui, valida, & satis spissa, in ambitu serrata, qua de causa ad vnguē coniunctæ sunt. Maior iam dictæ similis, nisi quod testa sit maiore, tenuiore, *Major.* minusq; spissa, & ex rubro flauescente, parte qua testæ colligantur in acutiorem angulum desinente. Per Antalos autem Nicolaum non nisi Antellas vel Tellinas dictas intellexisse, hinc quoq; perspicuum euadit, quod ille Antalis in vnguenti e citrijs compositione, quod ad extergendas lentigines facies, impetigines delendas, aliæq; cutis vitia sananda confert, perinde atq; id genus alijs abstergendi facultatē præditis medicamentis, vsum sit. Id enim fatis ostendit Antalos ei non nisi Antellas siue Tellinas significare, quibus certè abstergendi quoq; inesse facultatem Galenus libro quarto de compo. medica. localium capite vltimo abundè docet, dum earundem testis leuigatis ad pilos palpebrarum euulsos, ne amplius pronascantur, vtendum esse docet. Si quidem constat ea omnia quæ pilorum ortum prohibent, esse attenuatoria, & abstergentia. Idem etiam Galenus, lib. ii. simplicium omnium testarum cinerem extergendi facultatem obtinere memoriæ prodidit. Præterea Dioscorides *μύακας*, quas Athenæus *μύτλας*, Plinius adfectione vnus literæ mytulos nominat, Tellinarum species palpebrarum crassitudines, oculorum albugines, caliginesq; extergere scribit. Plinius deniq; Mytulos ad lepras, lentigines, & maculas exterendas vim habere literis mandauit. Quum itaq; Antellarum & nomen & facultas cum Antalis pulchrè quadret, dubium non est Nicolaum has ipsas, deprauata & corrupta voce Antalorum, significare voluisse. Caterum hodie pharmaco- *Qua testa of-* pœi nostri pro Antali seu Antella, in prædicti vnguenti confectio- *firma hodie* *pro Antellis* *vtantur.* *Antali non* *sunt lapides.* *Dentali quidē* *δάντυλοι.* *Rondeletius.* *lib. i. cap. 40.* *et 41. et se-* *quent. Et lib.* *de insectis at-* *que Zoophy-* *tis cap. 5.* *quod*

Qua testa of-  
firma hodie  
pro Antellis  
vtantur.

Antali non  
sunt lapides.

Dentali quidē  
δάντυλοι.

Rondeletius.  
lib. i. cap. 40.  
et 41. et se-  
quent. Et lib.  
de insectis at-  
que Zoophy-  
tis cap. 5.  
quod

quod

quod historiam piscium doctissimè ac luculentissimè tradiderit. Quod autem per Dentalos Nicolaus intellexerit Dactylos, hinc etiã colligi potest, quod & hæ testæ abstergendi facultate non vulgari præditæ sint. Hincq; adeò est quod Athenæus eas calculosis, & difficilè meientibus vtiles esse scribat. Officinæ hodie pro Dentalis vtuntur etiã testis quibusdam Antalis similibus, & in saxis prouenientibus, atq; maioribus. Vt inter Antalos & Dentalos officinarum nulla sit differentia, quàm quod Antali sint tubuli vel siphunculi minores, & tubæ formam præ se ferentes. Dentali autem maiores, & tubuli verius, quam tubæ speciem repræsentantes. Etsi verò præstaret in prædicti vnguenti compositione pro Antalis vt Tellinis, & pro Dentalis, Lepadibus, aut Dactylis, tamen in inopia earundem testium, licebit vsurpare iam dictos in saxis natos tubulos, quod testæ Concharum in vniuersum omnes, extergendi facultate donatæ sint. Cæterum, ne id silentio inuoluamus, Entalium, vt nonnullis vocatur, ab Entali iam dicto, diuersum est, ac lapidis genus, quem Platearius in expositione Antidotarij Nicolai, Amentum dulce nominat, quod nomen Gesnerus Sabaudienfes adhuc vsurpare scribit. Sic autem appellant, nomine haud dubiè corrupto ab Amianto lapide, cui quidè quod eboris instar candidus, splendidus & friabilis sit, similis est. Etsi autem lapis hic dulcis sit, atq; hoc nomine ab Amianto qui falso sapore ac pungenti qualitate est præditus differt, vt Platearius etiam fatetur: tamen nihilominus factum est, vt in vnguento Citrio Nicolai latini scriptum sit Amenti dulcis, pro Amianti, quod in Græco codice disertè sit ἀμιαντος, veluti in nostris in illud annotationibus copiosius diximus. Quum enim vnguentum hoc desideret medicamenta maximè abstergentia, quæ dulcia sunt in eius compositione locum habere non possunt.

**Canceri.** Cancrorum fluuiialium vstorum cinis, ad morsum canis rabidi laudatur. Sciendum verò nos Cancro fluuiali in Germania nostra carere. Quamobrem non sine errore hodie Astaci fluuiatiles ab omnibus ferè pro Cancris habentur, & in eorum vicem vsurpantur. Carne enim sunt mollis, fluida, & dissipatu facili, minimeq; nutriente.

**Cantharides.** Cantharides probantur in frumentis inuenta, Dioscoride teste, & quæ luteas in alis transuersas lineas obtinent, corpore longo, crasso, blattarū modo præpingues. Capiuntur vere, & necantur, vt præcipit Dioscorides. In harum verò vsu diligenter considerandum medicis erit, quando integris vtendū sit, & quando caput & pedes auferre conueniat. Quum extrinsecus corpori ad tollendas impetigines, scabiem, lepram, & scabros vngues admouentur, nihil prohibet corpore solo cantharidum abiectis pedibus, capitibus, & alis, vt, quod nimirū hac ratione magis erodant, vt pote ijs quæ erosionem impedire possunt, abiectis. Alas autem & pedes Cantharidum maleficio aduersari in primis testatur Dioscorides lib. 2. cap. 53. qui ait pennas seu alas pedesq; ipsarum ijs qui eas in potu hauserunt esse ἀντιφάρμακον & remedium. Actius præterea lib. 13. cap. 49. idem docet ijs verbis: Cantharidibus haustis contrariæ affectionis ratione, quantum nihil aliud, auxiliantur Cantharidum alæ & pedes cum passo potæ. Item inter Latinos Plinius, qui lib. 19. cap. 4. de Cantharidibus ita scriptum reliquit: Conuenit inter omnes, pennas earum auxiliari, in quacunq; parte sit venenum. Idem quoq; lib. 11. cap. 35. ait: Venenum hoc remedia secum habet. Alæ medentur, quibus demptis letale est. Hinc est quod Galenus lib. 11. de Simpl. medic. facul. prudenter admodum, totas cantharides tam in exteriori quàm interiori vsu, vsurpandas esse hortetur ac doceat. Siquidem præstat, in externo etiam vsu, vt Cantharidum corpora mitius erodant, & vis illarum non nihil frangatur, quàm vt integram suam facultatem, magno cum agrotantis periculo, imò non rarò præsentis eiusdem interitu, exerant. Quapropter plurimum

Quæ testæ officinæ hodie pro Dentali vtantur. Antalium vt à Dentalio distet.

Entalium.

Amentum dulce.

Canceri.

Cantharides.

Cantharidū legitimus vsus.

Ala.

mum



num errant, qui alas & pedes in interiore usu abijciunt, quum totis potius vten-  
 dum esset. Si enim integra exhibentur, non indigent tum ijs quæ vim ipsarum  
 frangunt & imminuunt, quum secum habeant alas & pennas, veneno earun-  
 dem aduersantes. Quocirca si imperitia medicorum accadat, vt quæ corporum  
 Cantharidum noxam emendent ac corrigant, temerè negligantur, tamen si in-  
 tegre sumantur, alæ & pedes hoc ipsum quod à medicis neglectum est, faciunt.  
 Præstat igitur perpetuò totis vti cantharidibus, nisi vbi vehementer erodendi  
 & vrendi nobis consilium est.

*Medicorum  
error.*

Castorium, siue testes Castoris animantis ancipitis capite, oculis murem re-  
 fert, rostro canem barbatum, cauda præterea est piscosa, pilo supernè canino,  
 pedibus posterioribus anseris, anterioribus simiæ aut canis, dente validissimo.  
 Siquidem arbores iuxta flumina, vt ferro cædit: hominis parte comprehensa,  
 non antequam fracta concrepuerint ossa morsu resoluit. Caterum quod in offi-  
 cinis venditur Castorium, non esse testes Castoris magnitudo ipsa conuincit.  
 Illi enim parui, substrictiq; sunt, & gallorum gallinaceorum testiculos magni-  
 tudine non excedunt. Castorium verò nostrum multo maius est, nihilq; aliud  
 plane quàm tumores in inguibus gemini, vtrinque enim vnicum membrana sua  
 conclusum, ouianserini magnitudine Castor habet, in quorum medio singuli  
 sunt meatus, è quibus exudat liquor pinguis & cerosus. Sunt autem eo loco quo  
 in quadrupedibus pendent testes, ex vtraque parte penis, vt non sit mirum si ho-  
 die pro testibus venales proponantur. Probatum castorium cui intus est liquor  
 cerosus, friabilis, odore graui, & virus olente, gustu acri & mordaci. Porro tu-  
 morum liquorem liquidiorum & tenuiorum partium esse quàm testium, saporis  
 odorisq; maior acrimonia declarat, ac proinde in remedijs quæ extrinsecus  
 adhibentur efficacior erit, ijs verò quæ assumuntur vis pro affectus ratione mi-  
 nuenda. Et verisimile hinc est veteres quoque ipsos, tumorum potius quàm te-  
 stium liquorem, medicamentis admiscuisse.

*Castorium.*

Cerebella passerum vere & autumnò captorum reponuntur, & prolificis re-  
 medijs miscentur.

*Cerebella  
passerum.*

Cerebrum leporis pueris dentientibus comestum vtile.

*Cerebrum  
leporis.*

Coagulum leporis omnium præstantissimum ad comitalem morbum, si  
 cum aceto bibatur.

*Coagulum  
leporis.*

Cochleæ, Sepalsijs Limaces duplices sunt, terrestres & marine seu aquatiles.

*Cochleæ.*

Cornu ceruinum.

Cornu caprinum.

Ebur, elephantorum sunt dentes, quod vt aliàs summopere expetitur, ita  
 nostra quoque ætate preciosissimum. Eò factum est vt nullibi penè verum Ebur  
 reperiat. Quod enim vulgò huius vice in officinis prostat, marinorum pisci-  
 um dentes esse videntur.

*Ebur legiti-  
mum in offi-  
cinis non  
prostat.*

Genitale cerui à vipera demorsis auxiliatur: ad retentam præterea vrinam, &  
 ad colic dolores valet. Siccatum & tritum in puluerem, in dysenteria efficacissi-  
 mum esse remedium, experientia comprobatum est.

*Genitale  
ceruinum.*

Iecur canis rabidi.

Iecur caprinum.

Iecur lupinum.

Intestinum lupinum.

Lumbrici seu intestina terræ. Officinis vermes nominantur.

*Intestina  
terræ.*

Mumia Rhazis & officinarum seu facticia, liquamen est hominum in sepul-  
 chris conditorum: in summa, compositio qua mortuorum corpora condiun-  
 tur: vel vt breuius ac rectius dicam, medicatum funus. Hæc autem condiendi  
 funera ratione Syriaci, Aegyptij & Iudæi maxime vsi sunt. In diuitum autem

*Mumia ar-  
tificialis.*

F corpo

corporibus condiendis vsi sunt balsamo, myrrha, aloë, cedria, cinamomo, & id genus alijs. Hoc medicatum funus hodie non affertur, quod locis benè munitis ac clausis repositum custodiatur, vt mercatoribus integrum non sit comparare, quemadmodum alibi fusius monstrauimus. In pauperum & infimè plebis funeribus condiendis, bitumine Iudaico præsertim & Babylonico vsi sunt. Quod Strabo in decimosexto abundè testatur, qui difertè Aegyptios ad mortuorum condituras bitumine, cui nonnulli picem, salem, & nitrum adiiciunt, vsos esse scribit. Atque hæc est quæ hodie ad nos affertur, & distat à Mumia Auicennæ & Serapionis, quæ non est artificialis, sed natiua, adeoq; non alia nisi Græcorum Pissasphaltus, de qua infra latius dicemus. Habet autè prior Mumia eandem cum Pissasphalto facultatem, modò rectè illa vtamur. Quod fiet, si abiectis terra, ossium fragmentis, & carnibus exiccatis, liquore tantum concreto, qui est in cauis partibus humani corporis collectus, vtamur. Siquidem quæ ex Aegypto integra ad nos hac ratione condita corpora aduehantur, necesse est eandem Pissasphalto, quod non sonat nisi picem & bitumen, facultatem habeat hæc Mumia. Præstaret autem naturali vt quàm artificiali Mumia. Nam Mauritanii haud dubiè quia Pissasphalto destituebantur, artificiali in alterius inopia vti cœperunt.

*Natiua.*

*Os cordis: r-  
uini.*

Os è corde cerui exemptum humanum cor totius substantiæ similitudine roborare inter posteriores Græcos Actuarius & Nicolaus, cum vniuersa Arabum familia, tradunt. Veteres Græci eo non sunt vsi. Num verò os sit, aut potius ossea cartilago, alibi diximus. Suspicio autem est ea quæ à pharmacopœis hodie proferuntur sub hoc nomine, esse piscium, aut grandiora agni ossis hyoidis aut bouilli capitis ossicula.

Ossa humana vsita, discutiendi & desiccandi facultate prædita.

*Pinguedo.  
Adeps.*

Pinguedo propriè loquendo est quæ Græcis *πικρὸν*, adeps autem seu seuum, quod isdem *σεία* dicitur. Quapropter inter se differunt, Galeno etiam libro vndecimo de Simp. medicamentorum facultatibus autore, quòd vnum altero fit crassius, nempe adeps pinguedine. Hinc est quòd in animantibus vniuersam naturam magis terream habentibus seuum adepsue proueniat, in humidioribus autè pinguedo. Quapropter pinguedo in ignem posita celeriter liquefcit, nec facile vbi liquata fuerit, rursum concrefcit ac cogitur. At seuum adepsue nec facile funditur aut liquefcit, & fusus celerrimè coit, ac concrefcit, multoq; pinguedine durior apparet. Officinæ omnem oleosam & pinguem in animantibus substantiam pinguedinem, & axungiam, vocant, His autem vsitatæ sunt quæ sequuntur:

Anatina.  
Anserina.  
Ardea.  
Capi, caponis officinis nominatur.  
Canis.  
Ceruina.  
Caprina.  
Felis siue cati.  
Gallinacea.  
Hircina.  
Humana.  
Leonina.  
Suilla, Porcina.  
Tauri.  
Taxi.

Vitu-

Vitulina.

Vrsina.

Vulpina.

Vulturis.

Medulla ossium, quòd oleosa pinguisq; substantia sit, meritò iam dictis subiicitur. Autumno & ad hyemis initia è florenti animali, vt etiam pinguedo, colligi, & loco sicco, edito, & ad Septentrionem spectante, cum folijs Lauri siccis, ne putrescat, aut situm ducat, reponenda. Recens etiam tenerorum animalium vsurpatur. Vfitatæ officinis sunt:

Canina.

Ceruina.

Hircina.

Tauri.

Vaccina.

Vitulina.

Pulmo vulpinus, resiccatus asthmaticis plurimum auxiliatur.

Renes scincorum. Scinci autem, quos officinæ commutatione vnus literæ, *Scinci.* & non sine risu eruditorum, Stincos nominant, animalia sunt Crocodilo similia, quadrupeda, squamis paruis & frequentibus subluteis tecta, capite longo, dorso quadantenus elato, ventre lacerta non maiore, corio squamis subluteis numerosis transuersim intercurrentibus referto, à capite ad caudam æquis distantibus spacijs, veluti lineam facientibus latam, squamis atris, cauda lacertæ instar tereti, breuiore tamen. Maris rubri, aut Aegypti, siquidem Nilus fœcundissimus Nilii fluuius, hos quum egreditur, producit, aut Indiæ alumni sunt Scinci. Hodie etiam ex Alexandria Aegypti allati, Venetijs excuterati & saliti venduntur: licet autem Crocodilorum speciem referant, magnitudine tamen prægrandes lacertas non excedunt. Squamis sunt, vt diximus, albis in luteum vergentibus, cum caesa à capite ad caudam linea. E quibus omnibus perspicuum fit, eos quos officinæ subiiciunt, veros non esse. Nam hæc bestiola Salamandra sunt aquatiles, venenata, lacertos corporis specie referentes, quamuis capite sint paulo latiore, oris rictu ranis simili, tumido ventre, & maculis vario. Hinc Germanicè *Wasserecker* oder *Wassermolch* nominatur. Flagris itaq; digni sunt pharmacopœi, qui virus lethale pro antidoto medicamentis miscent, lacertis minores sunt, nec ex Aegypto, sed ex fontibus & stagnis dulcibus, quorum incolæ sunt, & ex Vicentino agro afferuntur. Cæterum ne & id silentio transcamus, ij qui Scincorum renes in medicamentis præscribunt, non renes, sed carnes quæ circa renes sunt & latera intelligunt.

Senectus anguium, seu Vernatio, cuticula est qua sese angues primo vere è terra prodeuntes exuunt, faxis aut stirpibus affricato, & restricto corpore.

Sanguis hirci quadrimi, bene habiti, Augusto mense iugulati, medius effluens eligatur. Primus enim tenuior, postremus crassior putatur. Vase vitreo receptus, linteo verò tectus, sole siccetur.

Testa sepia, os Sepia officinæ nuncupant. Exterius dura, leuis, interius tenera, fungosa. Ad dentifricia aptissima est.

Testa Concharum, officinis mater margaritarum seu perlarum: Nos enim perlas vocamus, quas Græci *μαργαρίτας*, latini vniones appellant.

Vipera deligatur magna, bene nutrita, corpore toto & ventre crassiore, subflaua, collo valde prominenti, capite latiore, oculis rutilis ac subrubentibus, trubicibus, & ferino aspectu, meatu magis ad extrema caudæ vergente, cauda non inuoluta, sed potius conuersa.

Vnguis odoratus, qui Græcis *ὄνυξ* dicitur, Conchylj tegumentum operimentum è est, ei simile quo purpura integitur, Dioscoride autore, in Indiæ nardiferis lacubus inuentum, grauiter odoratum, quòd Conchylia inibi Nardi pabulo vescantur. Vnguis autem appellatur, quòd vnguis speciem referat.

F ij Odo-

*Officinarum Scinci spurij sunt.**Senectus anguium.**Sanguis hircinus.**Os Sepia.**Mater Margaritarum.**Vipera.**Vnguis odoratus.*

Matthioli opinio refutata.

Blattion Byfantis ab vngue odorato diuersum.

Odoratus, quia grauem, vt diximus, odorem spiret. Hinc est quod mirificam ei in conficiendo thymiamate praestantiam sacrae literae tribuant. Vnde omnibus palam fit, vnguem illum, licet secus sentiat Matthiolus, & perperam me hoc nomine reprehendat: diuersum esse ab eo quod Actuario & Nicolao  $\epsilon\lambda\alpha\tau\tau\epsilon\sigma$  &  $\beta\lambda\alpha\tau\tau\epsilon\sigma$  vulgò & officinis Blatta Byfantia nominatur. Nam quod illis Blattion Byfantis siue Byfantium appellatur, non est nisi Purpuræ, & nequaquam Conchylj, operculum. Differre autem Blattion Byfantis recentioribus Græcis dictum, ab Vngue odorato, è Nicolao Myrepsò fit manifestissimum, qui illud esse  $\delta\sigma\omega\upsilon$   $\varphi\lambda\iota$   $\epsilon\pi\iota\delta\epsilon$   $\varphi\lambda\iota$   $\pi\alpha\sigma\phi\upsilon\gamma\epsilon\sigma$ , id est, os narium Purpuræ scribit. Et si autem Purpura neq; nasu, neq; nares, neq; ossa intus habet, tamen constat Nicolaum per os naris, non intellexisse nisi operculum purpuræ foraminis in capite, quod naris instar est. Aut si parum arridet commoda hæc verborum Nicolai interpretatio, dicamus Nicolai locum deprauatum esse, & pro eo quod scribitur,  $\delta\sigma\omega\upsilon$   $\varphi\lambda\iota$   $\epsilon\pi\iota\delta\epsilon$   $\varphi\lambda\iota$   $\pi\alpha\sigma\phi\upsilon\gamma\epsilon\sigma$ , legendum esse  $\delta\sigma\sigma\alpha\kappa\omicron\mu$ ,  $\eta$   $\epsilon\pi\iota\delta\epsilon$   $\varphi\lambda\iota$   $\pi\alpha\sigma\phi\upsilon\gamma\epsilon\sigma$ , id est, testam, vel scutum seu operculum Purpuræ. Quippe  $\epsilon\pi\iota\delta\epsilon$  præterquam quod pellem significat, etiam pro scuto, Phauorino teste, sumitur. Operculum verò veluti scutum Purpuræ capiti imponi satis patet. Vt iam perspicuum sit, Blattas Byzantias vocatas, recentioribus Græcis non esse, nisi Purpuræ opercula. Id quod ipsa etiam satis testatur nomenclatura. Neque enim alia de causa Blattium dictum est, quam quod de purpura Indica, quæ recentioribus Græcis  $\beta\lambda\alpha\tau\tau\epsilon\sigma$  nuncupatur, sumptum sit. Et constat Latinis etiam blattium colorem, pro purpureo dictum esse à Flauio Vopisco in Aureliano, & Eutropio in Nerone, qui inquit: Retibus aureis piscabatur, quæ blatteis funibus extrahebantur, quos Suetonius & Orosius purpureos interpretantur. Byzantia aut, haud dubie à Byzante, vel Byzantio Africæ cognominata est. Nam etiam illic tingebatur purpura. Cæterum Blatta Byzantia Arabum, nihil aliud est, quam Conchylj operculum, siue vnguis odoratus, quod vtriusq; hystoriæ collatio sole clarius ostendit. Est autem Conchylj operculum oblongum auium carniuarum vnguibus simile, vt hic etiam palam fiat, pharmacopolas hodie in officinis suis habere Conchyliorum, quæ sunt longa, & Buccinorum, quæ sunt rotunda, permixta opercula, quæ Blattas Byzantias vocant, quum hoc nomine vt ostensum est, Purpurarum tantum opercula appellanda erant. Sunt autem qui Blattas Byzantias longas, negent esse Onychas, siue opercula Conchyliorum, quod illæ non sint odoratæ suavisue odoris, sed foetidæ. Verum horum opinio facile refellitur ex eo, quod Dioscorides non semper  $\epsilon\pi\iota\delta\epsilon$  vocet id quod grato solum & iucundo odore placet, sed etiam aliquando id, quod vehemēti & graui est odore. Sic pix ab eo  $\epsilon\pi\iota\delta\epsilon$  dicitur, quam tamen suavis odoris esse nemo dixerit. Parè ratione vnguis vel Conchylj operculum ab eodem  $\epsilon\pi\iota\delta\epsilon$  appellatur, non certè quod iucundi admodum sit odoris, sed quod grauiac vehemēti sit odore. Hinc Dioscorides qualitatem odoris exprimere volens dixit:  $\alpha\mu\phi\upsilon\tau\epsilon\sigma$   $\delta\epsilon$   $\epsilon\pi\iota\delta\epsilon$   $\theta\upsilon\mu\iota\omega\mu\epsilon\upsilon\omicron\iota$ ,  $\kappa\alpha\iota$   $\sigma\phi\iota\lambda\omicron\upsilon\tau\epsilon\sigma$   $\pi\alpha\sigma\omega\varsigma$   $\tau\eta$   $\delta\omicron\mu\eta$ : Ambo, de marino & Babylonico loquitur, grauis odoris, incensi Castorium quodammodo redolent. Quod autem Castorium odore graui & virus redolente esse debeat Dioscorides tradidit. Huc accedit, quod non nisi à foetidis rebus suffitu facto, strangulatu vteri oppressæ, quibus de consilio Dioscoridis conchylj operculum adhibetur, excitantur. Quapropter si Blattæ Byzantiæ quæ hodie à pharmacopœis venduntur grati & iucundi odoris non sint, non est cur ob id Conchyliorum opercula, vel vngues esse inficias eamus. Porro vt hoc etiam adijciamus, quum opercula Conchyliorum & purpuræ ac Buccini, viribus similia sint, nihil refert quo illorum ad vuluæ strangulatus vtamur. Ex his quoq; quæ à nobis iam dicta sunt, palam fit Blattam Byzantiam recentiorum, ab vngue odorato differre, Arabum verò nequaquam. Nec est

est quod Nicolaum erroris accuset Matthiolus, eumque narium ossa excogitasse putet, & ut ipse ait, purpuræ in vniuersum præter testam qua conteguntur, ossibus careant: siquidem is per os naris operculum foraminis in capite purpure, quod naris instar est, ut dictum est, intellexerit. Denique meam sententiam haud labefactat, quod Matthiolus de Conchularum Indicarum facultatibus affert argumentum. Nam quæ Mauritanii Conchulæ Indicæ tribuunt, eadem etiam purpuram & buccinum præstare Dioscoridis testimonio comprobatur. Quod si igitur crematæ Conchulæ idem præstant quod purpura & buccina vsta, igitur idem etiam non vstæ, quod non vstu præstent necesse est. Quod verò Purpuræ perinde atque Conchulæ Indicæ operculum, iecori & lieni conducatur, veterique strangulatus iuuat, Galenus lib. 11. de Simpl. medic. facultat. disertis verbis docet, inquit: Opercula tegumentaque purpurarum ex aceto pota quidam memoriæ prodiderunt, lienes tumentes sanare, & suffita eas quæ vteri suffocatione periclitantur iuuare, præterea retentas eijcere secundas. Proinde quum purpuræ easdem quas Conchulæ facultatibus donatæ sint, parum refert vtras per Blattium Byzantium intelligamus. Præstat tamen in Nicolai compositionibus purpurarum, in Mauritanorum autem Conchularum testas vsurpare.

Vnguis caprarum.

Vnguis asinorum.

Vnicornis, Græcis *μονόκερος* dicitur. Animal est reliquo corpore equo simile, capite ceruo, collo non oblongo, cornu vnico in fronte prominente, longitudine duum aut trium cubitorum. Duum cubitorum ferè vidi in aula Marchionum Brandenburgensium dum illicagerem. Cornu huius vsus frequens est aduersus venena, & pestilentes affectus, puerorumque nobilium lumbricos. Differt vnicornis à Rhinocerote animali, quod Elephanto simile est, & cornu in nare, aut supra nares habet.

Vnicornis.

Rhinoceros  
ab Vnicorni  
distat.

Vulpes tota.

Vniones non quod in vnica tantum Concha, sed quod nulli duo indiscreti reperiantur dicti, seu margaritæ e quodam Concharum genere laues non quatuor, aut summum quinque, Plinio lib. 9. cap. 35. autore, sed plures, centum, numero excedentes auelluntur, Perlas Barbari & officinæ uocant. Harum aliquæ perforatæ sunt, aliæ integræ, quæ quidem reliquis sunt meliores. Cordis, & oculorum affectibus medentur.

Vniones.  
Margaritæ.

Ventriculi interior tunica siue membrana gallinarum inutilis à Galeno censetur: Quare non magnificienda erit medico.

## DE EXCREMENTIS ANIMANTIVM.

### Caput XVI.

**B**Vtyrum.

Calcus.

Fel Tauri. Hirci. Accipitris. Leporis.

Moschus, Simeone Sethi, ac recentioribus alijs testibus, Gazellæ dicti animalis, Dorcadi seu Capræ Indicæ similis, sanguis est in umbilico concretus. Id animal eodem Simeone Sethi, qui illud ceteris copiosius pingit, teste *μονόκερος*, id est, vnico armatum est cornu. (Quum verò id nemo aliorum, ne oculati quidem autores scribat, errorem in Simeonis codice subesse suspitio est, inde forte natus, quod dentes huic animali retro reflexos cornua duo esse putarit.) Quum ruit in venerem quasi œstro agitatū stimulatūque, ei umbilicus intumescit, in quem crassior sanguis cõfluit, quo tempore & pabulo & potu abstinet, humique volutatur. Qua quidem volutatione umbilicum fœculento sanguine, qui ibi coierat, turgentem exprimit: emissaque sanies, & post aliquod tempus concreta, sibi magnam odoris suauitatem adsciscit. Hæc Sethi. M. Paulus Venetus lib. 1. de Regionib. orientalib. cap. 62. esse quoque animal cattilibrarij forte, aut inter-

Moschus.

F iij pre-

pretis errore: legendum enim esse censeo capreoli: magnitudine scribit, quod crassos habet pilos, pedes vngulatos, dentes quatuor, duos supra, & totidē infra exertos, palmi vel trium digitorū longitudine, iuxta verò vmbilicū inter cutem & carnē velicā sanguine plenā, qui sanguis est moschus. Iam dictis autoribus inter Arabes Serapio quoque subscribit, & animal esse Capreae simile tradit. Amatus Lusitanus hęc omnia ficta esse, sed parū recte, vt paulopōst ostendemus, contēdit, & in India esse animal quoddam leporis magnitudine inquit, qđ viuū adhuc virgis cæsū, necat. Eo occiso, pelleque detracta, & interaneis exemptis, vniuersa caro plagis ac verberibus quoad liueicat contundit, pinliturque. Hęc vbi optimē est pista, manu tractat, vt si quæ duriuscula in illa ossa fuerint, reijciant. Carnem hac ratione optimē pistā & contusam, manu in globos redigunt, & parte pellis eiusdē animalis excoriatae obuoluūt ac muniunt, vt in pilae formā euadat, & moschus folliculo inclusus dicit. Hic calidus in secundo, siccus autē in tertio ordine habetur. Cerebrū roborat frigidū, & partes imbecillas firmat, eosque quos animus defecit, reuocat. Vtra iam sententia verior sit, diiudicēt qui Moschum colligi conspexerūt. Mihi certē tum Arabum, tum recentiorum de hoc animali sententia, quod plurimū in eius descriptione varient, suspecta est. Neque audiēdos esse puto, quod Moschum tuberculi, vel vmbilici eius animantis inflammati saniem esse tradunt, id enim haud dubiē falsum est. Sed sunt Moscho animalis tumores, quales in Castore esse supra diximus, & quales in omnibus leporibus sunt: propter quos vulgus testes esse existimans, lepores omnes simul mares & foeminas esse credit: a quibus odoratū illud pus emanare arbitror. Atque tumores esse rotundos ac testiculis similes, membrana seu pelle circumdatos, norunt, qui adulterant. Nam in testiculi formam effingunt, & pelle animantis obuoluunt, ac testiculū Moschi appellant. Hic itaque est Moschus Lusitani, non legitimus, sed ad modum ab ipso descripto adulteratus, ab eo quem Arabes & recentiores aliquot Græci pingunt diuersus. Vt parum recte ab eo mendacij insimulentur. Caterū melior est, eodem Sethi autore, subflauus quam nigricans: & qui pelui humectata immixtus leuior euadit, quam qui grauior. Ex Cayta tamē niger prestantissimus hodie affertur. Ferrugineus ferē noster est. Seruatur melius in pyxide plumbea, cera obturata per se. Si autem odoris gratiam perdidit, reponendus erit in vase uitreo aperto: & si Plateario credendum, in cloaca suspendendus, & odorem recuperabit: Sed & alij latrinis & foetoribus odoris amissi vim recuperandam esse literis mandarunt. Officinæ non sine confusione Muscum appellant. Est & fictitiū Moschus, qui vt paretur, Gesnerus in suis Commentarijs de Animalium historia docuit.

*Oesypus.*

*Hysopus humida.*

*Sanguis.*

*Sanguis draconis.*

Oesypus est succidarum lanarum pinguitudo. Succidæ autē lanæ, quod sudoris sordibus, & succo imbutæ sint, dicuntur. Recentiores Græci, Nicolaus præsertim, ὄσων ὑγρόν, id est, Hysopū humidum vocant. Quem sequentes qui hodie medicinā faciūt, & Sepalsiæ, itidē Hysopum humidam, ab Hysopo herba hac adiectione illam separare volentes, nominant. Ea appellationis deprauatæ ratio ex græcæ dictionis corruptione orta est. Nam Dioscoridi & Galeno ὄσων dicitur: quā dictionem imperitus subinde librarius in ὄσωνω cōmutauit. Et hodie quoque in plerisque locis apud Galenum & Paulum ὄσωνω, pro ὄσωνω scribitur, vt alibi fusius docuimus.

Sanguinis vsus est potissimum hircini, vt diximus, columbini, leporis, suilli, & vespertilionis.

Sanguis draconis, Plinio lib. 33. cap. 7. teste, sanies est Draconis elisi Elephatorum morietium pondere, permixto vtriusque animalis sanguine, qui subinde terra mixtus colligitur, ac in pastillos ac rotundos orbis conformatur. Hodie modo Plinius, quod tamen suspicamur factū esse, falsus non sit, eo vti desierunt medici, altero in huius vicem substituto: qui qualis sit, supra exposuimus.

Laç

Lacvacca, caprae, asinae iuuenis, aliquandiu post partum exercitae, & bene *Lac.* pasta praesertim idoneis sibi pascuis, verum largius, sed humidius, aut autumnale parcius siccus, & butyro diu seruando aptius. Sit autem quatenus lacti datum est, dulcissimum, albissimum, consistentia mediocri, si vaccinum est: tenuiori, si asininum, vel caprinum.

Lactis serum caprae iuuenis nigrae, salubribus pabulis nutritae. Secundas tenet serum lactis ouini.

Sericum vellus est quod vermiculi Seres & Bombyces nominati pedibus explicantes nent, & coegeto glomeri se condentes emoriuntur. Fila enim ab illis araneorum modo nentur, quae in vestes textuntur. Semestris illis vermibus vita est apud nos, prorsusque ante completum annum, quum suum nendi obierunt munus, efflat animam, prius tamen ascitis sibi alis in volucres papilionum degenerantes, & relictiis ouis e quibus sua rediuiua proles sequenti anno renascitur, ut copiosius in altero nostrorum de Stirp. hist. comment. tomo, ubi Mori historiam narramus, cuius folijs vermiculi illi pascuntur, diximus. Horum certe lanificio recentiores Graeci in quibusdam medic. compositionibus vtuntur. Folliculos recentes, qui cortinas aut colorem nondum experti sunt. Aetius, Actuarius, & Nicolaus, posteriores Graeci, *μεταξαι* & *μεταξαι ωμων*, Latini sericum crudum, Seplasia Setam *μεταξαι* crudam appellant. Dicendum autem illis erat Sera, a Seris vermiculis. Et haud dubie in initio ita vocata est, sed deinde rerum ignoracione factum est ut in t mutatum sit. *Sericum crudum.* Excaefacit autem Sericum, mirifice exhilarat, reficcatque primo ordine, attenuat, cor recreat, latumque efficit.

Stercus bubulum.

Caninum, quod officinis medicorum Album graecum vocatur,

Columbinum

Caprinum.

*Album graecum.*

Gallinaceum

Murium. Ouillum,

Salua.

Sudor.

Sordes.

Vrina.

Zibethum recentioribus Graecis dicitur quod e genitalibus locis cuiusdam fere *Zibethum.* animantis, feli qui veteribus edificiorum ruinis oberrat, non absimilis est, sed maior, dentibus armata & fera, colore lupi, maculis passim nigris per summum dorsum obscure fuluo mixtis, odorem suum, foeminae intra genitale & aluum, mari intra genitale membrum & testes, argenteo cochleari, aut oriculario instrumeto eruitur & excipitur. Est autem excrementitius quidam lentor, primo butyri colore, qui mox liuidus redditur. Nulla fere res nostra aetate in maiori precio fuit quam vna octonis aureis permutetur. Huius odorem uulvam tam amantem esse praedicant, ut ad id, vnde cunquam ad motum, irrepit. In huius itaque strangulatione ex eo pessos conficere praestat. Nomen suum in officinis retinet.

## DE METALLICIS.

### Caput XVII.

Metallum est corpus fossile quod natura vel sua sponte natum est, & eter- *Metallum* nis quaesitum eruitur, aut liquidum, ut argentum viuum: aut durum, sed *quid.* quod igne liquefcat, ut aurum, argentum, aes, & plumbum: vel mollescat, ut ferrum, idque Graecis *αυτοφυές* nominatur: vel quod arte conficitur, eaque de causa factitium appellatur, ut alibi fusius docuimus. Sic autem Graecis *απ' το μεταλλαι*, id est, ab inquirendo & percutando dictum est. Ut metallum omne id sit quod in uenis terrae generatum latet, & in usus nostros eruitur. Plinius tamen libro 33. cap. 6. ob id *μεταλλαι* nominata esse putat, quod *απ' αλλοι* cum alijs, vel *μετα τα αλλα*, post alia inueniantur. Metallica itaque medicamenta sunt quae vel ipsa metalla existunt, aut iuxta metalla reperiuntur, vel dum in fornacibus illa excoquuntur, fiunt, vel aliquo alio modo ex hisdem conficiuntur. Vt iuxta officinis sunt quae sequuntur.

F iij Aurum

*Metallica.*

- Aurum.** Aurum metallorū omnium preciosissimum, præstantissimumq̄ quod indigelapide exploratur, colore scilicet fuluo in lapide relicto. In foliola & bracteolas multis ictibus latefcit, q̄bus medicamenta inaurantur. Quod statim suum & natium est, Græci vocant *ἄργυρον*, id est, ignem non expertum: contra quod vsq̄ eò coquitur, dum argentum omne ab eo fuerit separatum, *ἀργύρεον*. Idem obryzum nominatur. Bibitur maximè ad cordis affectus, & animi mœrores.
- Argentum.** Argentum similiter in bracteolas latefcit, & foliatum redditur. Arrenicum vetustis Græcis & Atticis, posterioribus commutatione ḡ in ḡ Arsenicum, latinis scriptoribus Auripigmentum dicitur. Officinæ græcam appellationem retinuerunt, & ab Auripigmento distinxerunt. Arsenici autem duo sunt genera, natium, & factitium. Natium rursus tres sunt species, colore & figura differentes. Vnum, quod auri imitatur colorē, & ex multis tenuibus crustis, tanq̄ squamis, constat, vt altera alteri imposita videri possit, & findi, vt Lapis specularis, de quo infra dicemus. Id si purum fuerit, præstantissimū est. Alterū, magis auri colorē imitat, nec est nisi puluis seu harena cuius Theophrastus in libello de Lapidibus meminit. Tertiū, in glebas concretū est, & lapidosum, ac Sandarachæ quodā modo colorem exprimit. Factitij duo sunt genera, quorū vtrumq̄ splendet: sed alterū album est, quod venis in albo subluteis, aut subrubris distinguitur. Alterum luteū, quod variatur nigris, subrufis, plus minusue luteis venis. Conficiēdi modum alibi tradidimus. Seplasiæ quatuor Auripigmenti genera venalia proponunt, nempe album, citrinum, quæ duo sola Arsenici nomen in officinis retinent, rubrū, & auripigmentū. Album factitium est, perinde atq̄ citrinū, rubrū Sandaracha veterum existit, de quo suo loco. Auripigmentū aut illis priuatim dictum, tertium est natium Arsenici veterū genus.
- Natium ar-  
senicum tri-  
plex.**
- Factitium  
duplex.  
Album.  
Luteum.  
Seplasiarum  
quatuor Ar-  
senici ge-  
nera.**
- Aerugo aris  
duplex.  
Fossilis tri-  
plex.**
- Rasilis.**
- Factitia tri-  
plex.  
Santeria.  
Chrysocolla.  
Viride aris.  
Cuprum.**
- Aerugo aris** quæ non est nisi florida aris rubigo, itidem duplex est, natia seu fossilis, & factitia. Fossilis, in metallicis Cypris ararijs, Dioscoride teste, duobus modis gignitur. Aut enim ex lapidibus quibusdam ararijs exigua, sed bona, efflorescit. Aut ex specu quodam per Caniculæ æstus manat & destillat, copiosa quidē, & grati coloris, sed vitiosa, quod cum multis calculis sit permixta. Prior abraditur, ideoq̄ Græcis ἰὸς ξυσός, latinis ærugo rasilis vocatur. Posterior sicca colligitur. Est præter has tertia fossilis, quæ à similitudine vermium, Græcis ἰὸς σκώληξ nominatur. Factitiæ similiter, tria sunt genera. Aut enim abraditur ab ære. Aut in vermes formatur. Aut in mortario æreo efficitur veteri ex vrina, quæ Santeria, & ab effectu hodie Chrysocolla nuncupatur. Natia seu fossilis in vsum medicum haud dum recepta est. Rasilis verò factitia hodie vsitata est, & officinis viride aris appellatur.
- Aes vstum seu crematum** vocant laminas Cupri, æs enim latini recentiores cuprum appellare consueuerunt, vstas. Cremandi modum tradit Dioscorides. Probatur, eodem teste, rubrū, & quod tritū colore Cinnabarim imitatur. Nigrum verò plusq̄ decet exustum est. Quapropter improbatum duci poterit æs vstum officinarum, quod nigrorenimiam vstionem repræsentet.
- Aeris flos** ære fuso, & aqua affusa exilit Milij effigie. Quando enim candenti aris massæ aqua frigidissima affunditur, derepente ceu minutissima & rubentia grana, exilit ac erumpit flos ille. Optimus est breuis, grauis, splendens, cum teritur rufus, friabilis. Hodie in officinis desideratur.
- Aeris squama** est quæ malleorum ictibus de panibus aris excutitur, & gemina existit, crassa, & farinæ modo tenuis. Crassa Germanicè *Rupfferschlack* dicitur. Tenuior verò *Rupfferbraun*, vel *Kesselbraun*. Hanc Plinius lib. 34. cap. 11. Stomoma vocat. Differt autem à squama stomomatidis, quod hæc ex chalybe, ferro purissimo & optimo, decussa sit squama, quod Græcis *σώμομα* nominatur. Cæterum est etiam squama clauaris dicta, quod è clavis per quos panes ærei feruntur decussa sit,

Alumen



Alumen, quod Plinio lib. 36. cap. 15. teste, non est nisi sulfugo terræ, aut li-  
quidum est, aut concretum. Liquidum duum est generum. Alterum purum, *Alumen.*  
lactei coloris, pellucens, æquale, & omni sui parte succosum, non lapidosum, & *Liquidum.*  
ignem olens. Id quia propter puritatem in primis vtile est, Græcis φόσιμος voca- *φόσιμος.*  
tur. Alterum, est impurum, pallidum, & scabrum, officinis vtraque ignota. Hoc  
quia sordibus inquinatum est & peruersum, παράφορον, quasi fraudulentum si- *παράφορον.*  
ue deprauatum appellatur. Concretum itidem duum est generum. Quoddam *Concretum.*  
enim scissum siue scissile, & Serapioni lamenum vocatur, estque quatuor generum. *Scissile.*  
Vnum quod est cuiusque glebosi, & natiui veluti flos, quod optimum, & gustu  
maxime adstringens existit. Hoc autem singulatim effloruit simile canis capil-  
lis, hincque adeo Græcis περιχίτης, latinis capillare dicitur. Non est autem id quod *Capillare alu-*  
Seplasijs hodie alumen plumosum nominatur, vt alibi efficacissimis argumen- *men differt à*  
tis probauimus. Hoc enim non est nisi Amiantus dictus lapis, qui scissilis est & *plumoso A-*  
friabilis: eamque obtinet naturam, vt ab igne nunquam absumatur, etiam si ali- *miantus la-*  
quot diebus vritur, vt suo loco latius dicemus. Hic certe lapis præter alia nomi- *pis.*  
na, quæ alibi indicauimus, à Quadrigario, propter similitudinem quam cum  
alumine scisso habet, alumen etiam dictus, vt nihil mirum sit hoc nomen adhuc  
hodie in Seplasijs retinere. Scissilis aluminis quatuor sunt genera, quemadmo-  
dum lib. 9. de Simp. medic. facul. cap. 30. diximus. Alterum, est rotundum, & *Rotundum.*  
plurimum generum. Aut enim manu confectum, aut suapte natura tale. Aut bul-  
larum modo intumuit, vel foraminum fistulis quandam spongiæ speciem gerit,  
vel est solidum. Aut tali formam præ se fert, & Græcis ἀσφαλιώτης, id est, talare *Talare.*  
dicitur. Aut lateri colore simile est, ac πλυβίτης, hoc est, latercularium nuncupa- *Laterculariū*  
tur. Aut ex crustis masisiue in tabellæ formam congestis constat, & πλακίτης, id *Crustaceum.*  
est, crustaceum, vel tabulatum rectius appellatur. Nullum verò ex ijs omnibus  
Aluminis generibus hodie in officinis medicorum prostat venale. Quapro-  
pter pro ijs vtendum nobis erit gleboso factitio, cuius hodie in officinis magna  
est copia. Pro illis autem hodie vsitata sunt alia sex Aluminis genera, nempe  
Roche, quod rupeum alio nomine vocant, plumeum, de quo diximus, fecis vi-  
ni, catinum, scaliolæ, & zuccharinum, de quibus alibi fusius disseruimus. Cete-  
rum ex glebis natiuis, qualescunque fuerint, hodie in metæ massæue turbinatæ  
formam & figuram effingunt id, quod officinæ Zuccharinum vocat. Sed quod *Zuccharinū*  
Catinae & Scaiolæ appellant, ex alijs conficiuntur rebus, hoc quidem è lapide *Catina.*  
Squamoso, qui in ignem coniectus similis fit Gypso, illud ex herba Cali Mau- *Scaiola.*  
ritanis dicta, combusta. Nam huius cinis Alkali Mauritanis vocatur. Ex lixi-  
uio autem eius cineris Sal alkali iisdem dictus resultat. Cinis autem ille indura-  
tus, ipsis Alumen Catinum appellatur.

Cadmia, quam Barbari & Seplasiæ Climiam vocant, duplex est, scilicet nati- *Cadmia.*  
ua & factitia. Natiua seu fossilis, rursus in duas digeritur species. Vna metalli *Natiua du-*  
expers, quæ certiores discriminis gratia simpliciter fossilis appellari potest. Ea *plex.*  
æs tingitur ex rubido in aureum colorem, nominaturque Græcis Orichalcum, *Fossilis sim-*  
Cadmiam enim hanc fossilem conbibens æs, fit Orichalcum, quod Germanice *pliciter.*  
Messing dicitur. Lapis verò est sublutei coloris, interdum non multum durus, *Orichalcum.*  
scaberque. Hinc Festus Pompeius terram nominat. Crematus luteum emittit *Calaminaris*  
fumum, & Seplasijs Calaminaris vocatur. Quo tamen nomine primum fra- *lapis.*  
gmenta Cadmiæ quæ ferreis fornacum hastis adherent, quoniam caua sunt, &  
calamo similia vt paulopost fusius dicetur, nuncupata fuerunt. Hodie autem so-  
la fossilis nomen hoc à calamo sumptum obtinet. Germanice *Calmei*, vel ma-  
gis corruptè *Galmei* appellatur. Altera, cum adiectione Cadmia fossilis me- *Cadmia fossi-*  
tallica, quod metalli fertilis sit, Germanis *Cobalt* nominatur. Hanc Galenus *lis metallica.*  
olim in motibus & riuis Cypri iuxta metallum se inuenisse scribit. Color ei niger,  
aut

aut

- Lapis ærosus.* aut fuscus ferreus uel aut cinereus. Hanc Plinius lapidem ærosum vocat. Errant itaq; qui eundem cum Calaminari esse putant. Factitia Cadmia est, quæ in fornacibus ubi æs eliquatur & coalescit efficitur. Quapropter merito Cadmia fornacum vel fornacaria dicitur. Quamquam autem Cadmia hæc in fornacibus in quibus etiam venæ auri, argenti, & plumbi nigri excoquantur, fit, tamen optima in ærarijs, & quidem ex pyrite, & Cadmia fossili metallica, efficitur. Huius autem Cadmiæ quatuor sunt species. Prima fit ubi crassa materiæ pars egeritur, & post Diphryges parietibus fornacum insidet, quod propter gravitatem ad summitatem peruenire non potuit, atq; in corpus crustæ simile concrevit. Græcis nonnullis *πλακίτις*, Dioscoridi *πλακώδης*, latinis crustosa & crustacea nuncupatur. Alijs quibus maculas lineis, vel zonis similes habere visa est, *ζωνίτις*, id est, linearis, vel cingularis vocatur. Quibus autem venos Onychis lapidis referre videtur, *ονυχίτις* appellatur. Altera species, in ipsdem fornacum locis humilioribus, & itidem ex crassa fit materia: quæ quia terrena & dura, & quasi testacea facie superficie uel est, *δσρακίτις*, id est, testacea nominatur. Tertia, tenuis materiæ pars est egesta, quæ propter leuitatem magis in sublime fertur, & in altioribus fornacum locis insidet, ibiq; pariter in corpus concrevit, cuius superficies uarum speciem gerit. Hinc Græcis *βοτρυίτις*, id est, racemosa dicitur. Cadmiam efficit quæ curua & caua, calamoq; similis est, ideoq; veteribus Calaminaris vocata est. Officinæ hodie & vulgus medicorum perperam Thutiam Alexandrinā vocant: & pro vera Thutia, quæ Græcorū est Pompholix, vendūt, Quarta, tenuissima materiæ pars egesta est. Quapropter quum propter leuitatem altius cum fumo feratur, Græcis *καπνίτις*, id est, fumaria dicitur.
- Chalcantus.* Chalcanthum vel Chalcanthus Græcis, atramentum sutorium latinis dicitur. Priorem appellationem, quod ex ære quodammodo efflorescat, alteram verò ab atro quem reddit colore, & quod olim eo coria sua tingebāt sutores, nactum est. Seplassiæ Vitriolū, quod vitri aut crystalli modo translucidum sit, Germani *Rupfferwasser*, nominant. Hoc, Plinio autore, geminū est, fossile natium uel, & factitium. Fossile ex humore constat qui gelu concreuit, aut in venis vel fibris, vel commissuris saxorum, aut dum ex ijs guttatim destillat, nondum tamen in canales decidit, quo sanè modo de eorum cameris stiriarum instar dependet: aut postquam destillauit, quomodo reperitur in earū solo. Verum siue dependeat de cameris, siue humi iaceat, *σαλακτικόν*, id est, stillaticium nominatur. Cum capillis vel plumis similitudinem habet, adeoq; molle & tenue est: aut stiriarum modo concreuit, aut glebæ formam obtinet. Coppam rosam Itali, Germani *Sockelgut* nominant. Factitium duplex est. Vnum Græcis *πυκτόν*, hoc est, concreticium vocatur. Id ubi è speluncis cuniculis uel effertur, atq; in piscinas quadratas excauatos uel scrobes effunditur: vel inde corruatur frigore, aut solis calore concrevit. Hoc viride est, & Seplassijs hodie Vitriolum Romanum appellatur. Alterum Græcis *εφθόον*, id est, coctile, vocatur. Decoquitur enim aqua atramentosa in ahenis quadratis. Cæterum sutorium atramentum varijs præditum est coloribus. Nam aut candidum, aut pallidum, aut viride, aut cæruleum est. Differt à metallico atramento, quod priuatim Græcis *μελαντηρία* dicitur, quod scilicet colore cinereum & nigrum sit. Latinis atramentum eadem de causa nominatur. In cuniculorum faucibus & cauernis reperitur. Officinis incognitum. Est & præter hæc tertium atramentum scriptorium librarium uel vocatum. Græcis *μέλαρ* nuncupatur.
- Chalcitis.* Chalcitis est semper natia, quæ sponte sua nascitur, & in fodinis concreta inuenitur, æris ruborem & colorem habet, vnde & nomen accepit, ac Rubra dicta est. Germanis *Rot rupfferwasser oder Rot atrament* vocatur. Optima, Dioscoride teste, æri similis est, friabilis, nec lapidosa, recens inter-
- cur.

curfantibus oblongis & splendentibus venis fibrisque. Ex Chalcantho veteri fit, Galeno attestante, qui Chalcanthum paulatim in Chalcitum transire scribit. Neutra officinis hodie visitata. Quum autem Misy & Sory eiusdem cum Chalcite sint tum naturæ, tum facultatis, præstat, neglecto alphabeti ordine, hoc loco de ijs differere.

Misy gleba est substantia, sapore, & viribus Chalcantho similis, & dum frigida Misy.  
tur arenosæ naturæ, colore aureo seu luteo, & stellarum instar scintillans. Er- Misy non est  
rant igitur qui vulgo vitriolum Romanum appellari putant. Nam illud viridi vitriolum  
potius, vt dictum est, aut cæruleo, non aureo, colore constat. Misy præterea Romanum.  
fossile est, & quod sponte in terræ visceribus nascitur. Vitriolum autem Ro-  
manum factitium est Chalcanthi genus viride, quod concretitium vocatur. In  
officinis desideratur, in fodinis tamen Goselariæ ærarijs reperitur, & **Beelatra-**  
**ment** dicitur.

Sory itidem fossile, & nativum est, ac Melanteriæ metallicæ cognatum. La-  
pidis præterea duritia, ob vehementem concretionem, ideoq; crassarum par-  
tium existit. Colore, vt metallicum atramentum, cinereum & nigrum, nonni-  
hil tamen ad rufum declinans. Hinc est quod Germanicè **Graw atrament** no-  
minetur. Porro vt Sory est crassissimarum partium, ita Misy tenuissimarum.  
Chalcitis autem medium quiddam tenet. Probatum Sory quod dum frangitur  
& nigrius apparet, ac splendet, in foramina multa dehiscens, quod est subpin-  
gue, quod validè fulminis olet virus, quod olfactum stomachum subuertit. Of-  
ficinis non cognoscitur.

Calx duplex est, viua & extincta. Viua seu non extincta, Græcis **ἄσβεστος** di- Calk.  
citur. Bifariam fit, nempe ex albo lapide è proprijs fodinis eruto, & marmore Viua  
viliore, vel calculis litoralibus coloris cæsi vel candidi. Fit etiã ex testis Ofstre-  
arum & Buccinorum, ad eum modum qui est à Dioscoride ostensus. Ex quo  
certè calcis genere publica & priuata ædificia in tota maritima Germania fiunt.  
Calx quædam est aqua sæpius extincta.

Cerussa, Græcis **λευκὸν** dicta, non est nisi plumbum nigrum acerrimi ace- Cerussa.  
ti halitu incrassamentum, post in trufatili mola tritum, denuoq; cribratum in  
candidum puluerem pollinemue resolutum. Cerussæ conficiendæ modum ali-  
bi ostendimus. Porro si Cerussa vratur donec rufum contrahat colorem, San- Sandyx.  
dyx nominatur. Vitruuius lib. 7. cap. 12. Sandaracam, quod nimirum veræ San-  
darachæ colore similis sit, appellauit. Latini colorem hunc Minium secundari- Minium se-  
um, officinæ simpliciter Minium, Germani **Mennig** vocant. cundarium.

Chryfocolla duplex est, metallica seu fossilis, nativæ & factitiæ. Natiua, in Chryfocolla  
fibris & venis gignitur, aut per se plerunq; arenæ similis reperitur, aut materiæ Nativa.  
metallicæ adhæret, atque hinc abrasa cuiusdam arenæ similitudinem gerit: aut  
quum aquæ iam dictas species lambunt, pulueri similis subsidit. Germanis  
**Berckgrün** / **Schiffergrün** dicitur. Laudatur quæ in ærarijs fodinis, secundum  
locum obtinet quæ in argentarijs, & tertium quæ in aurarijs inuenitur. Quæ  
ex plumbi cauernis exudat, deterior. Officinis ignota est. Factitiæ duplex est: Factitiæ.  
altera ex dura nativæ fit, tingiturq; lutea herba, ob id herbacea dicta. Atq; ea lau-  
datissima est, nativæq; preciosior. Conficiendi eius modum tradit Plinius lib.  
33. cap. 5. Altera, qua aurifices ad glutinandum aurum vtuntur. Hanc Dioscori-  
des inter ærugines enumerat, & Plinio **Santeria** dicitur. Fit ex Cyprio ære, Santeria.  
pueri impubis vrina, & nitro. Quia verò propter Cyprii æris penuriam hodie  
confici non potest, altera & recentiorum Chryfocolla in eius locum successit,  
quæ fit ex nitro fossili, vt suo loco fusius dicemus, ac Serapioni alijsq; Maurita-  
nis **Tincar**, officinis **Borax**, quod nomen ipsi cum reliquis Nitris est commu- Tincar.  
ne, dicitur. **Baurach** nanq; aut potius **Borax**, Arabibus omne nitrū appellatur. Borax.  
Cinna. **Baurach**.

- Cinnabaris. Theophrasti.* Cinnabaris duum est generum, veterum scilicet ac recentiorum. Veterum iterum in duo partitur genera. Vna quidem est Galeni & Theophrasti, quae in libro de Lapidibus illi κιννάβαρι nominatur. Haec non est nisi Minium natium, quod alijs Graecis ἀμμοσόν, id est, arenula, & ἀνθραξ vocatur. Verum esse quod dicimus, ostendit abunde Plinius lib. 33. cap. 7. vbi ex professione Minij historiam perscribit, Theophrastumque citat, & ad Minium omnia, quae ille ad Cinnabarim retulit, perspicue accommodat. Minium autem natium, seu Cinnabaris fossilis, lapis est rubens, non extrema duritie, hinc est quod alijs gleba & arenula potius dicatur, atqui ponderosissimus, & non raro argento viuo ita factus, ut sponte extillet, haud aliter quam arte, & vi ignis elicitur. Germanis **Bergzinobex** vocatur. Hoc plane venenatum & exitiosum existit, atque in metallis strangulantem halitum eructat. Eo pictores olim ad sumptuosa parietum ornamenta vsi sunt. Quod autem Galeni Cinnabaris non sit alia quam Theophrasti, paulo post, vbi prius quae sit Dioscoridis indicauerimus, monstrabimus. Altera est Cinnabaris Dioscoridis, quae nonnullis non est nisi liquor ex Africa allatus, vi eadem qua lapis Haematites, non foris tantum adhibitus, sed etiam intra corpus sumptus pollens. Quorum tamen sententiam probare, ob causas capite 10. expositas, haud possum. Hanc Cinnabarim Plinius, vulgiseutus opinionem sanem Draconis illisi, Elephantorum morietium pondere, permixto vtriusque animalis sanguine esse scriptum reliquit, qui intento nec diluto sanguinis modo colore praeditus est, sanguinem animantis esse falso credens. Veterem autem hanc appellationem a vulgi opinione natam, recentiores subinde Graeci retinuerunt, & hodie etiamnum Seplastiae succum cuiusdam vel arboris, vel herbae sanguinem Draconis nominant, vel quod sanguinem in picturis reddat, vel quod hoc nomine, in ijs vnde affertur locis, vocetur. De hoc tamen & Dioscoridis Cinnabaris supra cap. nimirum decimo, abunde diximus. Porro Galeni Cinnabarim non esse a Theophrasti Cinnabari diuersam, multis argumentis constat. Nam illam lib. 9. de Simp. medic. facultatib. inter metalla, perinde atque Theophrastus recenset. Praeterea ibidem acrem illi inesse facultatem, & in capite de caeruleo detrahendi ac minuendi carnem facultatem habere memoriae prodidit. Denique libro primo de Compositione medicamentorum localium, cap. 28. Cinnabarim inter calefacientia, mordentia, & discutientia numerat medicamenta, & eandem cum suillo felle confert. Ut hinc omnibus perspicuum euadat, Galeni Cinnabarim etiam venenis annumerari, adeoque a Theophrasti Cinnabari nihil differre. Nam quum ea quae carnem detrahunt ac imminuunt, eiusdem sint generis cum σνωτιροίς, id est, putrefacientibus, quemadmodum Galen. lib. 5. de Simp. medicamen. facul. cap. 15. ostendit, ut eadem quoque venenata sint oportet. Recentiorum, & qua hodie officinae vtuntur Cinnabaris, factitia est. Siquidem ex argento viuo & sulphure a Chimistis conficitur. Germanis **Sinobex** dicitur. Est & haec, perinde atque Theophrasti & Galeni, venenata & exitiosa, ideoque intro corpus haud sumenda. Sola autem Dioscoridis Cinnabaris innoxia est, intro etiam in corpus assumpta.
- Diphryges.* Diphryges etiam officinis incognitum & inusitatum est, tamen quum creber eius apud veteres vsus fuerit, praestat etiam quid sit breuiter hic commemorare, quod aliquando in vsum reuocari possit. Eius tria sunt genera. Primum metallicum & natium, quod in Cypro gignitur, hincque adeo Cyprium dictum est. Fit è luto quod è specu quodam Cypri extrahitur, & extractum sole siccatur, mox circumpositis sarmentis vritur. Hinc Diphryges, quasi bis, a sole scilicet & a sarmentis, tostum crematumue, appellatum est. Alterum genus factitium est. Fit enim in fornacibus, & excocti atque perfecti aeris ueluti sedimentum quoddam, & fex subsidens existit. Id enim postquam aes effluxit in catinum, remanet

manet in fornace, in eius fundo tanquam vstorum in foco lignorum cinis residens, ut alibi fusius monstrauius. Tertium, ex Pyrite aroso fit lapide, quando is ut calx in camino donec rubescat ut rubrica concrematur. Hoc etiam, ut tradit Dioscorides, fit ex sola materia quæ aris lapidem quando assatur gignit.

Ferrum duplex est, natiuum & conflatum, seu excoctum. Natiuum est purum, & reperitur in fodinis. Germanis *Gedigen eisen* dicitur. Alterum conflatum seu excoctum, quod in ferreis officinis excoquitur, quas *Hamerschmitten* Germani nominant. Fit duplici modo, nempe vno ex lapidibus ferreis. In eadem vena non raro reperitur Magnes: tanta illi cum ferro est familiaritas, & amicitia. Altero ex terra rubra, ferrugine quasi lesa. Plura de ferro Plin. lib. 34. cap. 14. Rubigo autem ferri, Dioscoride attestante, egregiam in restringendo, sic candorq; facultatem habet. Recrementum ferri, quod Germanis *Eisenschlack* & *Zunderstein* oder *Sunderstein* vocatur, eandem quam rubigo vim obtinet.

Gypsum cognata Calci res est, non tamen ita calidum. Differt primum colore: candidum enim plerisq; in locis reperitur, in alijs in candido cinereum, cinereum item nigris maculis interstinctum, cinereum tantum, subrufum, & viride. Dein nitrore: aliud enim stellarum instar micat, aliud marmoris modo nitet, aliud translucet. Postremum figura: quippe aut est glebosum, aut ex crustis constat, aut quemadmodum Sal ammoniacus fissum videtur. De quo plura alibi diximus.

Hydrargyrus Galeno a calijs Græcis, quasi aqueum argentum dicas, Aristoteli *ἄργυρος χυτός*, hoc est, fusile argentum, quod scilicet solidum non sit, sed fusum ac liquidum, latinis à motu, quia stare loco nescit, & suo pondere hac illac fertur, Argentum viuum nominatur. Chimistæ & hos imitantes officinæ medicorum Mercurium vocant. Est autem argentum viuum duplex, natiuum scilicet, & factitium. Natiuum & purum in lacunis reperitur, quum aquæ, quibus venæ stillant, Minium madefecerint. Eo enim modo coit, & in argentum viuum vertitur. Factitium ex Minio conficitur ad eum modum quem Dioscorides, & Plin. lib. 33. cap. 8. tradunt. Cæterum idem Plinius cap. 6. iam citati libri natiuum, argentum viuum nuncupat, factitium autem Hydrargyron: quo nomine merito à Leoniceno est reprehensus. Diuersis enim verbis diuersas res significari putauit, quum tamen constet vtrumq; argentum viuum vtriusq; vocibus denotari. Quæ ad temperamentum eius ac vires attinent, copiose admodum lib. 9. de Simpl. medic. facul. sect. 3. cap. 32. docuimus. Porro vbi in sui generis vas à Chimistis impositum fuerit argentum viuum, calore ignis in sublime fertur, atq; ex eo efficitur corpus album, quod Mercurium sublimatum nominant. Conficiendi modus is est. Argentum viuum in vas vitreum conijcitur, adiecto sale quod ammoniacum vocant. Vtraq; simul mixta, ac in fornacem posita, ignis vi & calore in sublime feruntur, ex eisq; corpus album salis aut Sacchari colore præditum, efficitur, quod Mercurium sublimatum appellant. Efficitur etiam argentum viuum, rubrum, quod Chimistæ Mercurium præcipitatum appellant, hoc quidem modo. Aluminis, & atramenti sutorij æquales partes sumuntur, quibus salis dimidio plus altero eorum additur. Destillatur hoc totum cum vitreis vasis. Stillaticij huius pondo vnum, argenti viui tria in vas vitreum ponuntur, inde destillantur, & auctis ignibus perseveratur tantisper donec fumus & vas rubescant, nec liquoris quicquam super sit: demum fracto vase colligitur argentum viuum, quod coire iam videtur instar lapidis. hoc tenuissimè teritur in porphyritide tabula, & denuò excoquitur ac destillatur, donec siccetur in vase vitreo. Rursus fracto vase materia quæ superest colligitur, ac denuò teritur in eadem tabula subtilissimè. postea ipsam in æneo vase reperitur: suppositoq; igne valido, cum æneo pistillo miscetur, & agitur per duarum horarum

G spacium,

*Pyrites con-*  
*cremat.*

*Ferrum.*

*Rubigo ferri.*  
*Recrementum.*

*Gypsum.*

*Hydrargy-*  
*rus.*  
*Argentum*  
*viuum.*

*Mercurius.*  
*Natiuum.*

*Factitium.*  
*Plinij error.*

*Mercurius*  
*sublimatus.*

*Mercurius*  
*præcipitatus.*

spacium, quoad splendorem fermè ac rubedinem minus acquirat, tuncq; exceptum seruetur vitreis vasis. Citra dolorem carnes erodit, & putrescentia vlcera liccat.

*Lithargyros.*  
*Spuma argenti.*

Lithargyros Græcis, Plinio & alijs Latinis scriptoribus, Spuma argenti, quod vena conflata igne, vt in omni coctura fit, eam veluti spumam reddat, dicitur. Qui igitur lithargyron, id est lapidem argenti, nominant, hi ortæ rei duritiam: qui verò spumam, hi nascentis naturam considerant. Rectius autem spuma, vel lapis plumbi diceretur, quod scilicet hæc spuma ex plumbo nigro conficiatur, & vicissim ex ea plumbū. At nec ex argēto spuma fit, nec ex spuma argentum. Nam si quando ex mistura plumbi & argenti, quum argentum separatur à plumbo, fit spuma, eam non ex argento, sed ex plumbo fieri hinc cognoscitur, quod de argento nihil depercat: plumbum verò totum mutetur partim in hæc spumã, partim in plumbaginem. Quod quum Dioscorides, Plinius & alij quidã non animaduertunt, factum est vt ex argento etiam hæc spumam fieri putauerint. Germanicè *Blett* vel *Bleyschaum* rectius, quàm vulgo con-

*Dioscoridis*  
*& Plinij*  
*lapsus.*

*Spuma argenti*  
*sex conficitur*  
*modis.*  
*Fulua argentea.*  
*Candida.*

suevit, *Silberschaum* appellaretur. Conficitur sex modis, ex arena plumbaria, è lapide plumbario, ex plumbeis laminis, è mistura plumbi, ex argenti mistura, ex auri mistura, vt alibi fusius docuimus. Spuma hæc colore differt: siquidem aut fulua est, aut candida. Fulua, non quòd ex auro fiat, vt nonnulli arbitrantur, sed propter coloris similitudinem quam cum auro habet, Græcis *χρυσίτις*, officinis Lithargyrum auri, Germanis *Goldblett* nominatur. Candida, propterea quòd argenteum refert candorem, Græcis *ἀργυρίτις*, Sepalsijs Lithargyrium argenti, Germanis *Silberblett*, non quòd ex argento fiat, dicitur. Fuluum verò colorem Chrysitis contrahit, quòd maiorem vim ignis passa sit. Argyritis, quòd minorem vim ignis sensit, candidum contraxit colorem.

*Minium.*  
*Natiuum.*  
*Factitium.*

Minium duplex est, natium & factitium. Natiuum, quod à Vitruuio lib. 7. suæ architecturæ cap. 8. & 9. describitur, non est nisi Theophrasti & Galeni Cinnabaris, de qua supra abundè diximus. Eo pictores vtuntur. Factitium, alio nomine secundariū minium, & Sandyx, Germanis *Mennig*, vt suo loco ostendimus, appellatur.

*Nitrum.*  
*Natiuum.*  
*Primum.*

Nitrum vel Litrum, quod Arabibus Baurach dicitur, Sali cognatum est, quòd similiter ac sal aut nascatur, aut conficiatur. Habet verò triplicem differentiam, tribus distinctam nominibus. Est enim nitrum simpliciter dictum, est spuma nitri, & aphronitrum. Nitrum simpliciter dictū geminum est, natium, & factitium. Natiuum est, quod sine artificio, & suapte natura condensatur. Primum eius genus est, quod ex terra nitrosa imbre perfusa, & à sole densata efficitur. Hoc non aliorum fossilium modo cæditur, aut ligone è montibus effoditur, aut ex subterraneo specu excauatur, sed ex solitudine & campis concretum legitur. Nihil tamen vetat quo minus ligone auferatur: sed nullo modo tectum terra reperitur. Quòd verò ita solis calore densatur, & suapte natura sese coagulat, in acervos condunt, vt duret: aliàs enim ab imbre liquatur. Quapropter vt densari cœptum est, rapitur: aut relictum in acervos, vt comprehensum est, conditur. In hoc genere Nitrum præfertur leue, roseo colore, aut candido, in foramina dehiscens, perinde quasi spongiosum quiddam, durum ac spissum, & lapidi similius, quale est Aegyptium, quod lapidis instar induruit in acervis, qui eo quòd collium habeant speciem, *βουί* Græcis dicuntur, vt alibi fusius docuimus. Nitrum hoc quòd beneficio terræ, & æstuantis solis vi perficitur, atq;

*βουί.*

*Halmirage.*

*Natiuum alterum.*

in conuallibus & campis sua sponte ex terra efflorescit, *ἀλμυράγιω* Græci peculiariter vocant, nomine ducto partim ex sapore quem habet subsalsum, partim ex eo quòd è terra erumpat, ab *ἀλμη* & *ῥήγιωμι*. præter hoc quòd diximus, alterum est itidem natium, quòd ex fluminibus, lacubus, vel fontibus, quorum sum-

mitas

mitas in Nitrum densatur, colligi solet. Quum enim aqua Nili, aut fontis, aut lacus diu in conualle steterit, saluginosa & nitrosa tandem euadit, quandam ad se substantiam ex profundo, & salam materiam euocans, quæ postea salis instar, calore solis concreuit, duriorq; ipso sale redditur. Porro nitrosus quidam est lacus in Macedonia qui circa Canis ortum gignit Nitrum, quod veteres scriptores Chalastræum nuncupant. Cæterum factitij Nitri plura sunt genera. *Factitium nitrum.* Vnum, fit in Aegypto maximè ex Nili aquis, quæ nitrosæ sunt, in nitrarias infusis. Hoc eodem modo vt natium, priusquam densari cœptum est, rapitur, ne in nitrarijs resoluatur. Hoc, Plinio autore, fuscum & lapidosum est. Factitium præterea Nitrum est, quod Græco nomine nostris Chryfocolla, Arabico Tincar, Barbaro Borax dicitur, vt supra quoq; diximus. Porro quod Nitro ipsi insidet, ac sub dio tum in conuallibus, tum in nitrarijs ex sese efflorescit, vt in salinis, tenuissimum & leuissimum, spuma siue flos, Galeno præsertim lib. 4. de Simpl. medicament. facultatib. cap. 20. frequentius tamen spuma, nominatur. Hanc autem Græci duabus separatis vocibus ἀφρονίτριον appellant, vt distinguant ab eo quod isdem composita voce ἀφρονίτριον nominatur. *Aphronitrium quid.* Quid verò Aphronitrum sit, vnus duntaxat Plinius ostendit, qui id esse scribit quod in speluncis & antris mollibus destillans colligitur. Id quia spumæ concretæ simile est, coniunctis duabus vocibus ἀφρονίτριον nominauerunt, vt illud à spuma nitri, quæ non ita compacta & concreta est, sed aspectu triticeæ farinae similis, quamq; hoc nomine separatis nominibus ἀφρονίτριον, vt comprehensum est, vocant, discernent. Duplex autem Aphronitrum existit. Vnum, quod ex speluncarum cameris stiriarum instar concretum pendet. Id quia nullam in se terream vel grauitatem, vel crassitiam habet, optimum est, & Galeno album appellatur. *Album.* Alterum est, quod liquidum adhuc excidens, in terram defertur. Id ob admixtam sibi terram, graue est, terreamq; crassitiam habet: ob id nigrius & deterius existit. Præter iam dicta est etiam quod Halinitrum, vel vt hodie loquuntur, Sal nitri, Germanicè *Salpeter*, quasi dicas sal petrosus, vocatur. *Halinitrum.* Fit duobus modis. Primo, ex molli & tenuissimamateria, quam exudant veteres muri, rupes, saxaq; montium. Hoc cum Asiæ petrae flore magnam similitudinem & cognationem habet. Atq; inde illi Germanicam nomenclaturam *Salpeter* inditam esse omnibus perspicuum est. *Asia petrae flos.* Secundo, ex terra putri & saluginosa è strabulis, & similibus locis, in quibus animalia diu minxerunt petita, conficitur. Hanc enim ita præparant & madefaciunt, vt falsedinem omnem exuat: Halinitrum autem candidum est, translucidum, falsum, subacre, rarum, leue. Ignem ocysimè concipit, & in flammam totum mutatur. Quapropter vtile est ad compositionem pulueris tormentarij vocati, qui accensus missiles globos tormentorum bombardarumue extorquet. Etsi autem Halinitrum multum differat à legitimo Nitro, tamen quum etiam sit tenuium partium, & abstergat, in veri Nitri penuria, eo in compositione medicamentorum vti licebit. Ex ijs quæ hætenus diximus omnibus perspicuum euadit, Galenum nõ temerè multis in locis suorum monumentorum separatim Nitri, spumæ nitri, & aphronitri facere mentionem. Nam inter se tria hæc, Nitrum, spuma nitri, & aphronitrum, vt ostensum est, differunt. Quæ autem inter spumam Nitri & Aphronitrum sit differentia, disertè Galen. lib. 9. de Simp. medic. facul. docet, qui spumam nitri inquit aspectu triticeæ farinae similem esse, hoc est, laxam, dissolutam, & candidam. Aphronitrum autem farinae speciem non habere, neq; vt illam, dissolutum laxumue, sed concretum, coactum, & compactum esse. Vt hinc pateat, spumam nitri consistentia quàm aphronitrium tenuiorem esse. Hanc inter aphronitrum & spumam nitri differentiam veteres probè tenuerunt, & disertis verbis explicarunt. Quippe Galenus libro paulò antè citato, ita de ijs scriptum

G ij reli

Græcus Galeni codex emendatus.

reliquit: ἀφρόνιτρον ἀφροῦ νίτρος Διαφέρεται. Aphronitrum à spuma nitri differt. Quamquam eo in loco Græcus Aldinus cotex mendosus sit & deprauatus, legatq; ἀφρόλιτρον ἀφροῦ νίτρος Διαφέρεται. Hanc autem lectionem esse falsam, in primis testatur Paulus Aegineta, qui libro septimo de aphronitro, & spuma nitri, tanquam diuersis rebus & inter se differentibus agit, eamq; differentiam ibidem explicat. Dein Aëtius libro secundo capite quinquagesimo, ubi ad verbum Galeni locum describens, ita inquit: ἀφροῦ νίτρον καὶ νίτρος ἀφροῦ Διαφέρεται ἀλλήλων. Quinetiam locum Galeni ita ut diximus esse legendum, ea quæ mox in contextu Galeni sequuntur verba evidentissimè conuincunt. Nam statim ibidem subiicit, λίτρον καὶ γὰρ ἀφροῦ, &c. ἀφροῦ νίτρον ἢ ἄχ, &c. Serapio quoq; euidenter hanc differentiam innuit, dum inter se Baurach Aphricum seu spumofum (sic enim eius interpretes Aphronitrum appellat) & spumam nitri differre scribit. Præterea Auicenna, etsi Baurach voce confusè ac promiscuè iam pro nitro, iam verò pro aphronitro utitur, si quis eiusdem verba diligenter expendat, hanc quam diximus differentiam inter aphronitrum & spumam nitri innuere videtur, quum Baurach armenum, nitrum: baurach aphricanum, aphronitrum: & spumam baurach, nitri spumam appellat. Accedit quòd inter recentiores Græcos etiam Nicolaus Myrepsus hanc differentiam obseruauerit. Is enim illitione vigesima quarta νίτρον ἀφροῦ, illitione autè quadragesimatertia, & multis alijs locis, ἀφροῦ νίτρος mentionem facit. Deniq; Plinius libro trigessimoprmo, capite decimo, separatim spumæ nitri, aphronitri, & nitri meminit, adeoq; inter hæc tria differentiam agnouisse videtur. Ut iam sole meridiano clarius sit, à spuma nitri diuersum esse quod composito nomine aphronitrum dicitur. Nihil autem refert, siue ἀφρόνιτρον, siue ἀφρόλιτρον, siue adempta literæ ἀφρόνιτρον aut ἀφρόλιτρον: nomines. Ut enim inter se non differunt νίτρον καὶ λίτρον, sic etiam ἀφρόνιτρον καὶ ἀφρόλιτρον. Verùm ἀφρόνιτρον & ἀφρόλιτρον verbum est, exoletum, quemadmodum Phavorinus in suo Lexico testatur, inquit: ἀφρόνιτρον πλεῶς ἐξίτηλον καὶ ἀδόκιμον. Atq; hinc est quòd hæc vox aliquoties in Galeni & Pauli libris remanserit, & in manuscripto Nicolai Myrepsi codice passim ἀφρόνιτρον pro ἀφροῦ νίτρον scribitur. Quum itaq; constet aphrolitron ab aphronitro non distare, euidentissimum est in eodem cap. Galeni in codice Aldino deprauatè legi: ἐξέθει γὰρ ἡμίσηλον ἔμπροσθεν ἐν τῷ μεταξὺ κατὰ πῶν δυνάμιν εἶναι τὸ ἀφρόλιτρον ἀφροῦ νίτρος καὶ ἄλλων. His enim verbis significaretur aphrolitrum in medio consistentè habere facultatem aphronitri & salis, adeoq; ab aphronitro diuersum esse: quod tamen à veritate plurimum abest. Legendum igitur erit pro εἶναι τὸ ἀφρόλιτρον, εἶναι τὸ λίτρον ἀφροῦ νίτρος καὶ ἄλλων: ut sit verborum Galeni sensus: Nitrum in medio consistentem habere facultatem aphronitri & salis. Sic verò locum hunc esse emendandum, ex capite de salibus, quod ibidem citatur à Galeno, sit manifestissimum. in cuius fine ita scriptum reliquit: ἐν τῷ μέσῳ δὲ ἀμφοῖν εἶναι τὸ λίτρον: in medio autem vtriusq; scilicet aphronitri & salis (de ijs enim duobus locutus est) sapor nitri existit. Sic enim conuertendus ille locus erit, & non quemadmodum interpretes fecit, spuma nitri. Nam articulus ἢ ad vocem χυμῶν, cuius paulo antè ibidem à Galeno est facta mentio, & non ad ἀφροῦ, cuius nusquam eo in capite meminit, referendus erit. Quod alius Galeni locus euidentissimè conuincit, qui est in eodem libro, capite de nitro, ubi in eum scribit modum: νίτρον ἔσται ἢ πρόσθεν ἐν τῷ μεταξὺ τῶν ἀφροῦ νίτρος καὶ ἄλλων δυνάμει εἶναι: Nitrum dictum est antea (capitibus nimirum de salibus, & aphrolitro) in medio esse aphronitri & salis. Et item alius locus, qui est lib. II. de Simplicium medicamentorum facultatibus in fine propemodum, ubi de nitro ita scribit: Ostensum est & hoc medicamentum in medio salis & aphronitri vires habere. Præterea Galeni locum prædictum ita ut diximus esse legendum & emendandum, Aëtius manifestissimè docet, qui lib. 2. cap. 61. de nitro hæc verba Galeni ad verbum

Aphronitron ab aphrolitro non est diuersum. ἀφρόνιτρον vox exoleta.



verbum transcripsit, inquit: *νίτρον μεταξὺ τῆς ἀφρονίτρος καὶ τῆς ἀλάστου δυνάμεως ἐστίν*. Serapio denique Galeni ex hoc capite verba referens, ait: Natura baurach media est inter naturam baurach aphrici, & naturam falis. E quibus sane omnibus meridiano sole clarius sit, plurimum hallucinari Ioannem Cornarium Marpurgen-  
*Cornarij falsi opinio refellitur.*  
 sem medicum, qui in suis super primum Galeni de Comp. medic. localium librum Commentarijs non veretur apertissimae veritati reclamare, & falsissimis ac nullius momenti rationibus, ostendere aphrolitrum ab aphronitro esse diuersum conatur. Nam is qui vel Graecas literas a limine tantum salutarunt, notissimum est haec duo vocabula eandem rem denotare: nec alia inter se ratione differre, quam quod alterum sit Atticum, alterum communi linguae familiare. Attico namque sermoni id peculiare est, vt *νίτρον* loco *λίτρον* usurpet. Insuper errat etiam non leuiter, quod *ἀφρονίτρον*, ab eo quod soluta compositione *ἀφρονίτρον* dicitur, nihil differre censet, quum esse diuersas res e iam dictis abunde constet. Nec rarum est apud Graecos compositas voces longe aliud, quam dissolutas significare. Siquidem *χάλικανθο* diuersum est ab eo, quod illis separatis vocibus *χάλικος* & *ἄνθος* dicitur. Differre quoque *λευκακάνθη*, ab *ἄκάνθη* & *λευκὴ* nemo ignorat. Et mirum certe est in hac opinione Cornarium perdurare, quum tamen doctissimus vir Augustinus Riccus medicus, in quadam praefatione Galeni operibus praemissa, illam tanquam erroneam & a veterum sententia alienam, non tantum improbauerit, sed & firmissimis argumentis confutauerit, penitusque euerterit. Quam falsis autem & confictis rationibus Cornarius pro tuenda sua opinione usus sit, & quam peruerterit ac deprauarit Galeni sententiam legitimam, tum cognoscent studiosi, si obiter hoc loco prodigiosas nugas quas nuper in libello  
*Confutatio libelli Nitrae ac Brabylae.*  
 se digno, cui titulum fecit, Nitra ac brabyla, protulit, excusserimus, ac rationibus optimis exploserimus. Principio falsum est, quod se haud ignorasse scribit, quod Graeci grammatici *λίτρον* pro *νίτρον* Atticos dicere annotarint. Nam statim altero versu metipse mendacij se conuincit, quum inquit: Et satis constabat ex Hippocrate & Galeno, *λίτρον* vel esse omnino nitrum, vel saltem aliquam eius speciem. Nam quum ait, vel aliquam saltem eius speciem, palam fatetur se adhuc dubitare, num litrum & nitrum prorsus idem sit. Quod autem ignorauerit Graecos grammaticos *λίτρον* pro *νίτρον* dixisse, omnium luculentissime ostendit locus qui est in eius Commentarijs, vbi inter alia sic scriptum reliquit: Quod verò ita legendum sit, etiam postea cap. de litro edocemur, quanquam & tum corrupte *λίτρον* pro *νίτρον* legatur. Quid per Deum immortalem opus erat Galeni caput de Nitro inscribere potius quam de Litro, quum graece legeretur *περὶ τῆς λίτρος*, & ita legendum esse literarum ordo exposceret, si non diuersum à Nitro Litrum putauit Cornarius? Sin eadem esse censet, cur lectionem legitimam esse corruptam existimat? Vt cunq; igitur quaesitis hinc inde coloribus fucum facere veritati Cornarius conetur, tamen tantus est veritatis splendor, vt verborum lenocinijs obfuscarari haud possit. Fateatur igitur oportet se nitrum & litrum inter se esse diuersa existimasse, aut manifeste mendax suis in scriptis fuisse deprehendetur. Atqui tanta est illius pertinacia & impudentia, vt conuictus  
*Cornarij peritima.*  
 etiam veritati aduersari illum nihil pudeat. Pergit enim in suo illo egregio, si  
 Dijs placet, libello, & dicit se in Ricci iturum sententiam, modò id illi persuasum esset, quomodo spuma nitri & aphronitrum sint diuersa, & non eadem res veluti Dioscoridi & Plinio videtur. Quibus sane verbis palam ostendit, se neque mentem habere, neque eorum meminisse quae ea de re Dioscorides, Galenus, Paulus, & Aetius literis mandarunt, & quae paulo ante à nobis sunt producta. Et mirum profectò est Cornarium hoc loco ad Dioscoridis auctoritatem confugere, quum contentio inter nos non sit orta de Dioscoridis, sed potius Galeni, cuius ipse locum peruertit & deprauauit, sententia de spuma nitri &

*Dioscoridis  
de spuma ni-  
tri & aphro-  
nitro senten-  
tia exposita.*

*Cornarius  
Galeni ali-  
quot loca de-  
prauata.*

*Serapionis  
locus ex-  
pensus.*

*Galeni locus  
emendatus.*

aphronitri genuina eruenda. Dicendum igitur Cornario erat, quid de illis Galenus statueret, & non quid Dioscorides sentiret. Quem tamen si rectè inspexisset, vidisset illum spumam nitri, perinde atq; Galenum, vnica appellatione ἀφρονίτρου appellasse. Siquidem is geminam ἀφρονίτρες, id est, nitri spumam fecit, ac bonitate alteram ab altera discreuit. Primas enim tribuit ei quæ ex Philadelpchia Lydiæ defertur, quæ non est nisi spuma optimi natiui Nitri. Secundas Aegyptiæ, quæ est spuma nitri eius quod in nitrarijs Aegypti sub dio concreuit, vt alibi fufius diximus. Vt hinc etiã ab omnibus cognoscatur, Cornarium sui erroris patrocinium temerè apud Dioscoridem quæsiuiffe, quum ille quoq; perinde atq; Galenus & alij Græci, spumam nitri separatis nominibus ἀφρονίτρου appellauerit. At qui ferendum propemodum erat quòd inter predicta duo nullam esse differentiam putauit, modò non eò dementia venisset, vt aphrolitrum ab aphronitro diuersum esse affirmare, nulla nec ratione, nec veterum testimonio fulcitus, auderet. Quapropter vt fucum aliquem imperito lectori, & suæ opinionioni fidem aliquam faceret, Galeno falsissimam affingere lectionem coactus est, hanc nimirum: ἀφρολίτρου ἀφρονίτρες διαφέρει. Non esse enim locum hunc legitimum, abundè in superioribus à nobis ostensum est. Hinc vt obstinatè semel conceptam erroneam opinionem perpetuò tueretur, nihil illum puduit Aëtij quoq; locū sua conuersione deformare, & ex vero falsissimum reddere. Is enim de aphronitro & spuma nitri lib. 2. ita habet ἀφρονίτρου ἢ νίτρου ἀφροῦς διαφέρει σιν ἀλλήλων. Quæ quidem verba Cornarius ita est interpretatus: Aphronitrum, hoc est, spuma nitri, & litri spuma inter se differunt. Quòd si alicui suspectus hoc loco fuero, illum rogo conuersionem eius vt adire dignetur. Si non ita cõuertisse Aëtij verba deprehenderit, mendacijs & impudentiæ meliberrimè accuset. Quis aut magis detortam & prodigiosam interpretationem vidit aut legit vnquam? Sed non contentus fuit Cornarius hunc quem ostendimus locum deprauasse, nisi alium quoq; in eodem capite eadem temeritate peruerteret. Nam Serapionis, vt ipse fingit, autoritate fretus, falsissimam Galeno affuit lectionem, hanc nimirum: τῶ δ' ἀφρολίτρου ἀμφοτέρω δυνάμει ἴσιν, πολλὴ ἢ συπλητικὴ ὄλην. πλὴν δὲ πλείων ἢ ὑπλητικὴ. Quod vt liquidò declarem, in initio Serapionis excutiamus verba, quibus ille nititur, oportet, quæ sic habent: In Baurach autem sunt duæ virtutes simul, nisi quia virtus styptica est in eo pauca, virtus verò absterliua multa. Quæ certè verba etiam si legitima essent, & mendo vacarent, vt minimè vacant, tamen Cornario non ad Aphrolitrum, sed ad litrū potius, quod Serapionis, vt comprehensum est, Baurach dicit, transferenda erant, locusq; Galeni illi ita legendus erat. τῶ δ' ἰσὶν ἀμφοτέρω δυνάμει ἴσιν. Quam sanè lectionem confirmat etiam Auicenna, qui Canone 2. de Baurach inter cetera sic scribit: Et in Baurach quidē est stypticitas pauca cū abstersione bona, propter sui falsedine. At qui Cornario fucus quærēdus fuit, quo falsam suā & peruersam opinionem ornaret. Serapionis aut verba, etsi expositionis causa esse addita alicui videri possunt, tamen deprauata esse quiuis facile animaduertet, si illa cum Galeni verbis, vnde desumpta sunt, contulerit. Nam quæ à Serapione Baurach tribunt, hæc Galen. li. 9. de Simp. med. facult. Salis adscribit, inquit: ὁ δὲ ἰσὶν ἄλσι τοσοῦτον ἀπολείπεται κατὰ τὸ ὑπλητικόν, ὅσον πλεονεκτεῖ κατὰ τὴν στυπτικὴν. ἔστι γὰρ μικτὸς ἐκ δύο σὶν πρῶτον ὡν ὑπλητικὸς τὸ μῶν, ὑπλητικὸς τὸ μῶν. Salis verò saportanto in abstergēdo inferior est, quanto plus habet adstrictionis. Est enim ex duabus qualitatibus mixtus, abstergente scilicet, & adstringente. Atq; diligenter hinc expendendum erit quod Galenus dicit, salē πλεονεκτεῖν, hoc est, in adstringendo superiorem esse, aut plus adstrictionis obtinere. Quippe in delo- test. Ibidem enim in fine ita perperam legitur: τοῖς δὲ ἄλσι ἰσὶν ὑπλητικὴ, πολλὴ, πλείων δὲ ἢ ὑπλητικὴ. Scribēdum enim erit: τοῖς δὲ ἄλσι ἰσὶν ὑπλητικὴ, πολλὴ, πλείων δὲ ἢ ὑπλητικὴ. Salibus verò etiam

etiam adstrictoria vis multo maior, quam extersoria. Atque ita planè esse scribendum, aliis Galeni locus confirmat, qui est in libro 2. de Comp. medic. localium, capite de medicamentis validè extergentibus, ubi ita inquit: πρὸς ἄλλοις καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις ἐξάγει τὸν ὑπάρχοντα τὸ σῦψεν μάλλον, ἢ ῥυπτικόν. Nam præter alia hoc quoque sal eximium obtinet, ut adstringat magis, quam extergat. E quibus perspicuum euadit, Serapionis locum ita esse emendandum ac restituendum: Postquam dixi quod natura baurach est media inter naturam baurach Africæ, & naturam salis, est hoc, quia in baurach Africæ est virtus quæ abstergit solum, in sale verò duæ virtutes sunt simul, nisi quia virtus styptica est multa in eo, virtus verò absterfua pauca. Et subesse in iam dictis errorem, Serapionis verba satis testantur, quæ sic habent: Nisi quia virtus styptica est pauca in eo multa. Quod si igitur pauca dictionem è contextu exemeris, rectè se deinceps habebunt. Nam planè cum Galeni verbis postea consentient, quæ sunt eiusmodi: ἐξ ἑδὴ γε μὴν ὀλίγον ἔχει πρὸς τὸν ῥυπτικὸν καὶ τὸν ἀφρολίτρον εἶναι τὸ λίτρον ἀφρολίτρον τε καὶ ἄλλων ἀφρολίτρον καὶ ῥυπτικὸν δυνάμεις ὑπάρχοντα μόνον, τοῖς δὲ ἄλλοις καὶ ἢ στυπτικὸν πολὺ πλείον, ἢ ῥυπτικόν. Dicitum tamen paulo antè est, capite nimirum de salibus, litrū mediam habere facultatem aphronitri & salis. Minus enim quam aphronitri, plus verò quam sal extergit: Aphronitro enim sola extergendi facultas inest, salī verò etiam adstringendi multo maior, quam extergendi. Non posse autem hæc Serapionis verba de litro, multoque minus de aphrolitro, ut Cornarius arbitratur, intelligi, abundè docent quælib. 4. Simpl. cap. 19. scribit Galenus, inquiens: ἔτω δὲ δὴ ἢ τὸ ῥυπτικὸν αὐτὸ, ἢ ἀφρολίτρον, ἢ τὸ σωθὲτω προσκοσμία καλὴ μίξις ἀφρολίτρον ἐπὶ μάλλον πλείον, ἢ ῥυπτικόν. Sic & nitri ipsum, & eius spuma, & quod composita voce aphrolitri appellatur, magis extergere possunt, ut quæ nequaquam adstringunt, exactè verò amara sunt. Aduerbum verò ἡμισα hoc loco idem quod ἰσαμῶς, id est, nequaquam denotare, satis verba hæc, Exactè amara, conuincunt. Nam eiusmodi in eodem capite vocat Galenus, quæ nulla alia sensu notabili qualitate participant. Et omnium maxime locus qui est in libro secundo de Comp. medic. localium, ubi ita scriptum reliquit: ἐπὶ τὸ γε ἡμισα εἶναι ἢ ῥυπτικὸν ἔχεισιν ἀφρολίτρον καὶ νίτρον, ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ἢ μετέσθαι στυπτικὴς δυνάμεις. Siccare verò sal nihilominus quam aphronitrum & nitrum potest, sed illis adstringendi facultas non inest. Denique Aëtius lib. 2. cap. 50. ita scribens: ἄλλων δὲ διαφέρει ἀφρολίτρον, καθόσον εἶνα μόνον ἐπιπροσώπων χυμὸν ἢ αὐτῶν ῥυπτικὴς εἶναι ἰσὺν τὸν πικρὸν, διαφορικὴν μὲν ἔχοντα δυνάμειν, σωθὲτικὴν δὲ εἶναι ἔχοντα, καθάπερ οἱ ἄλλοι. A salibus verò differt aphronitri, quatenus vnum tantum, amarum scilicet, in eo dominari saporem sentire manifestè licet, qui quidem discutiendi vim habet, non autem constringendi, quemadmodum sales. Quapropter iam sole clarius à nobis demonstratum est, quam turpiter in aphronitro, & aphrolitro, spumaque nitri lapsus sit Cornarius, & quod temerè, ut errores suos tegetet, Galeni plerisque locos deprauarit, ut nihil opus sit peculiari libello eius ineptijs respondere. Hic se Bernardus Dessennius continere non potuit, quin quo sit iudicio præditus omnibus palam faceret. Siquidem audeat, non sine cachinno multorum, dicere me & Cornarium leuiuscula de realtercari, interim nihil docentes, aut determinantes: An Dessenni leuiusculam rem esse censes ignorare quid sit nitrum, aphronitrum, & spuma nitri, quibus de crebro Galenus, & alij veteres mentionem faciunt: Iniuriam autè mihi facis, quod me nihil docuisse, sed res has magis in dubium vocasse & obscurasse dicis. Diserte enim, si quis vnquam alius, quid res illæ sint explicauit. Sed quid mirum te, qui omnia sine iudicio ex alijs corradis, ita de aliorum scriptis sinistrè iudicare: Quare hortor te, ut deinceps in alijs notandis circumspectior esse velis, nec te alijs temerè deridendum præbeas.

Plumbago, quæ Græcis μολιθδένια dicitur, Plinio lib. 34. cap. 16. & 18. Galena *Plumbago.*  
G iij nomi. *Galena.*

*Bernardi  
Dessennij iudicium  
parum exquiritum.*

*Plumbago.  
Galena.*

- Eius genera.* nominatur. Hanc Græci in tres digesserunt species. Primam Dioscorides  $\mu\omicron\lambda\iota\epsilon\sigma\theta\omicron\sigma\delta\iota\lambda\iota\theta\omicron\nu$ , nos lapidem qui plumbi imaginem obtinet, vel simpliciter plumbarium appellamus. Germanicè **Glantz**, quia nimirum modicè splendet, nuncupatur. Alteram Græci  $\mu\omicron\lambda\iota\beta\epsilon\tau\tau\iota\delta\alpha\acute{\omicron}\mu\mu\omicron\nu$ , id est, arenam plumbariam vocant. Tertiam generali nomine  $\mu\omicron\lambda\iota\beta\epsilon\delta\alpha\iota\nu\alpha\nu$ , hoc est, plumbaginem. Est autem plumbago duplex. Natiua seu fossilis metallicaue una, quæ non est nisi plumbiferax vena. *Natiua.* Germanis **Bleyerz** & **Bleyschweiß** oder **Bleyschweiß** dicitur. *Factitia.* in fornacibus procreatur, in quibus aurum & argentum eliquantur, vt alibi fufius docuimus. Germanis **Thest** oder **Herdbley** nuncupatur.
- Plumbum.* Plumbum trium est generum. Vnum candidum, quod Græcis, vt Plinius *Candidum.* lib. 34. cap. 17. testis est,  $\kappa\alpha\sigma\iota\tau\epsilon\sigma\theta\omicron\nu$  appellatur. Idem cap. 18. eiusdem libri argentarium, quod argento simillimum sit, & album, nominat. Germanis **Zin** nominatur. Diuersum est à Stanno, vtpote composito. Nam vbi tertia plumbi nigri portio, duabus argenti portionibus inest, Latinis Stannum, Germanis *Stannum nõ est plumbum candidum.* **Werc** vocatur. Ex stanno fiunt laudatissima specula. Alterum cinereum dicitur, quod tum Græci, tum Latini veteres scriptores ignorasse videntur. Atq; hinc est quod Plinius duo tantum plumbi genera commemoret. Nostri Bisemuntum, Germani **Bisemunt** oder **Wisemunt** oder **Conterfein** appellat. *Cinereum.* Tertium Græcis  $\mu\omicron\lambda\iota\beta\epsilon\delta$ , latinis nigrum plumbum, Germanis **Bley** dicitur.
- Pompholyx.* Pompholyx post Cadmiam supra fornaces parieti adhæret. Fauilla est aeris tantum, aut Cadmiæ fornacum tantum, aut vtriusq;. Fit quum ex Pyritis lapidis panibus torrefactis excoquitur æs: aut quum ab argento separatum, in sui generis fornace perficitur. Tum enim fauilla tenuissima & leuissima sursum fertur, & euolat in superiorem domicilij ærarij partem, adhærens ad eius parietes, & ad laquearium tecti. Quæ primùm in bullas, vtaquatemet, atq; ex eo nomen inuenit. Neque enim  $\pi\omicron\mu\phi\omicron\lambda\upsilon\zeta$  Græcis est, nisi bulla. Mox maiore accedente incremento, lanarum alsimilatur peniculis. Et hunc in modum sua sponte in fornacibus gignitur Pompholyx, quæ Germanis **Huttenrauch** proprijsimè *Factitia triplex.* nominatur. Cura & industria Pompholygem artifices triplici ratione conficiunt. Primò, ari quum perficitur, friatam detritamue Cadmiam fornacum inspergunt. Secundò, ære & Cadmia fossili alternis, vt ex ipsis fiat Orichalcum, in ollas positis, fauilla ex ære resoluta sursum in operculi cavitatē fertur, eamq; implet, quæ pura Pompholyx est. Tertio, Cadmiam fornacum separatim in fornace ardenti follibus ventilare solent. His tribus rationibus Pompholyx primæ bonitatis, id est, candidissima & leuissima efficitur, quæ Sepalsijs Nil album, quod candidissimæ lanæ similis sit, Germanis **Weisnichts** nominat. Hinc Germanis vsitatū est dicere, Nil prodesse oculis. Duos ex ijs modos, nempe primum & tertium, Dioscorides monstrauit. Secundo hodie vtuntur. Pompholyx autem Serapioni Thutia vocatur. Quæ illi duplex est. Vna fornacum, de qua iam dictum est. Altera subterranea & fossilis, quæ Germanicè **Erð** vel **Zechenrauch** appellatur. Græcis ignota. Thutia officinarum hodie non est nisi Cadmia racemosa, vt suo diximus loco. Caterùm Spodos siue Spodion, quam Cinerulam aliqui interpretantur, à pompholyge non certè genere, quod similiter vt hæc fauilla ex eadem orta materia sit, sed specie differt. Pompholyx enim cādida est, & leuis, vt mōstrauimus: Spodos aut cinerea & grauior partim ad exteriora fornacū latera adhærens, partim in pauimentū decidens, adeoq; im *Nil griseum.* purior. Abraditur aut de lateribus, in terra verò conuerrii. Nil griseū hodie no *Spodos lutea.* minat. Germanis **Graunichts** oder **Grauerhüttenrauch**. Fit & lutea spodos supra secundas fornaces, in quibus argentū à plumbo separat, vt alibi fufius diximus. Germanis **Gelerhüttenrauch** appellat. Atq; hæctenus de spodio fornacum.

cum. Alterum Spodium subterraneum seu fossile dicitur, in quibus quatuor species, *Subterraneum cinereum videlicet, nigrum, viride, & luteum digeritur, foliis Arabibus notum, um sine fossile.* Græcis verò ignotum. Vt mirum sit Matthiolum apud Serapionem in capite de Tuthia: sic enim Pompholygeni ille nominat, non legisse quod quaedam sit quæ in mineris: ita enim interpretis eius loquitur inueniatur. Præter iam dictum fossile, Arabes aliud quoque Spodium habent, nempe cannarum seu arundinum *Spodium cannarum.* radicum exustarum cinerem. Hinc hodie Spodium de canna nuncupatur. Hoc cum eo quod Græci *ἀντισποδίου* nuncupant non nihil conuenit. Nam id ipsum ex *Antispodium.* myrti folijs, oleæ, lentis, & alijs nonnullis in fictili crudo, donec illud percoquatur, vltis conficiunt. Ita verò ipsis dictum est, quòd deficiente spodio, eo illius vice vlti sint. Porro à iam dictis omnibus spodijs diuersum est id quo nunc *Spodium officinarum.* passim Seplasia vtuntur. Siquidem hæ Platearij secutæ opinionem, ossa Elephantis combusta, siue Ebur vltum pro spodio vendunt. Quod aliquo modo ferendum esset, quum Ebur vltum adstringendi polleat facultate, si non ex bouis, & canum maximè ossibus suum interdum conficerent Spodium. Nam si illud diligenter excutias, non rarò ex cadaueribus collectorum ossium fragmenta in ijs reperies. Hanc quam diximus Spodiorum differentiam tum medicum, tum pharmacopœi diligenter expendant, vt sciant quo illis in medicamentis conficiendis vtendum sit Spodio: & quòd neque Spodium, neque Antispodium Græcorum intra corpus assumere liceat. Quum enim ipsorum Spodium quod in pauimentum recidit è tenuissima metallorum substantia vehementissima ignis combustione conficiatur, dubium non est quin inde magnam consequatur acrimoniam, ob quã tuto intra corpus exhiberi nequit. Atque hinc est, quod Græci ne extrinsecus quidem omnibus promiscuè vlcibus, nisi interdum lotum admouere illud voluerint. Accedit, quod hos intra corpus exhibuisse, nusquam legatur. Sunt quoque plurimi nostræ ætatis medici eruditi, qui extrinsecus tantum hoc Spodium esse admouendum disertè tradant. Sed neque Arabum *Arabum Spodium cannae intra corpus non assumendum.* Spodium cannae, per os ingerendum erit, vt cunquæ Auicenna & alij Arabes eius vltum in roborandis corde & iecore, plurimum commendent. Nam vt Galenus testatur lib. Simp. 7. radix arundinum per se non leuem abstergendi facultatem obtinet. Vlti verò, & calidior & magis tenuium partium, adeoque acris efficitur. Hinc est quod lib. 1. de Compo. medic. local. cap. 2. inter medicamenta quæ alopecias sanare possunt, quemadmodum etiam Dioscorides illam recenset. Non solum verò hæc ipsa discutere, sed etiam ex alto humores trahere possunt, quam etiam ob acrem qualitatem suam radix arundinis vlti maximè obtineat necesse est, vt hoc nomine intra corpus tuto exhiberi non possit. Quum verò non solum Auicenna, sed & Serapio suum Spodium multis in morbis intra corpus exhibeant, & frigidum in secundo ordine, siccumque in tertio esse scribant, fieri non potest vt ex cannae radicibus vltis confectum fuerit. Quare sunt qui illud ex radicibus nostrarum arundinum non constare, sed ex aliqua peculiari in Auicennæ patria nata. Verum non considerant illi, eandem habere vim omnium cannarum exustas radices. Alij vt Bellunensis, ex radicibus proceræ cuiusdam arboris internodia harundinum modo habentis. Sed eadem facilitate qua asseruntur, etiam negantur. Ego quidè errorem in Auicennæ codices irreplisse suspicor, & falso cannae, pro alcanna scriptum fuisse. Alcanna verò ille vocat herbam, quam Græci Cyprum, Latini Ligustrum appellant. Nam Galenus Cyprum mistæ facultatis esse, quod habeat quiddam discutiens cum aquea substantia modicè calida: & quiddam adstrictorium, ex terrena substantia frigida refert. Item eius decocto ambusta foueri. Vt etiam eo, aduersus igneas phlegmonas, & carbunculos: quod absque molestia & modicè siccet, vt rectius Serapio illud in secundo ordine siccum statuatur. Quinetiam commansum conducere oris vlcibus

ceribus tradit. Quas omnes effectus suo spodio Auicenna & Serapio adscribunt. Siquidem Auicenna spodio suo parum tum resolutionis, tum adstrictionis, veluti etiam Serapio tribuit. Vterque etiam illud phlegmonibus calidis, & oris vlceribus conferre scribit. Quia verò, ut iidem tradunt, & Galenus confirmat, plurimum frigiditatis habet, ideo ventriculum calidum roborat, & bilis ad ipsum defluxum repellit. Vt dubium ferè nullum sit, spodium Mauritanorum eandem quam Ligustrum habere facultatem. Quod si verò quispiam pertinaciter contendat, spodium eorundem esse radicis cannæ exustas radices, certè eas quas ei Arabes assignant facultates haud habebit, nec intra corpus assumendum erit.

- Sal.* Sal duum est generum, natiuus & factitiuus. Natiuus vel in terra, vel extra terram reperitur. In terra inuentus, seu fossilis, aut excuditur montibus, aut è campis effoditur, aut ex iisdem eximitur arenis, quibus tegitur prius remotis. *Salina.* Salis certè montes, natiui multi & illustres sunt in orbem terrarum, quos nihil atinet recensere. Effoditur è campis in ea Sarmatiæ parte quam hodie Poloniam vocamus. Sub arenis autem, Plinio teste, inuenit iuxta Pelusium in Aegypto, *Natiuus.* qui quum omnis rectissimè Hammoniacus dici posset, tamè id nomen sibi Cyrenæicus tantum vendicauit. Dicitur autè is Hammoniacus, vel quia sub arena, *Fossilis.* quæ Græcis dicitur ἄμμω, inuenitur: vel ab Hammonis ibidem oraculo, iuxta quod effodit. Siquidem illic sub arena defossa glebæ salis oblongæ, extra nigricantes, intus albæ, & Alumini scissili similes inueniunt. Officinæ more suo vnus literæ adiectione vocem deprauantes Armoniacum, vel Armeniacum salem nominant. *Sal Hammoniacus.* Extraterram natiuus sal reperitur aut in fonte, aut in fluuio, aut in lacu, aut ad mare. Fons quidem vel salem fert, vel eius riuuli solis calore siccati in salem cōuertuntur. Fluuius aut salis ramenta defert, aut summa eius in salem densantur, reliquis aquis veluti sub glaciè fluentibus Lacus in salem mutatur, vel sale æstuat, vt alibi fusius docuimus. Ad mare tenuis sal gignitur. Quum enim æstu feruet, & intumescit spumas agit, easque ad littora & scopulos appellit. Hæ autem abscissæ, & in illis depositæ, atque exiccata, nonnullis in locis in salem conuertuntur, quem Dioscorides ἀλὸς ἄχνη, Plinius spumam maris simpliciter interpretatur: Latini siccam maris spumam dicere possent, aut rectius salem è marina spuma genitum. Nam sub dio in scopulorum cauitatibus herens, remanensque, salibus, & rorè æstiuis caloribus, in salem album cōcrefcit. Iuniores medici salis spumam, ambiguitate nominis decepti, vocant. Siquidem ἀλὸς & sal, & mare latinis est. Factitiuus fit multifariam. Nam vel ex aqua fit marina in fossas ad hunc vsu paratas, quas Salinas appellant, tracta, quæ dein ardentissimo sole exiccata concrefcit. Hic marinus dicitur. Vel ex salis fontibus excoquitur, vt Halæ Sueuorum, & multis alijs locis. Vel putealibus excoquitur. Vel ex sui generis lixiuio, vt alibi copiosius monstrauius. Porro sal à sale differt colore, & nitore. Nam quum omnis alius sal non pelluceat, tamen Dacicus adeo interdum pellucet, vt cum quouis Crytallo denitore, & translucida facilitate certare possit. Hinc talis rectè gemma, vel vt officinæ hodie loquuntur, sal gemmæ, quod scilicet gemmæ instar niteat, nominatur. Alias differentias alibi ostendimus. Cæterum ἀλὸς ἄνθη, id est, flos salis, vt ex Plinio liquet, vox ambigua est. Nam & fauillam, hoc est siccam, leuissimam & candidissimam salis in salinis collecti partem, & aliam quandam rem humidioris naturæ, ac crocei aut rufi coloris, & ingrati odoris, quæ summo mari & fluminibus ac lacubus, qui maris etiam appellatione veniunt, innatat, significat. Præstaret autè ad euitandam cōfusionem Latinos priorem salis florem, alteram autem maris florem appellare, quod scilicet reuera maris flos sit: & ἀλὸς vox quæ sine articulo à Græcis efferat, pro mare vsurpari possit. Maris autè flos ille, qui Dioscoridi ἀλὸς ἄνθη dicitur

*Maris flos.*

dici-

dicitur, non est nisi efflorescentia quæ summo mari, fluminibus, ac lacubus, qui maris etiam appellatione veniunt innatat liquida. Balenarum semen, in officinis medicorum, non tamen sine errore, & Sperma ceti vocant. Nam propriè loquendo Balenarum aut ceti semen est succinum, vt cap. 20. fufius dicitur, quod pisces iam dicti deuorant, & quod Auicennæ, alijsq; Mauritanis, Ambra simpliciter, alijs rectius ambarum subalbidū nominatur. Ceterum Flos maris Germanis *Wolram/oder Walrath/oder Baldrath*/forfitan quòd citò auxilium afferat, nominatur. Et testantur nautæ ac mercatores illud hodie reperiri in paludibus ad mare, & in stagnantibus maris partibus. Nec obstat quòd hodie in officinis proftans non fit crocei coloris. Nam inuenta est ratio lauandi, qua fit vt ita albefcat, & acrimoniam ferè omnem deponat, vt mirari fatis nequeam Matthiolum, qui locum hunc conuientibus, aut fortè lippientibus præterijt oculis. Sed est ei solenne, vt perpetuo ab aliorum sententijs, optimis etiam, dissentiat, etfi non nisi leuibus & nullius momenti rationibus vtatur. Præterea nomenclatura ipsum monere debuiffet,  $\alpha\lambda\omicron\varsigma\ \epsilon\upsilon\theta\epsilon\omicron$  non tantum à Nilo flumine defluere, sed etiam stagnantibus maris partibus innatate. Atq; hinc est quòd ruffi quasi grumi in eo interdum inueniantur. Res autem est pinguedine virus olens, & ingrati odoris, vt hinc à maris flore non esse diuerfam constet, quæ non aqua, sed oleo potius diluitur.

Sperma ceti.

Ambar Auicenna.

Ambarum subalbidum.

Matthioli reprehensio refutata.

Sandaracha vel Sandaraca trium est generum. Vna fossilis & natiua, quæ ad fatietatem rufa est, fragilis, pura, & Cinnabaris imitatur colorè, aut minus vstra, & partim sublutea, Germanis *Bergrot/Reißgeel oder Rossgeel* dicitur: Serapioni & Seplasijs Auripigmentum vel Arsenicum rubrum nominatur: idq; non temerè, quòd Arsenico non solum natalibus, sed etiam tota natura affinis sit. Altera est Sandaracha factitia, quæ fit ex Arsenico, hoc quidem modo. Arsenici mediocres particule in ollam coniectæ cuius os obturatur quinque horis coquantur in fornace, contrahuntq; sandaracæ colorem. Tertia itidem est factitia, cuius lib. 7. cap. 12. meminit Vitruuius, & Sandyx appellatur. Aetius Syriacum nominat, Græcialij  $\phi\upsilon\kappa\omicron\nu$ , quòd scilicet fuci, quo suum mentiuntur colorem mulieres, speciem ac similitudinem gerat. Vitruuius, vt supra diximus, Sandaracham disertè vocauit, inquiring: Cerussa quum in fornace coquitur, mutato colore ad ignis incendium, efficitur Sandaraca. Quare Matthiolus hoc loco me per calumniam, vt solet ferè semper, flagellat, quod Sandycem dixerim appellari etiam Sandaracham, quod instar eius rufa sit, hanc tamen disertè à Sandaracha Dioscoridis & aliorum Græcorum distinguens, quæ res fossilis est. Ita perpetuo ex aliorum falsa suggillatione sibi laudem comparare studet Matthiolus, vt mirum non sit ollum hac sua mordacitate multorum bonorum sibi contraxisse odium. Cæterum Sandyx alio nomine Latinis Minium secundarium appellatur. Conficiendi eius modum lib. 9. Simp. Galen. indicauimus.

Sandaracæ triplex.

I.

Auripigmentum rubrum.

II.

III.

Sandyx.

 $\phi\upsilon\kappa\omicron\nu$ .

Scoria Græcis, Recrementum Latinis, *Schlacken* Germanis, non est nisi purgamentum venæ metallicæ in fornace excoctæ, quod vbi metallum in catinum defluxit, ab eo detrahitur.

Scoria.

Stibium aut Stimni, Seplasijs Antimonium, Germanis *Spießglas* appellatur. Plinio spumæ candidæ & nitentis lapis nuncupatur. Optimum splendidissimum, & nitidum, contractu crustosum, terræ & calculorum expers. Nostra tamen ætate fossile non venditur, sed excoctum.

Stibium.

Antimonium.

Sulphur duplex est, fossile seu natiuum, & factitium. Fossile effoditur, & Græcis  $\alpha\sigma\upsilon\epsilon\omicron\varsigma$ , id est, ignem non expertum, Latinis viuum, non alia de causa nominatur, quam q; ex vena sua sine aliqua coctura accipiatur: vel quòd nondum liquefactum, & in frustula fufum sit. Factitium, quod Græcis  $\pi\epsilon\pi\upsilon\gamma\omega\mu\epsilon\omicron\varsigma$ , id est, ignem expertum vocatur. Fit autem varijs modis. Nam aut ex aquis excoqui-

Sulphur duplex.

Natiuum.

Factitium.

excoqui-

excoquitur, sulphuris in plumbeis cortinis tam diu coctis, donec omnis aqua excoquatur, & quod reliquum est in sulphur densetur: aut ex gleba effossa, & in vasis cocta perficitur igni. Quem quidem modum faciendi sulphur in lib. 9. de Simpl. medic. facultat. indicauimus. Aut eo Pyrites stillat, item in ollis coctus. Modus in eodem loco à nobis est traditus. Factitij species est, quod ex sulphure quod excocta aqua densatur, & squama ferri fit, concoctis, & in vrceos transfusis. Id propterea quòd eo scabiem equorum sanant, Caballinum nominant. Quod, vt etiam Pannonicum, luteo obducitur. Luteum verò à nonnullis uirgineum, quòd purum sit: vel quòd uirgines, perinde atq; mulieres, eo faciem pingant, appellatur. Tale interdum natium, interdum factitium est. Officine citrinum vocant.

*Caballinum  
sulphur.  
Virgineum.*

## DE LAPIDIBVS ET GEMMIS.

## Caput XVIII.

*Adamas.* **A**Damas lapis ita dictus est, quòd nò possit nec ferro, nec igni domari. Dictus est & Anachites, quòd pauitantium animos à vano metu liberet, Germanis *Demuth/ oder Demanith*. Attamen singularis eximiaq; lapidis illius duritia, calido hirci leonistye cruore ita mollescit, vt rumpi possit. Adamas autem venena deprehendit, & irrita facit. Quocirca regib. vnice expetitus, maximi semper precij fuit. Lymphationes quoq; si credimus, abigit.

*Aëtites.* Aëtites, officinis lapis aquilæ, Germanis *Adlerstein* vocatur. Sic verò dictus est, vel à colore aquilæ candicante cauda, vt sentit Plinius, vel quòd in aquilæ nidis reperiatur. Est illi globosa & rotunda facies, aliumq; in se, veluti pregnas, lapidem continet: qui vbi quatitur, sonum edit. Aëtites omnis exiccat, & qui lapillum in vtero continet, is, vt Græci perhibent, alligatus sinistro grauidæ mulieris brachio, foetum ne vuluæ lubricæ excidat continet, ac custodit. Sinistro verò parturiētis femori alligatus, ita adiuvat eam, vt sine doloribus pariat.

*Alabastrites.* Alabastrites vocatus est lapis, quòd ad Alabastrum oppidum inueniatur. Germanis *Alabaster* dicitur. Ex eo à vetustis temporibus artifices pyxides seu vasa vnguentaria, quæ Attici alabastra, & alij Græci alabastra nominant, ἀπό τῆς ἀκαὶ λαβῆν, addito per Pleonasmum, quod videlicet propter leuorem comprehendere non possint. Facultates eius Dioscorides & alij tradunt.

*Amethystus.* Amethystus purpurea est gemma, sic dicta quòd vsq; ad vini colorem accedens, Plinio teste, priusquam eum degustet, in violam desinat. Quanquam magorum vanitas, resistere ebrietati Amethystum promittit: & inde appellatam esse asserit. Resistere item veneficijs, & auertere grandinem.

*Amiantus.* Amiantus lapis dictus est, quòd ignis adeò non inquinat ipsius splendorem, vt etiam si in eum conijciatur sordibus, nihil deperdens nitidus & splendescens extrahatur. Idem vocatur Asbestos, quòd in lucernis (fiunt enim ex eo thryalides) semel accensus non extinguatur, dum aliquid olei supererit, siquidem ignibus nò absimitur. Idem quia plexis mulierum crinibus similis est (ea enim

*Asbestos.* figura formatus plerumq; venditur) à Zoroastre nominatur *Bostrychites*. Ab alijs quia caniciei hominis non dissimilis, *Polia* vocatur. Quia verò ad alumen scissum similitudinem obtinet, à *Quadrigario* alumen nominatur. Quia deniq; manibus netur, & textitur, à quibusdam *Linum* appellatur. Germanice *Federweiß* oder *Erdestachß* nuncupatur. Nec est aliud, nisi id quod in officinis medicorum *Alumen plumosum* dicitur.

*Alumen plumosum.* *Aphroselenus.* *Selenites.* **A**phroselenus dictus est hic lapis, quòd multis persuasum esset lunæ spumam esse. Dioscorides *Seleniten*, quòd nocturad incrementum lunæ soleat inueniri. Vel quòd imaginem lunæ contineat, quam quia pellucet, noctu concipit, & in dies



dies singulos crescentis minuentisq; numero. Aëtio, quod transluceat, *διαφανής*, & vocabulo latino *σπεκλαειος* nominatur. Nam in hodiernum diem Specularis, *Specularis* quod perspicui possit, & rei quæ ab eius tergo est, imaginem reddat appellatur, *lapis*. adeoq; ab ipso speculo nomen ei impositum. Germani glaciei & vitri nomen illi imponunt, & vnser *Frawen eisz/vnd Erdeglas* vocant.

Armenius lapis, vel vt Galenus appellat, Armeniacus ita dictus est, quod ex *Armenius*. Armenia afferatur. Laudatur leuis, colore cæruleus, perquam æquabilis, calculo carens, & friabilis. A cæruleo, de quo infra dicemus, differt modico candore, qui in Armenio teneriorem efficit colorem. Plinius, Armenium optimum esse scribit, qui summè viret, communicato colore cum cæruleo. Qui nunc in officinis pro Armenio habetur, cæruleo & Chrysocolla partim aspersus, non est Armenius, quod nimirum Dioscoridis notæ illi haud conueniant, & color cæruleus in eo tam exiguus sit, vt nullum, aut modicum saltem vsum præbere possit. Accedit quod nullum habeat leuorem, ac planus siue æquabilis non sit. Reperitur tamen nunc in compluribus Germaniæ nostræ locis lapis congener illi quem Armenia mittit. Si quidem, vt ille, viridis est colore, ad cæruleum inclinante. Viribus etiam ab eo non discrepat, quod atra bile vexatis, ijs vomitum, & aluum ciens, maximè conferat. Hoc igitur vice veri Armenij vti licebit.

Asius lapis ab Asso oppido Troadis dictus est. Alio nomine Sarcophagus, *Asius*. quod scilicet corpora defunctorum in eo condita intra quadragesimum diem *Sarcophagus*. absumantur, exceptis dentibus appellatur. Asius lapis instar Pumicis rarus est, illiq; Tophi candidus color, venæ in profundo luteæ, leuis, fungosus, & friabilis. In eius superficie insidet quiddam simile tenuissimæ farinae, quæ parietibus molarum inhæret, quod Asiæ petrae florem nominant, qui supra, & magnam *Asia petra* cum salæ petrae hodie appellato cognationem & similitudinem habet, vt alibi *flos*. latius diximus.

Carbunculus gemma preciosissima, ab igne nomen accepit. Ouidio hoc nomine Pyropus dicitur. Multorum est generum. Optimus est egregiè rubens, & *Carbunculus* *Pyropus*. Amethystizon, id est, cuius extremus igniculus in Amethysti exit violâ. Vulgò & Seplassijs Rubinus, Germanis *Rubin* nominatur. Alterius generis nigri *Rubinus*. or aspectu est, quem veteres Carchedonium, atq; iuniores, quod florem mali granati colore referat, Granatum Germani *Granatlin* appellant. Latificat *Granatus*. cor, & pellit mœrorem. Alia eius genera alibi recensuimus.

Cæruleus aut Cyanus, Arabibus & officinis medicorum lapis lazuli, Mesue *Cæruleus*. lapis stellatus, quod in eius fracturis velut stellæ quaedam aureæ, radiantes, & *Lapis lazuli*. splendentes scintillant, Germanis *Lasurstein* appellatur. Duplex existit, nati *Stellatus*. uus & factitiuus. Natiuus seu fossilis, in venis fibrisq; ortus, vel per se reperitur, *Natiuus*. vel à materia metallica abraditur. Germanis *Berglasur* oder *Bergblaw* dicitur, & in se Chrysocollam continet. Factitiuus, Germanicè *Gemein lasur* / oder *Factitiuus*. *Ultramarin* dicitur. Pictores tã natiuo, quàm factitio vtuntur. Medici enim veteres natiuo tantū, eliguntq; eum qui est saturo colore. Proinde malè faciunt hodie medici & pharmacopœi, qui factitio ad medicamentorū compositionem vtuntur.

Coralliū frutex est marinus, qui ex alto maris extractus induratur. Vbi enim *Corallium*. emergit, obfuso aère mox conerescit. Hinc nonnullis *λιθόδενδρον*, id est, arbor lapidosa, nominatur. Dioscoridi duū est generum, rubrum & nigrum, quod *Genera Corallij tria*. ramentum rarum est. Reperitur tertium quoq; album, citra etiã vstionem existens. Vires Dioscorides recenset.

CrySTALLUS ex similitudine quam cum glacie obtinet, idem quod ea nomen *CrySTALLUS*. apud Græcos inuenit. Nec tamē, vt quidam volunt, est glacies, id est, aqua gelu vehementiore cōcreta: sed magis succus frigore densatus. Si enim glacies esset,

H solis

foliis calore liquefceret. Ex marmorū saxorūq; canalib. effoditur, ac veru & aratro excitat, et torrentib. deferit. In tenuissimū puluerē trita, et in vino austero pota, dysentericis, q; multū exiccet, auxiliat, & sitim sub lingua posita restinguit.

*Hæmatites.*

Hæmatites, sic quod sanguinei sit coloris, dictus est, vel quod sanguinis profluvia sistat, vel q; aquarijs cotibus attritus, succum reddat sanguineū. Germanis *blutstein* vocatur. Optimus cui cōcreti sanguinis color inest, friabilis, durus, æqualis, purus, & qui nullas sordes admixtas habet, nec lineis zonisue variatur. Aquariæ autem cotes, vt id obiter etiā dicamus, sunt quæ aqua madefiunt: sicut oleariæ, quibus oleum quo ferrum aciem trahat, illinitur.

*Aquariæ cotes.*

*Oleariæ.*

*Hyacinthus.*

Hyacinthus gemma est, Plinio teste, in qua fulgor violaceus dilutus est. Duplex reperit Hyacinthus, nigrior, quā marem appellant: candidior, quā fœminā. Iuniores gemmarū scriptores, ex trib. gemmis faciūt vnā hyacinthū, eamq; in tres secāt species. Quarū primā appellant Granatos, fulgore rubro splendentes, qui sunt Chrysoliti, Germanicē *Jacint* dicti. Alterā citrinos, sic a Citri colore vocatos, qui etiā sunt Chrysolithi. Tertiā venetos, qui sunt Cyani. Ferunt Hyacinthum gestantes a fulmine tutos reddi, eosq; a pestis periculo liberari, etiā si in aère pestilenti habitant. Somnum quoq; conciliat.

*Iaspis.*

*Subviridis.*

*Thyites.*

*Viridis.*

*Turcica Iaspis.*

*Iaspis.*

Iaspis, Paulo, & Aëtio duplex est. Vna subviridis, quæ Dioscoridi, & post eū Galeno, Thyites, vt alibi diffusē mōstrauimus, dicitur. Plinio lib. 37. ca. 10. Merouiles vocat. Merū sentit Georgius Agricola lib. 6. & 7. de natura fossiliū. Altera viridis, quæ sic dicta est, quia magis viret. Eius 12. vel 13. sunt genera, quæ alibi a nobis sunt ordine explicata. Tertium aut genus est Turcica iunioribus vocata Iaspis, quæ q̄daeri similis est, aut cœlo matutino, id est, cerulea, lacte suffusa, grecis *ἄσπερος*, id est, aërea, adeps, borā, caspia, & persica, nostris *Turces* nominat.

*Iudaicus.*

*Syriacus.*

*Tecolithus.*

Iudaicus a regione in qua nascitur, nempe Iudæa, appellatur. Quia verò Iudæa ipsa Palæstinae Syriæ regio est, Aëtio Syriacus vocatur. Grecis a facultatibus *τεκνολιθος*, quasi lapidem liquefaciens ac cōminuens, Germanis *Judenstein* nuncupatur. Habet & alias appellationes, quas alibi indicauimus. Glandis formam obtinet. Nam ab obtusiore eius parte ad acutiorem procedunt eminentes lineæ ita inter se æquales, vt torno factæ videri possint.

*Lyncurium.*

Lyncurium, officinis lapis Lyncis dicitur, q; illum ex vrina Lyncis in terra condensata concretum esse putauerint. Fabulosum autem esse qd illi affirmant, & Plinius lib. 37. cap. 3. & Dioscorides lib. 2. cap. 73. testatur. Nec enim vnquam vllum tale fuit Lyncurium, qd ex Lyncis vrina concreuit. Veteres certè Greci scriptores hoc modo concretum Lyncurium non lapidē, sed Succinum, de quo infra dicemus, appellarunt. Quod manifestū fiet legenti Theophrastū, Aëtii, & alios paulo ante citatos autores. Vt ridiculum planè sit quod Amatus Lusitanus scribit, lapidem lyncis officinis hodie nominatum electri esse speciē quandam, quū cæcus etiā statim tactu sentiat lapidē. Non est aut, vt rectè sentit, vrina lyncis concreta, sed reuera lapis. Porrò Lyncis lapis dictus nō est nisi Phrygius Dioscoridi nominatus, q; illi omnes Lyncurij notæ conueniant, quemadmodū alibi fusius a nobis monstratū est. Hallucinant itaq; plurimū nostræ ætatis medici, qd Phrygium lapidem, Lyncis appellant: & q; illum ad eliciendam vrinā, & ad lapides in renibus aut vesica comminuendos vtilem esse opinantur. Ad fordida quidem vlcera, & oculorum medicamenta, Galeno teste, valet.

*Lyncurium veterum.*

*Amati Lusitani error.*

*Phrygius.*

*Medicorum iuniorum error.*

*Magnes.*

*Heraclius.*

Magnes ab inuentore, Magnete pastore, a quo repertus est, dicitur. Ab alijs Magnetis, eadem de causa. Heraclius, vel ab Heraclia ciuitate, vel ab Hercule. Vt enim is terras, & immanes belluas subegit: ita lapis ille ferrum ad se trahit. Qua quidem de causa Sideritis etiā est appellatus. Eius variæ sunt differentia, quas alibi indicauimus.

*Pyropus.*

Pyropus quia valde ardet, ab ignis aspectu ita est vocatus. Hinc ab igneo colore officinis Rubinus est dictus. Vide Carbunculus.

Pumex

Pumex lapis Græcis *κιάς κιάς* nominatur. Quod sanè nomen à verme frumenta *Pumex.*  
erodente, qui iisdem *κιάς*, Latinis gurgulio dicitur, inuenit. Vt enim is frumenta  
perforat, ita natura pumicem. Quoniam verò haud secus ac spongia fistularum  
plenus est, Spongia quoq; appellatur. Non est autem nisi terrae leuis exusta, vel  
lapis excoctus. Germanis *Pumf* oder *Krawstein* vocatur.

Pyrites lapis sic dictus, quod ex eo ferri, aut alterius duri lapidis conflictu *Pyrites.*  
ignis excutitur, aut quòd ipsi per se peigneus insit color. Serapioni & reliquæ  
Mauritanorum familiae, ac officinis, Marchasita, Germanis *Kis / Kupffer*, *Marchasita.*  
*stein / Kupffererz* nominatur. Aristoteli *πυρόμαχος*, quòd igni repugnet, dici *πυρόμαχος*  
tur. Inardentes enim fornaces proiectus fluit: at ubi in catinum defluxit, rursus  
concrescit ac durefcit. Eius præcipua genera duo sunt. Alter argenteus siue ar- *Argentarius*  
gentarius appellatus, quòd sit coloris argentei. Ex eo æs & argentum excoqui-  
tur, & officinis vsitatus est. Germanis *wasser oder weisser Kis* nuncupatur.  
Alter aureo est colore præditus, & Germanicè *Goltkis / Gelbertis / Kupffer* *Aureus.*  
*Kis* vocatur. Vt quæ veterum literis est celebratus. Præter hæc duo genera, sunt  
etiam alia quædam alibi à nobis ostensa.

Sapphirus & Cyanus eiusdem sunt generis. Vt quæ enim est cærulei coloris, *Sapphirus.*  
sed Sapphirus insuper aureis punctis collucet. Vt quæ gemina similis est cælo *Cyanus.*  
sereno, verum Sapphirus propter aurea puncta, stellis ornato. Duplex autem  
est Cyanus, alter nigrior, alter candidior: ille mas, Germanicè *blauer Sa-*  
*phier*: hic fœmina, Germanicè *weisser Saphier* appellatur. Vtus eius est in  
roborando corde. Sunt qui hominem reddere castum tradant, ideoq; Monachis,  
vt illorum inexplebilem compescat libidinem, magno studio gestandus.

Smaragdus à splendendo nomē suum accepit. Siquidem *σμαράγδα*, splendo *Smaragdus.*  
significat. Sua viriditate oculis iucundus est, & tanquam speculum imagines  
rerum reddit. de quo copiosissimè Plinius lib. 37. cap. 5. differit. Smaragdo motus  
obscenæ voluptatis valde est perniciosus. Siue enim mas, siue fœmina dū com-  
miserent corpora, secum gestet, vel in anulo, vt cōtingat cutem, disrumpitur. At  
cum comitali morbo tanq; cum hoste pugnat, vt vel ipse vincat vim morbi mi-  
norem, vel à maiori vincatur. Illo modo manet integer & solidus, hoc in aliquot  
frangitur partes. Venenis etiam maximè epotagemma hæc resistit.

Specularis lapis. Vide Aphroselinus.

Spongiæ vel spongites lapis, sic est appellatus, quòd in spongijs inueniatur. *Spongia la-*  
Is Cochleæ instar perforatur, & quidem vtrinq; testaceus existit. Germanis *Pis.*  
*Schwammstein* vocatur. Renum calculos in vino potus comminuit.

## DE TERRIS.

## Caput XIX.

**B**olus siue gleba armenia Ochre in modum pallefcit, promptissimè in sum- *Bolus arme-*  
mum leuorem calcis modo soluitur pistillo, aut quouis liquore, arenosaq; *nia.*  
substantia caret. Commanducata butyri instar liquefcere videtur, & in gustu  
manifestam adstrictionem exhibet. Talem ab amico mihi quodam transmissam  
& donatam habeo. Quæ passim in officinis prostat, quum impense rubeat, legi- *Officinarum*  
tima esse non potest. *bolus arme-*  
*nia adulte-*  
*rma.*

Cimolia terra à Cimolo insula dicta, vulgò Saponaria, Germanis *Wasch-*  
*erdt / oder Walkeler / oder Seifferdt.* Eius duo sunt genera, candida, & ad *Cimolia.*  
purpureum inclinans.

Cretica terra siue Creta, ab insula Creta, in qua potissimum inuenitur, est ap- *Cretica.*  
pellata. Hæc quia argentarij opera sua abstergunt vt splendescant, Argentaria *Argentaria.*  
etiam nominatur. Germanis *Kreid* dicitur. Est quoq; Creta viridis, & nigra,  
vt alibi ostendimus,

H ij Lemnia

*Lemnia terra* Lemnia terra, à Lemno insula unde olim exportabatur, dicta est. Lemnitum quoque sigillum nominatur, ob impressum illi sigillum Dianæ sacrum, quod capra erat. Officinæ eadem de causa terram sigillatam vocant. Hodie Turcicæ literæ eidem imprimuntur. Metuendum tamen est, ne quæ etiamnum hodie ijs literis insignita affertur, vera terra Lemnia & impermixta sit, quæ vera rubeat, aut fuluo colore prædita sit: quæ verò hodie asportatur, dilutius rubet, quod cum alia terramissionem arguit. Proinde non desunt qui Bolum armenium orientalem dictum, infucatam, & veram terram Lemniam esse putent. Nō enim ex Armenia, ubi verus & sincerus bolus reperitur, ea affertur, sed ex Lemno insula. Id verò Lemnensium mercatorum dolo accidit, qui ut res diuersas mentiantur, ex vna & eadem terra Lemnia, duas res efficiunt: quæ pura est, armenium bolum, hac verò mista & adulterata, terram Lemniam. Præstat tamen terram Lemniã, mistam etiam & adulteratam, in vsum medicum adhibere, quam eam qua hætenus vsæ sunt Seplasiæ, quæ non est nisi terra sigulina, omni adstrictione vacans. Quare hanc abijcere debent pharmacopœi.

*Rubrica Sinopica.* Rubrica, Græcis *μύθος* dicta, duplex est: vna, quæ Sinopica appellatur, quod in quibusdam Cappadociæ speluncis, Dioscoride attestante, effossa purgataque, Sinopen, Ponti urbem, fertur, ac ibidem venditur. Altera Græcis *τεροικία*, latinis fabrilis, quod scilicet ea fabri potissimum vtantur, nominatur. Atque hæc rursus in duo scinditur genera. Siquidem vna est natia, quæ Germanis *Bergwächel*, quasi dicas montana rubrica, quod scilicet in metallis aurarijs, argentarijs, ærarijs, ferrarijs, non raro quoque in proprijs venis reperitur, appellata est. Est & rubrica fabrilis factitia, Germanicè simpliciter *Kottel* vocata.

*Factitia.* Sunt plures alia terræ species quibus veteres vsi sunt medici, hodie ignotæ pharmacopœis & inusitatæ, ob id à nobis præteritæ. Harum tamen historias libro nono Simplicium tractauimus.

## DE IIS QVAE E MARI ET aquis sumuntur.

Caput XX.

*Bitumen.* **A** Sphaltes Græcis, Bitumen latinis, *Bergwachs* Germanis nuncupatur. Succus est pinguis seu terre adeps, qui naturali cognatione cum sulphure iunctus est, ideoque facillimè ignem concipit & flagrat. Optimum in lacu quodam Iudææ nascitur, qui ob id Asphaltites est vocatus. Duū generū existit, durum & liquidū. Durum est quod intra, vel extra terrā densatur, ac in aliquam lapidis consistentiã & duritiã mutatur. Fossile autem terrenū multis nominibus appellatur. Siquidem terra pharmacitis, ampelites, carbo fossilis seu bituminosus, Samothracia gemma, thracicus & obsidianus lapis, atque gagates, vt alibi copiosissimè monstrauimus, dicitur. Liquidum bitumē est, quod plerumque à concreto bitumine per saxa emanat, exudat, & destillat, oleique propter pinguitudinem simile est. Hinc est quod nonnulli scriptores, vt Vitruuius, aliquando oleum simpliciter, alij cum adiectione Medæ oleū, quo illa vsa est in cremanda pellice: Medici Naphthā vocabulo Babylonico, appellarint. Nostra ætate Petroleum, siue oleum petrae aut saxi, quod scilicet è saxi, vt dictū est, destillet, & Germanis *Steinöl* / *fließend Bergwachs* vocatur, Monachi & sacrificuli papistici, quorum est inexplebilis auaritia, vt simplices argento emungant, hoc oleum è corporibus defunctorū diuorū stillare mentiuntur. Huius triplex est differentia. Est enim alba aut verius ex cinereo colore candida Naphtha, nigra, & rufa. Porro liquidū bituminis genus est quod succinum Romāis vocatur. Ita nanque illis dictū est, quod ex succo, nempe liquide bitumine, è saxi in Germanicū mare pfluente, atque inibi durefcete, nō autem ex lachryma Populi arboris, vt quidam existimant, fiat, quæ admodū li. 9. simp. firmis rationib. monstrauimus, vbi totā eius historiã copiosè commemorauimus.

rauimus. Græcis ἡλεκτρον, quod scilicet attritu calefactum ad se paleas, aliasq; res ἡλεκτρον, minutas ac tenues trahat. Qua quidem de causa iisdem etiam πτερυγοφόρον, id est, πτερυγοφόρον pennas floccosue ad se alliciens, & ἄσπας vocatur. Mauri & officinæ Persica voce, quæ idem significat, Caraben appellant. Græcis quoq; λυγέριον, vt supra est Carabe. monstratum, dictum esse constat. Germani veteres Glettum, quæ vox illis vi- λυγέριον, trum denotabat, nuncuparunt. Hodie duobus nominibus vocatur: vno, quod illi commune est cum nigro, quod priuatim Gagates dicitur, **Agstein** vel **Aidstein** Gagates. altero, quod ex eo quod incensum ardeat, inuenit, **Bornstein**. Saxonum namq; & aliarum septentrionalium gentium lingua, **bornen** idem quod ardere significat. Sed de succino quod in Europa gignitur, ideoq; Europæum est nominatum, in præsentia hæc dixisse satis sit. Præter id verò aliud est quod in Africa, & item aliud quod in Asia gignitur, ob id hoc Asiaticum, illud verò Africanum appellatur: vt runq; Arabes Ambram vocant. Recentioribus quoq; Græcis ἄμπρας & ἄμβρας nominatur. Quos latini imitati Ambarum nuncupant. Hoc colligitur ex Balenis, & piscibus cetaceis, qui fontes Ambaris degustarunt. Hi namq; huius Ambaris vt pote pinguis, ærei, & subdulcis, nimium auidi, eius esu sibi mortem conseruunt, præsertim vbi copiosius vorât. Mortui igitur fluitant, & vndis maris emergunt. quod animaduertentes insulani, coniectis vncis & funibus illos extrahunt, ambarumq; cæso ventre eximunt. Hoc nonnulli semen, vel græca vtentes voce sperma ceti: alij, vt Auicenna, stercois eiusdem esse magno errore putant, quum non sit nisi succinum quod balenæ siue cete deuorant. Vnde liquet, Auicennam maximo in errore versari, qui sub Ambræ *Auicenna error.* voce vnica, duas inter se diuersissimas res, nempe spumam siue florem salis, & succinum hoc Africanum & Asiaticum, describit ac confundit. Et ex eodem *Iuniorum & officinarum error.* etiam posteriores medici, & horum officinæ, errandi occasionem sumpserunt. Nam illi res has discernere nequeunt, florem maris, sperma ceti vocât, quum potius succinum quod è cetaceis piscibus eximitur, vulgi & imperitorum more, ita nominandum illis fuisset. Porro succinum hoc, perinde atq; Europæum in Arabia maximè felice ad Sychrim, vt scribunt oppidulum maritimum ex liquido bitumine coloris è cinereo candidi in mare è fontibus suis effluit, illicq; concreuit, quod fauientibus procellis agitatam pelagus, cum prouolutis impetuose faxis expuit in litus. Homines autem qui præsentium maris insultus, ad vada se conferunt, & quod eructarint Ambarum congerunt. Interdum etiam in cetaceis piscibus interfectis, vt comprehensum est, inuenitur. Quod ad alterius differentiam, sperma ceti nominari posset, quamuis parum propriè. Ambarum fuluum, vel vt hodie loquuntur, Ambra citrina, discriminis gratia appellari posset. Ad nos hoc tempore non affertur, sed in eius locum substituitur Ambarum factitium, quod hodie in officinis sub Ambræ nomine prostat, & *Ambarum factitium.* magnis impensis à pharmacopœis comparatur, atq; à colore cineritio, vt illam *Ambra officinarum.* à citrina, quæ succinum est, vt diximus, discernant, gryseam appellant. Modum autem conficiendi alibi ostendimus. Vt iam perspicuum sit omnibus recentioribus medicis triplicem esse Ambram. Vnam subalbidam, quæ est flos maris, *Ambra grysea.* Dioscoridi, & officinis ineptè sperma ceti dicitur. Alteram fuluam et pinguem, *Ambra recentiorum triplex.* quam citrinam nominant, quæ certè rectius quàm prior, sperma ceti, quum nō nunquam ex illis iam interfectis eximatur, diceretur. Non est autem nisi succinum quod cetacei pisces deuorant. Tertia grysea, quæ natua non est, sed facticia, & hodie in officinis sub Ambræ nomine prostat. Quæ singula in nostris in nonum Galeni de simpl. medica. facul. librū commentarijs copiosius ostendimus. Quod si igitur Matthiolo hæc non satisfaciunt, nec vt meæ sententiæ subscribat efficere possunt, ad eos quos iam citamus commentarios recurrat, & inueniet fortè quæ ipsius animo satisfaciunt,

*Caphura.*  
*Camphora.*

*Natiua.*

*Factitia.*

*Pissasphaltus*  
*Plinij lapsus.*

Cæterum vt succinum est liquidū Bituminis genus, ita etiam id medicamentum quod recentiores Græci Caphuram, Mauri Indico, vt videtur, vocabulo, Camphoram appellant: quod multis argumentis alibi demonſtrauimus. Sic autem à verbo Caphar dicta esse videtur, quod ob lentorem suum ac tenacitatem, in compingendis, glutinandis, & oblinendis nauium tabulis, aut tignis, lateribusq; ædificiorum magnus eius olim vsus fuerit. Post Dioscoridis, Galeni, & Pauli seculum in vsum medicum venit, & gemina existit. Vna natiua, vel vt alijs vocatur, rudis, quæ scilicet nullam vim ignis experta est. Talis in maris fontibus oritur, & aquæ marinæ supernatat. Hæc, vt Serapio autor est, copiosa gignitur, quum terra crebris motibus conuulsata, magnam tam Sulphuris, quam bituminis vim profundit. Hæc non colore, sed partium duntaxat tenuitate, à candida Babyloniorum Naphtha differt. Odor autem & color candidi Bituminis esse sobolem testantur. Non esse autem gummi, hinc abunde liquet, quod nullum Gummi ardet, nec oleo dissoluitur, sed aqua: atqui Caphura nequit dissolui, nisi aliquid oleosum adieceris. Hinc experientia edocti seplasiarij vbi contundenda venit in pilis, aliquid è nucis, aut amygdali nucleo, aut quid simile adijciunt. Quod autem bitumen sit Auerroes satis testatur, qui hanc Ambrae congenerem facit. Item quod ardet in aquis, quod Bitumini peculiare est. Amicissima præterea est ignibus, quem semel conceptum, difficile dimittit. Neq; disident ipsius facultates ab ijs quas Bitumini inesse videmus. Cui rei mercatores quoq; fidem faciunt, qui constanter affirmant se vidisse Indiæ locum Caphuram exudantem. Hac officinae carent. Factitia altera est, quæ ignis ardorem sensit, à quo album, quem semper obtinet, colorem contraxit, & in laminas pellucens digesta est. Hinc est quod Simeoni Sethi *ἔσχαλομένη*, id est, ignis calore elaborata, Serapioni autem sublimata dicatur. Hæc certe est quæ in pastillis magnis ad nos affertur, & in officinis passim sub nomine Camphoræ venalis habetur. Quæ autem ad conficiendi eius modum, item diuersas de ea Arabum opiniones, & temperamentum attineat, prolixè admodum lib. 9. de simpl. medic. facul. in nostris Commentarijs indicauimus.

Bituminis liquidū, at crassioris, limiq; speciem referentis neq; tamen duri generis quoq; est id quod Græci composito ex pice & bitumine nomine *πικασφάλλος* vocant, non certe quod naturaliter ex vtroq; constet, vt Plinio visum est, sed quod mistam bitumine picem, Dioscoride attestante, redolet: aut fortè quod pici simile sit. Tanta enim ei cum pice similitudo est, vt nonnulli illud propter hanc similitudinem Picem appellant. Hoc Aristotele & Dioscoride autoribus, in Apolloniarum agro inuenitur, atq; ex Ceraunijs montibus deuolutū fluminis impetu rapitur, illicq; in glebas coactum, ad littus eiicitur. Quum igitur in fluminis littora eiectum mox reperitur, pingue quidem & adhuc molle existit. Vbi verò diutius extra aquas fuerit, durius multo efficitur, resolutisq; tenuioribus ac humidis eius partibus ita siccum redditur, vt resinae tostæ, quam Seplasiæ picem Colophoniam & Græcam vocant, consistentiã acquirat. Atq; illud hoc tempore apud pharmacopœos deprauato & decurtato nomine Asphalti venit, quum potius illis Pissasphaltos nominandum erat. Bitumen hoc accensum, picis modo, igne liqueſcit, & de se guttas fundit, mistamq; Bitumini picem omnino redolet. Graui etiam halitu non accensum constat. Pingue præterea est, & manibus tractatum mollescit, aut igni ad motum liqueſcit. Vt dubium non sit, quin id quod nuper sub Asphalti nomine à nostris pharmacopœis afferri cœpit, sit vera Græcorū ac Dioscoridis Pissasphaltos, & Mauritanorum Auicennæ & Serapionis Mumia. Cæterum, ne id silentio tranſeamus, olim in ea fui sententia vt crederem id quod non procul, nempe tribus ferè lapidibus, ab Oenoponte oppido, ab Oeno flumine sic dicto, ad montes Seefeldenses post

post immodicos imbres colligitur, & ab incolis eius loci **Dursenblut**/ id est, gigantum sanguis, dicitur, esse Pissasphaltum. Atque in eam quidem sententiam me pertraxit doctissimus vir Georgius Collimitius, qui fragmentum eius mihi pro pissasphalto transmiserat, quod in hodiernum usque diem retineo. Verum accepta tandem vera pissasphalto, vtrunque deceptum fuisse deprehendo. Nam id ipsum igni admotum, picis instar, non liquefeit, nec guttas de se fundit, sed ligni, aut tædæ modo conflagrat. Durum præterea est ac solidum, ita ut tum in puluerem redigi possit. Et quum omnino lapidea duricie præditum sit nihil dubito Gagatem esse lapidem. Nam nigro colore est, crustosum, aliqua ex parte læue, accensumque bitumen redolet, & omnes Gagatis à Dioscoride commemoratas notas habet. Quapropter si alibi diuersum à me scriptum aut dictum est, id ut parum veritati consentaneum iam damnatum esse volo. Porro ut ad Pissasphaltum redeamus, si illa diutissime extra aquam posita terra multa obruatur ac tegatur, retorrída magisque sicca euadit, tandemque effossa & exempta, à nonnullis Pissasphaltos fossilis nuncupatur. Non ab re autem paulò ante à nobis dictum est, Pissasphaltum esse Serapionis & Auicennæ Mumiam. Mauritanianamque duplicem Mumiam describunt, nempe natiuam & factitiam. Natiuam, non est nisi *μαύρο φάλτ* Dioscoridis, quam iam descripsimus. Altera factitia, quæ itidem gemina est. Vna, qua principum & diuitem corpora conduntur. Ea constat ex myrrha, aloë, balsamo, & sanie quæ ex humani cadaueris carne refudat. Hæc hodie non affertur. Altera est, qua pauperum corpora demortua condiri solent. Ea, ut Strabo in 16. testatur, ex bitumine, quo ad mortuorum condituras Aegyptij vtuntur, cui nonnulli picem adijciunt, constat. Si quidem natiuum bitumen, & liquefactum in hominis cadauer infundunt, omnesque eius partes cauas, cranium nimirum, thoracem, ventrem, & ossa peruia, eo complent. Atque ea est quæ ad nos affertur, & in officinis ferè omnibus pro Mumia prostat. Quæ utique in Pissasphaltum penuria uti licet, quòd eandem ferè facultatem habeat, modò ossa prorsus abijciantur, & bitumen tantum, quo cadauera illa completa sunt, ad usum medicum adhibeatur. Verum quum iam Pissasphaltus satis magna copia à quibusdam Seplasiarijs afferatur, ut dictum est, præstat ea neglecta Mumia veteri uti.

Mumia duplex.  
Natiua.  
Factitia duplex.

Spongia seu fungus marinus, corpus laxum, rarum, ac cauernosum, quod ad feliquores allicit, & eos quos attraxit, nisi vi exprimatur, asseruat. Præstat uti noua spongia, ut quæ non tantum est materia irrigandos humores excipiens, sed etiam manifestè deficcet. Nam in ipsa etiamnum ea quam à mari accepit facultas exiccandi seruetur. Progressu temporis, etiam si vsui non accommodatur, tamen nihilominus odorem & facultatem maris amittit, adeoque non æquè deficcet.

Spongia.

Noua spongia.

Sphæra seu pila marina, sic à figura dicta, hodie corrupta voce Balla marina vulgò nominatur. Meminit eius Galenus lib. 1. de Comp. medic. local. cap. 18. Cornarius tamen ignorans quid esset apud Galenum eo loco pila marina, Galeni locum, suo more, deprauauit, & pro sphæra, spongiam falsò substituit, adeoque res, forma & aspectu diuersas, confudit. Eius autem vniuersam historiam in altero nostrorum de Stirpium historia Commentariorum tomo studiosi reperient, ut non sit opus hic fusiùs de ea verba facere.

Pila marina.

Cornarij error.

## DE RITE COLLIGENDA MATERIA MEDICA.

Caput XXI.

H iij

Hæc.

*Herbæ quã-  
do colligen-  
dæ.*

*Flores quan-  
do decerpen-  
di.*

*Semina quo  
tempore le-  
gendi.*

**H**Actenus breuiter quæ in vniuersum sit materia medica hodie in officinis vsitata adeoq; pharmacopœis & medicis etiam cognitu necessaria: membratim perstrinximus. Nunc itaq; qua ratione illa sit tum colligenda, tum asseruanda eadem breuitate docebimus. Habet namq; qualibet stirpis pars, vt ab ijs exordiamur, suam maturitatem, statumq; colligendi tempus, quod anni, aut dierum numero, sed magis ex ipsius rei natura æstimatur. Ea enim quæ maturitatem consecuta sunt & perfecta, ea colligenda maximè ad medicamentorum vsu veniunt. Herbæ igitur vbi florent, aut semine prægnantes sunt, & serena cœli constitutione, nō nubibus, nec imbribus apparentibus, ac post meridiem statim sunt colligendæ. Collectæ, terra ab ijs expurgata, atq; alijs aduenticijs excrementis diligenter amotis, in vmbra potius quàm sole, ne huius calore vires earundem exoluantur, exiccandæ sunt: nisi caule sint crassiore, aut folio humidior, adeoq; vt putrescant idoneæ. Exiccandæ autem sunt in loco ædium aliquo superiore perflatili, asserebus dolo læuigatis, & arcuissimè inter se iunctis atq; compactis, ne semina quæ ex herbis excidunt per rimas decidant, sed potius colligi possint. Impendente autem tempestate aliqua, fenestræ maturæ claudendæ sunt, ne herbæ à ventis dispersæ inuicem implicentur, & inter se confundantur. Cauendū etiam vnice ne canibus aut felibus accessus illuc pateat, quod ab illis commingantur, ac stercorebus contaminentur. Valerianam autem & Nepetam vocatā herbas suspendere ex pariete, quam in pauimento stratas exiccare: quod feles illarum amantes in ijs assidue versari delectentur. Et si accidat vt herbæ decerptæ humidæ admodum sint, ac cœlum itidem humidum ac pluuiosum sit, nec siccioris auræ spes vlla fuerit, in hypocauisto calefacto sæpe versando, ne scilicet putrescant, siccari debent, non tamen eousq; siccare conuenit, vt aliquid viribus earum decedat. Singulis annis renouandæ sunt. Flores, non secus atq; reliquæ stirpium partes tum legendæ, quum maximè vigent, & nequaquam quum iam flaccescentes decidui euanescent: demptis tamen Rosis, quæ expandi cœptæ, auelluntur, quum reliqui vbi iam dehiscentes aperti sunt, sed haud ita pridem, & ex quibus vis nondum exhalauit. Legantur autem tempore pomeridiano, rore nocturno aut matutino solis calore absumpto: alioqui enim ob alienam humiditatem facile corrumpuntur. Verum quia maiori ex parte omnes ferè flores sint herbis fragiliores, molliores, ac tenuiores, iccirco tantum abest vt in sole exiccandi sint, maximè vbi odorati sunt, vt ne quidem in vmbra, si calida, & eminentia loca fuerint. Siccandi igitur sunt in locis temperatis, quo vtiq; tempore sæpius, ne situm contrahāt, reuoluendi sunt, adhibita etiam cura ne sicci natiuum colorem amittant. Certum enim est flores qui inter siccandum à proprio colore degenerant, nullius esse in medicina vsus. Durant annum duntaxat, ideo singulis annis renouari debent, veluti herbæ. Semina legenda quum maturitatem sentiunt, priusquam decidunt, paleisq; festucis, pediculis, lapillis, & alijs extraneis repurganda, atq; leuiter exiccanda. Deligenda verò pleniora, nec rugosa, nec cariota, & quæ odorem & saporem suos seruant. Repurgandi autem modus est, vt quicquid leue & puluerulentum est, mouendo hinc inde & inflando in aërem dissipetur, vel angustiore cribro excernatur. Præterea semina manibus primū fricanda sunt, vt quod leuiter hæreat & alienum est tollatur. Maiora & rotunda semina in tabulam inclinatam, & leuiter manu pulsam in vas ei subiectum relictis arenis & lapillis deuoluenda sunt. Quæ iam dictis rationibus separari nequeunt, virgula cuius verticis cera agglutinata est, sigillatim contacta remoueantur. Præstat etiam singulis annis mutare ac renouare semina. Licet enim quædam ex illis seruari possint, tamen pauca admodum sunt quæ inueterata rancorem non redoleant: quo fit vt calorem nanciscantur extraneum, & sibi haud congenitum. Siccantur, vbi præfer-



præfertim humida collecta fuerint, vasculis vitreatis, aut sacculis reponuntur loco sicciore, & humiditatis expertæ. Fructus ubi maturi sunt decerpantur, dem- *Fructus*  
 ptis Sorbis, quæ imatura decerpere conuenit: id quod etiã in reliquis fructibus *quando de-*  
 adstringentibus obseruandũ erit. Hi nanq; paululum imaturi decerpendi sunt. *cerpendi.*  
 Oleosi fructus vt sunt Iuglandes, amygdalæ, pistacia, nuclei pinei, & auellanae  
 nõ prius ex arboribus decutiantur, q̃; planè vltimũ maturitatis gradũ attingãt.  
 Id aut rectè cognoscitur, quũ extima inuolucra sponte sua dehiscunt, & arbore  
 concussa vnã cũ fructibus decidunt, alioquin insolatu contrahunt & syderant.  
 Decerpti fructus exiccant, vel in aère, expositi foliæ ac ventis septentrionalibus,  
 aut orientalibus: vel in clybano, si in aère fieri nequeat, quod tamen expeditius  
 est. Porro qui in aère exiccantur, ne à muscis contaminentur, aut telis araneorũ  
 obducantur, curandũ est. Qui verò in clybano exiccantur, ne comburantur ca-  
 uendum erit: id quod fiet si post extractum panẽ imponuntur. Reponuntur ar-  
 marijs, pixidibus, & locis, quo neq; humor vilis, neq; fumus, neq; puluis per-  
 tingere potest. Mutantur quotannis. Radices præcipuè euellendę sunt cælo se- *Radices quo*  
 reno, & à pluuijs vacuo, quũ medicamento sã sunt, id quod vere & autumno fit. *tempore euel-*  
 Vere nanq; priusquã in caulẽ, folia, florem, fructũ, & semẽ vis stirpis erumpat, *lenda.*  
 vellunt. Autumno aut incipiente iam foliorum defluuio, succus omnis per cau-  
 lem in radices reneat, quapropter tum sunt maximè efficaces. Vere etiam ideo  
 quædam radices eruendæ veniunt, quod hoc tempore tantum inueniri possint,  
 pereuntibus mox tum folijs, tum caulibus: cuiusmodi sanè sunt ferè omnes bul-  
 bosæ radices. Omnes autem radices integræ, si fieri potest, & abundè nutritæ,  
 vbi scilicet nec nimis molles humidæq; nec nimis durę sunt, & putredine omni  
 vacantes, euellendæ. Euulsæ aqua clara tantisper dum omni vndiq; terra quæ il-  
 lis tenaciter hæret, & argillofa est, vel limo penitus omnibusq; sordibus abster-  
 gantur, lauandæ ac purgandæ sunt: & si quid computruit, cultello abscinden-  
 dum & amputandum. Deradi quoq; debent, vt tum à fibris, tum capillamentis  
 omnibus repurgentur. Purgatæ, si magnæ & crassæ fuerint, in taleolas secandæ  
 sunt, vt scilicet citius exiccari, & facilius deinde, vbi vsus postulat, conteri pos-  
 sint. Quædam autem vmbra, & vento siccandæ, vt est apij, foeniculi, iridis, & si  
 quæ aliæ sunt vel minores, vel sicciore, vel rariore, vtpote quarum vires sol,  
 vel ignis promptè dissipabit. Quæ verò grandiores sunt, veluti bryoniæ, gen-  
 tianæ, helenij, mandragoræ, & id genus aliæ si aër sit nubilus, & hyems, ne in  
 vmbra situ tabescant, ac proinde marcescant, in sole & vento, vel igni siccantur.  
 Aut transuersim in orbiculos, & taleolos sectæ, & filo traiectæ, paruisq; inter-  
 vallis, ne se contingant suspensæ exiccantur. Quæ autem in pauimentum pro-  
 iectæ siccantur, sæpe versandæ sunt, ne mucidæ aut putridæ fiant. Quod si verò  
 siccatu celeriter opus est, patellæ ignitę, & admodum calefactæ impositas, sæpe  
 versando siccabis. Quædam etiã lignosa matrice (sic enim cor stirpium Gaza ex  
 Theophrasto nominat) exempta siccantur, vt foeniculi, & apij. Cæterum mu- *Succi vt eli-*  
 tandæ radices vbi rancorẽ nactæ fuerint, aut vires suas amiserint. Succu, vtpote *ciendi.*  
 in medicina admodũ necessarij, omni prorsus diligētia sunt eliciendi, vt scilicet to-  
 tius anni curriculo nullã putredinẽ sentiant. Hi autem non solũ ab herbis, & eo-  
 rundẽ folijs, verum etiã à radicib; & fructibus eliciuntur. Qui è radicibus extra-  
 huntur, vt Glycyrrhizæ, vere quidẽ parandi sunt, quũ primum folia prodeunt,  
 tum enim succosæ admodũ sunt radices. E folijs verò dum primũ cauliculi ger-  
 minat, & anteq; stirpes flores edat, & earũ caules lignosæ fiant, herbis prius con-  
 cisiss & contusis, eliciuntur. Ex fructibus aut quũ quidã vltimã senserint maturi-  
 tatẽ, cuiusmodi esse debet malorum puniceorũ, citriorum, & limonũ. Quidam  
 verò priusquam ad plenum maturuerint, vt ex iuglandibus, moris, ligustri bac-  
 cis, & fructu syluestrium prunorum. Quidam ex immaturis, vt omphacium.

Liquo-

*Liquores vt colligendi.*

Liquores, quum ferè omnes aliundè afferantur, ac peregrini sint, qua ratione, quo uet tempore colligendi sint, hi sciunt apud quos stirpes illæ unde hi defluunt, nascuntur. Non rarò etiam Dioscorides colligendi eorundem modum recenset. Excipiuntur autem inciso per summam adolescentiæ vigorem caule. *Lachrymæ.* Lachrymarum eadem est quæ liquorum in colligendo ratio. *Gummi.* Gummi quoq; colligendi modus diuersus non est. *Cortices vt auellendi.* Cortices partim è truncis & ramis, partim è radicibus, partim etiam à fructibus arborum & herbarum sumuntur, atq; earundem nominibus appellantur. Arborum autem crassiores cortices aut manu auelluntur, quum leuiter adherent: aut ubi tenacius hærent, ferro abscinduntur, vel abraduntur, quum tenues scilicet ac membranosi sunt. Radicum cortices hoc pacto colliguntur. Radices virides per medium finduntur, vel pistillo à summo vsq; ad imum tunduntur, & medulla exempta abijcitur. Fructuum cortices carne abiecta retinentur. Non secus autem quam radices sunt exiccandi diligenter. Quæ reliqua est materia medica vel animantium, vel eorundem partium, itemq; metallorum, & è mari sumpta, nullam in colligendo, sed tantum in reponendo & asseruando industriam & diligentiam pharmacopœi requirunt. Magna namq; ex parte exotica & peregrina sunt, aliundeq; afferuntur. Quapropter quomodo hæc & alia materia medica asseruanda sit iam exponeamus.

## DE RITE ASSERVANDA

materia medica.

### Caput XXII.

*Herbæ vt reponendæ.*

**H**erbæ ubi probè fuerint exiccatae, loco non fumato, non humido, nō puluerulento, sed sublimi, puro, & arido in sacculis ex corio confectis, vel in ligneis capsulis reponendæ sunt, ac diligenter claudendæ, ne earum vires euanescant. Quia quidem in re nonnulli pharmacopœi plurimum errant. Nam herbas iam siccatas in fasciculos digestas ad officinarum laquearia suspendunt, ubi breuè non solum viribus aëris ambientis exuptione, ac ventorum perflatu destituuntur, sed etiam in mille sordium sentinam desciscunt, quandoquidem & puluere, & araneorum telis obsiduntur, ac muscarum stercore defœdantur. Neq; reprehensione omni vacant ij, qui in linteis sacculis, ipsisq; textura admodum raris herbas asseruant, & appendunt. Siquidem æstiuus aër in ipsos penetrans, quicquid boni inest, absumit & abolet. Quin etiam puluere oblitæ corrumpuntur ac contabescunt. Quum autem diu integris viribus herbæ seruari vix queant, consiliū est vt quotannis mutantur. Flores, vt herbæ, in ligneis arculis asseruantur ac reconduntur, & singulis quoq; annis permutantur. Semina ubi exiccata fuerint, itidem ligneis arculis inclusa reponuntur in locis aridis nō calidis: facile enim locorū humiditatem contrahunt, ac putrent. Præstat ea etiam quotannis mutare, non obstante quod pleraq; illorum seruari possunt. Fructus exiccati in sportam & vel capsulam ligneā recondendi sunt, & in loco temperatiore seruandi: ita enim extraneos humores non concipiunt, nec situm facile contrahunt, nec corrumpuntur, nec etiam nimium siccantur. Qui per annum vicentes reponuntur, aut maiori anni parte perdurant, in locis siccis minimè asperginem redolentibus appenduntur, vt sunt vuae, pyra, mala cydonia, & punica: aut super paleas expanduntur, vt sunt immatura sorba, & mespila: vel milio sepeliuntur, quemadmodum medica seu citria, & arantia mala. Fructus deniq; oleosi, vt iuglandes, amygdala, pineæ melius sparsum, quam acer-

*Flores.*

*Semina.*

*Fructus.*

aceruatim asservantur: nam in acervos congesti facile incalescunt, & raucidi fi-  
unt, maxime in loco & tempore calidiore. Servandi igitur sunt loco frigidio-  
re. Radices exquisitè siccatae reponuntur loco non insolato, non fumato, non *Radices*  
humido, non squalente, non pulverulento, sed sublimi, sicco, puro. Sit igitur  
locus qui ad septentrionem vergat, vel etiam ad meridionalem plagam, quando  
scilicet radices ipsae non prorsus exiccatae reconduntur, adhibita tamen cura ne  
eo tempore austru humidissimi flatus admittantur. Servandae autem quamdiu  
vegetae adhuc sunt. Quare quae crassae & densae sunt, tribus annis servari pos-  
sunt, ut radix bryoniae, centaurei maioris, peucedani, & similia. Quae vero te-  
nues & rarae sunt, ut asari, apij, tragij, asparagi, & similia, quotannis sunt mu-  
tandae uterque elleborus, Galeno libro primo de Compositione medicamentor-  
um localium teste, triennio servari potest. Succialij servantur paululum pri- *Succi*  
mum liquidij ad ignem servati, moxque diligenter defecati, ut est succus rosa-  
rum, oxalidis, buglosi, & similia. Alij ignem non experti tantum subsidere  
permittuntur, ac deinde vasis tandiu transferuntur, donec defecati pelluce-  
ant, ut est succus malorum puniceorum, citriorum, limonum, cydoniorum, &  
mororum. Sicci reponendi sunt, ubi aut sole, aut igne probe siccantur: tum de-  
mum vasculis vitratis, aut pixidibus reconduntur. Cortices, fructuum maxi- *Cortices*  
mè diligenter prius exiccati, ne situm contrahant, aut putrescant, in arculis  
ligneis recondi debent. Gummi facile servantur & diu durant, si in loco nec *Gummi.*  
humido, nec putrido collocentur. Animalia sicciora integra, ut cantharides, *Animalia &*  
non difficulter ubi semel probe exiccata fuerint, asservantur. Humidiora & *eorundem*  
pinguiora promptè corrumpuntur, & putrescunt, vermibusque opplentur, ni- *partes.*  
si Absinthium vulgare, & id genus alia amara, & putredinem arcentia illis ad-  
ijciantur. Reponuntur autem in loco sicciorae frigidiorae. Partes eorundem  
siccatae, ante repositionem nullam singularem preparationem requirunt, nisi  
ut membranulae, carnes, & quicquid corruptioni obnoxium est diligenter ab-  
radatur, & auferatur, ne scilicet putrescant, & subiectae parti graeolentiam  
concilient. Humidae autem partes accuratiorae praeparatione egent, quae qua-  
lis sit suo dicemus loco.

## DE DELECTU ET IN VNIVERSVM

praeparatione materiae me-  
dicatae.

## Caput XXIII.

QVOD ad delectum materiae medicae attinet, non est cur hoc loco aliquid *Delectus.*  
dicamus. Nam quod ad stirpes ipsas spectat, is delectus in ijs optimo ute-  
tur, qui veras & legitimas ad usum medicum adhibebit. Aliorum delectus  
passim supra est in commemoratione singulorum indicatus, ut opus non sit  
hic denuo de eodem verba facere. Quapropter ad praeparationem potius acce- *Præparatio*  
demus. Variè autem medicamenta simplicia praeparantur tribus de causis,  
nempe ut vel palato gratiora & magis suavia sint: vel ut diutius conservari,  
vel ut melius & expeditius alijs misceri possint. Varij autem sunt medica- *Præparatio-*  
mentorum simplicium praeparationis modi, nempe decem, quos ordine pro- *nis modi*  
sequemur. Primus est comminutio, qua utique utendum erit, ubi simplicia *quot?*  
integra usurpari non possunt. Imminuuntur verò primò dum in multas se- *Comminutio.*  
cantur partes, ut scilicet hac ratione corrupta, aliena & inutilia ab utilibus,  
pro-

Tritura.

κόπτηρ.

τριβερ.

Cur terantur  
medicamenta

proprijs; & integris separentur. Secundo, quando duriores partes funduntur scindunturue, vt expeditius tundantur: molliores autem, vt facilius siccentur, aut condiantur. Tertio, vbi quæ dura & tenuia sunt, vt arborum surculi, & herbarum aridarum stipites, franguntur. Quarto, quæ findi aut frangi nequeunt, lima atteruntur, vt vomica nux officinis hodie appellata, aut torno in ramenta dissecantur, vt lignum Guaiacum. Quinto comminuuntur simplicia medicamenta, quando eorundem cortices duriores vel membranosi cultello, vel vnguibus abraduntur, propterea quod illorum tantum in medicina vsus sit, vel quod noxijs, vel nullius precij sint. Sexto, quando quæ dura & crassa sunt atq; ob id commisceri alijs nequeunt, teruntur ac pistillo tunduntur. Terere autem seu tundere est crebro percussu non solum humida, mollia, & virentia, sed etiam sicca comminuere sic vt in puluerem redigantur. Plinio trita in farinam, tusa, & cribrata dicuntur: quanquam posterius etiam de humidis quæ trita per cribrum vi cochlearis, aut rudiculæ, aut manus cernuntur, intelligi potest. Sicca verò cribri succussione descendunt: Vtrunq; autem, humidum scilicet & siccum, Græci λαινερ, id est, lauigare, seu laue reddere, & in puluerem tenuem comminuere, aut in pollinem redigere, & cum vino, vel alio liquore multum subigere dicunt. Vulgus pistare vocat, & ad herbas, fructus, semina, radices, ligna, & alia tum mollia, tum dura transfert. Succum tamen & liquores lenti gummi instar, vt Galbanum, Hammoniacum, sub pistillo dilatantur potius, quàm lauigantur: Cæterum Græci etiam κόπτηρ in pila tundere herbas & radices, & semina appellant. τριβερ quoq; id est, terere, non tantum in puluerem comminuere, sed etiam de Vuis pallsis, Bdellio, Vino, Myrrha, & alijs simul tussis effertur. Porrò ducuntur pistillo per mortarium, aut super marmor leui compressu Thus, Mastiche, & similia quæ tundendo latefcunt. Sic Rhabarbarum per se, sic Lithargyrum cum oleo, vel Oxelæo, vel Hydreleo nutritum, & alia per multa non humida modo, sed etiam arida, quæ trituram illam verberatu multo faciendam non tolerant. Quinetiam metalla vel aliud quidpiam elaboramus, valenter & pluribus diebus, præsertim in sole cum aceto, vel alio simili diu con-

terimus. Teruntur autem medicamenta potissimum arida, interdum etiam liquida, tribus de causis. Vna quidem, vt promptius quod potentia sunt; id actufiant. Sic medicamenta quæ potestate calida sunt, quò tenuius sunt trita, eò citius & facilius à calore nostro actu calida euadunt, & nos quoq; calefaciunt, quum integra adhuc nullam aut minimam calefaciendi efficaciam habeant. Piper enim si integrum corpori adhibetur, aut ore continetur, aut deglutitur, nihil, aut parum id calefacere deprehenditur etiam longo post tempore, quum eius puluis tenuissimus mox vbi linguæ impositus est, eam vehementer incendat & molestat. Eodem modo calida alia potestate omnia, sic stirpium calidorum folia tusa calefaciunt nos & magis & citius, quàm si integra vel sumantur vel admoueantur. Simile accidere lignis videmus, quæ quo crassiora sunt ægrius, quo verò tenuiora expeditius incenduntur. Altera, vt exquisitius promptiusq; alijs medicamentis misceri possint. Quæ enim trita sunt tenuissimè, & cribro tenuissimo creta, vbi medicamentis compositis miscentur, quod partibus suis minimis mutuo se contingant, promptius & valentius se inuicem afficiunt, & tandem compositi vnã facultatem rectius conflant. Tertia propter quam medicamenta teruntur magis vel minus causa est, vt facultatem acquirant à priore diuersam. Quæ enim tenuissimè sunt tusa, & cribro tenui creta, in totum corporis habitum promptissimè distribuuntur: e diuerso quæ crassiora sunt, in ventre hærent, quia angusta venarum ora subire nequeunt,

Hinc est

Hinc est quod Galenus lib. 4. de tuend. sanitate Diospoliticum crassius facien-  
 dum esse doceat, ubi aluum per id ducere consilium est: tenuissimum verò &  
 pollinis instar minutissimum, quando urinas mouere volumus. Pari modo  
 Rhabarbarum officinarum, asarum, cuminum, & id genus alia permulta negli-  
 genter trita aluum subducunt: tenuius verò comminuta in corpus expedite sub-  
 eunt, & venas perreptant celeriter, urinasque mouent. Sic erugo, chalcitis, mi-  
 sy, sory, chalcanthum, æris squama, & alia similiter fortia & valida diu ex aceto  
 trita morsum & rosionē deponunt & admittunt, viribus reliquis auctis. Quum  
 enim natura partuum sint crassiorum, vim suam in altum vsque corporis curandi  
 non demittunt, quapropter vt tenuiora fiant, diu ex aceto terenda sunt ac com-  
 minuenda, vt scilicet hoc modo curiose attenuata ad penitiora vsque penitent, &  
 corporis meatus pertranseant, nusquam inter eundem retenta, & si calidioris  
 naturæ fuerint, sine morsu munere suo fungentur. Porro aromata, quæ Actua-  
 rius, Nicolaus Myrepsus, & Paulus etiam <sup>ad</sup>, id est, species, sæpe appellat, ne-  
 gligenter teruntur, quum vires earum diu integræ sunt seruandæ, quod earun-  
 dem spiritus facile exhalent ac dissoluantur: tenuissimè autem teruntur quum  
 viribus illarum in præsens opus est. Cæterum terendorum non est vna natura. *Species.*  
 Quædam enim substantia sunt tenuia, si sint arida, promptè in minimas commi-  
 nuuntur partes: vti humida mox per se sparguntur, & altè corpus imbuunt. *Terendorum non vna est natura.*  
 Crassa verò contra: quapropter illa minus diu, hæc longiori tempore in eun-  
 dem scopum terenda sunt. Proinde metallica & terrea cætera quod crassa sint,  
 etiam post vstionem diu admodum, præcipuè quæ collyrijs oculorum vel li-  
 quidis vel aridis permiscuntur, terenda sunt. Rara quoque mediocriter & friabi-  
 lia non diu admodum terenda veniunt, vt Rhabarbarum, & Scammonium:  
 acuratius verò, densa & mediocriter lenta, vt est aloë. Nec temerè dictum est,  
 rara mediocriter, quod ea quæ immodicè sunt rara, vt agaricus, colocynthis,  
 per se in puluerem tenuem redigi nequeunt: sed vel cum alijs sunt in puluerem  
 redigenda, aut prius in pastillos digerenda siccandaque. Tunc enim nullo ne-  
 gocio tenuissimè teruntur, quod maximè tentandum erit, ne scilicet in ventri-  
 culi & intestinorum tunicis mole sua hæreant, humoreque redundanti imbuta  
 ex oppressione & pertinaci adhæsu magnam & diutinam molestiam afferant.  
 Lenta quoque mediocriter diximus, quod quædam ex ijs ob ariditatem etiam iam  
 mediocriter dura, nondum tamen per se in puluerem comminui possunt, sed  
 sub pistillo latefcunt. Quapropter aut vetustiora eligenda sunt, aut sole vel igni  
 siccanda, aut cum alijs siccioribus & friabilibus ac tenuioribus terenda, vel ali-  
 quo liquore idoneo sunt dissoluenda. Sic tragacantha, gummi arabicum, thus,  
 myrrha, mastiche, sarcocolla, styrax, bdellium, euphorbium, ladanum, succus  
 glycyrrhizæ, & alia gummi, resinæ, liquores, succi, dum vetustate, aut aliter  
 sunt siccata in puluerem terendo, aut pastillo diu multumque per mortarium du-  
 cendo comminui possunt, vel per se, vel cum siccioribus: quum verò sunt re-  
 centia, melius aliquo liquore dissoluuntur. Eodem pertinent semina quædam,  
 vt Cnici, lini, canabis, cydoniorum, citrij, bombacis seu gosypij, melonum, cu-  
 cumerum, cucurbitæ, citreoli. Amygdalæ præterea vtræque, & fructus quidam,  
 vt dactyli, baccæ halicacabæ ob lentorem & pinguitudinem non teruntur, sed  
 vel scalpro, vel cultelli acie itentidem verberata minutim inciduntur. Ligna  
 priusquam in mortarium imponuntur, lima atteruntur, vel quod minus labo-  
 riosum est in tenuissimas assulas finduntur. In herbis & radicibus ac seminibus  
 quod lignosum, fibrosum, & neruosum est, abijcitur, nisi preciosum sit, & reli-  
 quis viribus non multum inferius. Radices inciduntur in taleolos transuer-  
 sim, ita enim facilius in puluerem rediguntur, & puluis ille filis seu fibris care-  
 bit. Tunduntur quandoque simplicia crassissimè, ad decoctu nimirum: quandoque  
 I crasse,

*Species.**Terendorum non vna est natura.*

I crasse,

crasse, interdum in tenuissimū puluerem, vt in roborantibus compositis. Deniq; vt coctione longa non modo vires imbecillæ resoluuntur, sed etiam <sup>in uis</sup> <sup>genuo</sup>, id est, incensio, siue ignitio, coctis rebus imprimitur: sic longo attritu corporum durorum pistilli, mortarij, & teredorum etiam cum humore calorem, in medicamentis præsertim diu terendis, vel gignit, vel auget, qui corundem facultatem mutat, & si hæc imbecilla fuerit, dissipat, adiutus difflatione per agitationem illam excitatam. Quam caloris ex attritu durorum generationem plene indicat farina, quæ ex breuissimo contactu molarum, calida tamen in subiectam arcam decidit. Ob id Thymus & Hyssopum vt coctionem, sic etiam trituram mediocrem, non diuturnam & vehementem sustinent. Quædam deniq; frigido pistillo, & in frigido loco contundi postulant, vt aloë. Quædam contra calidis gaudent, quædam vtriusq;. Quædam ligneo pistillo, quædam lapideo teruntur. Quædam in pila plumbea, alia æreo, alia, vt margaritæ, in marmorea teruntur. Alter præparationis modus est auctio, qua medicamentum, quum alijs miscetur, aliquid acquirit, id quod fit nutritione, conditura, & coloratione. Nutrimus autem, quando rhabarbarum, agaricum, sena, lithargyrum, molybdana, & id genus alia, aliquandiu super calidos cineres, idoneo liquore temperamus. Turpetū verò, vt id obiter indicemus, lacte: myrobalani oleo, aqua, & alijs ex præscripto filij Mesuræ nutritur. Sarcocolla, lacte muliebri, vel asinæ, vel capræ nutrita, aliquandiu post siccata, idq; aliquoties, ad vsus reponitur. Fit autem hæc medicamentorum simplicium nutritio, & velut refectio atque auctio interdum etiam citra ignem, nempe in aëre calido. Cuminum insperso aceto nutritur, & iterum resiccatur. Nutritio verò ideo est excogitata, vt medicamenta eliquore quem imbibunt temperentur, ac mitiora fiant, suamq; vehementiam non nihil remittant. Conditura fit saccharo, aut melle, aut vtroq;, aut sale, aut muria, aut aceto, idq; vel gratiora palato fiant medicamenta, vel vt diutius conseruari citra putrefactionem possint. Condiuntur autem herbæ, flores, fructus, cortices, & radices vel virides, vel arefactæ, vel crudæ, vel prius coctæ. Herbæ prius coctæ, magna ex parte, vt fit in Serapiorum compositionibus, hodie condiuntur. Olim muria etiam condiebantur. Sunt tamen qui nunc quoq; herbas virides minutissimè, instar florum, concisas, saccharo condiunt. Flores tamen non modo, vt iam dictum est, minutissimè concisi, sed & tuis saccharo condiuntur. Vocantur autem eiusmodi condituræ hodie Conseruæ. In ijs autem parandis plerunq; triplum sacchari ad simplum herbarum aut florum concisorum vel tusorum sumitur. Qui quæstui student pharmacopœi, vel gulæ gratificari student, plus sacchari accipiunt. Sic autem maximè parantur. Herbis aut floribus exactissimè concisis, aut tuis saccharum adijcitur, & simul in pilam probè purgatam conijciuntur, miscentur, & contundunt, postea aliquot diebus soli exponuntur. Cauendum tamen vnice erit ne fermentando extra vasa effluant, quod fiet si vasa ipsa non ad summum vsq; impleantur. Quum conseruarum durationis tempus inæquale sit, quod aliq; satis diu durent, veluti rosacea, alia verò cito corrumpantur, acescant, vel arecant, danda opera erit vt singulis annis nouæ conficiantur. Asseruantur commodissimè in vasis vitrijs, lapideis, fictilibus & densis. Fructus molles & aquosi priusquam ad perfectam maturitatem peruenerunt auulli & decerpti saccharo vel melle ad iustam spissitudinem cocto atq; clarificato condiuntur. Duri, non nisi maturi condiuntur. Aridi, vt Myrobalani genera omnia, prius macerantur & coquuntur dum mollescant, deinde ut alienam humiditatem deponant in cribro aut lauigato assere aëri exponuntur, vel in panno lineo resiccantur, donec in superficie contrahi incipiant, postea saccharum aut mel coctum affunditur. Pari modo à nonnullis Iuglandes nondum plenè maturæ nouem diebus vel circiter in aqua pura quotidie

2. Auctio.

Nutritio.

Conditura.

Conserua.

tidie mutata macerate, dein coctæ ferramento tenui transuersim secundum tres dimensiones perforatæ, & dein leuiter resiccata, foraminibusq; cinamomo, charyophillis, & zingibere in festucas longas concilis, expletis, affuso saccharo vel melle cocto condiuntur, & asservantur. Ceterum cauendum ne saccharum aut mel dum affunditur nimis calidum sit, alioqui enim contrahentur & corij modo lenti & teneres fructus euadunt. Quod si verò aquosiora post aliquot dies euadant, & metus sit ne fructus corrumpantur, rursus effundatur, & ad iustam crassitudinē coquantur, ac denuò affundantur. Sunt qui crudo melle, aut sacchari puluere fructus maximè molliores, vt sunt cerasa, persica, mora, tectos condiunt. Quidam muria cōdiuntur, vt limones, & oliuē. Quidam sale, vt capres. Radices recentes & virides, vt helenij, pimpinellæ, pæoniæ, ei yngij, primum coquantur dum mediocriter mollescant, coctæ leuiter resiccantur in aëre à se inuicem seiunctæ, ac tandem saccharo aut melle cocto conduntur. Arida, vt zingiber, & calami vsitati radix, acerrimo lixiuio probè macerantur, vt mollescant, quo facto perfunduntur aqua pura frigida subinde mutata, donec omnis acrimonia & lentor lixiuij auferatur. Dein leuiter in aëre siccata, vt dictum est condiuntur. Colorationis vt in alijs multis rebus, ita quoq; in medicina vsus est. Quædam autem citra alterius rei adiectionem colorantur, vt penidia diu tractando fiunt candidiora & elegantiora. Loch sanum & expertum diu multumq; agitando fit candidius. Quædam contra adiectione alterius, vt theriaca chalcitide adiecta nigrescit: saccharum santalo rubeo addito, vel alio colore tingitur, vnguentum potabile, anchusæ radice. Quanquam temerè coloris conciliandi gratia medicamentis nihil adijci debet. Coloribus autē varijs inficiuntur magis spectandi, quàm necessitatis gratia. Ad flauum enim colorem conciliandum vtuntur croci aut rhabarbari succo. Ad rubrum, santalo, pæsilij ligno, lacha, grano tinctorio, florib. Amaranti purpurei. Ad viridem, Anethi succo, solani, & rutæ. Ad cæruleum, florib. cyanei. Ad indicum, baccis sambuci. Ad nigrum, gallis, succo corticum viridium luglandis. Hi succi aceto, aut vino sublimato diluuntur, & Confectionibus vocatis iam absolutis, sensim in ahero calentibus asperguntur. Quum autem confectionum nobis iam facta sit mentio, fortè ab instituto alienum non erit si modum struendi confectionum hic breuiter perstringamus. Confectiones aut pharmacopœi, vt id obiter indicemus, vocant quado simplicia medicamēta arido saccharo obducuntur siue incrustantur. Hoc autem modo conficiuntur semina, fructus, radices, & aromata integra, vel in partes frustra q; dissecta, vt gulæ gratiora sint, minoreq; molestia assumi possint, quando quidem alia eorum nimis amara, vel acria, vel alium medicamento sum parumq; iucundum saporem habeant. Semina itaq; priusquam conficiuntur à sordibus, pulueribus, festucis, lapillis, & pediculis suis cribrando, ventilando, & seligendo purgantur. Fructus aquæ feruenti iniiciuntur, vt putaminibus suis exuatur. Aromata in frustra longiuscula ac tenuia finduntur, atq; conciduntur. Saccharum ad conuenientem consistentiam coquitur. Medicamentum aut conficiendum in vas æneum duabus ansis pensile inditur, & super carbones hinc inde antrorsum retrorsum, dextrorsum sinistrorsum agitatur, nunc in orbem voluitur, nunc instar auenæ in vannis mouetur, donec calefiat, calefacto autem parū sacchari ferreo cochleari infunditur, non procul ab extremitate vno foramine perforato, & continuo agitatur quoad saccharum siccatur: deinde aliud affunditur vt prius, idq; tantisper fit dum iustam acquirat magnitudinem. Superficies autem in plerisq; leuis est, nisi singulari artificio asperior seu crispa, saccharo ex alto fundendo, fiat. Si verò materia conglobatur, vel saccharo confertim infuso, vel negligenter moto, manu affricata nodi dissoluuntur. In fine confectionis exactè siccantur, deinde in calidum & siccum locum cribro imposta reponuntur. Atq; is optimus conficiendi modus

Coloratio.

Confectionū  
struendarum  
modus.

I ij existit.

3. *Separatio.* existit. Tertius preparationis modus est separatio, per quam à simplicibus medicamentis vel aliena, vt fordes, vel partes, vel contenta separantur. Hæc verò multis perficitur modis, nempe pulsatione, frictione, maceratione, lotione, expressione, coctione, despumatione, colatura, clarificatione, & destillatione. *Pulsatio.* Pulsantur aut materiae malleo, vel pistillo, vt partes à se mutuo auellantur, ita semina à stirpibus, cortices à nucleis, medullæ radicum à reliqua substantia pulsan-  
*Fricatio.* do separantur. Fricantur materiae vel crudæ manibus, vel coctæ vt à se mutuo separentur. Porro quam nos macerationem dicimus, vulgus medicorum infusionem nominat. Medicamenta verò quæ macerantur parum trita in liquorem aliquem calentem à sole, vel igne interdum per semihoram, aut etiam plures, octo nimirum, noctem totam & diem, per triduum item vel quadriduum, pro medicamēti natura, & vario medici scopo, ac necessitate, coniicitur, vt interim vis eorum tota in liquorem illum trahatur ac transeat. Hæc quidem hodie medici non solū in decoctionib. & serapijs, verum etiam in potionibus purgantibus, vt scilicet gratiores fiant, quàm sit solidorū medicamētorum substantia. Citius præterea distribuuntur aut subeunt liquida quàm crassa, vt potu quàm cibo etiam facilius & iucundius est impleri. Non solum aut medicamentorum facultas in liquorem transit, sed eius etiam substantiæ portio tenuior: interdum quoq; crassioris aliquid, præsertim quum id quod maceratū est valentius colando exprimitur, aut per colum rarius transmittitur. Nisi enim validè id quod maceratum est exprimat, tenuior tantum eius substantiæ pars in liquorem transit, & crassior in medicamento remanet. Colandum igitur & exprimendū magis aut minus erit pro ægri & affectus, medicamentiq; natura. Maceratio veteribus nō ita frequens atq; recentioribus fuit, maximè in purgantibus medicamētis. Noluerunt enim facultates quas natura coniunxit nō sine maxima sua industria, & egrorum vtilitate, separare. Verbi gratia, in Reo barbarico purgatoriam facultatem ab adstrictoria separare noluerunt, vt scilicet sua adstrictoria facultate ventriculum roboraret. Antè tamen decoctionem saepe, etsi non ad purgationem, medicamēta macerarunt, vt scilicet quod à maceratione remansit, per coctionem eliceretur. Galenus lib. 4. de tuend. sanit. semen Abietis tritum, & flores populi nigrae tritos oleo dulci & tenui macerat dies 40. Interdum menses duos, tres, quatuor, & plures in domo calida, & sub sole mouet meridiano, postea linteo colatum vt expressum oleum reponit, reliqua abiicit. Nostri vice macerationis nonnunquam iuscule aliquo medicamēta nodulo ligata incoquunt.
- Cur medicamenta macerantur.* Cæterum macerantur liquore aliquo medicamenta quatuor de causis. Primò, vt portionem substantiæ medicamentorum tenuiorem à crassiore ac terrea adstringente separetur, vt vel hac, vel illa seorsim vsurpet. Quæ utiq; de causa Rhabarbarum Indicum, aliaq; medicamenta dissimilium partium macerantur. Quando enim Rhabarbarum ijs qui tantum purgatione & abstersione indigēt exhibere cōsiliū est, diluto eius vtimur, vtpote cui tenuior duntaxat eius substantiæ pars inest. Non est igitur Rheubarbari dilutū dysentericis exhibendum, quod ij adstringente eius facultate magis egeant. Sic Agaricum maceratur, ne intestina debilia sua substantia leui & rara illis facile adhærens, lædantur.
2. Secundò, vt medicamenti facultas vehemens corrigatur frangaturq;. Sic Turpetum lacte caprino recens multo maceratum, & postea siccātū, mitius & elementius fit, nec ita ventrem perturbat. Pari modo Myrobalani, qui vel oleum, vel butyrū imbiberunt adstrictionis noxam remittunt, minusq; obstructionibus obsunt. Thymelæa quoq; & Tithymali quum in aceto macerantur mitescunt, & acrimoniam effrenem deponunt. Nucum Pinearum amarorem, & lupinorum aqua in qua macerantur mitigat. Palmulæ in aceto maceratae dulcedinem nauseam proritatem deponunt. Coriandro insuper vis illa caput tentans fit in acetum, in quo sampsuchus maceratus est coniiciatur. Nam is caput admodū
- con-



confirmat, adeoq; Coriandri noxam frangit. Tertio, vt facultas medicamēti validior fiat. Sic Turpetum in succo Cucumeris agreffis maceratum, materias noxias à remotis partib. maiori efficacia trahit, & expellit. Hermodactylus in Scillae aut Raphani succo, vel aceto scillitico maceratis, potētius ab articulis euocatur. Agaricus etiam in oxymelite maceratus, vehementius purgat. Quarto, vt medicamentum fiat lubricum. Ob id medulla Colocynthidis, succo tragacanthæ macerata, promptè per totum ventrem lubricat, vt neq; ventriculo, neq; intestinis, neq; vesicæ adhaesum sit molesta. Scammonium quoq; oleo violato vel simili maceratum promptè subit deorsum, nulla aut minima partium, quas per meat, noxa. Quapropter liquor ipse medicamenti vires, aut in se trahit, aut mutat, ac frangit, vel auget, vt de auctione quoq; dictum est, pro varia cuiusq; liquoris natura. Danda igitur opera est, vt singulis affectibus conueniens liquor pro macerationis materia accommodetur. Ita profectò Sena adustorum humorum purgatricem in dulcium pomorum succo maceratur, cui flores quoq; violæ, buglosi siue borraginis, cinnamomum, sericum grano baphico tinctum adiunguntur. Rhabarbarum Cichorij, & Seridis stillaticijs liquoribus delectatur. Serum præterea multis purgantibus medicamentis macerandis accommodatū admodum est, quod scilicet non tantū abstergere, sed etiam purgare possit. Idem etiam efficit stillaticius lupi salictarij, fumaris, absinthijq; liquor. Quinto, macerantur, vt mollescant, & concoctioni aptiora reddantur, veluti lignum Guaiacum. Sexto, vt dissoluantur, vt gummī, chrysocolla, & alia metallica. De maceratione hætenus. Porro lauantur medicamēta quatuor ob causas. Primo, vt partes eorum impuræ & alienæ ab ipsis remoueantur, & tollantur. Qua quidem ratione herbæ si impuræ sint, item radices, semina, & metallica aqua pura & fontana lauantur, vt terrenæ partes, lapilli nimirum, arena, & lutum in fundo subsidentes: aut leues, veluti festucæ & ligna in superficie natantes, auferantur. Secundo, vt facultas velut in profundomersa, parumq; efficax fiat euidentior. Sic in Cadmia non vsta, & alijs quibusdam tergendī vim occultam lotio detegit. Ita quoq; aloë lota ventrem magis roborat. Tertio, vt virtus medicamenti malefica, vel nobis in affectum præsentem incommoda, tollatur, & quæ expetitur maneat. Sic vsta omnia ubi lauantur, moderatiora fiunt, acrimoniamq; vstione acquisitam deponunt, ac minus mordacia redduntur, sed ignea illa natura in aquam deposita ipsam efficiunt, tenuem & calefacientem: quod verò terreum remanet morsus expers vlcerebus humidis sit epuloticū, illisq; cicatricem inducit. Ob id æs vstum acre & subadstringēs lauari petit, vt cicatricem inducat in carne molli: indura enim est epuloticum seu cicatricem inducens citra lotionem. Chalcantum vstum & lotum fit moderatius. Chalcitis præterea, lithargyros, ærugo, os Sepiæ, cera, resina, pix oleum, & id genus alia sunt abluenda, præsertim quum vlcere, aut oculo, vel partialij insigniter sentienti acrimoniam mordax est noxia. Testa ostreorū, buccinorum, purpurarum, vsta, & lota vlcera caua & fistulosa, & ob fluxionem diuturna carne implet. Cornu ceruinū vstum, lotumq; dysenterijs salubra. Lauantur eadem ratione plurima citra vstionem acria. Sic enim lauat Acaciam Galen: vt acrimoniam per lotionem deposita, siccet sine morsu. Oleum quoq; picem, resinam, ceram, & alia multa lauat, vt morsus & acrimoniam expertia sint. Aloë lota ventrem minus subducit, & vacuat, magis autem roborat. Lacha lota minus soluit, magis obstructions leuat. Cyaneus & Armenius lapides lotionem purgandi molestiam deponunt, ac mitiores redduntur. Quarto abluuntur medicamēta, vt è liquore facultatem aliquam nouam acquirant, veluti si Tithymali succo, aut decocto medicamentū aliqd lauatur, eius vires in se transfert. Sic aloë lota decocto aromatum, stomachicorū ventrem potentius roborat. Turpetum decocto Agarici lotum, aut in eo maceratum valentius est pituitæ purgatorium. Decoctum Scammonij, Tithymalorum & aliorum id genus, in se lotis vim suam largitur. Aqua verò vel vino albissimo lauantur metallica ad emplastra alba, & ad collyria. Aqua lauantur, si affluens in vlcus humor est acris & mordax. Vino austero, si humor affluit

I iij largi.

31

40

50

60

Lotiones

10

20

30

40

largior: aceto vel aqua marina, si ulcera sunt tumida, & cum oris crassus ac callosus attenuationem multam requirunt. Aqua autem dulci precipue lauamus, quando medicamento facultatem adimere studemus. Quae utique ratione omnia metallica lauamus, ubi illis mordicandi vel vrendi vim adimere conantur. Interdum etiam ut aliquam adijciamus, ut quum ceratum diutius aqua frigida lauamus, quo potentius subinde refrigeret. Vino lauamus, ut calor, vel odor, vel roborandi vis inde medicamento contrahatur. Calor, ut si fructus aestiuos frigidos, pepones verbi gratia vel melones, vino quo minus vetriculo noceat, lauamus. Odor, ut si ad conciliandum odorem, & ut ad sumendum suauiora reddamus medicamenta lauamus vino. Vis roborandi accersitur, e vino adstringente. Aceto quando vim medicamenti excitare, & eius substantiam attenuare, & ut efficacius penetret efficere volumus. Aqua marina, vel salsa, ut medicamenta exquisitissime purgentur, & candidiora reddantur: vel vi falso medicamento concilietur, ut si resinam lariceam aqua salsa lauamus, ut ad extergendam & exiccanda scabiem efficacior fiat. Ita sane & in reliquis liquor pro affectus & partis natura mutandus est: verbi gratia, calido succo refrigerate, ut cucurbitae, lota frigiditate, deposita, aut saltem imminuta caliditate, induunt. Contra vero frigida, succo calefaciente lota.

*Lauandi modus.*

Lauandi autem modus, Galen. li. 2. de Simp. medic. facul. ca. 15. autore is est, ut quae calefacta liquantur, nec possunt aquae misceri, qualia sunt oleum, cera, pix, resina & alia quaedam modice calefiant, ac mox indantur in vas magni latitudinis, semiplenum aqua purissima omnis qualitatis experte, quando scilicet medicamento nullam vim novam addere volumus, sed id tantum purgare, aut facultatem eius mesam detegere aut noxiam tollere, sed quae ex sole vel igne tepeat. Tum id corpus lauandum in aqua ipsa teritur, tunditur, frangitur, subigitur manibus, ut vnaquaeque medicamento ablundi portio aquam tangere possit, & in ea suam acrimoniam exuere. Denique aqua haec effusa, in sinceram aliam vas infusam recalefacta ipsa medicamenta imitantur: rursus ad modum diu contunduntur, mox idem tertio, quarto, ac sepe deinceps faciendum, donec omnem suam qualitatem in aquam deponat medicamentum, seu aqua nullam ex toto medicamento qualitatem amplius recipiat: quam quidem rem gustu, colore, & odore cognoscet. Oleum autem ablutione non modo mordacitatem & saluginem exiit, sed etiam fit candidius, aquea ac rufa eius substantia separata & deterfa. Ipsum tamen lauando minus verberabis, quam ceram, picem, resinam, ne adeo aquae misceatur, ut egre postea separari possis. Id vero quod falsum non est, & omphacinum lotionem non admodum indiget. Quae vero lapidosa & dura sunt, ut Cadmia, eris squama, esustum, ea tenuissime trita ex aqua fontana & purissima multum diuque teruntur, ea aqua subinde effusa, & pura in eius locum affusa, quoad nihil sordium medicamenti aquae innatet, maneatque aqua medicamenti qualitatum omnino experta. Quando enim aliquid eius aquae ipsi innatabit, aut qualitatis eius quippiam sensui apparebit, tandiu terendum & effundendum. Sic lithargyrum, diphryges, cerussa, misy sory, stinmi, omnes lapides, praeterea calx ipsa lauanda erunt, non tamen semper aqua, sed etiam vino, vel aceto, vel aqua marina, vel alio liquore cui metallica & terrea ob innatam grauitatem facile subsidet. Sunt autem haec toto die cum liquore illo medicamento coacta, per noctem in eo relinquenda, postero die mane ille abijciendus, & alius mox superfundendus: postea rursus similiter terenda, & sequentiaurora liquor iterum effundendus, idque fiendum donec morsus sint experta haec metallica, ut sordes nullas in aqua relinquat, sintque pura & perspicua. Quod si haec estate sub sole feruente laueris, medicamentum potentius siccabit, tenuius erit, & candidius. Aliqui numerum lauandi definiunt, sed temere, quum pluribus aut paucioribus vicibus, seu diutius aut parcius pro ipsorum facultate medicamentorum, aut partium quibus applicantur natura, & medicis indicationibus, lauandi sint. Porro, ut id etiam adijciamus, hodie plerique metallica, lapides, terre species hoc modo lauant. Medicamentum tuum in aquam immittunt, illidque rudicula hinc inde agitant, dein stare permittunt, ita enim quicquid leue est aquae innatat, quod postea cochleari multis foraminibus pertuso auferunt. Dein rursus aquam agitando turbant, aquamque turbidam aliud

aliud

aliud vas effundunt, vt quæ grauiã sunt subsideant, quod tantisper faciūt, donec quicquid alienū & graue est in vase priore inquatur. Reliquum aut̄ stare permittunt, quoad pura & clara fiat aqua, quã postea leuiter inclinato vase effundūt, ne quid vtilis materię simul effluat, q̄d remanet siccāt, & in pastillos digerūt. Oleū lauant, affusa aqua, in vase vitreo amplo ventre, vtrinq; mediocriter oblōgo, in fine angusto, atqui aperto, vt obstrui possit. Quo facto hinc inde agitāt, & deinde liquorib. quiescentibus, ex altera parte aquã emittūt, postea iterum atq; iterū lauant, quoad aqua insipida reddat̄. Quod si oleū ita faciendo aquę permisceat̄ vt separari ab eo statim nequeat, expectant donec quiescēdo vtrinq; in suū redeant locū: aut calefaciunt vitrū super vapore calido, & hac ratione separant. Terebinthinam in vase aliquo aperto aqua lauāt pistillo vel rudicula agitata. Sed de lotionē satis. Expressione separātur partes, quando liquor aliquis e medicamētis con-

*Expressio.*

tusis exprimitur. Exprimūtur etiam macerata, & decocta, vt efficaciora euadāt, idq; manu, torculari, vel alio instrumento. Quæ manu exprimuntur, tenuiora & elegantiora fiunt. Quæ torculari, crassiora atq; validiora. Leuiter igitur aut violenter exprimuntur medicamenta, prout tenues, vel crassas medicamentorū partes desideramus. Atq; hinc est, quod huic rei varia destinata sint instrumēta. Stirpes virides non nisi probē contusæ prælo subiiciuntur, vel manib. premuntur. Quarum verò succus valdē tenuis est & aquosus, nō mox vt decerpuntur etiã exprimuntur, sed aliquandiu expectatur donec incipiant flaccescere, ita enim efficacior succus erit, & facilius inspissari potest. Quarundam stirpiū succus crassior & viscidior est, q̄ vt per se exprimi possit: quapropter herbæ tusæ aliquādiu stare permittūtur, donec quodaquosius est, à reliquis separetur: vel affuso alio humorē virib. cognato, simul ambo exprimūtur. Quædam enim nisi prius humectentur, succum nullū, vel difficilē saltem reddēt. Si verò succus tantū mucilago est, vt seminis psyllij, lini, scenogræci, cydoniorū, maceratur semen affuso aliquo liquore diebus aliquot, deinde in sacculo inclusum suspenditur, postea ligneo culltello, vel cochleari à sacculi superficie abraditur, vel manib. deorsum premēdo, & veluti mulgendo, vel duobus baculis comprimitur, ceditur, & elicit̄. Quum deniq; calida facilius fluant, ideò nonnunq; pinguib. aqua feruens affunditur. Coctio, quæ non est nisi elixatio, medicamenti excrementosum humorē coquit,

*Coctio vis.*

resoluit, flatus in eodem crassos, mordaces, ad nausēā ventriculū euertentes dissipat, deniq; eius acrimoniã, vim validē laceratē, excoriantē frāgit. Hincq; adeò est quod radix Ari, draconij, cepe, allij, porri, aliãq; medicamēta acria, elixando euadāt mitiora, ac gratiora. Attractio quoq; medicamēti vehemētior & malignior coctione obtūditur, vt quum medicamētū maleficum intra alterius benigni euacuatē coquit̄, quo illius facultas in hoc fracta maneat. Verbi gratia, si radicē Raphani, radicib. Ellebori transfixam sub cineribus coquimus, eamq; edēdam damus. Habet enim virtutē Ellebori purgatricē, sed multū repressam. Ita Scammonium malo cydonio circundatur, in eoq; coquitur, vt ipsum malū clemētius purget, q̄ per se Scammoniu. Præterea medicamēta in liquorē cui illa incoquantur, vim suã transmittunt, & liquoris illius viriū aliquid adipiscūtur. Danda igit̄ opera est, vt vas in quo coquuntur sit arcuissimē clausum, præsertim quū tenues medicamentorū partes conseruari cupimus, quæ alioqui statim dissipabuntur. Coquuntur igitur medicamenta permulta, vt eorum vires imbecillē augeantur, aliorū validē nimis minuantur, aut aliene in totū abigātur, & vt ex omnib. etiam facultate diuersis & sæpe cōtrarijs, facultas vna concreseat coalescatq;. Quædam quoq; coquuntur, vt mollescant, atq; ad aliorū medicamentorum vsum aptiora fiant. vt gummī galbanum, & hammoniācum, vel vt condiantur, vt radices gladiolæ lutei palustris, & pimpinellę. Quædam vt vna facultate amissa, alterā tantū retineant, vt lentes. Quædam in duplici vase coquuntur, maximē olea preciosa, & alia quædam ne vstionem aliquam sentiāt. Vas autem duplex est, quando vas

*Vas duplex.*

in quo medicamētum coquendum continetur, in aliud vas, aqua plenū, cui ignis subiectus est, imponitur. Vasa autem in quibus coquuntur medicamēta figulina

*Non omnia  
æqualiter co-  
quenda.*

& vitrata, & plumbo albo incrustata, potius quàm aenea, & cupria. Vitrea verò præstantissima sunt. Cæterum non sunt omnia æqualiter coquenda. Nam quæ ad custodiæ diuturnitatē parantur, coctionem longam requirūt, vt omne aqueum & corruptioni aptū longa coctione absumatur. Quædam etiam diu coquuntur, ob destinatā medicamētī formam, ita sanè Serapiū diutius coquimus, quàm decoctū, aut lulebū, emplastrum item diutius, q̄ ceratum, aut cataplasma. Quæ item medicamēta mel liberalius accipiunt, coqui largius postulat. Ea quoq; quæ paucū mel accipiūt, si ijs parant, qui mel & dulcia cætera auersantur. Nam hoc pacto mel si diutius coquat minus dulce erit, minusq; stomachū eorum qui à melle abhorrent, subuertet. Longo tempore etiā coquuntur aristolochia, polypodiū, hermodactylus, & reliquæ radices. Duræ em̄ firmæ, crassæ, & densæ sunt, ideoq; nō solū diutius, sed & diuisæ, & cōcise coquunt. Semina etiā propè omnia, quod pleraq; eorū densa sunt: ligna itē, nisi aromata fuerint, aut facultate imbecilla & superficialia diutius coquunt. Quo em̄ quid facilius aut difficilius resoluit, eo breuius aut longius coquit. Primo igit radices, dein ligna, cortices, semina: postea herbe, p̄sertim aridæ, tandē fructus, & flores inter coquendū adijciunt, exceptis tamē violis quæ diu coquunt, vbi virtus earundē purgatrix in centro earū posita querit: item rhabarbaricū, myrobalani oēs, quando adstringendū, acerbæ quoq; & austera, omniaq; metallica. Quemadmodū em̄ violarū vis purgatrix in pfundo heret, ita Rhabarbarici quoq; myrobalanorū, & similiū vis adstringēs. Parcius verò coquunt, quorum virtus imbecilla, aut superficialia est, aut facile ob tenuitatē resoluit, aut substantia est parū firmiter contexta, hoc est, rara, vt flos violæ nigræ, si vis leniens emolliensue queritur: rosæ & cæteri ferè flores, excepto chamæmelo, epithymū, adiantū album, agaricus, semen cucumeris, cucurbita, melonis, citruli, rhabarbarū, myrobalani oēs quando per hæc duo, vt rosas recentes purgandū, aperiendū, tergendū. Habent em̄ hæc omnia facultatē abstergentē & purgantē in superficie positam. Manna quoq; & Casia, & Tamar Indus, cæteraq; dulcedine, vel aciditate lubrica, & humiditate multa purgantia. Nam vim lubricā diu in ijs imbecillā coctio multa perdit. In summa coquuntur omnis generis simplicia, exceptis metallis & lapidib. Perdit Aromata etiā, vt nardus, casia, cinnamomū, iuncus odoratus, calamus aromaticus, iris, ladanū, styrax, bdellium, & id genus alia non coquunt, sed ad finem coctionis, quū vas ab igne deponendum est, aut mox postq̄ depositū est, iniiciuntur. Pari modo Ambarū, moschus, gemmæ, vbi medicamētū iam perfectē coctū est iniiciunt. Quid multa: quādo diuersa vnā coquenda sunt, diligenter obseruandū, vt quod facilius resoluit, reliquis ferius actardius adijciat. Quum verò hic de cōcoctione agat, fortè non ab re erit si rationem coquēdi saccharū breuiter exponamus. Saccharū primū in partes secatur, & affusa aqua aliquādiu feruescit, dein per laneū pannū colat, postea ad perfectionē coquit. Si clarius & purius esse debet, albumine oui vno & altero pro sacchari portione sumpto, paucaq; affusa aqua virgulis in modū scoparū colligatis agitatur, donec in spumā abeat, quæ cum feruenti aqua saccharo iniicit, & vbi aliquādiu cocta fuerint, colant, colataq; denuo coquunt, donec gutta in marmor aut stanneū orbē, aut laminā ferri leuē tusa consistat, nec mota diffluat, aut donec omnis ferè humiditas absumat. Cuius rei signū est, qd paululū sphathulæ adherēs violēter in aērē proiectū in floccos abeat, & quo flocci maiores ac latiores, eo saccharū exactius coctū, & minus humiditatis reliquū est. Absoluta iā coctione de despumatiōe nobis dicendū erit. Est aut despumatio nō nisi spumę cochleari ferreo pertuso, ne cū spuma etiā humor in q̄ coctio fit abijciat, detractio & remotio. Quū em̄ hæc superiorē locū petat, siue negotio cochleari foraminib. pertuso tolli potest. In coquēdis aut medicamētis pharmacopœus nō, vt coqu⁹, oēm spumā detractā abijcere, sed inutilē solū, vtilē aut qualis est sacchari & mellis, in vas quoddā colligere, & dein ad Serapij consistentiā ac spissitudinē iterū coquere, & in suos vsus seruare debet. E sacchari spuma Theriaca p̄ iumētis, è mellis aut spuma recocta nonnulli glādes parat. Colaturaliquoris dissimilares partes, perindē atq; de spumatione,

*Ratio coquen-  
di saccharum.*

*Despumatio.*

*Colatura.*

tione, fecernuntur. Vt enim despumatione tenues aëreae & pingues partes, ita colatura crassae, terrenae ac foeculentae partes separantur. Crassae autem & terrenae partes primo per pannū rarioris, dein densioris texturæ, liquore transmissio colliguntur. Semper autem calida, frigidis melius colantur. Interdum sua sponte ad fundum vasis, aut colli descendunt. Quod si per colū liberè non transmittitur liquor terrenis & crassis partibus obstructū ipsum mutamus, vel abluimus, & a sordibus purgamus. Si tenacius liquidas succi partibus adhæreāt terrenae, acetū, citriorum succum modicum addimus, aut aliud quippiam quod habeat diuidendi separandique facultatē. Similiter albumen oui batuatam, siue bacillo qualifatum, ut magis per totum corpus distribuatur, ducimus per liquorē, quo dum concrefcit, inclusam vel adhærescentem sibi similem materiam educat, quæ sic facile possit auferri. Porro quum turpida ventriculo sint ingrata, & aspectu etiā parum iucunda, clarificatione etiam interdum opus erit. Clarificantur autem, hoc est, purificantur, succi quidam per se. Residendo enim quod in his est terreum ac foeculentum subsidet, adeoque limpidiores fiunt. Quidam coctione & colatura, ut dictum est. Quidam ut alia decocta, quæ vix sine albuminibus ouorum in spumam agitantur, purgantur. Hac enim ratione quicquid crassum & foeculentum est, una cum spuma albuminū in superficiem fertur, quod deinde cochleari foraminibus pertuso auferitur, & id quod reliquum est, ob sordes grauijores fundum petentes, per pannum colatur. Singulis autem decocti libris singula albumina adhibentur, quamuis tria etiam sex libris & pluribus sufficere possunt. Adhibentur verò immisso vel paulo antè, vel dico post saccharo aut melle, alioqui & albumina vruntur, & purgatio parum bellè procedit. Serapia aut decocta, quæ magistralia nominant, agaricum in fine ponendū accipientia, albuminibus non egent. Albuminum autem loco, acetum, succus limonum & arantiorū adhibetur. In quibus enim est acetum, despumantur coquendo, & coquunt despumando, donec spumare desinant: tunc enim clara sunt, quatenus eis concessum est. Albumina ouorum vel in aquam frigidam iniecta scopulis agitantur & concutuntur, donec in spumam abeant, quæ particulatim saccharo cum aqua feruefacto, vel decocto alicui iniicitur, quum scilicet prior nigrescit aliam substituendo donec clarescat, vel eadem iniecta primum saccharo cum aqua coquendo, vel decocto alicui, vel simul mistis ambobus, quod frequētius fit, scopulis similiter frequēti agitatu in spumam abeunt, simulque coquuntur, donec spuma subsidat. Quod si decoctum futurū est liquidissimū, per pannum albū laneum semel, & si non satis clarū bis & ter, colatur. Itidem decocta mucilagines recipiētia, serapia, & saccharū cum aqua coctum incrustandis seminibus, vel alijs bellarijs aptum, calida omnino per pannum colanda sunt, quod calida semper frigidis melius per colū traiciant. Restat ut de destillatione, per quā tenuē a crasso per se sine adminiculo alterius liquoris, vel adiecto aliquo liquore vi caloris elicitur ac separatur. Inuentum est nouum Chymistarum, veteribusque incognitū. Quum verò de ea non nihil ca. 9. huius libri dixerimus, hic breuijores erimus, praesertim quum sint hodie quam plurimi qui integros de destillatione libros ediderint. Destillandi modi varij quidem sunt, duobus tamen summatim generibus complexi. Vnus enim per descensum, alter verò per ascensum fit. Nos hic tantū vnus modi qui ascendendo fit, eius nimirum qui optimus est, & in vase duplici fit, hunc quidem in modo. Vas vitreum, vel ex plumbo albo factum medicamentum continens in alterum vas figulinum cacabumue aqua feruente plenum imponitur, adeoque calentis aquae balneo liquor elicitur. Vasculi autem in quo stirpes continentur fundum, aquam feruentem alterius vasculi non attingat, sed solo ab eo eleuato vapore incalcescat. Primum vas operculo rostrato exquisitè tegit, ut medicamenti substantia exhalati vapores in operculum illud impingentes in liquorem ver si per rostratum canalem destillet. Haec destillandi ratio optima existit, & Bal-  
neum

Clarificatio.

Destillatio.

In duplici vase.

neum

- Balneum Mariae.* neum Mariæ nominatur. Cæterum in omnibus destillationū modis ignē moderari oportet, vt materia nec aduratur, nec nimium ferueat. Præstat igitur ex prunis, quàm lignis parari ignem, ille enim æqualior quàm hic est. Similiter sicca ligna humidis præferuntur. Liquores stillaticij per aliquot dies Soli exponi debent in vasis linteo aut membrana perforata obturatis, vt quicquid excrementum est resoluat, simulq; empyreuma exhalet. Quartus præparationis modus est calefactio, quæ fit vel igne, vel sole, vel in fimo, vel putrentibus corticibus, arenis, cineribus, scobibus tenuibus, calore animalis, lapide aut ferro candente, vel calce aqua conspersis. Plurima verò solum calefiunt, vt dum calefacto pistillo mastiche sicce alutæ intenditur, dumq; calefacto mortario & pistillo gummi Arabicum vocatum, & tragacatha siccata promptius in puluerē tenuissimū ducendo laeuigantur, præsertim aëre humido. Nam sicco existente, qualis est astate & hyeme frigida est, præsidium illud non requirunt, nisi sint admodū recentia. Oleum præterea, cera, pix, resina, & similia, prius calefacta abluuntur. Calefacta promptius & perfectius miscetur. Atqui in calefaciēdo sunt certi fines, quos vltra citraq; medicamentorum vis non consistit. Ob id aromata miscemus alijs ab igne remotis, ne ab ignis calore vis eorū dissoluat. Semina saccharo incrustanda antea calefaciēdo modicè siccamus, vt promptius in ijs saccharum siccitate concreseat, & albescat. Refrigeratio quintus præparationis modus, fit aëre frigido, aqua frigida, niue circūposita, collocatione in cellam vinariam, aut alium subterraneum locum. Hos autem refrigerandi modos ferè omnes Galenus lib. 2. de Simp. med. facul. cap. 7. & lib. 8. thera. metho. cap. docet. Humectatio sextus præparandi modus fit immersione, aut insersione liquoris alicuius: item maceratione, de qua dictum est, liquatione, & dissolutione. Merguntur in liquorem, vel eo asperguntur quæ sicca admodū sunt. Liquantur autē & humida redduntur calore ignis quæ frigido concreuerunt, vt butyrum, oleum hybernum, adipēs, medullæ, cera, resine. Siquidem cuncta hæc dum calescunt, magis liquida, fluxibiliaq; fiunt. Liquida verò facta, melius cum alijs miscentur. Resinæ quidē oleo liquatæ eidem probè miscentur, non aquæ. Chalcitis inter metallica celerrimè liquatur, & alumen omne, sed scissile mollescit tantum. Liquatur & sandaracha, & auripigmentum. Lythargyrus per se tardissimè liquatur, cum ærugine, vel duplo oxelci cocta citius liquefcit, quàm cum hydreleo duplo, vel paulo plus duplo. In medio horū sunt ærugo, & misy. Sori autē quia terreum magis est ac faxeum, quàm chalcitis & misy, etiam tardius liquat. Dissolui aliquo liquore solent multa medicamenta quæ teri nequeunt. Differt liquatio à dissolutione, qd hæc etiam sine calore per se, vel addito aliquo liquore: hæc verò tantum calore fiat. Sic gummi aqua aut vino, vel aceto dissoluuntur. Crocum, thus, myrrham leuigata vino dissolui oportet, & medicamento propemodum cocto misceri: Hæc etiam vbi modicè dissoluta erunt, ab igne remouenda ac deponenda. Galbanum, opopanax, sagapenum, hammoniācū ex vino vel aceto, vel alio liquore cocta dissoluuntur. Cum siccis verò trita abeunt in puluerem. Gummi verò dissoluunt liquore aliquo, aut pistillo calido, item & pingues succi, nisi ob siccitatem teri possint, vt frequenter gummi arabicum, tragacantha, iuniperi grana, thus masculum, mastiche, & ferè reliqua vetustate, vel igni siccata. Recentia verò & adhuc viridia, etiā calentibus digitis liquefcunt aut saltem mollescunt. Eadem tundendo latefcunt, multo magis si pistillo calido in mortario calido tunduntur. Gummi quia aquea est natura, promptius cum aqueis miscetur, quàm cum oleaginis. Resina contra, quia est oleagina. Multa item composita, vt conseruæ vocatæ, pastilli, antidoti, alijs miscenda, antea liquore aliquo dissoluuntur. Septimus præparationis modus est exiccatio, quæ simplex quidem fit vel ab aëre sicco, vt omnibus constet, vel à frixione, vel tostione, vel assatione, vel vstione. Frixio proprie est, vbi aliquid
- in far-

in sartagine aut testa coquitur, vt excrementitiæ eius partes exiccantur, & subinde rudicula ferrea, aut lignea, aut manibus vertitur, circumagitur, & voluitur. Tostio fit propriè quâdo aliquid craticulæ impositum exiccatur. Torren-  
 tur verò vt diutius in vsum medicum conseruari possint. Sic profectò animalia  
 quædam torrentur potius, quàm sale macerantur, vt ranæ, & cicadæ, quod ijs  
 ad eliciendam vrinam: illis verò ad sanguinis fluxum comprimendum vtamur.  
 Saliri enim ad hos vsus nõ debent, quod manifestũ est omnibus. Vtraq; autem  
 sub assatione comprehendí potest, qua vtq; vtendum erit, vbi excrementitiæ  
 medicamentorum partes exiccandæ veniunt. Assatio autem fit vel in sartagi-  
 ne, vel craticula, vel clybano, vel vitro, aut alio vase fictili, aut patella, vel in ve-  
 ru prunis subiectis, vel cineribus calidis. Cæterum assantur quædam, vt excre-  
 mentitiæ humiditate absumpta diutius durare queant. Quædam, vt sicciora  
 facilius ad læuorem terantur, vt gummi, tragacantha, amygdalæ, auellanæ,  
 herba, radices, flores, crocus in antidoto ex ouo, vbi celer vltus pulueris requi-  
 ritur. Crocus etiam papyro impositus igni, vel sole siccatur. Sericum etiam ex  
 præscripto Arabum torretur, vt puluis fiat. Quædam verò assantur, vt vis eo-  
 rundem per ignem augeatur, vt scilla tosta, & in sartagine frisa maiorem acri-  
 moniã assumit, humiditate largius absumpta, & ob id purgantior euadit. Quæ-  
 dam, vt vis eorum minuatur, & inutilis ac excrementitiæ, vt flatulenta humidi-  
 tas absumatur. Sic cepa, allium, arí & draconij radices sub cineribus assa, mi-  
 nus acríæ, & mitiora redduntur: sic etiam alsí fructus, vt poma, castanæ, & se-  
 mina nonnulla assa, vt Lini & Irionis flatus deponunt. Eadem ratione opium  
 & meconium ob eius stupefaciendi malignitatem veteres aliquot torruerunt.  
 Sed quia torrendo omnis eius in stupefaciendo sensum efficacia aboletur, non  
 tostum Galenus mauult Castorij calore obtundi. Sic Psyllium assando sicca-  
 tum minus aluum subducere somniarunt, quum nullam prorsus subducendi  
 aluum facultatem habeat, vt alibi copiosius diximus. Nonnulla facultate gemi-  
 na, & interdum contraria prædita, assando facultatem vnã vel perdunt vel  
 minuunt, alteram intendunt, vt myrobalani, & rhabarbarum assando purga-  
 tricem facultatem amittunt, adstrictoriam augent. Et balanos myreplica assan-  
 do vomitoriam facultatem in humiditate nitrosa largiore positam deponit, de-  
 iectoria remanet. Cæterum vt rara aut imbecillam facultatem vel superficiari-  
 am sortita, decoctionem longam non sustinent: sic quoq; neq; longam assatio-  
 nem ferre possunt. Vstio itidem à calore sicco fit, maioris tantum ratione ab  
 assatione differens. Chymici calcinationem vocant. Vrendarum autem medi-  
 camentorum causæ sunt variæ. Quædam enim vruntur quo sicciora reddita &  
 solutiora læuigari & tenuissimè comminui possint, vt pili lana succida, testa  
 ostreorum, buccinorum, purpurarum, vngues, & cornua multorum animalium,  
 & ossa, coria, & alia quæ vel ob terream duramq; corporis consistentiam ac con-  
 cretionem condensatam sunt sortita, & partes impendio crassas, quia ab eo vim  
 quandam cogendi, vel ob lentorem immodicum, aut humiditatem aliquam  
 vsui esse non possunt. Sic enim rectè vngues caprarum vsti ex aceto alopecij  
 illinuntur, & vngues asini, & cranium hominis vstum ad epilepsiam bibuntur.  
 Et ossium aliorum cinis ad arthritidem, & cornua cerui, atq; capri vsta veniunt  
 in dentefricia, & testa ostreorum in emplastra, pompholyx & hematitis in col-  
 lyria. Nitrum quoq; si lapidosum est vrit. Alia vruntur vt essentiæ crassitiẽ depo-  
 nant, & tenuitatẽ, aliasq; facultates igneũ calorem sequẽtes, vt sunt absterlio &  
 erosio, induant. Metallica vrendo tenuiora quidẽ euadũt, sed etiã ignis cõmer-  
 cio mordacia & rodentiã. Elota verò, vt supra diximus, latius rosionẽ omnẽ depo-  
 nũt, & lenia prorsus reddũtur. Arsenicũ vstũ, & non vstũ est causticũ & adurẽs,  
 sed vstũ tenuioris est substantiẽ. Gypsum vstũ tenuioris essentiẽ fit & siccãtius,  
 quã

Tostio.

Assatio.

Crocus cur  
in antidoto  
ex ouo as-  
satur.

Vstio.

1.

2.

quã

quàm non vstum, & minus emplasticum atq; obturans. Pumex vstione tenuitatem, & aliquid acrimonię acquirit, quam lotionem deponit. Cornu cerui & caprę vstum tergere potest. Cinis corij veterum calciamentorum siccatur vlcera. Pili & lana succida vruntur, vt acria, calida, sicca, & tenuium partium fiant. Testa ostrearum, & cętera terrea vruntur, non modo vt in puluerem redigi possint, sed etiam vt tenuioris sint essentia, & cogendi quandam facultatem deponant, & contrariam discutientem accipiant. Cinis radicis Asphodeli magis calefacit, siccatur, tenuatur, discutit. Abrotonum vstum, anethi radix, & ipsum anethum, colocyntha vsta siccandi vim magnam acquirunt, abrotonum etiam mordendi. Hinc non temerę Galenus lib. 9. de Simpl. medica. facul. scripsit, quędam vstione calidiora reddi, & magis acria. Contra quędam vstione minus euadunt calida. Quę enim acria sunt, ea vsta multum caloris amittunt, & mitescunt, quod scilicet partes igneę non sint admodum reliquis admixta. At quę acria non sunt, calorem assument. Alia vruntur, vt vis quędam nostro scopo aliena in superficiem trahatur, postea lotionem separetur, quo fine hæmatitem & pompholygem sæpe vrunt & lauant ocularij medici. Alia vruntur, vt colorem nouum induant ægro gratiorem. Sic ærugine vsta, Galenus emplastra faciebat lutea, quod viridis color multos terreret. Sic cerussa trita vsta, rudicula ferrea mota transit in Sandycę, & fit rubra. Et ossa multum vsta, albissima fiunt. Et cornua cerui potius quàm caprę vsta dentes dealbant sua substantia, non sola vi deterforia line morsu, quam vtrumq; vstum obtinet. Alia vruntur, vt in aliam transeant speciem. Sic ex viperis vstis fit theriacus. Ex cinere Brasicę, aut Betę, & aliorum sapore nitroso præditorum, fit à quibusdam nitrum artificiale. Ex calce vsta, & fœce vini vsta cauterium. Ex Stibi vsto, sulphure vsto, cerussa vsta, chalciti vsta, oleum. Porrò vrendi modus non est omnibus vnus. Quędam enim humore pingui prædita per se vruntur, vt lana, cornua, vngues, ossa, coria, hirundines, & aues quędam alia, viperę item aliaq; pedestria. Atq; hæc in olla noua operculo foraminulento tecta sunt vrenda, præsertim vbi in cinerem redacta disperdi possunt. Quę verò etiam vsta manent integra, vt vngues, ossa, cornua, hæc etiam viuuis carbonibus tradi possunt, nisi quędam sint addenda, quę vim eorum mutant. Tunc enim etiam in olla noua vruntur. Sic viperam cum substratis quibusdam medicamentis, Galenus ad saletheriacum vrendam esse tradit. Alia materiam aliquam inflammabilem requirunt substerni, vel aliter misceri adipes, resinas, olea, ceras, mel, sulphur, & id genus alia. Stibi pinsita farina circumlitum, carbonibusq; obrutum terretur, donec ipsa crusta adusta sit: Si paulò magis tremetur, fit plumbum. Ceterum qualis debeat esse vrendi modus ac ratio, exemplo Phrygij lapidis lib. 4. de compo. medic. locallium Galenus docet: qui quum sit paulo prolixior, præstat hunc apud Galenum legere. In hoc tamen exemplo id obseruandum erit, quod operculum quod ollę imponitur fit foraminulentum, & in vertice, vel etiam alijs partibus pluribus perforatum, vt fumosi & fuliginosi effluxus eorum quę vruntur per ea foramina efferantur. Dein vt operculum cum vase extrinsecus lutetur, seu cum luto circumlinatur. Tertio, vt carbones sint perusti, vt scilicet nihil humidum habeant. Octauus præparationis modus est extinctio. Hęc autem fit, quādo aliquam materiam igne candentem in quopiam liquore sæpius mergimus. Id verò tribus de causis fit. Primo, vt vapor duntaxat ab eo quod extinguitur recipiatur: vt si Pyriten lapidem candentem in aceto mergimus, vt vapor hinc exhalans durtiem alicuius partes emolliat, & discutiat. Secundo, vt liquor vim externam acquirat, adeoq; ipsum ad certum vsum conseruemus. Sic candens ferrum in aqua sæpius restinguimus, vt subinde eam potandam præbeamus ijs qui ventriculi, vel lienis, vel intestinorum corroboratiōne indigent. Tertio, vt eua-

*Vrendi modus varius.*

*Phrygij lapidis vrendi modus.*

8. *Extinctio.*

vt eua-



vt euaporatis & exhalatis tenuioribus partibus, crassiores remaneant. Sic lapillos ignitos in lacte tantisper extinguimus, donec pars tota ferosa exhalarit, & dissipata fuerit. Tum enim optimum ad dysenteriam remedium erit. Sic chalybem candentem, & aurum ignitum in liquore extinguimus, vt is minus humidus, & magis adstringens reddatur. Ceterum medicamentis extinctis, liquore profus abiecto, vtimur, vbi exiccantia citra morsum requirimus. Stibium in lacte muliebri extinctum, mitius exiccat. Nonus preparationis modus est purgatio. Neque enim purgatio aliud est, quam quicquid medicamentis inest abijcere. Purgantur autem seu vt vulgo loquuntur, mundantur medicamenta quaedam intus, quaedam foris, quaedam intus & foris, quaedam nusquam. Intus purgantur à seminibus seu granulis nucleis uel vuae passae, si medico ita videatur: myrobalani omnes, exceptis Indis enucleatis, & magna ex parte empeleticis: vuarhois, nisi in decoctum veniat: quando nec prunapassa, nec myxa, nec ziziphā à nucleis purgantur, nisi quod expressa pruna nucleos in colo relinquunt: myxa, ziziphā non exprimuntur. Foris quae excorticantur, vt semen cucurbitae, cucumeris, citruli, melonum, cnici, ricini dente, vngue, cultello, forfice purgantur. Semen quoque citri, limonum, arantiorum, paoniae vtriusque, staphydis agriae, pineae, pistaciorum, gossipij, cerasi, persici, anacardorum, nucis Indicae cultello, vnguibus, malleo. Baccae lauri, amygdala vtraque aqua calida macerata facile digitis purgantur. Si vero in oleo exprimuntur, integra prius tunduntur: si in decocta veniunt, integra iniiciuntur, si vero foris admouenda sunt, cum cuterentur. Omnia praedicta foris non purgantur. Hordeum, triticum aqua calida parum diu maceratum pistillo ligneo, in mortario aereo prompte deglutitur. Zea, oriza, molis. Zea iterum vt hordeum purgatur. Radices quaedam solum recentes abluuntur, & circumcisus radiculis seruantur vel vsurpantur, vt Cichorij, rusci, asparagi, buglossi, echij. Aliae vtendi tempore cultello raduntur, vt radix glycyrrhizae, gentianae, rubiae, paoniae, tormentillae, doronici, betonicae altilis. Quarundam superficies tota circumciditur, & quid intus inutile apparet, exciditur, vt rhabarbari, agarici, iridis. Intus & foris simul, mala cydonia, dactyli etiam edendi, colocynthidis fructus cortice & semine purgantur, vt sola maneat medulla seu caro. Radices quae intus habent substantiam lignosam, vt raphani, apij, petroselini, foeniculi, saxifragiae, oxalidis, peucedani, ellebori vtriusque, pseudodictamni vulgaris siue Tragij, turpeti, esulae, scillae, capparidis, tamaricis. Scilla etiam nucleis & agnatis purganda. Cyperus, inula, costus, acorus integra teruntur aut coquuntur. Ellebori radicum fibrae aqua paulum macerantur, postea cortices extracti in umbra siccantur ad vsus, vt Zingiber, calamus aromaticus, casia, cinnamomum, galanga. Et baccae myrti, iuniperi, interdum etiam oxyacanthae, asparagi. Piper omne, cubebe, cardamomum. Semina foeniculi, apij, cari, ameos, dauci, cumini, seseleos, carduibenedicti, lini, foenogracii, anisi, anethi, papaueris, portulacae, lactuca, cichorij, psyllij, milij vtriusque, & cetera semina parua nec intus, nec foris purgantur à pharmacopoeo, sed vel trita, vel integra vsurpantur. Ex magnis Cicer item, faba, lupinus, eruui, vicia, semen agni manibus confricandum, vt deposita canicie, nigrescat: Hippofelini, cydoniorum. Gummi quaedam & succi solidi, & liquores, & resinae terra, folijs, scobe, ligno, cortice suae parentis adulterati purgantur liquore idoneo fusi, vel dissoluti, postea colati. Quorundam seminum sola medulla in compositiones inseritur, vt cartami, melonum, cucumeris, cucurbitae, citruli, & aliorum magnorum. Tamen solus cortex rhois est vsui, & multarum radicum apij, eleoselini, foeniculi, raphani, cordelignoso exceto. Semina illa sole siccata teruntur leuiter in mortario, fricantur manibus, cernuntur cribro medullam solam transmittente: si non succedit forcipibus, vnguibus, dentibus, cultello

K excor-

9. Purgatio.

Intus.

Foris.

Intus &amp; foris.

ris.

*Cribratio.* excorticantur. Cæterum hic obiter etiam de cribratione dicemus, sciendumque erit farinas cribrari, ut à furfuribus, & à corticibus quod purum ac tenuius se-  
cernatur. Cribrantur etiam medicamenta quæ teruntur, ut pulvis æqualis sit  
partesque crassiores in cribro retineantur. Pulpa quoque Calix purgatricis cribro  
transmittitur, ut solus flos seu Pulpa à corticis fragmentis & seminibus repur-  
getur. Semen tamen Lathyrus, daphnoidis, & id genus alia quidem non pauca  
vno die insolata, aut ignita paxella parum affata rupto cortice promptè exiliunt.  
Amygdalæ, pineæ, pistacia, nuces aqua frigida per noctem, vel calida parum  
diu macerantur, aut ignita patella tosta excoriantur. Decimus præparationis  
modus est mucaginis, aut mucilaginis eductio. Hæc fit, quando è rebus visci-  
dis liquore quoquam sub sole, vel igne calefacto mucus educitur. Sic utique è se-  
mine psyllij, è quo fortem ac validam facere expressionem aduersus falsam Ara-  
bum opinionem pharmacopœi ne dubitent, mucilago educitur. Eius quoque  
generis est semen cydoniorum, item maluæ, altheæ, lini, fœnogræci, & vrti-  
cæ: siquidem ex illis etiam lentus succus extrahitur. Cum quo autem liquore  
succus illi sint educendi, medico consultore opus est. Nam in dysenteria cum stil-  
laticio rosarum & plantaginis hæc mucilago educitur, & per clysteres injici-  
tur. In pleuritide cum stillaticio tussilaginis liquore, vel adiantij, hyssopi, aut  
scabiosæ extracta illinitur. Sic perpetuo in alijs affectibus cum liquore conue-  
nienti, & medici varijs scopis mucago educenda erit. Ex gummi item Arabico,  
& tragacantha infusis seu maceratis, materia lenta educitur, ut etiam è reliquo-  
rum gummi dissolutione. Inijciuntur autem prædictorum libræ vni aquæ ca-  
lentis libræ tres, si crassiorem vis succum: aut quatuor, vel quinque si aquosio-  
rem, & nocte vna, vel horis aliquot macerantur recalefacta, & sacculo linteo  
imposita exprimuntur. Baculo etiam interdum verberantur, donec totus hu-  
mor lentus effluat. Namaqua calida & agitata promptius mucaginem educit.  
Cæterum semperuiuum vtrunque, portulaca, symphytum, cotyledon, aloë, te-  
lephium, & id genus alia multa lentore prædita, vix succum reddent trita, nisi  
inter tundendum liquorem aliquem affundas tenuem & aquosum, non cras-  
sum & lentum. Quod si tamen liquorem affundas, is herbæ huius vires non vi-  
tiet, sed vel augeat, vel foueat, & seruet. Sic Polygono mari ex loco arido, maio-  
ranæ, thymo, saluiæ, rosmarino, folijs lauri, hederæ itidem ex aridioribus, li-  
quor aliquis affundendus ijs facultate conueniens, si succum aliquem ex huius-  
modi siccoribus educere libet. Porrò ne id silentio inuoluamus, de mollitione  
ac duratione hæc breuiter adijciemus. De mollitione quidem, quod quædam  
tractando manibus mollescât, ut cera, aloë: quædam adiecto liquore, ut saccha-  
rum, sciendum est. De duratione, quod sicut materiæ molliores fiunt idoneo  
humore adiecto: ita humore absumpto duriores fiunt. Consumitur autem hu-  
miditas calore interno, aut externo.

*Mollitio.**Duratio.*

DE PRÆPARATIONE ALIQVOT PRIVA-  
ti in medicamentorum.

Caput XXIII.

LOTIO ALOES SIMPLEX.

**A**ccipe Aloës purissimæ tritæ, & cretæ libras duas. Aquæ pluuiæ libras  
sex. Hæc primum in patinam lancemue vitream infunditur calefacta, de-  
inde aloë in eandem conijcitur, & subsidere permittuntur sordes, ac calculi: atque  
aqua pura pinguisque, cui se pura & sincera commiscuit aloë, sensim percolatur,  
ac sordes seu recrementa in fundo lancis collecta, abijciuntur. Quod colatum  
est, linteo tectum soli expositum exiccatur,

L O.

**A**Loë optima trita, creta, ex aqua fontana purissima dupla, aut circiter, agitur aliquandiu rudicula ferrea, aut lignea, in vase lato ex plumbo albo confecto, vel terreo, vel alio, tecta, finitur horæ quarta parte, aut paulò diutius, subsidere. Tunc, quod clarius supernatat, inclinato vase, in aliud simile, sed minus, per colum fataceum transfatur. Aut si puriorem, sed parciolem vis aloem lotam, \* licio, aut filtro vulgò vocato excolatur, diutiusq; residere per-  
*\* Panno lin-  
teo.*  
mittitur in vase præsertim vitreo, interuallis paruis foramina habente, spina aut cera obturatis, per quæ quantum clarum videtur, effluere finitur, ne scilicet inclinato vase turbetur. Aqua noua affunditur, subigite, \* elutriatur, id fit quater, aut quinquies, donec arenosa & terrea tantum fœx superfit. Prima omnium præstantissima siccat in sole, aliæ omnes simul. Si autem hyems est, aut elota aloë in rem præsentem desideratur, igne lento sicari potest. Vbi siccata iam aloë est, ex vase ipso eximitur, calefacto parum vase, vt promptius ab eo separatur. Ima eius pars, in quam quòd crassius est subsedit, cultello deraditur.  
*\* De vase in  
vas trans-  
fertur.*

LOTIO ALOES CVM AROMATIS.

**H**abet aloës purissimæ tritæ & cretæ libram vnam. Casiæ lignæ vocatæ, spicæ nardi, asari, iunci odorati floris, <sup>4</sup> Caryophyllorum, macis, cinamomi, ligni aloës, croci, mastiches, lachæ, añ. drachmas tres. Tusa coquuntur in duplici vase in aquæ libris sexad dimidias: colantur & exprimuntur. Colato in vitream, aut vitreatam patinam excepto, in eo aloë rudicula assidue agitatur: & dein soli donec exiccetur, exponitur. Sit autem patina linteolo tecta, ne aliquid incidat. Hoc quater fiat, donec arenosa & terrea omnia subsideant, vt dictum est.

ANNOTATIO.

*a Caryophyllorum, macis.*) Seruitor, vnde hanc lauandi rationem, recentiores desumpserunt, pro ijs habet carpobalsamum & xylobalsamum. Verum quia illa raro, aut nunquam in officinis legitima habentur, ided ex Ioanne Damasceno qui istis aromatis celeritatem purgandi aloë conciliari posse putat, hæc ipsa substituiimus.

LOTIO LACHÆ.

**A**ccipe aristolochiæ longæ, floris iunci odorati, añ. vncias duas. Coquantur in aquæ libris quatuor, quoad remaneant libræ tres. Colato inspergantur Lachæ integræ libra vna & vnciæ quatuor. Coquantur lacha lento igne, donec sanguineum aqua contrahat colorem: & quicquid in lacha boni fuerit, dissoluatur. Coletur per laneum pannum, aut filtrum: & sordes quæ remanent abijciantur. Excolata sanguinei coloris aqua lentis prunis in duplici vase ad mellis consistentiam coquantur, & massa adhuc tepida in pastillos cogatur.

LOTIO PLUMBI.

**I**N plumbeum mortarium infunditur aqua cœlestis, & pistillo plumbeo aliquot horis agitatur, donec liuidum acquirat colorem, & in limi modum crassescat: dein per lineum pannum ter quater colatur, & subsidere permittitur. Quod subsedit, exiccatum reponitur.

LOTIO \*RECREMENTI FERRI.

*\* Scoria.*

**R**ecrementum ferri, aut chalybis, aut squama eius purgata ab omni spurcitia, in aquam conijcitur clarissimam, & manibus fricatur, dein aqua sordida tota effunditur. Post, recrementum in patinam vitream imponitur, & modicum aceti, vt ab eo duntaxat humectetur, nec emineat, affunditur, vt in eo diebus triginta maceratur. Postremò teritur, & reponitur.

K ij LOTIO

\* Tutia A-  
rabum.

**P**ompholyx arida, aut aqua respersa, puro linteolo modicèq; raro ligata, in vase pluuiæ vel fontana aqua pleno, huc atq; illuc ducitur, vt pars eius utilis & tenuior in aquam effluat, & omne excrementum in linteo remaneat: Postea residere sinitur, & aqua cum cinere per colum traicitur, noua deinde aqua affusa, agitatur & effunditur, per colum traicta, & mutata tantisper aqua donec in linteolo nihil vtile maneat. Demum aquam excolato, cinerem autem exiccatum recondito.

## EBORIS PRÆPARATIO.

**E**boris in partes secti libra vna conijciatur in nouum & non crematum fictile, crudoq; tegitur operculo, & figulino luto oblinitur: deinde in figuli furnum imponitur, illicq; donec fictilia percocta sunt, cremari permittitur. Postea exemptum ebur in tenuissimum puluerem teritur, & cribratur, inq; patinam vitream inijcitur; & affunduntur ei stillaticij rosarum liquoris libræ duæ, & exiccari permittitur. Deinde secundo teritur, & denuo stillaticij rosarum liquoris affunduntur libræ duæ, atq; similiter exiccatur. Dein teritur in tabula marmorea durissima, & finguntur pastilli, qui in denso vase, ne expirent, reponuntur. Quod si ebore destitutus fueris vice eius sume cornu ceruinum, & similiter prepara.

## SCAMMONII PRÆPARATIO.

**S**cammonij optimi vnciæ quatuor teruntur in puluerem subtilissimū, quibus aspergitur modicum olei violatei, vt massæ formam induant. Dein aliquot cydonia magna cauantur, & in eorundem cavitatem scammonia massa imponitur: & malorum foraminibus obturatis assantur cum pane in furno, donec cydonia perfectè assentur. Postea eximitur scammonium, & accipiuntur carniū myrobalanorum flauorum vnciæ vna, Succij cydoniorum, vnciæ quatuor. Teruntur myrobalani & permiscentur cum cydoniorum succo calefacto, & macerantur horis viginti quatuor: dein leuiter colantur: colatum affunditur Scammonio cocto, simulq; mixta calido in loco exiccantur. Hi rursus tenuissimè teruntur, & cum mastiche in oleo rosaceo dissoluta, in pastillos rediguntur.

## EIVSDEM ALIA PRÆPARATIO.

**S**cammonij optimi vnciæ quatuor, succij cydoniorum vnciæ duæ probè miscentur, & in calidum locum reponuntur, & quotidie mouentur & agitantur quoad mediocriter duræ massæ formam accipiant, & tandem in pastillos rediguntur, & exiccantur.

## COLOCYNTHIDIS PRÆPARATIO.

**C**olocynthis pulpæ accipel libram vnam. Bdellij, tragacanthæ, añ. vncias duodecim. Colocynthis minutissimè inciditur: Bdellium verò & tragacantha in stillaticio rosarum liquore dissoluta colocynthidi permiscentur, & finguntur pastilli, qui in loco sicco exiccantur. Hi rursus tenuissimè teruntur, & cum mastiche in oleo rosaceo dissoluta, in pastillos rediguntur.

## MEZEREI PRÆPARATIO.

**I**olia Mezerei macerantur in aceto horis viginti quatuor acerrimo, postea exiccantur. Vfus tempore conteruntur, & in contundendo abijciuntur venæ & nerui eorundem.

## ESVLÆ PRÆPARATIO.

**R**adices Esulæ detracto cortice macerantur horis viginti quatuor in acerrimo aceto, postea exiccantur. Sunt qui triduo macerare solent.

SCIL.

Scillæ magnæ recentis, nec putridæ, nec gelu flaccidæ, exteriores abijciuntur aridæ tunicæ, dein massæ pistorum vnde panis fit includitur & inuoluitur: coquitur assaturq; postea in furno cum panibus donec illi percocti fuerint. Dein e furno eximitur, & sigillatim omnes eius detrahuntur tunicæ, & funiculo traiectæ in calido loco vt se non contingant, exiccantur. Solenni quodam hodie more medium eius, vnde germen enascitur, abijciunt: nec ferreo cultro, sed ligneo Scillam secant & incidunt.

\*PENIDIORVM PRÆPARANDORVM MODVS.

\* Saccharum  
tractum pe-  
nidium vo-  
cant.

Sacchari boni, si lubet, puluerisati, libras duas aqua dulci, aut hordei mersas, cum mellis vncijs duabus: nisi saccharum sit dulcissimum: & ne id candefiat, coque prunis in vase æreo, plumbo albo obducto, potius quàm terreo vitreato, quoad fila inter digitos ducat, & manus non inquinet: affundendo paulatim oleum amygdalarum dulcium, vel commune, subige in marmore, quod eodem oleo illeueris. Deinde in clauo parieti affixo, longo, curuo, tanquam funem aliquem nunc trahere, nunc rumpe, nunc duplica, quoad omnino albescat. Calido loco serua, vt sit diutius tractabilis. Forficibus diuide in offas exiles oblongas, vel in quam voles figuram, cum puluere amyli finge. Quidam sine melle saccharum album bonum coquunt leniore igne ad extremam spissitudinem, quæ cognoscitur quando portio aliqua extremis digitis duobus distracta in tenuissima quasi fila abit, quæ digito percussa instar vitri disiliunt. Dein super marmor butyro vel oleo amygdalino illitum effundunt, & manibus vel illitis, vel amyli polline aspersis ne adhæreat comprehensum ex alto paulatim comprimendo & fricando hinc inde aliquoties dimittunt: tandem vbi paululum refrigerit, ferramento vnco parieti infixi obuoluunt, & assidue vtraq; manu, vel alternis alterutra retrahunt, retractum iterum atq; iterum clauo obuoluunt, idq; tantisper dum bene lentum & candidum efficiatur. Quo autem diutius trahitur eo candidius redditur. Attractum tandem ministris exhibent, qui distrahendo torquendoq; modo consueto formant, formatumq; calido loco reponunt.

PVLMONIS VVLPIS PRÆPARATIO.

Pulmo vulpis è quo aspera extracta est arteria, à sanguine vino odore calefacto, vel stillaticio liquore hyssopi aut scabiosæ lauatur: mox ollæ impositus in furno siccatur: ita tamen ne instar indurescat, aut admodum aduratur. Exiccatus in arido loco reponitur, absinthij, marrubij, vel scabiosæ folijs, ne putrescat, inuolutus.

IECORIS LVPI PRÆPARATIO.

Iecur lupi vino albo optimo lauatur: vel liquore stillaticio absinthij, aut eupatorij Græcorum: dein conspergitur puluere tenuissimo Santali flaui: siccatur absinthio, vel eupatorio iam dicto inuolutum, reponitur in arido loco.

SANGVINIS HIRCINI PRÆPARATIO.

Hirci mediocris ætatis, & quadrimi, domi vino albo & herbis calculū frangentibus sceniculo, nimirum apio, pimpinella, & ænanthe nutriti, Iulio aut Augusto mense iugulati, medius effluens, ex arterijs maximè sanguis excipitur: nam primus tenuior, postremus crassior putatur: vaseq; vitreo exceptus concrefcere sinitur: atq; aqueum quod in eo est, effunditur, reliquum linteo raro tectum in sole exiccatur.

**T**Vnica interior ventriculi gallinarum lixiuio calido hora vna maceratur, & ter lauatur: iterum lixiuio, post vino, & siccatur furno, ex quo panis extractus est.

OESIPI PRÆPARANDI MODVS.

*Hyssopus hu-  
mida.*

**S**Vccidarum lanarum pinguitudo, quam œsippum latini, vulgus medicorum & pharmacopœorum hyssopum humidam nominant, ita paratur. Lanæ illæ succidæ, hoc est, nondum purgatæ, è collo, feminibus & femoribus ouium detonsæ, quantitate satis magna calida aqua diligenter lauantur, quoad omnem suam pinguitudinem in aquam deposuerint. Dein lana expressa seposita, aqua illa pinguis & fordida vasculo aliquo diutissimè ex alto funditur, & refunditur, donec spumosa fiat: tunc spuma subsidere permittitur, & aquæ innatans pinguedo colligitur, iterumq; aqua affusa agitur, atq; donec spumet refunditur, & subsidens pinguedo auferitur, & rursus refunditur, donec non amplius spumet, & nulla aquæ pinguedo innatet. Tum collecta pinguedo manibus emollitur, & aqua lauatur: & si qua infedit spurcitiâ demitur, quoad pura fiat, & aqua clara defluat, albescatq; nec linguam admodum mordeat. Quo facto in fictili denso reponitur loco frigidus.

ANNOTATIO.

Præscriptum œsippi parandi modum sequi debent pharmacopœi, quod is qui in officinis extat parum aptus est.

INTESTINI LUPPI PRÆPARATIO.

**I**Ntestinum lupi per longum scinditur, & per transversum in portiones medij digiti longitudinem æquantem secatur, vinoq; lauatur, aut stillaticio fœniculi vel rutæ liquore, dein in furno exiccatur.

TEREBINTHINÆ COQVENDÆ MODVS.

**R**esinæ terebinthinæ, aut laricinæ libræ vni affunduntur aquæ libræ viginti quatuor, & coquuntur in magno vase donec odorem amittant, & inspissentur, ita vt refrigerata digitis friari queant.

ADIPVVM PRÆPARATIO.

**A**Deps cuiusque animalis lauatur in aqua aliquoties donec pura defluat aqua, & non amplius saniosa, aut cruenta appareat. Dein minutim concisa in duplici vase liquatur, & eliquatus in frigidus sine sale reponitur loco. Alij ita præparant. Pinguedo exemptis venulis, & fibris, membranulisq; nudata, lota, & minutissimè incisa in duplici vase liquatur lento igne, postea per pannum colatur densiorem, & in vas fictile fusa, frigidus in loco reconditur.

MEDVLLÆ PRÆPARATIO.

**M**edula ex ossibus autumnii initio exempta lauatur, & duplici in vase liquatur, eodem quo adipes modo. Ceterum, vt id obiter moneamus, medicamentorum præparationes ad Dioscoridis, harum optimo magistro & doctore, pharmacopœi efficiant, quem utiq; hoc nomine perpetuò in suis officinis repositum habere, & assidue etiam legere debent.

DE SVCCEDANEIS.

Caput XXV.

*Pharmacopœi Dioscoridem in suis officinis repositum habeant.*

*Succedanea qua.*

**S**Vccedanea dicuntur medicamenta quæ in aliorum penuria quæ similes habere putantur vires, supponi & substitui possunt, Græcis ἀντεκαλλόμενα, vulgò quid pro quo appellantur. Non negligenda verò erit hæc sub-

sub-

substituendorum medicamentorum ratio, quod saepe accidat, ut medicus in curandis corporis vitijs, necessarijs & maxime commodis medicamentis prorsus destituatur: aut si eadem in promptu habeat, tamen vetustate confecta viribus euanidis sint, aut alia quadam de causa viciata & corrupta esse appareant, ut hoc nomine necesse sit in eorundem locum aliud substituatur, quod ei quod desideratur maxime respondeat. Quod quidem factum facillimum erit, si modo exquisitam simplicium medicamentorum cognitionem habeat. Considerandum igitur erit quibus ordinibus singula medicamenta simplicia contineantur, & quae eorundem sint facultates, & quam inter se similia sint. Quapropter si succedanea sint eiusdem vel in calefaciendo, vel refrigerando, humectando item vel siccando ordinis, sique eiusdem sint facultatis, inque plurimis cum eo pro quo substituuntur conueniunt, dubium nullum erit, quin legitima sint succedanea. Quanquam quum nihil sit tam simile, quin multis rebus sit diuersum, praestat quoad fieri potest a succedaneis abstinere. Tamen ut in legitimis substituendis succedaneis, quam rationem sequi debeant imperitiores tum medici, tum pharmacopoei sciant, non pigebit haec ordine recensere.

A.

- P**RO Abrotono autor libelli eius qui de succedaneis inscribitur recte Origani substituit, quod illud perinde atque Abrotonum, in tertio ordine calidum & siccum existat, ac incidendi & extenuandi facultatem obtineat. Errant autem qui pro eo Absinthium, & vicissim pro Absinthio substituunt Abrotonum: quod hoc stomacho impendio inimicum, illud vero gratum sit. Acantho, spina alba. Vtraque enim herba calefaciendi & exiccandi discutiendi que extra morsum vim habet. Errant qui nostratibus officinis dictam Brancam *Branca vrsina officinarum.* vrsinam, quae non est nisi Spondylium, pro Acantho substituunt, quod ea herba acrem & cum morsu exiccantem facultatem, adeoque Acantho dissimilem, habeat. Acantha Arabica siue Aegyptia, quae Serapioni & alijs Mauritanis Sucaha dicitur, itidem Spina alba nostras: quod in facultatibus conueniant, & iisdem calefaciendi & exiccandi ordinibus contineantur.
- Acacia, succus syluestrium prunorum, & eorundem caro: vel, si haberi potest, legitima Hypocistis, quod ordinibus, & adstringendi facultatibus Acaciae similes sint: vel Lentisci succus.
- Acoro, radix Afari, quod Galeno disertis verbis testante, Acori radici similis existat.
- Agallacho, quod officinae lignum aloes nominant, Centaurium maius, vel Lycium, libelli de succedaneis autore: quod facultate similia admodum sint.
- Ammi, Anisum, quod vtrunque in tertio ordine calefaciat & exiccet, tenuiumque partium sit.
- Ammoniaci thymiamate, non Propolis apte substituitur, ut est in Graecorum succedaneis, quia haec ipsa extergentem & valenter attrahentem facultatem obtinet, illud vero emolliendi & discutiendi. Aptius igitur pro eo Galbanum substituitur. Amomo, Acorum, quod Galeno attestante, ei simile obtinet vim: vel Ammeos semen, quod itidem facultate ipsi simile existit.
- Anchusa, Hyacinthus: Quippe vtraque herba refrigerat, desiccet, extergit, & adstringit, maximaque inter eas est similitudo.
- Aristolochia quauis, vna ex tribus Aristolochijs quae ad manum est. Siquidem iisdem viribus praeditae sunt.
- Armenio, Indicum, praesertim factitium, quod illud haberi possit. Vulgo *ferber Indich* dicitur. Vtrunque medicamentum purgat, & carnem excrecentem cohercet ac reprimat.
- Arsenico, Sandaracha. Ambo vrentis sunt facultatis.

K iij Alfo

Asio lapide, Salpetrae, vel hammoniacus. Vterque abstergendi, expurgandi, dissipandi, reprimendi, & aliquandi carnem vires obtinet.

Aspalatho, viticis semen. Vtrique enim acrimonia, & adstrictio inest, earumque ratione calefaciunt & desiccant.

Asphodeli radice, Betae succus. Vtrunque medicamentum extergit, siccant, & discutit.

## B.

Balsamo succedanea Graecorum Leucoij seu violae albae radicem substituunt, & recte quidem. Vt enim Balsamum est tenuium partium, menses mouet, vterumque recludit: sic quoque Leucoij radix, immo totus frutex tenuium est partium, extergit, siccant, menses cit, vterumque aperit.

Bdellio, muscus arborum, qui perinde atque Bdellium emolliendi & discutiendi facultatem obtinet.

Behen, Orminum. Vt enim Behen Arabum semen genitale adauget, ita quoque Horminum venerem stimulat. Nec temere diximus Arabum, siquidem Mauritanorum Behen hanc facultatem non obtinet. Alba enim, quia admodum amara, discutiendi: rubra vero quia vehementer adstringit, contrahendi, constipandique vim habet.

Bolo armeno, lemnium sigillum, siue terram lemniam, ipsdem namque facultatibus praedita sunt.

## C.

Chamaelea, Polypodium, praesertim vbi ad fordida, & crustas habentia vlcera accommodatur. Sint purgando corpori adhibetur, Daphnoides.

Carpobalsamo, viola alba, vt in Balsamo dictum est.

Cardamomo veterum & Arabum, id quod officinae ita nominant, vel Capsicum substituuntur.

Calamo aromatico, radix ea quae in officinis sub hoc nomine prostat, quaequam non est calami odorati radix, sed alterius qui Maotide palude nascitur, subiicitur, quod ipsdem viribus donata sit.

Casia, cinamomum, vel Sabina, quae Casiae facultati similis est, vt patet conferenti vtriusque facultates.

Capparidis radice, Tamaricis cortex, quia facultatibus similes sunt. Nam vtrique extergendi, discutiendi, incidendi, & paululum adstringendi vires insunt.

Cedri fructu, succedanea Graecorum ladanum substituunt.

Cinnabari Dioscoridis, Sanguis draconis: pro Galeni Cinnabari, Minium, quod eandem facultatem obtineant.

Cinamomo, Casia dupla, vel Ruta syluestris, vt quae instar Cinamomi crassos humores dissecat, oculorumque caligini conferat, discutiatur, & vrinam moueat.

Costo, Helenum substituunt Graeci, & recte, quod facultatibus non parum conueniant, vt liquet conferentibus vtriusque facultatibus: Atque succedaneo illo maxime pro Costo qui passim in officinis prostat vtendum erit, quia spurcius est.

Cumino aethiopico, Melanthium siue Nigella, quia ipsdem facultatibus sunt praedita, vt merito alterum alterius vices subire possit.

Cypero, Iuniperus, quod vtrunque medicamentum vrinam, mensesque euocet.

## D.

Damasonio, Galenus Calamintham substituit, quod scilicet eius radici detergendi vim inesse expertus sit, quam etiam Calamintha obtinet. Alij vice illius subiiciunt Eryngium, quod ipsdem viribus donatum est.

Dauco, Staphylinus, quod eandem quam Daucus, sed imbecillio rem facultatem habeat. Alij Sij semen, quod similibus est viribus substituunt.

Dictamno, Pulegium quod ei Galeno attestante, simile est.

Diphri-



Diphryge, Phrygius lapis, quem Lyncis officinæ nominant. Vtrunq; enim medicamentum ad vlcera sordida conueniens, quandoquidem ambo mediocriter adstringant, & validè exiccent.

Doronico, dimidium Charophyllorum Auicenna substituit.

Dorycino, Papauer, aut Mandragora, quia illis parem refrigerandi facultatem obtinet.

Dracontio siue Serpentaria maiore, Arum.

## E.

Elaterio, Porri succum, vt qui ventrem stimulet, & aluum moueat.

Ebeno, lignum Gaiaicum, quod iisdem quibus Ebenum viribus donatum est.

Elleboro nigro, Struthij radicem Græci substituant. Verum quia id paucis est cognitum, ideò præstat pro eo vsurpare Enneaphylli radicem, vt quæ similibus est in mouenda aluo viribus, atqui imbecillioribus. Ad purgationes autem adhibendum esse Enneaphyllon Græcorum abundè testantur succedanea, quæ pro illo Colocynthidis semen substituant.

Eruo, Ciceris nigri semen, quod instar Erui discutit, incidit, extergit, obstructionsq; expedit.

Eryfimo, Nasturtij semen, aut Erucæ, quorum vtrunq; tam forma, quam facultate Eryfimo simile existit.

## F.

Folio. vide Malobathrum.

Felle hyenæ, fel perdicis, quod viribus æquale est.

## G.

Gummi seu verius lachryma oleæ æthiopicæ, Elemi officinæ nominant, Græci Acatia duas partes substituant, verum parum rectè. Nam Acatia viribus, & temperamento oleæ æthiopicæ lachrymæ similis non est. Quapropter Gummi Cerasi pro ea potius substituenda erit, vt quod visum exacuit, vrinas & menses, calculosq; instar huius lachrymæ, elicit.

Grano seu Cocco gnidio, Lathyridis semen, aut Daphnoidis. Siquidè vtrunq; purgandi facultate præditum est.

## H.

Harmali, Rutæ satiuæ semen, quod eandem facultatem obtinet.

Heliotropio græca succedanea Rapi semen substituant: id quod faciendum, si venerem stimulare medici consilium est. Nam Rapi semen venerem excitare potest. Quod si verò desiccatione & absterfione opus erit, pro Heliotropio Dauci semen reponendum erit, quod non solum ad venerem stimulat, verum etiam desiccet, extenuat, mensesq; ducit. Quas sanè facultates omnes Dioscorides Heliotropio inesse scribit.

Hammoniaco. vide Ammoniaco.

Hyslopo montana, hortensis, qui idem potest.

## I.

Intybo satiuo vtroq; hoc est, Endiuia & Scariola vocatis, Cichorium substituendum, quod similibus temperaturis & facultatibus consistit.

Iride Illyrica, græca succedanea Helenium odoratum subiiciunt, quod iisdem ferè facultatibus donatum est. Officinæ nostrates non ineptè Iridem florentinam dictam substituant.

Iunco odorato, succedanea Græca, quæ falsò Galeno adscribuntur, Cardamomum substituant, atqui, meo iudicio parum rectè, quod cardamomum viribus Iunco odorato non sit prorsus simile. Pro eo igitur potius substituendus erit Calamus odoratus, vt qui perinde atq; ille mediocriter tum calefacit, tum adstringit, atq; in facultatibus plurimum conuenit.

Lana-

Succedaneorum libellus non est Galeni.

## L.

- Lanaria, Ellebori nigri radix, quod illa quoque sternutationem moueat.  
 Liquore Cyrenaico, Magistrantia vulgò vocata liquor, qui proximè ad Cyrenaici liquoris facultates accedit.  
 Lybistici femine, Staphylini semen, vt græca succedanea docent. Præstat autem pro eo substituere semen cumini, carei, anisi, aut petroselini, quod hæc ipsa eandem quam Lybisticum, Galeno teste, facultatem obtineant.  
 Lycio, Rhois succo, aut femine, quod vt illud exiccandi vires habeat.  
 Loti femine, Betæ semen, quod exiccandi & abstergendi facultatem habet perinde ac Loti semen.

## M.

- Malabathro, Spica nardi, quæ cum Malabathri folio similimam facultatem obtinet, quemadmodum Galenus scriptum reliquit.  
 Manna thuris, Thuris cortex, qui eandem vim, nempe exiccantem & adstringentem, atqui validiorem, habet.  
 Meliloto, herba vulgaris inque pratis passim nata, quam nos tomo altero nostrorum commentariorum postremam meliloti speciem facimus. Officinæ à græcis succedaneis seductæ, pro Meliloto perperam loto syluestri, vt fufius supra, capite nimirum quinto, dictum est, vtuntur.  
 Melyssophyllo, Marrubium, quod ei facultate, vt testatur Galenus, simile admodum est.  
 Meo, herba quæ Germanis **Beerwurz** nominatur, aut Petroselinum macedonicum. Nam vtraque herba calefaciendi & desiccandi vim, instar Mei veri, habet.  
 Molybdana. vide plumbago.  
 Myrrha, Bdellium arabicum, quod gustu admodum amarum, & siccum, perinde atque Myrrha existit.

## N.

- Nardo indica, Nardus Celtica, quæ ipsæ donata est facultatibus, etsi imbecillioribus, præterquam ad eliciendam vrinam, vt testis est Galenus.  
 Napi femine, Rapi semen. Nam vtrunque potum, vt autor est Dioscorides, venenis aduersatur.

## O.

- Oesipo, medullam ceruinam, quæ instar Oesipi emollit. Vbi igitur emolliendi necessitas est, hic medulla ceruina commodissimè pro Oesipo substitui potest. Eadem etiam vlcera explet, igitur optimè Oesipi succedaneum existit.  
 Omphacio, succus Rhois, id est, sumachij vulgo dicti: aut Ribes nostratis substituendus. Nam succi illi ipsæ facultatibus donati sunt. Vlceramque oris sanant, dysentericisque, & sanguinis excreationibus profunt.  
 Opopanace, Galbanum, quia vtrunque emolliendi & discutiendi vim habet.  
 Opobalsamo, succum radicis violæ albæ, siue Leucoij, ob causam antea dictam.  
 Ormino, Lini semen. Quippe illud perinde atque Orminum venerem stimulat, & discutit.  
 Oleo ricino, Raphaninum quod, Galeno attestante, huic est in omnibus alijs simile, atqui calidius.  
 Oleo sesamino, Amygdalarum dulcium, quod emollit, modicè calefacit, dolores colicæ, & vteri lenit, vt Sesaminum.  
 Orobo. vide Eruo.

## P.

- Panacis radice vncia vna, Opopanacis drachma vna, est enim eiusdem cum radice facultatis, atqui validior.

Petro-

Petrofelino macedonico, Hippofelinum, quod facultate ei simile est, verum imbecillius. Aut Pimpinellæ nostratis semine, vel radice, quæ etiam temperamento ac viribus æqualis est.

Pipere albo, Piper nigrum substituitur, quia vtrunq; valenter excalefacit & desiccatur.

Polio montano, Polium campestre, quod eiusdem est facultatis, etsi imbecillius. Quanquam quum montani copia haberi potest, nulla substitutione opus erit.

Potamogitone græca succedanea Serpyllum substituant, maximo errore. Nam quum Potamogiton, Galeno autore, refrigeret & adstringat: Serpyllum autem calidum admodum sit & acre, fieri nequit vt alterum pro altero substituat. Quapropter hinc meridiana luce clarius est, succedaneorum libellum qui sub Galeni nomine circumfertur esse spurium. Siquidem Galenus pro Potamogitone non Serpyllum, sed Polygonum substituit, quod eadem illi vires obtinet.

Phu, Valeriana vulgaris, vel alia eiusdem species, quod omnes eiusdem temperamenti, & earundem sint virium.

Plumbagine, Lithargyros, quæ, Galeno attestante, similem plumbagini facultatem habet.

Pyrethro succedanea græca Zingiber substituant, sed parum recte. Nam, vt Galenus testatur, Zingiber cum Pipere magis quam cum Pyrethro in facultatibus & temperamento conuenit. Vt hinc quo manifestum fiat, libellum succedaneorum græcum non esse Galeni, sed alterius cuiuspiam, cui facultas medicamentorum non satis perspecta fuit.

## R.

Rheo veterum, Centaurium maius, quod officinis in hodiernum vsq; diem Rheum ponticum nominatur nulla alia de causa, quam quod viribus & temperamento Rheo simile sit, & quod eius olim etiam succedaneum fuerit.

Resina terebinthina, laricea quæ eadem aut certe similes vires obtinet, qualis ferè est ea quæ hodie in officinis nostratibus habetur.

## S.

Sandaracha, Arsenicum, quod Galeno autore, eiusdem nempe vrentis, est facultatis.

Santonico Absinthio, Abrotonum, quod vtrunq; Galeno teste, stomacho admodum infestum sit.

Satyrio, ea herba quam nos tertio nostrorum de Stirpium historia tomo pro Satyrii specie subiecit: vel Orcheos genus aliquod.

Schœnantho, Iunci odorati stipites vel culmi, quia similem facultatem, etsi minus calidam, possidet.

Stichade Arabica, Lauendula potius quam Chamædrydys, vt græca succedanea substituant, vsurpanda erit, quod isdem planè facultatibus donata sit, quem admodum tertio nostrorum de Stirpium historia commentariorum tomo fufius docuimus.

Spodio, non Ebur, aut cornu ceruinum vsum, sed potius Cinis fornacum substituentus erit. Nihilominus tamen officinarum Spodio sius vsus erit.

Symphyto petraeo, Symphytum magnum, quod ei, Galeno autore, similem vim habet.

Sory, non melanteria, aut Diphryges, vt succedanea græca docent, sed chalcitis substituenda erit.

Struthio, elleborus albus, quod ille sternutationem moueat,

Sulphure viuo, flauum, quod viribus proximè accedit,

Tha-

T.

Tapfia, Nasturtij aut Erucae semen. Nasturtij autem semen Thapsiae facultatibus simile est.

Terra cimolia, Creta, quod eiusdem sint facultatis.

Terebinthina, Laricea.

Terralemnia, Bolun armenum, quia temperamento & viribus similes sunt.

V.

Vino rhodio, austerum aliquod viuum nostrate.

X.

Xylobalsamo, violae albae, aut Lencoiij radix.

Z.

Zingibere, Piper album, vt in Pyrethro dictum est.

Haecenus paucorum admodum, & eorum quae hodie non facile haberi possunt, succedanea recensuimus. Praestat enim perpetuo ijs vt quae ab autoribus compositorum medicamentorum nominatim percensentur, quam pro ipsis alia substituere, quod raro accidat vt vnum alteri facultate per omnia respondeat. Et profecto non videmur hodie succedaneis admodum egere, modo in comparandis simplicibus, quorum ferè omnium copia haberi potest, pharmacopoei diligentiam eam quae illos decet adhibeant. Studium enim in illis tantum desideratur, quum in promptu sint medicamenta omnia, quibus eos in parandis compositionibus vti oportet.

*Studium in  
pharmacopoeis desideratur.*

DE LIMITATIONE AC FINITIONE ORDINIS  
cuiusque calefacientium, refrigerantium, humectantium,  
& desiccantium.

Caput XXXVI.

**N**on generatim solum simplicium medicamentorum facultates medicos noscendae sunt, num scilicet calefaciant, refrigerent, humectent, & desiccant, sed & distinctè membratimque quantum habeat quodque eorum, definendum erit. Quippe multa sunt quae calefaciunt medicamenta, idque sibi commune obtinent: attamen maioris minorisque rationem non exiguam in calore sortita sunt. Pari ratione sunt quae refrigerant, humectant, vel exiccant, attamen rationem maioris minorisque in ijs omnibus obtinent. Proinde veteres, praesertim Galenus non temerè per vnumquodque excessum ab eo quod temperatum & mediocre est, quatuor ordines, quos Graeci *τάξεις*, Latini gradus appellant, statuerunt, à modicè calidis, frigidis, humidis, siccis, ea quae euidenti eiusmodi qualitate precellunt, tum quae magna vehementiue, & summa. Porro temperatum est, quod ob temperamenti similitudinem eius cui admouetur neque calefacit, neque refrigerat, neque humectat, neque desiccant. Quod verò illo aut calidius, aut frigidius, aut humidius, aut siccus est, à vincente seu excedente facultate qualitateue cognominat. Excessus autem is ab eo quod mediocre seu temperatum est, Galeno aliisque Graecis medicis, vt diximus, *τάξις ἀποστάσις*, Latinis ordo gradusue, recessus, digressio, & distantia nominatur. Calidum itaque in primo ordine, recessu, distantiaue vocant, quod nos calefacit, non tamen euidenter, sed ita modicè, vt in super demonstratione rationali opus sit. Sic frigidum, humidum, siccum primo ordine statuunt esse, quod demonstrationem etiam requirit, nondum actionem valentem & manifestam adeptum est. Quae verò manifestè aut calefacere, aut refrigerare, aut humectare, aut desiccare possunt, eae secundae esse ordinis, aut recessus dicunt. At quae iam admodum & vehementer quidem

*Quatuor ordines calefacientium, refrigerantium, humectantium & exiccantium. Temperatū.*

*Ordo, siue recessus. ἀποστάσις. Primus.*

*Secundus.*

quidem id præstant, non tamen summè, tertij. Quæ autem adeò excalefacere *Tertius.* possunt, vt crustam moliantur & vrant, quarti. Sic quoq; quæ ita refrigerant *Quartus.* vt calorem natium extinguant, adeoq; stupefaciant ac mortem inferant, & ipsa quarti ordinis sunt. Humectantium in quarto ordine ferè nullū reperitur, quòd inter omnes qualitates omnium sit maximè imbecilla. Nullum deniq; inuenire est quod quarto ordine desiccet, quod non etiã vrat. Nam quod summè desiccet, omnino id etiã deurit. Nunc nominatim singulorum ordinum simplicia perstringemus.

QVAE CALEFACIENDO ET REFRI-  
gerando temperata sunt.

Caput XXVII.

**A** Diantum, asparagus, cadmia, cera, citri cortex, faba, glycyrrhizæ succus, lens, lycium, lithargyrum, myxa, muscus, vñeam Barbari vocant, oleum dulce, lotus syluestris, saxifragam luteam appellant, nuclei nucis pineæ, terra Samia, Zizipha.

QVAE PRIMO ORDINE CA-  
lefaciunt.

Caput XXVIII.

**C** Alorem innatum augent, quem sequuntur concoctiones, ac reliquæ natu-  
rales actiones. Talia sunt, absinthium, agaricum, aloe, althea, amygdala  
dulcia, anethum viride, beta, brasiica, buglossum, chamæmelum, castanea, cas-  
sutha, eupatorium græcorum, ladanum, lini semen, lithospermum, malaba-  
thrum, nuces virides, oryza, populi nigrae flores, saccharum, serum lactis, sesa-  
mum, vinum nouum seu mustum, vna matura.

QVAE SECVNDO ORDINE  
calefaciunt.

Caput XXIX.

**I** Gnei cuiusdam caloris participes sunt, ideoq; attenuandi & rarefaciendi, ob-  
structionesq; ac meatus aperiendi vim habent, ambarum, amygdala amara,  
anethum aridum, apium, artemisia, balsamum, calamus odoratus, capparis, ca-  
phura, chamæpitys, crocus, chamæleontis albi radix, eruum, fcenum græcum,  
ficus, galbanum, mastiche, marrubium, mel, melissophillum, myrrhis, nuces  
aridae, nux moschata, ocimum, peucedanum, pistacium, pixarida, polium, pro-  
polis, rapa, scilla, scolymi radix, succus cucumeris syluestris, sal, thus, vinum  
non admodum vetus, zadura seu zadoaria.

QVAE TERTIO ORDINE  
calefaciunt.

Caput XXX.

**I** Ncidunt, attrahunt, inflammant, sitimq; excitant, ut sunt abrotonum, & ma-  
gis vstum, acori radix, amaracum, ammi, agnus, anethum vstum, anisum, asa-  
rum, arum, amomum, anacardium, dictamnus, careum, chamædrys, casia, car-  
tamus, calamintha, cinamomum, conyza, cuminum, carpesium, carnabadium  
recentiorum Græcorum, elleborus vterq; epithymum, fceniculum, galanga,  
garyophyllum, iris, iuniperus, helenium, hyssopum, mentha, menthastrum,  
L moschus,

moschus, nigella, opopanax, origanum omnis generis, petroselinum, piper, ptarmice, pulegium, raphanus, ruta hortensis, sampsychnus, sabina, silybrium, trifolium, vinum vetus.

## QVAE QVARTO ORDINE

calefaciunt.

Caput XXXVII.

**P**ustulas excitant, adurunt, & erodunt, vt sunt, allium, adarce, cepa, costus, euphorbium, lepidium, nasturtium, porrum, pyrethrum, ruta syluestris, sinapi, struthium, tithymali, chelidonium vtrumq̃.

## QVAE PRIMO ORDINE RE-

frigerant.

Caput XXXI.

**C**alorem innatum refrigerant imminuuntq̃, adeoq̃ coctiones aliquo modo impediunt, qualia sunt, atriplex, acini vuae, caro citrei, cotonea, gramē, hordeum, malua, milium, myrtus, pyra, pruna, rosa, viola.

## QVAE SECUNDO ORDINE

refrigerant.

Caput XXXII.

**I**ncrease, caloremq̃ naturalem euidenter obtundunt, vt sunt acacia, blitum, cucurbita, cucumis, damascena pruna, galla, intybum, hyacinthus, lens palustris, mala granata, oxyphoenicum, pepones, persica, plantago, polygonum, psyllium, rhus obsoniorum, solanum hortense.

## QVAE TERTIO ORDINE

refrigerant.

Caput XXXIII.

**I**nternos corporis meatus occludunt, sensus omnes stupefaciunt, vt sunt, hyoscyamus, mandragora, nymphæa, portulaca, potamogiton, fantala omnis generis, semperuiuum.

## QVAE QVARTO REFRIGERANT ORDINE.

Caput XXXI.

**C**ongelant, calorem natium extinguunt, & interficiunt, qualia sunt, cicuta, opium, papauer.

## QVAE PRIMO ORDINE

humeant.

Caput XXXII.

**L**eniunt & lubricant, vt sunt buglossum, citrij caro, helxine, malua, rapa, saccharum, satyrium, sesamum.

## QVAE SECUNDO ORDINE

humeant.

Caput XXXIII.

Relaxant;

**R**elaxant, naturaliumque partium robur imbecillius reddunt, ut sunt, atriplex, blitum, cucurbita, lactuca, lenticula palustris, melones, oxyphœnicum, pepones, persica, portulaca, pruna damascena, violæ, vuæ maturæ.

QVAE PRIMO ORDINE  
deficcant.

Caput XXXIII.

**C**orpus validius, sensusque vegetiores reddunt. Talia sunt, brassica, beta, castanea, chamæmelum, crocus, fœniculum, faba, fœnumgræcum, hordeum, hyacinthus, malobathrum, myrtus, thus.

QVAE SECUNDO ORDINE  
deficcant.

Caput XXXV.

**M**anifestè astringunt, humorumque transitum intercipiunt, ut sunt, anechum, artemisia, balauritium, balsamum, bursa pastoris, caphura, quorundam sententia, capparid, cassutha, calamus odoratus, cotonea, eruum, galbanum, gingidium, lentes, mel, mastiche, mentha, menthastrum, milium, myrrha, nux moschata, opopanax, oriza, pix arida, pistacium, plantago, pyra, raphanus, rosmarinus, santala, spica nardi.

QVAE TERTIO ORDINE  
deficcant.

Caput XXXVI.

**A**brotonum vstum, acacia, absinthium, acetum, acorus, aloe, ammi, anisum, anethum, apium, asarum, careum, chamedrys, chamæpitys, calamintha, caphura, utaliqui censent, cinamomum, coriandrum, cuminum, elleborus, epithymum, galla, caryophyllum, hyssopum, iuniperus, macer, marrubium, milium, moschus, nymphaea, origanum, petroselinum, pentaphyllum, peucedanum, piper, polium, ptarmice, rhus obsoniorum, sampsychem, sanguis draconis, sabina, sal, silybrium, trifolium.

QVAE QUARTO DESIC-  
cant ordine.

Caput XXXVII.

**A**llium, nasturtium, ruta sylvestris, sinapi, chelidonium.

DE MEDICAMENTIS SIMPLICIBVS  
peculiares corporis partes  
iuuantibus.

Caput XXXVIII.

**N**on defuturos hoc loco indoctos, & ad calumniandum dumtaxat matos homines quosdam scio, qui nos ridebunt, quod esse medicamenta, quæ privatim hanc vel aliam corporis partem, verbi gratia, caput, thoracem, iecur, iuvent, asserere audeamus. Quæ enim fieri posset ut hæc ætas, quæ etiam optima quæque calumnijs deprimere solet, illa tanquam à veritate aliena non exhiberet: quum Galeni etiam ætate, quæ nostra tamen, quod credimus, paulo melior fuit, reperti sint, qui hoc dogma prorsus explodere voluerint, in hæc prorumpentes verba: Num præses quidam eis imperat, quemadmodum Tragedia inquit:

L ij      2108

Σὺ μοὶ βάδιζε τὰς ἐωνάχους ῥοάς,  
 σὺ δ' ἀμφὶ δέσας σέχε τὰς καδμύϊας. id est:

Tu vife latas properè ripas Inachi,

Tu perge Thebas modò quas Cadmus condidit:

vt medicamentum hoc ad iecoris portas, illud ad vesicam, vel renes proficisci  
 necesse sit? An non quod in ventriculū ingestum est, iecur quidem excipit,  
 inde verò per vniuersas corporis partes defertur? Atqui sycophantis illis qui  
 hoc pacto nobis obganniunt, ita cum Galeno respondemus: Hoc scomma eos  
 tam esse medicamentorum facultatis imperitos arguit, vt à marino lepore pul-  
 monem exulcerari solum ex omnibus particulis corporis penitus ignorent:  
 vesicam solam à cantharidibus, ab alijs renum lapides conteri, ab alijs rursus  
 pulmonis atq; thoracis promptas fieri excreationes, quemadmodū ab alijs alia  
 in vna quadam particula singulariter perfici. Vt igitur sunt medicamenta quæ-  
 dam quæ priuatim partes quasdam corporis vitiant: sic etiam nonnulla reper-  
 untur, quæ quibusdam corporis partibus eximiè iuuandis sunt idonea. Vtrum-  
 que experientia confirmat, & id ipsum veterum testimonia cōprobant. Si qui-  
 dem Galenus in libro de Theriaca ad Pisonem ita scriptum reliquit: Nonnulla  
 partes quasdam corporis priuatim vitiant. Nam lepus marinus pulmonem ex-  
 ulcerat. Cantharides vesicam peculiariter offendunt. Econtrario pleraq; me-  
 dicamenta quasdam corporis partes præcipuè iuuare solent. Laboranti enim  
 iecori sæpe Eupatorium herba perstrenuè auxiliata est. Glans vnguentaria lie-  
 nem iuuat. Saxifraga & betonica renes probè afficiunt: & similiter alia aliorum,  
 vt experientia obseruauimus, propria sunt medicamenta. Idem etiam lib. 13.  
 Ther. methodi tradit, inquit: Quale medicamentum iocinori est absinthiū,  
 tale est lienī capparīs cortex. Quale rursus iocinori Eupatorium, tale est lienī  
 Scolopendrium. Galeni sententiæ subscribunt etiam tota Arabum familia, &  
 reliqui nostræ atatis medici, neq; ab re, quòd illorum sententiam quotidiana  
 experientia, vt diximus, cui nemo temerè refragari debet, confirmet. Quòd au-  
 tem alia medicamenta alias corporis partes quasi delectu quodam iuuent, aut  
 lædant, id sit totius substantiæ proprietate, non quæ ad vniuersum corpus, sed  
 quæ ad vnamquampiam particulam comparatur. Nihil enim est in vlla naturæ  
 parte, quod non peculiari & occulta proprietate vigeat. Et iam si multa inter se  
 conferamus, necesse est omnino has illorum proprietates aut similitudine qua-  
 dam & affinitate consentire, aut dissimilitudine atq; dissidio aduersari. Hinc  
 sympathiæ & antipathiæ, id est, consensiones & dissensiones profectæ sunt, omnibus  
 rebus diuinitus insertæ, arcanæ quidem illæ & abdite, quas natura siue Deus  
 ipse, nos mirari potius quàm scire, voluit. Hæ causæ habentur omnium occul-  
 torū effectuum, qui nullis euidētibus rationibus probabiles existunt. Quòd  
 igitur alia medicamenta alias corporis partes aut iuuent, aut lædant, in causa est  
 sympathia vel antipathia. Quapropter quod à marino lepore, vt dictum est,  
 pulmo vnus ex omnibus corporis particulis, è cantharidibus vesica sola exul-  
 ceratur, & Eupatorium iecur iuuat, non manifesta aliqua qualitas, sed totius sub-  
 stantiæ similitudo & amicitia, aut dissidium & repugnantia efficit. Cæterum,  
 ne hoc silentio transeamus, facultates à partibus nominatæ sunt, non q; omni-  
 bus partibus quam nomine indicant affectibus conueniunt, nec quòd ita vni  
 parti conducant, vt nihil alijs partibus prosint: sed quia frequentissimè, & ma-  
 gno cum fructu, ac potissimùm eam partem à qua nomē sunt mutuata, iuuent.  
 Quapropter quum in parte vna aliqua humorem concoquere, aut ab ea vacua-  
 re volumus, tum medicamento facultas aliqua à parte illa nominata miscenda  
 erit. Vt, exempli causa, oxymeli coquit, incidit, tenuat, vacuat ex æquo in omni-  
 bus corporis partibus, vbi verò pæonia aut betonica illi incoquitur, id ipsum  
 valenti-

Causa eorum  
 quæ certas  
 partes iuuat,  
 aut lædant.

συμπάθεια,  
 αντιπάθεια.

Facultates à  
 partibus cur  
 nominatæ.



valentius in capite præstat, cappare autem in liene. Ut itaq; studiosi medicinæ in promptu habeant medicamenta que præcipuas corporis partes iuuant, adeo q; ipsis tota sua substantia familiaria sunt, non pigebit ordine eorundem catalogum texere, ab ijs quæ caput iuuant exorfi.

## QVAE CAPVT IUVANT.

## Caput XXXIX.

**C**alefacientia: acorus, agallochum, ambarum, anisum, asarum, betonica, Calificientia.  
calamintha, chamamelum, castoriũ, carpesium, eufrafia, fœniculum, galanga, ladanum, lauandula, lauri folia, & bacca, macer, melilotum, maiorana, mentha, moschus, myrobalana beletzica, nigella, nuxmoschata, pœonia, pulegium, ruta, satureia, salvia, seseli, serpyllum, sesamum, sisymbrium, stechas, thus, xylobalsamum. Refrigerantia: acetum, lac humanum, lactuca, myrtifolia & bacca, nymphææ folia & flores, papauer erraticum, rosa, salicis folia, solanum fatium. Refrigerantia.

## QVAE THORACEM ROBORANT.

## Caput XL.

**C**alefacientia: acorus, adiantum, ammoniacum thymia, amygdalæ amara, Calificientia.  
ræ, agaricus, carica, cinamomum, costus, calamintha, dracunculus, ficus, glycyrrhiza, gummi arabicum, iuncus rotundus odoratus, helenium, hyssopum, iuniperus, iris, lini semen, marrubium, myrrha, nasturtium, origanum, pinea nux, palmulæ, penidia, piper, pulmo vulpis, sagapenum, scabiosa, scilla, scordium, stichas, triticum, terebinthina, thymus, vrtica, vua passa. Refrigerantia: Hordeum, myxa, papauer fatium, mora, tragacantha, viola, zizipha, tussilago. Refrigerantia.

## QVAE COR IUVANT.

## Caput XLI.

**C**alefacientia: Ambarum, amomum, buglossum, behen, carnabadium, cinamomum, cardamomum, caryophyllum, citrei cortex & succus, crocus, Calificientia.  
doricum, galanga, melissophyllum verum, macer, moschus, mentha, ocimum, polium, rosmarinus, rosa, (spodium Arabum, vt falso putant,) spica nardi, succinum, styrax, vnguis odoratus, xyloaloe, zadura vel zedoaria. Refrigerantia: Acetum, corallium, ebur, hyacinthus gemma, lemnia terra, nymphæa, rosa, santala, smaragdus, viola, vniones, os cordis ceruini, sericum crudum. Refrigerantia.

## QVAE STOMACHVM ET VENTRICULUM ROBORANT.

## Caput XLII.

**C**alefacientia: Absinthium, agallochum, aloe, amygdalæ dulces, anisum, Calificientia.  
artemisia, alter atticus, cardamomum, calamus odoratus, careum, cassutha, cinamomum, caryophyllum, cuminum, cupressus, cortex citrij, fœniculum, galanga, gentiana, helenium, iuniperus, iuglandes, iuncus odoratus, ligusticum, macer, mentha, mastiche, malobathrum, melilotus, nuxmoschata, nucleipini, piper, serpyllum, smyrnium, xyloaloe, zingiber. Refrigerantia: Cucurbita, cucumis, cotonea, intybum, lactuca, mala punica, melones, mespilum, nymphæa, oxalis, portulaca, plantago, pyra, rosæ, viola. Refrigerantia.

## QVAE IECVR FIRMANT.

## Caput XLIII.

L iij

Cale-

- Calefaciētia.* **C**Aleficientia: Absinthium, acorus, adiantum, agallochum, agaricus, amomum, anisum, anagallis, asarum, apium, ammi, betonica, cassutha, calamus odoratus, chamæmelum, chamæpitys, cinamomum, costus, chamædrys, cicera, eupatorium, fumaría, gentiana, glycyrrhiza, iuncus odoratus, foeniculum, radices quinq; communes, scilla, semina quatuor calida, serpyllum, spica nardi, rhaponticum, (spodium Arabum, si Dijs placet.) Refrigerantia: Acetum, cucurbita, cucumer, intybum, lactuca, lichen, nymphæa, oxyacantha, portulaca, fantala, solanum, semina quatuor frigida, rosa, viola.

## QVAE LIENEM IUVANT.

Caput XLIII.

- Calefaciētia.* **C**Aleficientia: Absinthium, acorus, adiantum, agaricum, anisum, aristolochia rotunda, amygdalæ amaræ, asparagus, asplenon, asarum, ammoniacum, betonica, brassica sativa, bdellium, buglossum, capparis, calamintha, cassutha, chamædrys, chamæpitys, careum, cyclaminus, daucus, dictamnus, epithimum, filix, fraxini cortex, iris, lycium, linum, leucoion, lupinus, lupus salictarius, nasturtium, phyllitis, polium, peucedanum, sagapenum, smyrnium, scordium, semina quatuor calida, radices quinq; communes, rubia, vitex. Refrigerantia: Acetum, corallia, cotonea, intybum, lactuca, nymphæa, fantala, semina quatuor frigida.

## QVAE RENES ROBORANT.

Caput XLV.

- Calefaciētia.* **C**Aleficientia: Abrotonum, agaricum, anagallis, amygdalæ amaræ, asparagus, apij radix, betonica, daucus, cicer, cubebe, calamus odoratus, cinamomum, eruca, eryngium, foeniculum, iuncus odoratus, iuniperus, lithospermon, milium solis, nuclei pini, petroselinum, pimpinella, radices quinq; communes, ruta, rhaponticum, ruscus, saxifraga, smyrnium, spica nardi, fefeli, vva passia, vrtica. Refrigerantia: Intybum, lactuca, malua, hordeum, plantago, portulaca, nymphæa, parietaria, semina quatuor frigida maiora, tragacantha,

## QVAE VTERVM IUVANT.

Caput XLVI.

- Calefaciētia.* **C**Aleficientia: Abrotonum, agaricum, ammi, artemisia, aristolochia, ambra, balsamū, bdellium, betonica, calamus odoratus, ebulus, foenumgræcum, iuniperus, iris, iuglans, linum, lilium, laurus, laserpitium, menthastrum, mentha, melissophyllum, myrrha, moschus, nuxmoschata, opopanax, peucedanum, piper, pulegium, rubia, ruta, sabina, sagapenum, salvia, spicanardi. Refrigerantia: Acacia, balauftium, galla, geranium, polygonum.

## QVAE ARTVS IUVANT.

Caput XLVII.

- Calefaciētia.* **C**Aleficientia: Acorus, asarum, ammoniacum, bdellium, castorium, chamæmelum, chamæpitys, costum, chamædrys, euphorbium, hypericum, hermodactylus Pauli, galbanum, myrrha, melilotum, nasturtium, opopanax, origanum, polium, pulegium, ruta, rosmarinus, salvia, stracte, sagapenum, scilla, sinapi, sapa, styrax, stercus caprinum, verbasculum, zingiber. Refrigerantia: Acetum, bolus armenia, intybum, lactuca, myrtibaccæ, psyllium, salicis folia, solanum, semperuium, vitis folia,

DE

## DE SECUNDIS ET TERTIIS SIMPLICIUM medicamentorum facultatibus.

## Caput XLVIII.

**F**acultates medicamentorum simplicium quæ ex primis oriuntur, aut eas simplices, vel coniugatas nullius interuentu sequuntur, secundæ appellantur, ut adstringendi facultas refrigerationem primò comitatur, quemadmodum etiam repellendi, densandi, & claudendi. Discutiendi verò, abstergendi, tenuandi, rarefaciendi, attrahendi, & putrefaciendi, calefactionem. Tertiæ autem facultates sunt, quæ ulterius procedendo propè particulatim appellantur, ut menses ciendi aut sistendi facultas, feminis generatrix, aut extinctrix, vrinam mouens, sudorem eliciens, & similes. Hæ magna ex parte primas & secundas sequuntur. Non pigebit verò nos ordine singulorum generum medicamentorum, quæ secundis & tertijs prædita sunt facultatibus catalogos texere, ut imperitiores ex ijs minore negotio formulas compositionum struere possint, à reprimentibus orsi. Subijciemus autem singulis mox contrariorum catalogum.

## QVAE REPRIMUNT.

## Caput XLIX.

**R**eprimentia vocamus quæ Græcis ἀπορροιστικά, alijs repellentia, vulgò re-  
percussoria dicuntur. Ea sunt quæ humores occurrentes, & in aliquam  
corporis partem irruentes retrò, & in altum pellunt, qualia sunt omnia acerbata  
& adstringentia, quæ consistentia sua, Galeno libro 4. de Simpl. medic. facul.  
cap. 6. attestante, terrena ac crassa sunt, qualitate verò frigida. Cæterum adstrin-  
gendi facultas non solum frigidis, sed & calidis quibusdam inest medicamentis,  
vt liquet ex horum catalogo, qui est eiusmodi. Aloe, alumen, amomum, acacia,  
absinthium, agnus, acetum, ærugo, agaricum, arsenicum, balaustrum, bolus ar-  
menia, bursa pastoris, adeps taurinus, vitulinus, & caprinus, brassica bis cocta,  
chalcanthum, crocus, castanea, cyperus, corallium, chryso-colla, cadmia, carpe-  
sium, crystallus, cornus, cotonea, cypressus, cortex thuris, equisetum, ebulus,  
flos aris, glans, galla, granum tinctorum, gentiana, gramen, hypocisthis, he-  
dera, helxine, hieracium maius, hæmatites, intybum, lauri folia, lycium, lysimachium,  
luteum oui assum, leporis coagulum, lens, lythargyrum, ladanum,  
melilotum, myrrha, myrtus, menta, morus, mespilus, milium, myricæ fructus,  
malum punicum, malicorium, nuclei acinorum, nux moschata, oxalis, oxyacantha,  
omphacium, oriza, polygonum, palmula, pentaphyllum, pilus leporis, pissasphaltum,  
plantago, psyllium, portulaca, pyra, persica, plumbum vstum, quercus folia, rosa, ruta,  
rhus obscuriorum, rhaponticum veterum, rubi folia & germina, salix, semperuiuum, santala, sal, sanguis draconis, succinum, spodium,  
spongia, terra lemnia, thus, tragacantha, verbascum, vitex, vitis capreoli, stercus  
aluminium, & xyloaloe.

## QVAE EX ALTO TRAHUNT.

## Caput L.

**A**ttrahentia medicamenta, Græcis ἐλκτικά dicta sunt, Galeno lib. de Sim-  
plic. medic. facul. 5. cap. 16. teste, quæ ex alto vehementius trahunt, essentia  
quidè calida, & tenuium partium. Cæterum attrahentium medicamentorum

L iij

mate-

*materia duplex.*

materia, alia sponte nata est, vt anagallidis vtriusq̄, aristolochiæ, ciclamini, dictamni, galbani, genistæ, oxyacanthæ radicis, propolios, picis, piperis, porri, sagapeni, scorix argenti, sandarachæ, sulphuris, liquoris cyrenaiici & medici, terebinthinæ, ac thapsiæ. Alia ex putrefactione, seu coascente putredine generationem sortita est, qualis est fermenti, & psorici. Fimi præterea, si eius generatio ex putrefactione constat, materia omnis attrahendi facultate pollet. De ijs lib. 5. Simpl. Galenus.

### QVAE DISCVTIVNT.

Caput LI.

*Discutientia quæ.*

**D**iscutientia, quæ Græcis διαφρητικά dicuntur, attestante lib. 13. Ther. method. Galen. sunt quæ per insensiles meatus educunt. Ex quorum numero sunt quæ sequuntur: Abrotonum, althæa, adiantum, anethum, aristolochia, atriplex, asphodeli radix, brassicæ folia, bdellium, butyrum, bryoniæ radix, cappares, chamæmelum, erui farina, furfur, fœnum græcum, dauci semen, galbanum, hordei farina, tritici, lupinorum, lini semen, lacha, ladanum, lilij folia, malua, mentha, mercurialis, melilotum, nigella, nitrum, origanum, pix sicca, piper, resina omnis, ruta, stichas, sesamum, sampsy chum, styrax, sulphur, sagapenum, stercus omne, terebinthina.

### QVAE ORA VASORVM

aperiunt.

Caput LII.

*Aperientia ora vasorum.*

**V**enarum & arteriarum ora aperientia medicamenta, Græcis ανατομικά vocata, calida sunt, acria, mordacia, crassarum partium, & terrena, vt lib. 5. de Simpl. medic. facul. cap. 13. testis est Galenus. Eiusmodi sunt, allium, anemona omnes, cepa, fel taurinum, cyclaminus.

### QVAE VASORVM ORA

obstruunt.

Caput LIII.

*Obstruentia.*

**O**bstruentia medicamenta, Græcis propriè στενωτικά, Galeno loco iam citato autore, dicta, sunt quæ ora vasorum constringunt & contrahunt, aut quæ sensiles excretiones cohibent. Hinc est quòd alio nomine σνώγοντα, κλεισιτα, κλειστρογενετα, hoc est, contrahentia, occludentia, & cōstringentia dicantur. Hæc frigida natura sunt, crassarum partium, & adstringentia, vt bolus armenia, baluitium, & alia complura supra capite 49. commemorata.

### QVAE RAREFACIUNT.

Caput LIII.

*Rarefacientia.*

**R**arefacientia, Græcis ἀραιωτικά appellata sunt, quæ moderato suo calore quem inferunt, cutis meatus referant ac dilatant. Horum natura modicè calida, minimum desiccans, & tenuium partium, vt chamæmelum, althæa, & quod ex ijs preparatur oleum: nec minus quod ex cucumere agresti, oui album, thus, oleum vetus, & cicinum.

### QVAE DENSANT.

Caput LV.

*Densantia.*

**D**ensantia, Græcis συμπνωτικά dicta, prioribus planè contraria sunt, propterea q̄ meatus corporis cōtrahant. Horum vtiq̄ natura frigida, nec terrea, nec

nec

nec aërea, sed aquæa, sic vt tenuem substantiam non exprimant, sed eam totam compingant, vt est aqua frigida, semperuiuum, portulaca, tribulus viridis, lens palustris, psyllium, & vt semel dicam, quæcunq; refrigerant, sed non adstringunt.

## QVAE OBTVRANT.

Caput LVI.

**O**bturantia nominamus medicamenta quæ Græcis ἐμπλαστικά appellatur, *Obturantia*. eanimirum, Galeno lib. 5. de Simpl. medic. facul. cap. 10. teste, quæ illita ἐμπλαστικά corporis meatibus tenaciter inhaerent. Alio nomine Græcis ἐμφρακτικά, latinis ἐμφρακτικά infarcentia, obstructionem facientia nuncupantur. Hæc consistentiam nacta sunt siccam, citra tamen mordicationem, terrenam, ac glutinosam: cuiusmodi sunt, amyllum, cerussa, calx lota, cadmia, cimolia, alicæ, pompholyx elota, terra Samia.

QVAE MEATVS REPVRGANT,  
& obstructionem tollunt.

Caput LVII.

**M**eatu repurgantia medicamenta emplastice contraria sunt, Græcis ἔκκαθαρτικά *Meatus re-* *ἐκκαθαρτικά* vocantur. Hæc mordacitatis expertia non sunt, sed nitrosa & purgantia. subtilia. Alio nomine ἐκφρακτικά Græcis, obstructiones tollentia, & infarctui ἐκφρακτικά liberantia latinis appellantur, vt erui farina, & lupinorum, amygdalæ amaræ, nitrum, aphronitrum, spuma nitri, abrotonum, seriphium, vrticæ semen, scilla, iris, aristolochia, asparagus, absinthium, chamæpitys, cassutha, capparidis cortex, lichen, serum lactis, & quæcunq; in se vincentem amaram qualitatem obtinent. His quoq; medicamentis inest, vt crassos lentosq; humores extenuent. In extenuantium autem numero est artemisia, cinnamomum, hyssopus, iris il- *Extenuantia* lyrica, iuniperi baccæ, pulegium, stichas, & calamintha.

## QVAE EXTERGVNT.

Caput LVIII.

**E**xtergentia, Græcis ἑπιτικά dicta, sunt quæ in superficie sordem à cute, & *Extergentia* vlceribus, Galeno vbi supra attestante, auferunt ac tergent. Differunt ab his quæ meatus repurgant, & obstructiones tollunt, quod illis sint imbecilliora, & viribus inferiora, dulcia, & salsa, cuiusmodi est mel, amygdalæ dulces, mulsæ, saccharum, hordeum, cicer, radix iridis, faba, sal, terebinthina, lupinorum & erui farina.

## QVAE EMOLLIVNT.

Caput LIX.

**E**mollientia, Græcis μαλακτικά vocata, sunt quæ id quod concretum est fun- *Emollientia* dunt, Galeno lib. 5. de Simpl. medic. facul. cap. 6. autore, & sensim per hâlitum discutunt, nec admodum calida, nec valde etiam sicca existunt. Eius generis sunt ammoniacum, adipēs omnes, atriplex, bdellium, butyrum, altheæ radix, adeps caprinus & taurinus, ceræ, colophonía, scœnum græcum, crocus, galbanum, ladanū, linum, lilium, lithargyrum, malua, nigella, opopanax, œsippus, pix, resinae omnes, medulla ceruina, & vitulina, styrax, viscum.

## QVAE INDVRANT.

Caput LX.

Induran-

*Indurantia.*

**I**ndurantia medicamenta, Græcis σκληρώματα nominata, Galeno lib. 5. de Simplic. medic. facul. cap. 9. teste, viribus sunt frigida & humida, veluti, portulaca, psyllium, lenticula palustris, semperuium, & lolanum. Siquidem concretionem, non vacuationem, proprie loquendo, durum aliquid efficitur.

## QVAE SUPPURANT.

Caput LXI.

*Suppurantia.*

**S**uppurantia siue pus mouentia medicamenta Græcis ἐκπιόνικα dicta, sunt quæ humorem tumores præter naturam excitantem, & carnem contusam, in pus vertunt. Hæc cognatum ac simillimum corpori cui admouentur, & ipsa immutanti, calorem obtinent. Sunt etiam mediocriter humida, ita nimirum, ut nec augeant, nec minuunt naturalem eius partis cui admota sunt humiditatem, ut lib. 5. de Simplic. medic. facul. cap. 5. testatur Galenus, quod saltem manifestum sit, & sentiriqueat, sed aliquid excrementi in vacuis spatijs contenti discutiant. Talia sunt, althæa, aqua temperata, adeps porcinius, vitulinus, butyrum, crocus, cera, foenumgræcum, farina lolij, bryoniae radix, capitulorum alborum, hordei farina, tritici farina, ladanum, lini semen, mastiche, celypus, pix, thus, resina, ficus, styrax, stichas, & smyrnium.

## QVAE CRUSTAS EFFICIUNT,

&amp; adurunt.

Caput LXII.

*Crustas efficiunt.**Adurentia.*

**M**edicamenta quæ admota corpori crustas efficiunt, Græcis ἐχρηστικά nuncupantur, & καυσικά, id est, adurentia. Hæc in quarto ordine sunt calida, & consistentia crassa, ignisq; instar, & cauterij ritu corpus colliquant, crustasq; excitant. Qualia sunt, allium, æs vstum, auripigmentum, cantharis, cinis, præsertim ficulna, calx viua, chalcanthum, chryfocolla, pyrethrum, sinapi.

## QVAE PUTRESCIUNT,

Caput LXIII.

*Putrescencia.**Putrescencia proprie dicta.**Carnem imminuentia.*

**P**utrescencia medicamenta Græcis σαπτικά vocata, sunt quæ carnem, mollem maxime ac teneram, tum liquare, tum colliquare possunt, idq; absq; dolore, ut sunt arsenicum, chryfocolla, dryopteris, pityocampe, aconitum, & sandaracha. Ex his sunt quæ proprie putrescencia nominantur, quæ scilicet cum foetore corrumpunt. Inter putrescencia recensentur, quæ Græcis καθαρτικά, latinis detractoria, aut carnem imminuentia, quod nimirum extimam superficiem detrahant, & carniū excrescentiam imminuant & absument, vocantur. Imbecilliora enim sunt quam quod in altum subire valeant. Cuiusmodi sunt alia petrae flos, æris squama, æs vstum non lotum.

## QVAE CICATRICEM INDUCUNT, ET

glutinant, carnemq; generant.

Caput LXIII.

*Cicatricem inducentia.*

**C**icatricem inducentia, Græcis ἐκσρωτικά nominata, Galeno lib. 5. de Simplic. medic. facul. cap. 15. autore, sunt proprie loquendo, quæ cutem contrahunt, constringunt, cōstipant, densant, præterea siccant, & calli instar indurant. Differunt

tunt ab ijs quæ Græcis κολλητικά, latinis glutinantia dicuntur, quòd hæc minus *Glutinantia*  
quàm illa siccant. Nam in glutinandis vlceribus siccandum solum quod præter  
naturam confluit, quo nimirum laborans particula superuacuis vacet. In cica-  
trice autem ducenda, non modò quod confluit, verumetiam humor qui in ipsa  
carne continetur, est consumendus, vt scilicet caro in cutis similitudinem mu-  
tetur, quæ carne multo aridior existit. Carnem verò generantia, quæ Græcis *Carnem ge-*  
*nerantia*  
σαρκατικά dicuntur, ijs omnibus minus in primò quidem ordine siccant, & modi-  
cè sineq; morfu detergunt, quemadmodum copiosius lib. 3. Ther. method. cap:  
4. & 5. Galen. docet. Leuiores sunt thus, aloë, colophonía, hordei farina. Vehe-  
mentiora, aristolochía, cadmia, erui farina, iris. Sarcotica verò nominantur nõ  
quod carnem restituant, sed quod naturam, quæ carnis generandæ opifex est,  
in procreanda carne iuuent. Cæterum glutinant, & cicatricem inducunt quæ  
sequuntur, aloe, alumen, amyllum, aristolochía, althæa, anagallis, bolus armen-  
nius, balauftium, centaurium, chamædrydys, chamæpitys, cadmia, corallium,  
dracontium, equisetum, eupatorium, ebulus, æs vstum, gummíacaciæ, gentia-  
na, glans, gypsum, iris illyrica, ifatis, lolium, lycium, myrtus, myrrha, lithargy-  
rum, palmulæ, plantago, pentaphyllum, pumex, plumbum elotum, perfoliata,  
papyrus vsta, symphytum maius, sanguis draconis, sarcocolla, spongia, terra  
lemniá, thus, tormentilla, testa oui, verbenaca.

## QVAE VRINAS MOVENT.

## Caput LXV.

**V**Rinam mouentia, Græcis διουρητικά vocata, exacrium sunt genere, vt lib. 5. *Vrinam mo-*  
de Simpl. medic. facul. cap. 12. testis est Galenus, ac proinde calida & sic- *uentia*  
ca: præterea quod in sanguine aqueum tenuèq; ac serosum est, segregant. Cuius  
fanè generis sunt apij semen, ammi, asarum, acorum, dauci semen, fœniculi, be-  
tonica, radix asparagi, polium, meum, seseli, phu, smyrnium, & omnia ferè quæ  
menses cient.

## QVAE MENSES CIENT.

## Caput LXVI.

**M**enses cientia medicamenta ab ijs quæ vrinam mouent, differunt, quòd *Menses ci-*  
minus siccant. Ea sunt eiusmodi. Asarum, amomum, aristolochía, abro- *entia*  
tonum, acorum, adiantum, absinthium, artemisia, anisum, asphodeli radix, am-  
mi, brasica fatiua, bryoniæ radix, betonica, cypari radix, casia, cinnamomum,  
costum, cicer, calamus odoratus, castorium, capparís, centaurium maius & mi-  
nus, chamæmelum, calamintha, chamædrydys, cassutha, cyclaminus, dictamnus,  
daucus, gingidium, fœniculum, eryngium, elleberus vterq; galbanum, hele-  
nium, hypericum, heliochrysus, iuncus odoratus, iris, lilij radix, leucoion, la-  
serpitium, maiorana, marrubium, myrrha, melissophyllum, nasturtium, nigel-  
la, opopanax, origanum, ocimum, pulegium, piper, polium, petroselinum, pæ-  
onia, ruscus, ruta, radix rubiæ, rosmarinus, smyrnium, saluia, sabina, sagape-  
num, seseli, serpyllum, scordium, styrax, thlaspi, trifolium, staphylinus, vrtica,  
vitex, phu, thymus.

## QVAE MENSES SISTVNT.

## Caput LXVII.

**S**istunt menses omnia quibus adstrictoria inest facultas, præsertim acacia, an- *Sistentia*  
thera, balauftiũ, bursapastoria, coagulũ leporis, fragaria, hypocisthis, cornu *menses*  
cerui

ceruinum, hyoscyamus, lycium, lapis hæmatites, limonium, lysimachia, myrtus, nymphæalutea, pæoniæ semen, calyces glandiū, rubus, oxyacantha, semperuiuum, symphytum, solanum, thus, vua passa cum nucleis.

### QVAE LAC ET SEMEN GENERANT.

#### Caput LXVIII.

Lac generantia.

**L**ac generant quæ mediocriter calefaciunt, Galeno lib. 5. de Simpl. medic. facul. cap. 20. teste, & exiccant. Quæ vero plus quàm expediat calefaciunt, quæq; immodicè desiccant aut refrigerant, partim qualitatem sanguinis vitiantia, partim ipsum minorem ac pauciozem reddentia, lac prouenire prohibent. Lac autem gignunt, partim alimenta, partim medicamenta. Alimenta quæ boni sunt succi, & mediocriter calida & humida. Medicamenta, quæ pituitosos succos excalefacientia in sanguinem conuertunt. In lactis itaq; procreatione sanguis contemplandus venit. Si enim is paucus est, vniuersam victus rationem excalefacientem & humectantem esse oportet. Sin deterior, siquidem biliosus fuerit, primum purgationem desiderat, mox victum iam dictum. Si verò pituitosior, medicamenta requirit excalefacientia aut primo, aut secundo ordine, non tamen desiccantia. Inter ea potiora sunt quæ non tantum sunt medicamenta, sed & nutrimenta, veluti eruca, foeniculum, & anethum, virentia adhuc.

Semen generantia.

Huius generis est smyrnium, apium, sium, & polium. Cæterum semen generant cibi qui bene nutriunt, & flatuosi sunt, totisq; substantijs familiares: medicamenta verò flatuosa, & calida, vt bulbi, cicer, iabæ, polypodes, conus, scincus, satyrion, lini, semen, & eruca. Extinguunt contra, desiccantia, refrigerantia, & quæ totis substantijs sunt contraria, vt ruta, agnus, nymphæa.

Extinguētia.

### QVAE LENIVNT DOLOREM.

#### Caput LXIX.

Dolorem mitigantia.

**D**olorem lenientia & mitigantia, Græcis ἀνώδυνα, καὶ παρηγορικά καὶ ηρεσύντικα appellata, sunt quæ primo ordine calefaciunt, ac tenuiū partium existunt, vt anethinum oleum, chamæmelinum, chamæmelum, foenum græcum, linum, panis calidus, adeps anserinus, gallinaceus, suillus, vitellus oui. De quibus plura lib. 3. cap. 4. dicemus, vt non sit opus de illis hoc loco copiosius tractare.

### QVAE STUPEFACIUNT.

#### Caput LXX.

Somnifera. Stupefactentia.

**M**edicamenta Græcis ὑπνωτικά, id est, soporifera, & κωλυτικά, hoc est, stupefacientia, dicta, sunt quæ corpus nostrum refrigerant, & sensum eousq; obstupefaciunt, vt si paulo liberalius ebibantur, mortem afferant, vt opium, cicuta, mandragora, papauer, solanum, hyoscyamus, & id genus alia, de quibus loco paulo antè indicato fusius agemus.

### QVAE VENENIS RESISTVNT.

#### Caput LXXI.

ἀλεξιτηρία. ἀλεξιφάρμακα.

**Q**uæ venenis aduerfantur & resistunt, Græcis ἀλεξιτηρία καὶ ἀλεξιφάρμακα nuncupantur. Sunt tamen qui priuatim ea quæ venenatarum bestiarum ictus aut venena sanant, ἀλεξιτηρία nominent: ea verò quæ deleterijs medentur, ἀλεξιφάρμακα. Horum quidem medicamentorum duplex est natura, vt lib. 5. Simpl. medic. cap. 17. Galen. testatur, Si quidem quædam alterant, quædam verò vacuant ex labo-



exlaborante corpore, seu venenum corrumpens, seu deleterium medicamentum. Alterant autem vel vna qualitate, aut duarum coniugatione, aut denique tota substantia. Vacuant verò totius substantiæ similitudine, & caliditate subtilium partium, vt latius loco iam monstrato Galenus docet. Venenis autem resistunt, quæ sequuntur: Abrotonum, anisum, aristolochia longa, absinthium, allium, adiantum, ammi, apium, bdellium, butyrum, brassicæ succus, bolus armenius, bryoniæ radix, cepa, cyperi radix, betonica, castorium, cardamomum, citrij mali semen, chamædrys, cyclaminus, casia, costus, calamintha, erysimum, fœniculum, gentiana, galbanum, iuniperus, libypticum, marrubium, iuglans, origanum, pulegium, polium, laerpitium, piper, ruta, rapifatiui semen, terra lemnia.

## QVAE AMBVSTIS MEDENTVR.

Caput LXXII.

**A**Deps suillus, althæa, acacia, asphodelus, atramentum sutorium, adiantum, alumen, scissile, beta, corium vstum, bulbi hyacinthi, & liliorum alborum, cynoglossum, cimolia terra, ebulus, gallium, gummi arabicum, hedera, hypericum, helxine, lactuca syluestris, malua, morus, ouum, plantago, semperuiuum, sesamum, stercus ouillum, columbinum, sambuci folia, thus, verbascum. De quibus plura apud Paulum lib. 4. cap. 11.

## QVAE STRVMAS DISCVTIVNT.

Caput LXXIII.

**A**Diantum, aparine, althæa, capparidis radix, coriandrum, cortex fabarum, iris, hordei farina, lens, lupinum, lolium, lapathum, melissophyllum, laerpitium, lithospermon, galiopsis, nasturtium, plantaginis radix, pix liquida, piper, pentaphyllum, scordium. De quibus copiosius in lib. 5. medendi rationis nostræ cap. 10. diximus.

## QVAE PVRGANT.

Caput LXXIII.

**M**edicamenta quæ Græcis καθαρτικά, Latinis purgatoria vocantur, bifariam accipiuntur. Vno enim modo communiter ac generatim sic appellantur medicamenta, quæ quouis modo corporis excrementa expurgant. Quæ quidem ratione omnia medicamenta, quæ à quibuscunq; corporis partibus vacuant, purgantia dicuntur, nempe καθάρια, καθάρια, ἀπὸ φλεγματισμοῦ, καθάρια Græcis dicta, id est, quæ per nares vacuant, tussis mouent, à capite vacuant pituitam, & urinam elicientia. Altero modo per excellentiam, pro ijs solum, quæ vel vomitu, vel alia deiectione expurgant. Atq; horum tres notantur ordines. Vnus est malignorum, in quibus vis & substantia inest venenata, vt est chamelæa, colocynthis, & scammonium. Alter est mediocrium, qui à priorum malignitate non nihil declinant, vt est, agaricus, rhabarbarum, aloë, senna, & eiusmodi. Tertius, benignorū, quæ scilicet minimum ab alimentī natura deficiunt, cuiusmodi sunt casia, manna, pruna, myrobalani. Quæcunq; verò hac lege purgant, ea trahendi vim obtinent, alia vnum quempiam humorem, alia duos, aut etiam plures. Trahunt autem humores, non communi & promiscua quadam vi, sed Galeno lib. 3. de Simp. medic. facul. cap. 24. alijsq; locis multis teste, totius substantiæ essentiæve similitudine, amicitiaue seu qualitatum quæ in substantijs sunt adeoq; insita familiaritate. Nihil enim refert, vtro loquendi modo vtaris, quem-

Purgatoria medicamenta duplicia. Generatim.

Per excellentiam.

Purgantia medicamenta trahunt humores sibi familiares totius substantiæ similitudine.

M quem-

*Qualitatum  
familiaritas.*

*Oculta pro-  
prietas.*

*Similitudo  
totius essen-  
tia.  
Philosophi  
etiam ad to-  
tius substan-  
tia proprietatem  
sive simi-  
litudinē con-  
fugere coguntur.*

*Lib. 1. Me-  
taph. cap. 5.*

*Lib. 2. Simp-  
taph. 5.  
Quam philo-  
sophiam con-  
temnit Ga-  
lenus.*

*Auersario-  
rium Galeni  
confutatio.*

quemadmodum metipse Galen. lib. 5. iam citati operis cap. 16. testatur, vbi ita scriptum reliquit: Qualitatis familiaritate attrahere nihil aliud est, quam totius essentiae similitudine trahere. Nam qualitatum familiaritatem, amicitiam, consensum uero non vocat Galenus, nisi proprietatem illam quae in natura seu vniuersa substantia consistit. Non est autem substantia illa rei materia, a qua vnumquodque aut tenuis, aut crassa substantiae dicere solemus, neque huius substantiae similitudo attrahendi causa existit. Nam neque agaricus, neque colocynthis tenuis substantiae quum sit, crassiore pituitam: neque rheubarbarum quod adstringentis & solidae crassaeque substantiae sit, tenuem bilem educeret, sed praestantior est tota illa substantia, a qua tanquam ab intimo principio defluit & manat quae totius substantiae proprietas appellatur. Haec igitur quum neque materia sit, neque temperamentum necesse est rei forma, ut Philosophi loquuntur, sit, praecipua ac tota rei compositae, ut Galenus vocat, substantia existit. Haec utique proprietas quia obscuritate naturae ita inuoluta est, ut neque euidenter percipi, neque verbis dici possit, occulta & caeca rerum proprietas, quod scilicet neque colore, neque sapore, neque odore, neque ullis sensuum qualitibus, sed solis operibus percipi possint: & Graecis non raro *ἰδιότης ἀφανής* id est, proprietas quae efferrī non potest, nominatur. Harum itaque occultarum qualitatum causa quum nec in primis, nec in secundis qualitibus monstrari possit, rectissime in totam rei essentiam substantiam uero transfertur, & ob id similitudo totius substantiae dicitur. Hanc totius substantiae proprietatem sive similitudinem, non solum medici, sed & philosophi statuere coguntur, dum eo veniunt ut effectae rei cuiuspiam ratio nequeat vel acutissimi hominis ingenio explicari, lucemque recipere, neque quoquo modo primorum elementorum naturis attribui. Per philosophos autem non omnes qui hoc nomine superbire voluerunt intelligimus, sed veteres illos tantum philosophiae proceres, qui non omnium quae fiunt, sed quorundam duntaxat rationes ab elementis petierunt, neque causas eas attigerunt, quas generali nomine occultas rerum proprietates appellant. Hinc est quod Aristoteles quoque naturalem philosophiam instituens, quae ex primis rerum naturis atque ex rebus sensu perceptis demonstrationes affert, dum forte in abstrusas & inexplicabiles huiusmodi quaestiones incidit, earum solutione certa quae definitione se abstinens, inquit omnes esse supra captum humanae mentis. Ut valde ineptos esse, & philosophi nomine indignos oporteat, qui omnium rerum naturales rationes ac causas afferri posse existimant. Ut praclare dixerit Theophrastus, eos qui de omnibus rationem quaerunt, simul cum ratione scientiam tollere: immo verius eos rationem petere eorum quorum neque est, neque fuit. Merito igitur illis euenit ut dum omnium actionum causas producere conantur, non leuibus se ambiguitatibus implicent, & alter ab altero, quo sapientior & acutior videatur, dissentiat. Quapropter rectissime Galenus philosophiam naturalem quae se intra suos limites non continet, contemnit, & ab huius studio medicos dehortatur, quod scilicet in innumerabiles tum ambiguitates, tum errores, eos qui illam sectantur, conijciat. Quum itaque actionis purgantium medicamentorum causa ab elementis, ac primis secundisque qualitibus peti non possit, optima ratione hanc a tota substantia, seu occulta eorundem proprietate qualitate uero proficisci statuit. Verum hic non desunt qui hoc Galeni placitum miris modis exagitant, & tanquam a veritate abhorrens explodunt. Nam habet hoc seculum homines quorum hoc vnicū est studium, ut quae a veteribus etiam optime dicta sunt, conuellant, fugillent, & miserè lacerent, adeoque non secus vitent quae quis antea dixit, quam Aspides vel Basiliscos. Ea plane res transuersos agit quam plurimos hodie scriptores, affertque in disciplinas memorabiles errores, & perniciosos, dum mauult quisque autor esse suae sententiae, quam assertor

assertor

assertor aut enarrator alienæ. Cæci non vident quanta sit laus, & paruisse bene-  
 monenti, & rectè doctenti assensisse: aut certè longè malunt, se scientes pruden-  
 tesq; falsum pro vero affirmare, quàm alienæ opinioni acquiescere. Hoc itaq;  
 nouitatis pruritū laborās Guilielmus Puteanus, nuper libellum edidit, in quo *Puteani li-  
 bellus aduer-*  
 magno studio Galeni sententiā, medicamenta purgantia à substantiarum si- *bellus aduer-*  
 militudine succos trahere, assentis explodere nititur. Nam hanc suam ocul- *bellus aduer-*  
 tam proprietatē philosophis & medicis, si Dijs placet, inauditam esse ait: quod *bellus aduer-*  
 tamen falsum esse, ex ijs quæ paulo antè diximus, abundè constat. Proinde me- *bellus aduer-*  
 dicamenta purgantia non à totius substantiæ proprietate siue similitudine suc- *bellus aduer-*  
 cos trahere, sed à forma sua substantiali efficiente, vt à primo trahente & præci- *bellus aduer-*  
 puo, atq; à temperamento natiuo, tanquam secundo, siue instrumentario mo- *bellus aduer-*  
 uente, contendit. Quod dum facit, non aliud conatur, vt fuit hoc hominum ge- *bellus aduer-*  
 nus perpetuò superbum, quàm vt medicos cogat philosophico more, à quo ta- *bellus aduer-*  
 men frequenter, & nequaquam temerè, abhorret, loqui. Quasi verò si etiā ad *bellus aduer-*  
 formam medicamentorum actiones referamus, res sit intellectu facilior, quàm *bellus aduer-*  
 si similitudini totius substantiæ illam feramus acceptam: quum palàm sit longè *bellus aduer-*  
 esse hanc recentium philosophorum loquendi rationē quàm medicorum ob- *bellus aduer-*  
 scuriorem: siquidē inter hos magna hodie est contentio, quid forma sit substan- *bellus aduer-*  
 tialis. Et si enim in eo consentiant, quod forma sit quæ toti essentiam largiatur, *bellus aduer-*  
 tamen quid tandem ea sit, inter illos non satis conuenit, alijs hanc cœlitus dimit- *bellus aduer-*  
 ti & diuinā esse, alijs de potentia materiæ educi, alijs quatuor elementorū mixtu- *bellus aduer-*  
 ram & temperaturā, nonnullis ignem, quibusdam spiritum feruidū esse dicenti- *bellus aduer-*  
 bus, & tamen interim nihil non ad formam referre student. Quod forte feren- *bellus aduer-*  
 dum esset, si in cæteris omnibus etiā illi inter se conuenirent, & non circa sin- *bellus aduer-*  
 gula inter se pugnarent, atq; dissentirēt, perpetuamq; hanc per seculalitem ale- *bellus aduer-*  
 rent, & quod Firmianus ait, vnaquæq; secta, quas sanè multas habent, omnes *bellus aduer-*  
 alias euerteret, & se suaq; confirmaret, nec vlla alteri sapere concederet, ne desi- *bellus aduer-*  
 pere se fateatur. Quid multa? philosophorum ratio nihil constans persuadere *bellus aduer-*  
 potest, sed semper in lubricis opinionibus vacillat, nec intellectus ad omnia in- *bellus aduer-*  
 certus habet quod teneat. Quumq; de singulis philosophi disputant & opinan- *bellus aduer-*  
 tur, de nullis certi sunt. Hinc tot, & quidem inter se ex diametro pugnantes de *bellus aduer-*  
 principijs rerum naturalium, mundi pluralitate & duratione, alijsq; rebus com- *bellus aduer-*  
 pluribus opiniones ac dissensiones, quas Diuus Augustinus lib. 18. de Ciuitate *bellus aduer-*  
 Dei cap. 41. percenset, natæ sunt. Quæ non ideo à me cōmemorantur, vt in vni- *bellus aduer-*  
 uersum philosophorum doctrinam damnem: sed vt moneam, ne hanc ita cum *bellus aduer-*  
 medicina misceamus, vt ad illorum præscriptum nobis perpetuò loquendum *bellus aduer-*  
 esse putemus: quum constet, inter illos suorum dogmatum nullum esse consen- *bellus aduer-*  
 sum: & vt studiosi intelligant, furore quodā nouitatis correptos esse hodie ple- *bellus aduer-*  
 rosq;, qui dogmata medicorum omnium, tum Græcorum tum Arabum, con- *bellus aduer-*  
 sensu recepta, fucatis philosophorum rationib. suspecta reddere conantur. Hi *bellus aduer-*  
 sanè sunt, qui nulli subscribere in animum induxerunt, ignominiam existiman- *bellus aduer-*  
 tes si non alijs doctiores ab omnibus reputentur. Alios qui veterum scripra in- *bellus aduer-*  
 terpretari student, furti accusant: nec vllum laudem aliquā mereri putant, qui *bellus aduer-*  
 non alicuius noui dogmatis autor esse velit. Homines me hercle quauis venena- *bellus aduer-*  
 ta fera nocentiores, quòd non solum plurimos seducant, sed & vt multi in dubi- *bellus aduer-*  
 tationem rapiantur, efficiant. Quo nomine fit vt ad veritatis cognitionem per- *bellus aduer-*  
 uenire nunquam possint. Et nisi Deus optimus maximus excitauerit viros ali- *bellus aduer-*  
 quot pios, & veritatis doctrinæ amantes, qui se horum conatibus opponent, & *bellus aduer-*  
 illorum nugas explodant, propediem medicinæ eueniet, quod superioribus an- *bellus aduer-*  
 nis theologiæ accidisse compertum habemus. Hanc enim ita philosophorum *bellus aduer-*  
 deliramentis obscuratam fuisse constat, vt ne vestigium veteris & veræ theolo- *bellus aduer-*

M ij giæ

*Puteani li-  
bellus aduer-  
sus Galeni de  
purgantibus  
medicamentis  
sententiam.**Superbia  
commune  
philosophorū  
vitium.**Philosopho-  
rum inter se  
dissidium.*

Coloff. 2.

*Purgantium  
medicamentorum  
vii actio non à  
primis vel se-  
cundis qua-  
litatibus de-  
pendet.*

Aphor. 31.

giæ relictum fuerit. Vt scitissimè à nostratium quopiam dictum sit, referentè: Divo Hieronymo, philosophos esse patriarchas hæreticorum, vt appellant, id est, impiarum sectarum, mendaciorum, dissidijq; autores. Quod verum esse omnium temporum historia testantur. Quapropter & illud Pauli mihi vsurpare libet: βλέπετε μή τις ἐν ὑμῖν ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας κολῶμενός ἀπάτης. Ita enim eos diuis Paulus appellat, quod per inane nomen sapientiæ, simplices seducebant. Ex horum quidem numero, vt diximus est Puteanus, qui vt noui dogmatis autor esset, & cornicum, quod dicitur, oculos configeret, ad formam substantialem potius quàm substantiæ similitudinem purgantium medicamentorum actionem referre voluit. Et tamen interim fatetur substantialem formam meritò nos substantiam totam vocare posse, quia sine ea materia prima constare & coherere non possit. Quare inquit, si per totam substantiam formam substantialem intelligat Galenus, cum eo sanè fatemur attractionem humorum à tota substantia fieri. Si ignoras Putide, Puteane dicere volui, quid per totam substantiam Galenus intelligat, cur illius dogma, quod tibi non satis cognitum fuit, tanto fastu sugillare ausus es? An non ille multis in locis ingenuè fatetur se ignorare quæ sit formæ essentia? Quomodo enim ille se cognoscere eam impudenter iactaret, quam philosophis nondum satis perspectam esse intelligebat? Quum itaq; Galenus, & alij qui hunc secuti sunt, formarum naturam & essentiam ignorarent, adeoq; quid illæ aut agere aut pati valerent, non satis intelligerent, maluerunt hoc genus actionum in occulta proprietate, vel tota rei agentis substantia, quàm forma substantiali, & meritò quidem, ponere. Nam quum hæc actio nec temperamentorum duntaxat, nec materiarum sit, sed horum certè omnium, rectissimè toti substantiæ hanc tribuerunt, quam philosophi formam substantialem, alij proprietatem, uirtutem seu qualitatem occultam quæ rationem formæ sequitur, appellare maluerunt. Nominet verò unusquisq; vt velit, Galenus certè similitudinè substantiæ, vel qualitatis familiaritatem, & nonnunq; simpliciter qualitatē vocat. Siquidē solenne est Galeno, & Hippocrati quoq; vt quas formas rerum philosophi, ipsi qualitates quæ secundum rei naturam insunt, & naturas appellent. Quapropter non magnopere resistendum esset Puteano, quòd purgantium medicamentorum actionis causam, formæ substantiali acceptam ferret. Quòd verò subiicit in eodem libello, causam hanc à qualitatibus elementarijs primis, vel secundis dependere, hoc est vt metipse interpretatur, ab immodico calore, & acrimonia iunctis cum nidore quodam nature ingrato, id ferendum nullo modo erit, maxime quum eam etiam fuisse Galeni sententiam dicat, & quasi ille quoq; purgantia omnia esse calida, & acria, suoq; calore & acrimonia trahere scribat. Nam quàm falsa & à Galeni mente adeoq; veritate ipsa abhorrens hæc sit Puteani sententia, paucis iam ostendemus. Si calor & acrimonia tractionis humorum à purgantibus medicamentis causa erit, certè vt omnia calida & acria intra corpus sumpta idem efficere posse fateamur necesse est. Sed falsum id ipsum esse, experientia quotidiana conuincit. Siquidem plurima sunt vehementer calida & acria medicamenta, quæ tamen trahendo ad se humores non purgant: vt est, piper, nasturtium, sinapi, zingiber, pyrethrum, & id genus alia. Præterea si calor ratione medicamenta purgantia traherent, concedendum esset, ea nullos certos, sed quosuis sibi obuios trahere humores. Nam calor quicquid sibi occurrit, & vt trahatur magis idoneum est, ad se allicit. Purgans autem medicamentum quum in corpus assumptum fuerit, vt lib. 1. de humana natura testatur Hippocrates, primum eum humorem, ὃ ἄρ' αὐτῶν κατὰ φύσιν μάλιστ' id est, qui maxime sibi secundum naturam & cognatus est, deinde reliquos quoq; trahit & purgat. Sic certè medicamentum pituitam purgans. Primum pituitam trahit longius etiam distātem, dimissa ac præterita interim fluabile,

bile. Deniq; si calor tractionis medicamentorum causa esset, concedendū foret id magis ceteris trahere & purgare, quod calidius esset: id quod tamen manifestissime falsum esse constat. Quippe Colocynthis & Elaterium validissime trahunt & purgant, quū tamen minus quā Sinapi aut Nasturtiū sint calida. Non etiam vrget Puteani argumentum, quo colligere nititur calorē causam esse tractionis medicamentorum, propterea quod omnia medicamēta purgantia sint calida. Est enim hic fallacia consequentis, vt Dialectici appellāt. Perinde enim est, ac si ita quis colligeret: Omnes homines sensu tactus sunt præditi, Asini sensu tactus donati sunt, igitur asini sunt homines. Quum itaq; hoc modo Puteanus colligit, omnia trahentia sunt calida, medicamēta purgantia omnia sunt calida, igitur medicamēta purgantia trahunt: consequentiam negamus, ppter ea quod hac ratione in secunda figura expuris, vt loquuntur Dialectici, affirmatiuis nihil sequatur. Cæterum non negamus tamen calorem ad attractionem aliquid conferre, nō tamen vt primū efficiens, sed vt adiuuās tantū, & validiorem tractionem reddens. Atq; huc videtur respexisse Galenus, dum lib. 3. de Simpl. medic. facul. cap. 25. scribit: Cnicum calore suo quā pituitam valētiorē esse, vt trahere quā trahi magis par sit. Siquidē calorē perpetuū propriū est vt attrahat, sed non hoc magis quā illud: totius autē substantiæ, seu occultæ proprietatis, aut virtutis formæ, vt attrahat hoc magis quā illud. Proinde vniuersalis, vt ita dicam, tractio à calore, particularis huius vel illius humoris, à tota substantia, vel à formæ virtute perficitur. Formæ autem virtutem non appellamus nisi illam occultam seu indicibilem proprietatem, quæ totam essentiam, vel, vt philosophi loquunt, formæ essentiam sequitur. Nam & Themistius in sitā rei proprietatem esse definit quippiam, quod rei substantia ex se profert, & tanq; de suo sinu promit, atq; ab illa dimanat. Occultæ igitur dicuntur, non quod omnino à nobis percipi & comprehendī nequeāt, vt nonnulli censent, quando quidem eas experientia deprehēdi constet, sed quod gustu, aut ratione monstrari & cognosci haud possint. Quapropter vt tandem dicendi finem faciamus, medicamenta purgantia medio quasi ordine inter alimēta & deleteria dicta confederunt, q; neq; vt alimēta in nostram substantiam conuertantur, neq; hanc prorsus corrumpant. Extremorum igitur naturam participant, quod partim nobis similia, partim dissimilia sint. Atq; dum nec vinci omnino, neq; vincere possint, inimica dissimilitudine velut per seditionem exiguntur & exterminantur, secum interim similitudinis necessitudine eum humorem abducentia cum quo illis maior est affinitas, amicitia, seu familiaritas. Quæcunq; autem ab ijs in alimētorū extremum latus ue propius accesserunt, qualia sunt quæ benigna vocantur, ea si suo purgandi fine quauis occasione frustentur, in humorem ad quē educendum apta erant, conuertuntur, ceduntq; nonnunq; in alimētum corpori. Quæ verò à medio in latus deleteriorum magis declinant, quod genus sunt vehemētiora, si quando purgandi finem non allequuntur, corpori grauiter incommodant, quemadmodū fufius lib. 3. de Simpl. medic. facul. cap. 24. & 26. Galenus docet. Cæterum quum in medicamentorum simpliciū numero quæ per excellentiam purgatiā nominant, quædā, vt iam diximus, benigna sint, ac blandē, quietē, suaviter, ac sine molestia humores noxios nō quidē totius corporis, sed quarundā duntaxat partiū vacuent, aluumq; subducāt, atq; ob id barbaris ac recentioribus benedicta vocent: quædam verò vehemētia, & non citra molestiā & laboriosē humores totius corporis noxios purgantia, ideoq; maligna nominentur, de omnibus particulatim differemus, à leuioribus ac benignis orsi.

## DE CASIA NIGRA.

Caput LXXV.

Casia nigra recentioribus Græcis, Arabibus fistularis fistulæ ue appellata, magna & procera est arbor in India, & Aegypto nascens, folio Iuglandis, *Forma.*  
M iij ordine,

*Calor tractio  
nem medica-  
mentorum  
iuuat.*

*Formæ vir-  
tus quid.*

*Purgantium  
actio vt per-  
ficitur.*

*Medicamēta  
purgantia  
benigna.*

*Vehemētiora*

*Forma.*

*ordine,*

*Delectus.  
Temperamentum.  
Facultas.*

*Pondus.*

ordine, vt in Fraxino, disposito, fructu siliquaue oblonga, tereti, vtrinque fastigiata, intus fistulosa, concretum intus humorem continens nigrum, gustu præ dulci, sed planè medicato, non vna coalescentē serie continuitateue, sed ex interuallis, ligneis tenuibusque membranis interuenientibus septū, seminalibus ossibus specie & figura non dissimilibus ijs, quæ siliqua priuatim dicta profert. Hæc veteribus Græcis planè incognita, recentioribus aut, Actuarius præsertim, notissima fuit. Deligenda ponderosa, collucēs, perplena, quam si concusseris, inclusa intus grana seminaue non obstrepunt. Refrigerare Græci recentiores eam calores iecoris intemperatos, calidamque & humectam primo ordine, perhibent. Flauam bilem, sed magis retorridā, & quæ iam ferè in atram degenerat bilem, suauiter & citra molestiam, quod eius vis ventriculum non pertranseat, hæc ipsa expurgat. Quinetiam pituitam mediocriter educit. Datur ijs audenter ac intrepidè, qui ob teneram ætatē, aut aliam quamuis causam deijcentia aluum medicamenta respuunt. Præbetur pueris, & foeminis vterum ferentibus commoditate & necessitate quadam urgente, quibus validius aliud medicamentum sumere denegatum est. Item ijs, quibus exuperans febris, reliquorum medicamentorum vltus, aspernatur. Casia quidem tribus aut quatuor drachmis sumpta vix mouet aluum. Datur itaque à semiuncia ad vnciam vnam, si per os sumatur. In clysteribus ab vncia vna ad duas vsque exhiberi potest.

DE MANNA. *Caput LXXVI.*

*Lib. 3. Alim.  
Melaërium.*

*Ros Syriac.*

*Delectus.*

*Facultas.*

*Pondus.*

**M**anna Mauritanis, Arabibus, & Græcis recentioribus dicta, proxima est natura, atqui imbecillior, quare meritò secundum sibi à Casia locum arrogat. Hanc Galenus Melaërium & roscidum vocat. Siquidem tanquam ros è cœlo cadit, vbi halitus è terra & aquis prodeuntes, solis calore sublatis, ac deinde exactè extenuatis ac coctis, à frigore noctis in vnum coguntur & densantur, atque in mellitos grumos coit, Manna, herbarum & arborum folijs inherens. Sunt quibus ros Syriacus, & Lybani appellatur. Vergiliarum autem exortu, vel Sirio splendente, sublucanis temporibus venit, siue sit cœli sudor, siue purgantis se aëris succus, siue aquæ, siue naturæ liquor. Optima censetur quæ recēs est, splendens, candicans, & in purissimos grumos concreta, gustu mellea præ se ferens dulcedinem, nullis furculis aut folliolis implicata. Cæterum huic recentiores Græci eandem quam Casia nigra tum temperaturam, tum vim tribuunt. Nam aluum deuorata, vel hausta ciet, tamen imbecilliter. Ideoque tum foeminis vterogredientibus, tum pueris ipsis tuto semper exhiberi potest. Alijs medicamentis addita, vires eorum auget. Cæterum bilem quoque flauā simplici ratione pellit. Datur iisdem quibus Casia nigra. Maiori pondere, quàm Casia sumitur. Datur enim ab vncia vna ad vncias tres. Mese tamē intra seiscunciam consistit. Leuem certè, aut ferè nullam, nisi magna quantitate sumat, soluendi aluumque subducēdi vim habet. Quod ijs compertum est, qui iuxta Libanum fuerunt. Nam referunt indigenas eius montis quū abundè eo satient, nihil tamen lædi, nec aluū sibi quoquo pacto subduci sentire, sed eo tanquā obsonio nutriri. Quod partim consuetudini acceptum referendum erit, quæ facit vt ea quæ medicamenti rationem habeant, fiant naturalia, quemadmodum anus Atheniens. exemplum quod à Galeno lib. 3. Simp. cap. 18. refertur, abundè docet. Quapropter quū melli quodammodo similem facultatē habere constat, facile ea carere maximè dum infimæ sortis hominibus, nec admodum abundantibus medemur, liceret, modò peregrinorū admiratione non ita duceremur, neque stulti, contēptis nostratibus. è longinquis regionibus allatis vtī potius, quàm ijs quæ nostris in hortis proueniunt malle mus. Sed stulticie nostræ, temerè sumptus immodicos facientes, condignas damus pœnas. Ad principium autē & diuinitum curationē adhibere Mannam nemo prohibet, modò sit optima, & non exoleta. Quæ autē à me de manna dicta sunt, non ita intelligi volo, quasi prorsus eam à medicorū vsu, veluti Matthiolus sinistrè interpretatur, exclusam velim. Fieri enim potest vt indigenis Libani montis, ob frequentem vsu, aluum non deijciat, sed ferè in alimentī naturā abeat, per-

Inde atq; Cicutaanui Atheniensi, cuius Galen. lib. 3. de medic. facul. cap. 18. meminit, quæ ex consuetudine paulatim inducta, nihil nocuit, eiq; naturalis facta est. Verum quum Manna non nisi magna quantitate sumpta, nempe, vt ipse fatetur Matthiolus, duarum & semis vnciarum, aluum moueat, & sumptuosum sit medicamentum, hac loquendi ratione medicos admonere volui, ne illa tam frequenter, præsertim in tenuioris fortunæ hominibus, quum Casia nigra copiam haberet, cui Greci recentiores eandem vim asignant. Quæ mihi hoc loco dicenda fuerunt, vt Matthioli cauillationes retunderem, & ne quis peregrinorum medicamentorum usum penitus damnare putaret.

DE OXYPHOENICE. *Caput LXXVII.*

**O**xyphoenice Actuario, Nicolao, & alijs recentioribus. Græcis (nam est veteribus nemo quicquam de eo memoriae perdidit) ab acido sapore dictus, syluestris palmæ fructus est. Hæc autem arbor est fronde saligna virens, pomum pruni figura, osse duro, nucleo intus exili, carne foris copiosa, colore est nigro in luteum languescente. Officinæ medicorum à barbaris edoctæ Thamar indum, id est, palmulam Indicam nominant. Plurimus enim apud Indos nascitur, qui palmulam suam lingua Thamar vocant, ut care consueuerunt. Ex his quæ ad nos importantur nulli, vel pauci admodum integri reperuntur. Nam plerumque contriti, & in massam quandam compacti deferuntur, quam si disieceris, flavos nucleos inuenies, varias formas referentes. Hincque adeo sit, vt hodie non per numeros, vt alij fructus, sed potius per pondera medicamentis indantur. Probatur recens, pinguis, acido sapore, subniger, lucidus, tener, non exustus vetustate. Algæ nature est, & vt Actuar. scriptum reliquit, in 2. ordine refrigerat & humectat. Contra flauam bilem pollet. Nihil enim huius impetus æquæ domat, præter Rheon indicum. Arquatis auxiliatur, sitim restinguit, doloribus capitis remedio est, noxios humores qui in ventriculo coierunt deiecit, appetentiam inuitat, cibi fastidium abigit, nauseas & vomitus sedat. Infantiæ ac furorẽ muleet. Tertianis febribus correptos cum Rheo & Casia nigra, profus liberat. Ardentibus quoque medetur. Noxas omnes à calore natas mitigat, destillationesque quas bilis feruor excitauit, inhibet. Dandi pondus Actuario & alijs posterioribus. Græcis est vncia vna. Mesue eo quod leuiter purgat ab vncis duabus. ad quinque propinari posse censet.

DE MYROBALANIS. *Caput LXXVIII.*

**M**yrobalani, veteribus Græcis & Latinis indicati, Actuar. teste, fructus sunt nobiles, mediocriter & citra noxam aluum cientes, qui ex Aegypto Syriaque deportantur, callo corporis compactissimi, osse intus lignoso. Hos sane in quinque generibus radiscernunt, quæ non modo effectu differre obseruarunt, sed & alia alijs gigni arboribus. Quidam enim flauis seu luteis, eo quod herbaceo colore flauescant, vocantur, oblongi, spississimi, ponderosi, exili nucleo, cute crassa. Sepalsia hodie Citrinos appellant. Alij sunt, quos à colore ceruleo & in nigrum vergente nigros nominant, solidi, ponderosi, sine nucleis, oliuæ forma. Officinæ Indos siue Indicos vocant. Nonnulli Cepulæ vocantur, subnigri siue ex fusco rubescentes, quo maiores, eo meliores, carnosissimi, ob id etiã graues, vt aqua mergantur, pingues, amplissimi, & semidigitales, Chebulos Sepalsiæ nominant. Quarti generis Myrobalani Empelatici, vel vt alij nominant Empelici dicuntur, lapillorum penes figuram cute ossibus hærente paruis colore in cinereum languente. Hi tamen non integri, sed in fragmenta dissoluti ac fracti ad nos perferuntur. Officinæ Emblichos nuncupant. Quinti generis Beletzici vel Bellerici appellantur, eadem quasi forma qua Empelatici, maiores tamen, & instar pyramidis rotundi. Sepalsiæ Belliricos nominant. Temperamento sunt in primo recessu frigidi, in altero vero sicci, ex Arabum, Mesues præsertim, traditione. Generatim cor, stomachum, ventriculum, iecur, & intestina sua adstrictione roborant & firmant, sed vsti multo magis, & eloti. Qua de causa ignem & aquam experti, magnam purgantis facultatis iacturam faciunt, quæ tenuioribus & sicciorebus consistit particulis. Horum etiã vsus ætatem conseruat integrant, adeoque senectutem remoratur, cutis colorem commendant, halitus præstant sua-

M iij uita-

uitatem, mētem exhilarant: & tristitiam abigūt. Purgant ventriculū quiscq; pro sua quæ illi insita est proprietate. In quibus itaq; decumbens fluxio partē aliquā male habet, aut intestina exulcerat, hos vstos & elatos adhibemus, & medio critter aluū subducunt. Priuatim verò tria prima eorundē genera capitis superuacuum humorē educunt, sed flauī, bilē flauam, nigri atram, cepuli pituitam detrahunt. Flauī præterea corporis æstus refrigerant, accensamq; bilē deijciunt. Nigri tristitiā discutunt, quartanas & tremulos sanāt, lepras purgant, & corporis bonū restituunt colorē. Cepulī aciem oculorū illustrāt, thoracem repurgāt, cōtiones iuuāt, aquæ inter cutē, & longis febrībus auxiliantur. Empelitici pituitā trahunt, profunt neruis, & lethargicis mentis aciem exacuunt, ventriculū purgant, cardiacis succurrūt affectibus, sitim sedāt, fastidia discutūt, comprimunt vomitus. Beletzici eiusdē quasi naturę sunt cuius Empelitici, medent autē peculiariter purulētis excreationibus, venis sedis, hemorrhoidas vocāt, sanguinem profundentib. capillorū defluuio, quos etiā denigrare tradunt, ex amygdalino oleo & melle triti. Cæterum non prætereundū nobis hoc loco erit qd rectē Arabes monuerūt, Myrobalanos in vniuersum oēs promptē obstructions excitare, idēq; ob adstrictoriā quam obtinēt facultatē. Quare laborantib. obstructione per se temerē exhibēdi non sunt, sed adijciēda illis medicamēta quæ obstructiones soluere, adeoq; adstrictoriæ eorundē facultati resistere possunt. Flauorum pondus est, si in substantia propinentur, à drachmis duab. ad quatuor. Maceratorum à drachmis trib. ad decem. Nigrorum in substantia à drachmis duab. ad semiunciam. Infusorum à semiuncia ad vnciam vnā & dimidiā, si per se sumant. Idem est pondus Cepulorū, Empeliticorū, & Beletzicorum. Atqui hic etiam vt Puteanī dogma explodamus necesse est, qui Arabes Myrobalanis pro purgantib. medicamentis non rectē vstos esse, ac falsō singulis horū generib. succos sibi proprios attrahēdi facultatē eosdem tribuisse contēdit. Nam, ait, quum oēs frigidi, sicci, & adstringentes sint, adeoq; vasa obstruant, fieri non potest, quaq; facultate iam dicta, vt humores à iecore, vel membrīs vētriculo vicinis, meatib. comprimendo obstructis, atq; oclusis, myrobalani ad ventriculum trahant, attractosq; deijciant. Non videt autē principiō Puteanus, nō solum Arabes, sed & recentiores Græcos, & inter hos magnæ autoritatis & doctrinæ virū Actuarium, idem de Myrobalanis q; Arabes, & quidem ante illos, tradidisse. Dein q; illi vnanimi consensuliteris mandarūt, posteriorū quoq; medicorum experientia comprobatū est. Præterea præ studio serēdi noui dogmatis, parum quid dicat Puteanus animaduertit. Nam ratio illius procederet, si Myrobalani præter eas quas recenset nullam aliam, quam ipse illis impudenter & non citra mendacium adimūt, haberent facultatem. Habent autē purgandi facultatem, qd tum Græci recentiores, tum Arabes testant, & quotidiana eorū qui medicinā faciūt experientia confirmat. Hanc quū pro suo somnio, qd supra abundē confutauimus, ad calorem, qui in Myrobalanis nullus est, referre non possit, vt illis à tota substantia, inuitus etiā fateatur, insit necesse est. Quod itaq; purgant Myrobalani, Græci recentiores & Arabes non manifestis qualitibus, sed occultæ potius ipsorum proprietati, quæ à tota eorundem substantia dimanat, acceptum ferunt. Et quum semper facultates illæ quæ à tota substantia rebus insunt, ijs quæ à qualitibus prodeant manifestis sint superiores, & primò suas exerant actiones, nihil mirum purgandi facultatem Myrobalanorum reliquas quæ illis etiam insunt anteuertere. Et quidē Puteanus fatetur adstrictionem Rhabarbari ab amaritudine, tanquam maiori ac vehementiori, superari. Vt autem amaritudo veluti vehemētior in Rhabarbaro vincit adstrictionem, ita vtrasq; purgandi eius facultas superet necesse est. Hinc est quod Rhabarbarum postquam purgandi facultatem, tanquam cæteris superiorem, exeruit, tandem etiam & postremò adstrictoriā suā facultatem ostendat, ventriculū &

inter



intestinaroborando. Idem etiam in Myrobalanis accidit. Quare rectè Mesuræ filius horum decoctum promptius & valentius obstruere scribit, quam macerationem. Nam decoctum elicit etiam portionem substantiæ earundem terream & adstringentem, quæ purgatricem frangit: maceratio autem, tantum purgatricem. Quapropter Baptista Montanus perperam hoc loci Mesuen erroris insinuat, & decoctum Myrobalanorum magis, quam infusionem purgare contendit, quod scilicet, si dijs placet, purgandi suam vim in crassioribus & terreis partibus, quandoquidem comprimendo purgent, habeant. Si enim ideò purgant Myrobalani quod adstringendo & comprimendo soluunt, cydonia certè inter purgantia numerabuntur, quæ itidem à cibo sumpta aluum subducere, Galeno etiam teste, possunt. Verùm quum hoc ex accidenti efficiant, & non per se, inter purgantia numerari non debent, quod omnia hæc per se, & sua purgandi facultate aluum deiciunt. Quare Puteanus merito recentiores erroris notat, quòd ea quæ comprimendo tantum aluum soluunt, in purgantium numerum adsciuerit. Errat autem & ipse quod Myrobalanos hæc etiam ratione aluum deicere putat, quum non sua compressoria seu adstrictoria, sed potius purgatrice, quæ illi à tota substantia inest, facultate id præstent. Sed ut Montani errorem plenius detegamus, & Myrobalanorum vim purgatricem non inesse crassiorib. ac terreis eorundem partib. ostendamus, sciendum erit Montanum sibi ipsi ex diametro pugnare, quum in capite de torrefactione scribit, ad fluores alui Myrobalanos torrefactos esse adhibendos. Quippe si tenues partes ex torrefactione exhalant, ut ipse etiam fatetur, crassiores verò ac terreae remanent, in quibus idem, ut idem contèdit, purgandi facultas Myrobalanorum inest, igitur torrefactos Myrobalanos magis purgare, quam non tostos fateatur necesse est. Si autem magis purgant, igitur ad compescendum alui fluorem inutiles sunt. Hinc itaque perspicuum euadit, purgandi facultatem Myrobalanorum non adstrictioni, sed potius toti eorundem substantiæ tribuendam esse. Falsum igitur est dogma eorū qui hos comprimendo purgare asserunt. Repudiandum quoque furiosum Puteani consiliū, qui omnia Myrobalanorum genera à medicorum praxi, ac pharmacopolarum officinis prorsus esse eijcienda suadet, non solum quia magnas obstructions toti corpori humano afferunt, ut ipsi quoque Arabes confitentur: verum etiam quia, ut quodam in loco scribit Fuliginas medicus, nulla eorū species non cariola, prorsusque corrupta ad nos defertur. Quòd enim obstructions pariunt, id post expletam purgationem faciunt, ideoque in obstructionibus, quod paulo antè diximus, non exhibendi Myrobalani, aut illis permiscenda quæ obstructions soluunt. Optandum denique esset ut recentes haberemus: verum quum loca unde afferuntur longius à nobis distent, aridioribus utamur oportet, eorundem pondera augentes.

## DE SEN A.

## Caput LXXIX.

**S**ena siue Seno posterioribus tantum Græcis nota fuit. Abundè autè nobis in tertio de Stirp. histor. tomo descripta est, ut non sit opus hic eius integram texere historiam. Vnus foliorum, & siliquarum eiusdem, quos folliculos vocat, existit. Efficaciores aut sunt Mesue autore siliquæ, quæ scilicet ante maturitatem demetiuntur. Sunt enim Senæ folliculi duum generum. Alterum per se caducum, & in stirpe arefactum, à quo semen eximitur nigrum, & prorsus ferè euavidum. Alterum verò, quod ante maturitatem demetitur, crassum, ponderosum, succo prægnans, & tegetibus expansum siccatur. Primum genus, quod officinæ scatent, non modo minorem folijs vim deiectionariam habet, sed prope modum nullam. Alteri non minor, quam folijs aluum deiciendi vis inest.

Citra

*Facultas.* Citra noxam, vt Actuarius autor est, purgant trahuntque pituitam & bilem. Reliquos humores modestissime purgat, retorridam atramque bilem, earumque suffusiones ex gallinaceo iure depellunt. Vetusito capitis dolori, scabiei, comitialibus, impetigini succurrunt. Verum decoctum eorum potius quam farinam propinat. Mesue scribit tergere, discutere, citra molestiam melancholiam & bilem torridam purgare, à cerebro, sensorijs, pulmone, corde, iecore, & liene, corpus efficere floridum, obstructionsque viscerum soluere, aliaque posse, quæ apud illum legere quiuis potest. Cæterum pulueris pondus drachma vna. Decocti semiuncia, aut drachme quinque. Quidam ad vnciam vnam vsque progrediuntur. In Guaiaci decoctione nonnulli adijciunt semiunciam de ea, & interdum vnciam cum dimidia. Multis tormina concitat, alijs est clemens, pro varia sumentium natura. Infrenatur eius malicia adiectione mastiches, vel caryophyllorum.

## DE POLYPODIO.

## Caput LXXX.

*Facultas.* Polypodij historia itidem alibi à nobis est conscripta. Radicis eius tantum usus est. Laudatur solidum, nodis plenum, & foris nigrescens, intus pistaciorum virorem referens. Actuarius & alij posteriores Græci melancholici humoris purgandi vim ei tribuunt, ideoque melancholicis affectibus mirabiliter confert. Dioscorides bilem & pituitam trahere literis mandauit. Dantur purgatae radices drachmæ duæ, affusa aqua mulsa. Mesue de ea exhibendum censet à drachmis duabus vsque ad sex. Nostri eius maliciam infrenandam esse tradunt odoratis, semine nimirum anisi, zingibere, caryophyllis, & cinamomo, idque Mesues autoritate moti, nullo veterum exemplo.

## DE EPITHYMO.

## Caput LXXXI.

*Vis.* Quid sit tum Græcis, tum Arabibus, Epithymum, supra quum de floribus ageremus, est expositum. Vis epithymi est, vt atram euocet bilem. Vitijs flatu turgentibus & hypochondriorum noxis opitulatur, & quibus iecur aggrauatur, & qui spirandi difficultate laborant. Obstructionem lienis, & morbos inde ortos sanat, item quartanâ, lepram, & vlcera ab atra bile pronata. Datur, Actuario autore, adultis tusum & cribro excussum scrupulorum quinque pondere, cum decocto vuarum passarum purgatarum, vel aceto mulso, & salis paxillo. Dioscorides pondere quatuor drachmarum in sero lactis, aut mulsa ad melancholicum purgandum humorem exhibendum esse docet. Aegineta ad quinque progressus est drachmas. Mesue nimis audaculus, à tribus drachmis ad septem vsque transit. Sed præstat intrâ consistere, & raro ultra quinque drachmas propinare.

## DE ALOE.

## Caput LXXXII.

*Delectus.* Aloes historiam alibi narrauimus. In præsentia ea tantum quæ ad institutum nostrum pertinere videntur, attingemus, è quorum numero delectus est. Aloe itaque optima censetur pinguis, nitida, splendida, sincera, calculorum expers, & sine arenis, subfului aut rufi coloris, friabilis, iecoris modo coacta, facile liquefcens siue humescens, odorata, & eximia amaritudinis. Non est autem nisi succus herbae semper virentis. Et sunt eius duo genera: Primum est id cuius iam notas ordine percensuimus. Hanc aloem medici *Succocitrini.* & pharmacopœi hodie succotrinam decurtata voce, quum illis succocitrinam

trinam dicendum esset, appellant. Alterum eius genus arenosum est, purissimè  
 quali sedimentum, veterinarijs tantum dicatum, ac solis mulomedicis vsurpa-  
 tum, & propterea Caballinum officinis dictum. Hęc nigra, obscura, feci similis *Caballinum*  
 lima, odore tetro, & arenosa, ideoq; omnium vilissima. Porrò aloen non totū cor-  
 pus vacuat, sed insidentem stomacho, ventriculo, & intestinis bilem, cum in he-  
 rentibus inibi excrementis, citra noxam exigit. Danda est ijs potissimū qui capi-  
 tis afficiuntur molestia propter frequentes ex ventriculo sursum latas exhalationes.  
 Præbenda quoq; ijs, qui ob eandem causam oculorum suffusionibus laborant,  
 nec non ijs quibus lingua & os facillè resiccantur. Verū hic nobis ob-  
 gannit Puteanus, & aloen non rectè à nobis alijsq; medicis inter ea medicamen-  
 ta quæ à totius substantiæ proprietate humores sibi familiares trahunt & pur- *Puteani opi-  
nio explosa*  
 gant, cōnumerari inquit. Nam quū Aloes vis purgatoria, Galen. li. 8. de Comp.  
 medic. localium teste, secoris regionem nō transcendat, adeoq; à toto corpore  
 haud trahat, fieri non potest vt inter purgantia medicamēta numeretur. Quasi  
 verò à specie ad genus negatiuè ductū argumentum valeat. Vt em̄ non rectè ita  
 colligit, asinus non est homo, igitur asinus nō est animal: ita quoq; haud sequit̄,  
 aloen non est totius corporis purgatoria, igitur aloen non est purgatoria. Nam fa-  
 temur quidē cum Galeno aloen non purgare totū corpus, atqui nihilominus ta-  
 men purgatoriam esse affirmamus, q; nimirū peculiare sibi trahēdo humores,  
 eosdem per aluū deiciat. Sic em̄ per excellentiam purgatoria medicamenta Ga-  
 lenus describit. Quo nomine factū est vt Actuarius Aloen, casiam nigram, my-  
 robalanos, & oxyphœnica inter verè purgantia, hoc est, ea quæ propriū & de-  
 terminatū, vt ita dicā, humorem trahunt, numerarit, non obstante q; totum cor-  
 pus non purgent. Purgant aut̄ hæc omnia à tota substantia. Neq; enim Aloe ab-  
 stergendo, neq; Casia lubricando, neq; Myrobalani comprimēdo, vt iuniores  
 putant, & nos paulo antè ostendimus, purgant, aliàs omnia abstergentia, lubri-  
 cantia, & comprimētia purgarent, quod absurditate haud vacaret maxima: sed  
 inest illis vis certum quendam humorem attrahēdi, propter quam meritò pur-  
 gantia nominantur. Quum aut̄ duplicia sint purgantia, leuia nimirum & vehe-  
 mentia, quæ hæctenus numerauimus, non totū corpus, sed aliquas duntaxat pat-  
 tes purgant. Aloen autem esse purgatoriam, & trahere familiaritate substantiæ,  
 in peculiari apologia nostra aduersus Puteanum hunc scripta abundè ostendimus,  
 vt non sit necesse id ipsum hoc in loco longius tractare. Nobiscum quoq;  
 sentit Ioannes Baptista Montanus, vir apprime doctus, & cuius vmbra *Ioan. Bapti-  
sta Montanus*  
 Puteanus nō allequetur vñquam, omnes deniq; quotquot olim, & hodie inter ce-  
 lebres habiti sunt medici. Sed quā parum suæ causæ fidat Puteanus, vel hinc  
 conspicitur, quod nomē meum in egregio illo suo libello exprimere metuērit,  
 insignem ætatis nostræ medicum me appellans, qui tamen magno studio forum  
 omnium malo publicè profitear. Ego verò Puteane putidè id flagitium, cuius  
 me mendaciter insimulas, in te potius torquendum esse existimō, vt qui nouas  
 & prodigiosas seras opiniones, & vel ambitione, vel malicia corrumpas & de-  
 praues, quæ à veterib. rectè tradita sunt, & plurimos tuis scriptis, falsaq; doctri-  
 na seducas, vel saltem in dubitationē rapias. Ego contra nullas fingo nouas &  
 monstrosas opiniones, sed veterū ac probatissimorū virorū consensum ample-  
 ctor, eorumq; scripta q̄ possum fidelissimè enarro, neminemq; scitēs seduco. Lu-  
 bens prætereo alia quæ quasi ridēs profert Puteanus, q; scurrilia sint, & indigna  
 quibus respondeam. Porrò quum omnia reliqua quæ ventrem deiciunt medi- *Purgantium  
medicamentorum  
sola aloen  
ventriculū  
confirmat.*  
 camenta, ventriculo negotiū facessant, sola verò aloen ipsum iuuans potius cō-  
 firmat, ideò medicamentis quæ maliciam eius, quam nullā obtinet, refrenent,  
 emendent, & frangant, non indiget. Hinc est quod Dioscorides etiam te-  
 stetur, hanc alijs purgantibus medicamentis admistam præstare, vt minus  
 stoma-

stomachum infestent. Impugnat autem & hoc Puteanus, sed nullius momenti argumentis, quæ plus satis in Apologia nostra aduersus ipsum conscripta confutauimus. Quibus in præsentia quod addã nihil habeo, nisi quod dicam aloen non solum propter manifestam aliquam qualitatem, nempe adstrictionem, stomacho esse gratam, sed & proprietate quadam latente. Nam nisi id fateamur, nulla subest causa cur addita cæteris purgatorijs vt minus infestet stomachum, efficere possit. Neq; etiam vt id affirmemus absurdum erit, quum in confesso sit absinthium iecori, capparim lieni eadem ratione grata esse. Simili ratione Eupatorium iecur, & Scolopendrium lienem iuuat. Neq; enim Puteanus hic ad suam rationem confugere potest, qua ostendere conatur aloen debilitare magis stomachum quam roborare, quod plus in ea sit amaræ detergentis, & expurgantis, quæ ventriculum debilitat: quam adstringentis, quæ eundem roborat. Nam in Eupatorio etiam incidendi & detergenti facultas, adstrictoriam vincit. In Cappare quoq; superior est qualitas amara, & acris, inferior autem acerbata, & tamen nihilo minus vtrumq; medicamentum roborandi facultatem obtinet, hoc lienis, illud iecoris. Quapropter non solum manifeste qualitati id acceptum ferendum, sed & latenti proprietati, quæ à tota horum substantia manat. Cæterum datur aloë pondere drachmarum duarum, Actuarius attestante, ex aqua mulla. Cuius sententiæ Actius, & inter Arabes Mesue subscribit,

*Pondus.*

### DE CNICO.

*Caput LXXXIII.*

**Q**UICNICUS & CNECOS Græcis vocatur, Latinis Cartamus dicitur. Eius historiam tomo altero nostrorum de Stirp. historia Commentariorum exarauimus. Semen eius, quod candidum est, planum seu læue, & plenum, pituitam per ventrem vacuat. Actuarius seminis tritici drachmas tres in gallinacei decocti ius, vel ptisanæ cremorem indendum, colatumq; bibendum esse præcipit. Sunt qui eodem teste, seminis pulpam, drachmæ pondere cum amygdalis, aniso, & melle cocto misceant, & in catapotia cogant, & arquatis commodè præbeant: id quod mitius habetur. De Mesue sententiâ semen hoc datur à drachmis quatuor ad aureos quinque, seu ab vnciâ dimidiâ ad drachmas sex. Flos eius à drachma vna ad aureos duos exhibitus, idem potest.

*Delectus.  
Facultas.  
Pondus.*

### DE RHA SEU RHEO.

*Caput LXXXIII.*

**P**OSTERIORIBUS Græcis, Actuarius præsertim & Nicolao Myrepsso, duplex est Rha seu Rheum. Vnum, quod veteribus Dioscoridi, Galeno, & Plinio cognitum fuit, radix est foris nigra, sed Crocum aliquo pacto dum manditur referens, Centaurio similis, sed paulo minor, & rufior, sine odore, laxa & leuis, gustu leniter adstringens. Afferitur ex ijs quæ supra Pontum sunt regionibus, vbi Bosporus & Rha fluuius, qui huic radici nomē dedit: Dioscoridi ῥῆα καὶ ῥῆον, vt etiam Galeno, dicitur. Idem interdum cum adiectione ῥῆον ποτικόν, id est, Rheum ponticum appellatur. Vfus est in eadem nomenclaturis Paulus. Interdum etiam, perinde atq; Actuarius, ῥίζη ποτικῆ, hoc est, radicem ponticam vocat. Plin. Rhacoma. Celsus radicem ponticam nominat. Hoc Rha veterum purgandi facultate destitutum fuit, quod hinc primum fit manifestum, quia nemo veterum Græcorum, aut Latinorum illi vnquam purgandi vim inesse literis mandauit. Imò inter Arabes Serapio & Auicenna Rheubarbari historiam tractantes, nullius prorsus purgandi facultatis quæ illi inesset meminerunt. Præterea si purgandi facultas medicamenti à tota substantia inest, vt, vno dempto

*Rha seu Rheum duplex.  
Veterum.*

*Rha veterum purgandi facultate caruit.*

Putea-

Puteano, omnes tum veteres, tum recentiores medici fatentur, & nos supra demonstrauimus, vt reliquis omnibus quæ à manifestis prodeunt qualitatibus, superior ac validior sit necesse est. Si verò est validior, omnesq; alias superat, ac talis in Rha veterum fuit, fieri certè non potuit quin illam veteres, qui crebrò Rha pontico hoc vsi sunt, aliquoties deprehenderint. Non autem deprehendisse, hinc omnibus perspicuum euadit, quòd illius nullo vnquam in loco mentionem fecerunt. Quomodo enim hanc in solo Rha pontico silentio transfirent, quam in cæteris omnibus magna diligentia posteris memoriæ prodiderunt. Nullam verò fuisse purgandi facultatem in Rha pontico, Dioscorides omnium maximè ostendit, qui disertis verbis in Rha pontico *ἀνωτάτην δάναμιν εἶναι σπηλαίαν*: hoc est, supremam & maximam esse adstrictoriam facultatem, asserit. Si itaq; cæteris omnibus superior est adstrictoria, igitur nullam in eo fuisse purgatoriam fateamur oportet. Nam si in ea fuisset, reliquas omnes, adeoq; etiam adstrictionem, tanquam ea quæ à tota substantia dimanat, superasset, ac primum omnium se exeruisset. Porro nullam prorsus habuisse Rha veterū purgatoriam facultatem, ex eius quoq; succedaneo omnibus conspicuum euadit. Si quidem pro eo Centaurio magno vsi sunt veteres. Quod in suo libello *περὶ ἀντιδωτικῶν* inscripto Galenus testatur, ita scribens, *ἀντιδωτικῶν, κενταύριον*, id est, pro Rheo Centaurium vsurpandum. Nemo autem veterum vnquam fuit, qui Centaurio purgatoriam inesse facultatem scripsisset. Atq; hinc palàm fit omnibus, cur Centaurij magni radix, Rhei pontici appellationem hodie in officinis medicorum retineat. Nulla profectò alia de causa, quàm quòd tum postquam in veri Rhei pontici penuria medici eius succedaneo Centaurij magni radice vti cœpissent: quæ Rheo pontico, Dioscoride autore, forma & facultate similis est: sensim è medicorum cognitione verum rheum ponticum abierit, donec eò tandem ventum sit, vt quum prorsus iam ex illorū noticia ipsū excidisset, eius succedaneum, verum esse Rheum ponticum crederent, adeoq; eius nomen in Centaurij magni radicem transferrent, quòd etiam hodie retinet. Deniq; non habere veterum Rheum purgatoriam facultatem, ex Nicolao etiam Myrepsō satis liquet, qui pro eo non solum Centaurio maiore, sed & Symphyti radice vtendum esse docet. In nominum enim quorundam quibus ille in suis compositionibus vtitur explicatione, ita scriptum reliquit: *ἐὰν μὴ ἢ ῥέον, κενταύριον τὸ μέγα ἢ συμφύτιον ῥίζα*: si destituaris Rheo, Centaurio magno, aut Symphyti radice vtendū. His omnibus accedit, quòd Rha ponticum illud quòd D. Gerardus Caroli Quinti Imperatoris apud Solymanum Turcarum imperatorem orator, proprijs manibus in Ponti regionibus eradicatum, in nostras regiones inuexit, itidem purgandi facultate destitutum est. Nam experientia compertum est, duarum drachmarum pōdus datum aluū haud mouere, sed potius adstringere. Alterum Rheum est recentiorum, quòd sic appellare placuit, quia veteribus Græcis Dioscoridi, Galeno, & Theophrasto, atq; inter Arabes Serapioni & Auicennæ etiam incognitum fuit: recentioribus autē Græcis, Paulo nimirum, Actuatio, & Nicolao, quibus simpliciter *ῥέον* appellatur, celebratum. Eius autē duo faciunt fastigia. Vnum *ῥέον βαρβαρικόν*, hoc est, Rheum barbaricum, q̄d ex Barbaria vocata de portetur, illis dicitur. Alterum *ῥέον Ἰνδικόν*, hoc est, Rheum Indicum, propterea quòd ex India, aut locis Indiæ proximis, nempe Scenitis populis, vt autor est Stephanus de Urbibus, Persidis, affertur, vnde Sceniticū etiam à quibusdam nominatur. Vtriusq; Nicolaus in Drosato septuagesimo meminit, & quidem separatim, vt hinc diuersa esse inter se liqueat. Mesue tria facit Rhei genera. Vnum Indicum, quòd Raued Sceni appellat, omnium præstantissimum. Alterum barbarum, generis nomine vocat. Nam omnes regiones vnde hodie affertur, maximè verò Troglodytica, barbariæ nomen olim acceperunt. Id quò

Rhei pontici  
succedaneū.

Cur Centaurij magni radix Rhei pontici nomen hodie in officinis retineat.

Recentiorum  
Rha.

Genera eius  
duo.  
Barbaricum.  
Indicum.  
Sceniticum.

N hodie

hodie passim ad subducendam nobilium & delicatiorum alium medici vtuntur, ex meridionalibus regionibus, præsertim ex eius parte que Barbaria hodie nominatur, ad nos defertur, ideoque rectè barbaricum appellatur. Hinc superioribus annis quum Tunisam, vel vt nunc vocant Tuncum, Carolus Imperator expugnasset, milites eius magnam copiam secum in Germaniam attulerunt. Tertium Turcicum, omnium ignauissimum, ita quoad Turcas vicinos defertur appellatum. A Ponto enim vnde affertur, non longe distat. Et verisimile est illud non fuisse nisi veterum rha: quod quum ad purgandum inefficax esse animaduertent Mauriani, ignauissimum esse dixerunt. Perperam autem illud inter genera sui Rhei connumerauerunt, cuius Paulus, Actuarius, & Nicolaus duo tantum esse fastigia memoriæ prodiderint, ab ijs veterum Rheon excludentes. Regio autem ipsa vnde asportatur satis indicat ipsum à veterum Rheo esse diuersum, vtpote quod ab aquilonaribus regionibus delatum fuit. Accedit quòd nigrum non sit, sed potius flauum. Vehementer quoque odoratum est, ac graue: & quo grauius est, eo melius. Plurimum denique purgat, adeoque notas priorum contrarias obtinet. Nam, vt testis est Actuarius, flauæ bilis impetus, potissimum Indicum, potenter domat, ideoque verè colagogum existit. Quare Mesues sententiam falsam esse oportet, qui Rheon hoc planè innoxium esse, ac tutò tum pueris, tum prægnantibus dari posse literis mandauit. Nam vt quotidiana multorum experientia comprobatum est, & id ipsum tum Græci posteriores, tum alij medici testantur, humores in venis biliosos attrahit & educit, id quod sine grauiore agitatione fieri non potest. Quam utique agitationem grauidis periculosam semper, viris autem interdum molestam esse abundè constat. Non igitur rectè faciunt nostri temporis medici, quòd imbecillioribus & grauidis id ipsum exhibent. Nam & ipse noui medicum, cui non satis feliciter celsit Rhei in muliere quadam teneriore exhibitio. Quod à me dictum non ita intelligendum erit, quasi omnino prohibeam grauidis propinandum esse Rhabarbarum. Nam si Hippocrates permittit 4. Sect. Apho. i. fortioribus multo medicamentis purgare grauidas, cur ego contra tanti viri auctoritatem, & multorum experientiam vsus Rhabarbari in illis profus damnam? Mea igitur sententia est, vt Rhabarbarum primo & secundo, septimo, octauo & nono mensibus vterogenerantibus haud secus quam alia purgantia tuto exhiberi non possit, contra Mesues assertionem, qui censet Rhabarbarum adeò esse innoxium, vt illud etiam ijs temporibus, quibus alia purgatoria medicamenta dari ab Hippocrate prohibentur, tuto propinari possit. Nisi enim id sensisset Mesues filius, nihil opus erat dicere, illud tutò dari posse grauidis, quando constat & Hippocratem ipsum suis temporibus concedere vsus purgantium in grauidis sine omni noxa. Quod verò pueris interdum sine detrimento exhibetur, nihil mirum, non enim nisi exigua quantitate illis propinatur. Nemo autem ignorat quod etiam venena citra noxam exigua quantitate sumi possint. Nota enim est historia apud Galenum libro tertio de Simplicium medicamentorum facultatibus capite decimo octauo, de anu Atheniensi, quæ ab exigua Cicutæ portione auspicata nullo detrimento ad per magnam progressa est copiam. Vt igitur reliqua purgantia medicamenta pueris exigua quantitate citra noxum exhiberi possunt, ita quoque Rhabarbarum. Nihilominus tamen id ipsum eandem quam reliqua purgantia proprie dicta medicamenta facultatem humores trahendi, & corpus agitandi obtinet. Atque tum magis purgando lædere solet, quum maceratum exhibetur. Nam quum macerando eius substantia calida & purgatrix, quod Mesues etiam fatetur, in liquorem in quo maceratum est transferatur, terrea verò & adstringens, adeoque roborans, & purgandi vires nonnihil frangens, in

Rl.co

*Vires.  
Mesues opinio impro-  
bata.*

*Rheum maceratum validius purgat.*

Rheo remaneat, necesse est vt tum validius purget, quàm si integrũ exhiberetur. Præstaret itaq; imbecillioribus & delicatioribus integrum exhibere Rheum, quàm eius dilutum. Nam hoc modo illi adesset, quod vehementiam eius frangeret, adstrictio nimirum ipsa. Hinc est quòd Auerroes Rheum barbarum alijs purgantibus medicamentis præfert, vt quod infrenans eius vehementiam secum habeat, cæteris ferè omnibus eo destitutis. Prægnantibus tamen & pueris præstat Casiam & mannam propinare, quæ maiori facilitate, citraq; omnem agitationem & noxam aluũ subducere possunt, quàm Rha barbarum. Si enim omni caret vitio ac noxa, vt Mesue & iuniores medici affirmant, cur in eius sumptione infrenantia, aut vt ipsi loquuntur corrigentia, illi esse adijcienda docent: nempe spicam, mastichen, cinnamomum, & iuncum odoratum: quum constat illa & id genus alia non alio nomine adijci, nisi vt purgantium malitiam infrenent, & obtundant. Cæterum quum purgandi facultate præditum sit Rheum recentiorum, reprehensione non vacat quod illud hodie pleriq; dysenteria laborantibus exhibent, vt lib. 2. Paradoxorum cap. 13. copiosius monstrauimus. Erroris autẽ occasio nulla alia fuit, nisi κακοζυλία, id est, peruersa imitatio. Quum enim viderent veteres tum Græcos, tum etiã Arabes in dysenteria crebrò fuisse vsos Rheo pontico, voluerunt & ipsi rheo barbaro, quod idem esse putauerunt, in eodem malo vtĩ. Quod si verò eius quod nunc vocat rheum ponticum radice pro veterum rheo vli fuissent, omnem reprehensionem effugere potuissent, quòd eius, vt ostendimus, legitimum sit succedaneum. Nam vt veteres suum Rheum in dysenteria, & vulneribus sanandis esse efficax experti sunt: ita quoq; Centaurij radix, quam officinæ Rha ponticum nominant, miram in ijs malis vim obtinet. Porrò rheum hoc recentiorum datur ex lactis fero, vel decocto intybi fatiui latifolij. Maceratur quoq; in iisdem liquoribus, aut in stillaticio intybi iam dicti liquore, idq; estate potissimum: aut vino albo & odorato, & id quidem hyeme. Propinatur per se tritum pondere drachmæ vnus cum dimidia. Mesue ausus est ad drachmas quatuor progredi, quæ satis multa est quantitas, quum non solum sapore, verum etiã odore sit molestum. Accedit quod etiã purgandi facultatem non leuem admodum habeat. Dilutum seu pondere vnus, duarum, vel ad summum trium drachmarum sumitur.

*Cur recentiores Rheo barbaro in dysenteria vtantur.*

*Exhibendi Rha barbari purgatorij modus. Pondus. Mesues temeritas.*

## DE AGARICO.

Caput LXXXV.

**A**garicum nomen suum sibi adsciuit ab Agaro vrbe, & amne Sarmatię, vel simpliciter ab Agaria Sarmatię regione, vbi optimum prouenit. Non est autem, vt omnibus illud intuētibus constat, nisi fungus in truncis quarundam arborum Larice potissimum, natus. Ex Sarmatia per Illyriam Venetias, & ex Galatia & Cilicia Alexandriam, & ab Alexandria Venetias olim allatũ est. Hodie ex vicinioribus locis, in quibus sunt syluæ Laricibus refertæ, Venetias importatur. Duo eius, Dioscoride etiã astipulante, sunt genera, mas & foemina. Mas, rotundus est, & vndiq; compactus, ideoq; grauis, & densus, gustuq; amarior. Foemina, mari omnium consensu præfertur, rectis intus venarum discursibus constat, albus, leuis, friabilis, fungosus, & rarus valdè. In Agarico quoq; diuersæ partes sunt, quarũ aliæ alijs sunt meliores, superiores scilicet inferioribus, & exteriores interioribus. Pituitam & bilẽ, vt Actuarius autor est, purgat, sed non celeriter pellit. Aduerfatur ventriculo, quòd sua leuitate emergens enatet. Internis omnibus vitijs conuenit, in omni ætate, ob quæ medicamentum familię veteribus, Democrito maximè, est appellatum. Ad cerebrum autem & nervorum affectus, item asthmatis, & spirandi difficultati, ictero, hydropi, & comitiali morbo plurimum confert. Nostri adijciendum illi esse aliquid Zingiberis,

*Nomen. Quid Agaricum.*

*Genera. Mas. Foemina.*

*Vis.*

*Medicamentum familiaria.*

N ij beris,

*Pondus.* beris, aut salis fossilis, quem Gemmae vulgò vocant, docent, non vt eius maliciam, quam nullam præcipuam habet, corrigant & infrenent, sed potius vt tardam eius actionem iuuent, ac quasi stimulent, quo celerius erumpat, & pellat. Confert etiam adijcere semen anisi carei, & id genus alia, quæ os ventriculi roborant, & nauseam ab Agarico excitatam tollunt. Dantur eius tritici, Actuarius teste, binæ drachmæ, ex aqua mulsæ, vel aceto mulsio. Quum enim leuitate sua ori ventriculi graue & molestum sit, præstat vt illud exhibeatur cum aliquo quod deorsum trahat, qualia sunt ab Actuario commemorata. Galen. censet de agarico dandum esse pondus vnius drachmæ, vel à scrupulis duobus ad drachmam vnam. Mesue itidē tritici drachmā vnam, aut summum drachmas duas exhibet. Decocti pondus est drachmæ duæ, vsq; ad quatuor, vel quinq;.

## DE SCAMMONIO.

## Caput LXXXVI.

*Scammonii quid. Delectus.* **S**cammonium vel Scammonia liquor est ex vulnerata radice crassa herbæ cuiusdam in Mysia Asiatica natæ emanans. Probatur leue, nitidum, rarum, taurino glutino colore simillimū, fungosum, tenuibus fistulis, linguā non vehementer exurens. Flauam trahit bilem, & pituitam, sed cordis seu oris ventriculi dolorem mouet. Est enim graui præditum odore, gustu iniucundum, & siticulosum. Si quidem quum omnia quæ aluum deijciunt medicamenta, aloe, vt diximus, sola excepta, ventriculo infesta sint, Scammonium certè illi præ cæteris plus aduersatur. Proinde summopere ijs cauendum erit qui stomachi sentiunt imbecillitatem, & ijs qui febre laborāt. Quippe si apte natura leuissimum, in corpus facile rapitur, residemq; spurcitiā colluuiemq; in eo omnem commouet. Datur itaq; minori noxa ijs qui febre vacant, & stomacho valent. His deniq; quibus agrè vomitus eliciuntur, nec facile animo linquuntur. Huic vt si cui alteri, infrenantibus opus est. Actuarius illi permiscendum esse tradit thymum, pulegium, & salem: aut quippiam ex ijs quæ gratum spirant odorem, & stomachum roborant, verbigratia, anisum, mastichem, & id genus alia. Quum noxius sit Scammonij vsus, ob causas iam dictas, & quia subuertit ventericulum, non temerè per se exhiberi debet, sed adiectis ijs quæ eius vehementiam ac malignitiam obtundunt & emendāt. Nec hodie est necesse, vt illo per se vtamur, quòd multæ sint compositiones purgantes quibus illud inseritur. Illis igitur potius, quàm Scammonio per se vtendum erit. Datur per se tamen interdum ex melle, vel pitifanæ cremore. Scammonia pondus, Actuarius autore, scrupuli duo, paulo plus, aut minus, pro viriū ratione. Mesue à quinq; granis vsq; ad duodecim, intra quæ certò consistendum erit, progreditur. Dioscorides integram drachmam propinari posse scribit, tamen præstat vt quatuor obolorum, quod idem quoq; ille pondus præscribit, quantitatem non excedamus. Scammonij liquorem, quod silentio transeundum non erit, recentiores Græci *δακρυδιον*, id est, lachrymulam nominant. Hanc vocem nostræ ætatis medici & pharmacopœi deprauarunt, & in diagridium commutarunt, non simpliciter omnem Scammonij lachrymam per eam innuentes, sed illam tantum quæ in Cydonio malo cocta est, ad eum quem Dioscor. præscribit modum. Hoc maiori quantitate vsurpari potest, quod scilicet vis eius imminuta sit coctura in malo Cydonio facta.

## DE COLOCYNTHIDE.

## Caput LXXXVII.

**C**olocynthidis historia in altero nostrorum de Stirpium historia Commentariorum tomo est exposita, quare hîc breuiter de ea agemus. Est ei vehemens in purgâdo facultas, ita vt solo interdū contactu, ac etiam odore abunde, & non



& non sine magna perturbatione aluum quibusdam deiciat, vt quotidie experiuntur qui eam tractant. Quum itaq; vehementissimum & maxime perturbans sit medicamentum, ideo circulatorum & circumforanei illi impostores in ducenda rusticorum & plebeiorem aluo illo crebro vtuntur. Purgat autem pituitam, bilem q; & mucosum humorem. Pellit aquas tam bibita, quam per se dem infusa. Datur commodè in omnibus quæ caput obsidēt malis, orthopnoicis, hoc est, non nisi recta erruice spirantibus, & similibus. Item coxendicum cruciatibus, morbis articularibus frigidis longis renum, & vesicæ vitij. Insuperijs qui renitentes & præduros conceperunt affectus, sic vt non nisi ægre excuti queant. Deligenda est candida eius, & recens medulla. Aridior enim & nigricans, vt vitiosa, damnatur. Porrò quum ob suam vehementiam cordi, ventriculo, iecori, & reliquis visceribus plurimum incōmodet, immò vniuersum perturbet corpus, fastidium, & tormina excitans, permiscenda illi sunt perpetuò quæ eius vehementiam emendant & infrenant, vt est mastiche, galla, tragacantha, & similia. Datur ex ea, Actuarius autore, scrupulus vnus cum aqua mulsa. Dioscorides quatuor obolorum, id est, scrupulorum duorum, pondere dandam esse censet. Cui Aëtius subscribit: imbecillibus tamen scrupulum sufficere inquit. Paulus drachmam integram, seu decem & octo siliquas, dare non veretur. Mesue à siliquis sex, hoc est, scrupulo vno, ad decem siliquas progreditur, adeo q; duorum scrupulorum quantitatem non excedit. Atq; Actuarij pondus tutissimum existit, nec illud temerè transcendendum.

*Delectus.  
Infrenantia.*

*Pondus.*

## DE TURBIT.

## Caput LXXXVIII.

**T**urbit, Turpet, & Turpeton, recentioribus maxime Græcis vocatur. Diuersi verò autores aliud atq; aliud Turbit pingunt. Siquidem Serapio vnus est familia Arabum, de suo Turbit, ea quæ Dioscorid. de Tripolio tradit. Vt hinc perspicuum euadat omnibus, Serapionis Turbit non esse nisi Dioscoridis Tripolium, quod vtriusq; historiæ collatio liquidò demonstrat. Ex eadem familia Mesue Turbit esse scribit radicem herbæ cuiusdam quæ folia habet ferula, & lacte turget. Sed quum nulla alia stirps quæ folijs ferulæ sit, & lactescat, præter Thapsiam reperiatur, euidentissimum fit omnibus, Mesues Turbit non esse nisi Dioscoridis Thapsiam, quemadmodum fufius in tertio nostrorum de Stirpium historia Commentariorum tomo demonstraui. Inter recentiores Græcos Actuarius, vir magnæ autoritatis, & qui Nicolao Myrepsio sect. 40. cap. 8. teste, sub Constantino vixit, adeo q; Serapione, Auicenna, & Mesue vetustior fuit, duplex Turpetum facit. Vnum, non est nisi Pituisæ radix, quam Dioscorides etiam Turbet barbaris vocari scribit. Album alterum, quod Alypum est Dioscoridis. Cæterum Turbit quod in officinis medicorum prostat, & hodie in frequenti est medicinam facientium vsu, non est nisi radix Tithymali Cretensis, qui folijs est Portulacæ, vt tomo tertio nostrorum de Stirpium historia Commentariorum diximus, vbi eius historiam inuenient studiosi. Pituitam autem crassam & lentam, putrem q; à ventriculo, thorace, neruis, & articulis vacuat. Mesue quidem tardè & imbecilliter suum Turbit purgare tradit, vt necesse sit à Turbit officinarum esse diuersum, vtpote quod vehementer, & cum quadam turbatione purget. Quapropter infrenantibus si exhibetur, indiget, qualia sunt roborantia ventriculum, & odorata, mastiche, anisi semen, careum, nux moschata, & id genus alia. Nostræ ætatis medici Zingiber illi hoc nomine permiscant, atqui non sine maximo errore. Nam Zingiber eius actio nemac vehementiam non frangit, sed magis intendit, quod disertis verbis Mesue

*Nomina.  
Sententia auctorum de Turbit varie.  
Serapionis.*

*Mesues.*

*Actuarij.  
Actuarius  
quædo vixit.*

*Officinarum.*

*Vis.*

*Infrenantia.*

*Error. huius  
ætatis medicorum  
communis.*

N ij sue

*Modus dādi.  
Pondus.*

sue affirmat, & ratio ipsa confirmat, quæ acris purgantium vim intendi docet. Nec est quod hunc errorem Mesues exemplo tueri queant. Siquidem huius Turbit, nisi falsum adstruxerit, tardè pituitam educit, ideò zingiberis adiectione actionis eius vehementiam intendere volens, rectè illud permiscuit. Datur ex melle rosaceo, vel passularum decocto, pondere vnus drachmæ. Nec temerè vltra hanc quantitatem progrediendum. Mesue ad duas vsq; drachmas de suo trito exhibet. De macerato, à drachmis duabus ad quatuor vsq; propinandum esse censet. Sed quum nostrum Turbit sit eo quod Mesues pingit vehementius, in exhibendo Turbit pondus à Mesue præscriptum vsurpari non debet.

## DE LATHYRI.

*Caput LXXXIX.*

*Cataputia mi-  
nor.  
Pondus.*

*Cataputia  
maior.*

**L**athyrus historiam in altero de Stirpium historia Commentariorum tomo indicauimus, ad quem locum lectorem nunc ablegamus. Seplasijs Cataputia minor vocatur. Vehementer purgat pituitam. Dantur grana eius maiora, vt testis est Actuar. 15. minora verò 20. Idem ijs qui efficacius purgari cupiunt, ea mandenda præcipit: ijs verò qui deiectionem non desiderant copiosam, vt integra deuorent, præsertim vbi is qui sumit, malo & imbecillo fuerit ventriculo. Dioscorides ad purgandum septem aut octo grana sufficere tradit, intra quod pondus consistere tutius est. Alterius cataputia, quam maiorem vocant Seplasia, Græci Cici, Latini Ricinum, non est cur priuatim hoc loco mentionem faciamus, quod eius historia à nobis in primo nostrorum de Stirpium historia Commentariorum tomo plenissimè sit tradita.

## DE ELLEBORO.

*Caput XC.*

*Genera.  
Niger.*

*Forma.*

*Facultas.*

*Pondus.*

*Albus.*

**E**llebori esse duo genera, omnibus est notissimum: album nimirum, & nigrum. Niger in Germania nostra incognitus est, quod in ea non proueniat. Nam stirps qua hætenus pro Elleboro nigro vsq; sunt Seplasia, Enneaphylli alterum genus, vt loco paulo antè citato docuimus, existit. In alijs tamen regionibus nusquam ferè non in asperis collibus, & sitiētibus locis nascitur. Folijs platani, sed minoribus, & nigris, incisuris pluribus diuisis. Caule candido, elleboro simili, hoc est, palmi aut cubiti altitudine, ferulaceo, bulborum tunicis, conuoluto. Flos ei ex purpureo candicans, & vuae modo racemosus, semenq; in eo vt Cnici, in purgationes adhibetur. Radices nigrae prætenues ab vno fastigio seu capitulo caepe simili dependentes, & confibratae, quarum vsus est in medicina. Flauam atramq; bilem è toto corpore deorsum trahit, idq; citra vllam difficultatem: ideò febribus circuitu repetentibus, & longis obicitur. Datur quoq; infansibus, altera in parte capitis existentibus doloribus diuturnis commodissimè: præsertim visceribus, vtero, & vesica purgatorium medicamentum postulātibus. Maxima verò vis est, peculiariter educere quicquid sanguini commixtum eum corrumpit: ideò veterascentibus arquatīs morbis utilis, & quibus in superficie summatis asperitates emerferunt, hoc est, lepris, impetiginibus, & id genus alijs. Elephantia quoq; laborantibus confert. Cæterum suauitatis gratia, & vt vehementia eius frangatur non nihil, quædam ex odoratis seminibus ei permiscenda erunt. Datur ex passo, aut aceto mulso, scrupulorum ternum, seu drachmæ vnus pondere, aut paulò plus, vel minus, pro corporis habitu. Candidi historiam loco iam indicato plenissimè tractauimus, vt non

vt non sit necesse de eo hic priuatim verba facere. Rarò hodie, ob eius immensam vehementiam, medici ipso vtuntur.

## DE EYPHORBIO.

## Caput XCI.

**E**Yphorbium liquorem esse arboris cuiusdam, supra diximus. Pituitam *Vis.* crassam & lentam, Aëtio, Paulo, & Actuário testibus purgat, quantumuis impacta etiam neruis, & articulis. Aquam quoque deijcit. Est verò celerrimum, & maxime ignea vi flagrans: vnde colicis, & aluum frigidiorum habentibus datur. Cateros vehementer conturbat, & sitim maxime ciet. Per se minime sur- *Infrenantia* mendum, sed semper illi non nihil ex odoratis seminibus aniso, mastiche, & spi- *Exhibendi* canardi permiscendum. Datur ex aqua mulsã. Præstat autem cum melle cocto *modus.* in catapotia digerere. Ponderus, Actuário teste, triobolare est. Mesue à filiqua *Ponderus.* vna ad tres progreditur, adeoque vltra scrupulum dimidium, aut duodecim grana ad summum non transcendit, idque si vetustius fuerit. Ante annum, propter immensam vehementiam quam tum habet, haud temere vsurpandum erit. Quare ubi recens fuerit, vix quantitatem ab Actuário præscriptam transcendemus, sed infra tria, aut summum quatuor grana subsistamus.

## DE ARMENIO LAPIDE.

## Caput XCII.

**A**Rmenius, siue Armeniacus, vel vt vulgò appellatur Armenus lapis, quo pictores vtuntur, Aëtio attestante, ex Armenia defertur, vnde nomen *Vis.* assumpsit. Præfertur qui friabilis, æquabilis est, & expers calculorum, qui que non nigrescit adustione. Atram bilem, & omnem lentum crassumque humorem sanguini commixtum educit. Quare, vt autor est Actuarius, melancholicis, elephanticis, & similibus dari solet. Item in renum vitijs, & spirandi difficultate. Citra verò molestiam alui deiectionem mouet, neque vllus strangulationis timor subest, neque deliquium animi sequitur: que duo ferè in vehementioribus purgationibus accidere consueuerunt. Hinc est, quòd Aëtius hunc infantibus, thoracis vitio vexatis, ad vomitum excitandum dari præcipiat. Ponderus *Ponderus.* Actuário teste, est sextula, hoc est scrupuli quatuor, aut plus minusue pro sumentis viribus. Mesue non loti ponderus esse drachmam semis, aut sesquidrachmam: loti autem drachmam vnam, vel drachmas duas scribit. Alexander Trallianus scrupulos tres vel quatuor, loti verò quinque vel sex exhibet, adeoque à Mesue non dissentit. Lauatur autem ijs liquoribus, qui refrigerandi vim habent, vt est cichorii liquor stillaticius.

## DE CYANEO.

## Caput XCIII.

**C**yanetus, vel vt Latini nominant, cæruleus lapis est, quem Arabum fa- *Nomina.* milia Lazuli, & stellatum, quòd maculas quasdam aureas stellarum modo *Stellatus.* radiantes, habeat, vocant. Optimus est qui percussus celerrime scintillat, diffi- *Facultas.* cile frangitur, aureas guttulas ostendit, & est exactissimo cæruleo colore, Armenio violentior est, ideoque vt lauetur liquoribus frigefaciendi vim habentibus opus est. Commodè quoque cum aromaticis ac corroborantibus medicamentis, cinamomo, & mastiche propinatur. Vim purgantem melancholiam supra & infra obtinet. Quocirca aduersus omnes melancholicos affectus, Maniam, melancholiam, caneros, alios nigros, quartanas, & *N* iij hæmor-

*Probatio.  
Pondus.*

hæmorrhoidas valet. Dum vritur, cæruleus magis euadit, si legitimus est: adulterinus autem vstione nigricat. Pondus eius, quod Armenio vehementior sit, minus esse debet. Mesue drachma vna vsq; ad drachmas duas & dimidiam, in Cyaneo exhibendo, progrediaudet.

## DE HERMODACTYLO.

### Caput XCIII.

*Hermodactyli duo genera.*

**H**ermodactyli Mesue duo facit genera. Vnum radice digitali longitudine, quod non est nisi Behen, & minimè ephemereum, non lethale, vt nonnulli existimant, quemadmodum in nostris super Nicolaum Myrepsum annotationibus demonstrauius. Alterum radice rotunda: quod itidem in duo partitur genera. Vnus enim habet radicem albam, crassam, ac modicè duram atq; is esse videtur, qui in hodiernum diem nomē Hermodactyli in officinis medicorum

*Hermodactylus Pauli.*

retinet. A Paulo quoq; qui Hermodactylus appellatur, albus est. Hicalui deiectionem molitur, pituitamq; crassam, ab articulis præsertim extrahit. Ob id priuatim in podagra, & articularum doloribus, quum humores defluunt, datur per se, vel decocto aliquo conuenienti. Admouetur etiam articulis dolore affectis cum farina hordei, vitellis ouorum, & mica panis. Nec solus Mesue album Hermodactylum conferre podagræ, adeoq; Pauli esse Hermodactylum

*Francisci Alexandri reprehensio repulsa.*

innuit, verum etiam Serapio. Vt falsò me reprehendat Franciscus Alexander, quod Hermodactylum Mesues, eundem cum Pauli Hermodactylo esse statuerim. Quum enim vterq; Mesue nimirum & Serapio, rubrum occidere scribat, vt ab albo diuersus sit, necesse est. Sed bono viro imposuit, quod Pauli Hermodactylum cognitum non habuerit. Cæterùm is, Paulo autore, stomacho nimis

*Infrenantia.*

quàm aduersatur. Proinde aliqua quæ eius maliciam corrigant, ac vehementiam coerceant, illi miscenda erunt: vt sunt cinnamomum, mastiche, zingiber,

*Pondus.*

aut piper longum. Datur cum oxymelite scillitico, aut melle rosaceo, pondere drachmæ vnius, aut plus aut minus, pro sumentis viribus. Alterum genus Hermodactyli rotundi, foris nigram aut rubentem radicem obtinet. Atq; is est, qui

*Colchicon.*

Croci flore per autumnum sese passim in pratis ostentat, & vulgò Hermodactylus nuncupatur. Græcis vetustioribus Colchicon dicitur, vt tomo nostrorum de Stirpium historia Commentariorum secundo copiosè admodum ostendimus. Is intra corpus, vtpote venenatus, tutò haud sumitur. Sed Hermodactyli historiam multo exquisitius altero nostrorum de Stirpium historia Commentariorum tomo tractauius, ad quem nunc lectorem ablegamus. Atque inde quam pueriliter Rondelitiùs, alioqui vir doctissimus, in sua pharmacopolarum officina in pilulis foetidis, de Hermodactylo disseruerit, omnibus patebit. Vt enim reliqua taceam, quis vnquam Græcorum Pentaphylli radices, Hermodactylos appellauit? Certè non credidissimè virum hunc herbarum tam exiguam habere cognitionem, nisi id ipsum ex eiusdem annotationibus certè cognouissimè.

## DE TITHYMALO.

### Caput CXV.

*Esula.*

**E**tithymalorum genere est herba, quæ vulgò & officinis Esula vocatur. Quapropter pituitam & bilem elicit, quemadmodum alij Tithymali. Vi-

*Vis.  
Pondus.*

rentes illorum ramuli, Actuario teste, fictili paulatim torrendi sunt, triticiq; cum polenta scrupulorum ternum pondere, miscendi in aqua, & in potu præbendi: quippe quòd exiccati surculi impotentiores habeantur. Admiscenda tamen ijs erunt

erunt odorata aliqua medicamenta, & quæ eorum vehementiam frangere possunt. Sunt hodie, qui plus de Tithymalis in puluerē redactis quam drachmani vnam exhibēt. Tutius tamen est, vt intra pondus ab Actuario, optimo autore, nobis præscriptum consistamus. Historiam & picturas omnium Tithymalorum, qui septem numero sunt, in tertio nostrorum de Stirpium historia Commentariorū tomo reperient studiosi: vt non sit necesse hic de ijs fusius tractare.

## DE ELATERIO.

## Caput XCVI.

**E**laterium, vt supra quoque monstrauimus, est succus è fructu syluestris Cucumeris expressus. Modum autem exprimendi Dioscorides docet. Bilem & pituitam vacuat. Eius maximum pondus, autore Dioscoride, obolus est: minimum, semiobolus. Pueris tamen minus adhuc est dandum: chalcis nimirum duo, id est, grana quatuor. Actuarius ternos obolos, hoc est scrupulum vnum & semis, cum lacte recens emulcto exhibet.

*Elaterium  
quid.  
Vis.  
Pondus.*

## DE THYMAELAEA.

## Caput XCVII.

**T**hymalæa officinis Mezereon dicitur. Pituitam & aquam purgat, si viginti granorum interna bibantur, aut summum triginta, quemadmodum Actuario placet. Verum quoniam adurentis sunt facultatis, ea præstat in catapotia cum melle cocto formare, aut vix acino, farinæ similiue quopiam inuoluere, ac simul hordei cremorem superbibere. Præstat etiam post hausta grana gnidia rosaceum aut melinum sorbere ne fauces inflammentur. Nemo tamen ijs, vt etiam catapotijs ex ipsis confectis facile, nisi in robustis, ac fortioribus corporibus vti debet. Hic finem libro primo imponemus: quod si quid adhuc desideretur, id in altero libro explicare studemus.

*Thymalæa.*

LIBRI PRIMI FINIS.

DE

## DE VSITATA HVIVS TEMPORIS COM-

PONENDORVM MISCENDORVMQVE MEDICAMEN-  
torum ratione, Liber secundus, Medicamentarius dictus, Leon-  
harto Fuchfio medico autore.

## PROOEMIUM.



*Necessaria  
est medica-  
mentorum  
compositio.*

*Medicamen-  
tarius liber.  
Dispensato-  
rium.  
Composita me-  
dicamenta.*

*Causa huius  
libri ceteris  
adiecti.*

VPERIORE libro summa qua potuimus bre-  
uitate, & quantum instituto nostro sufficere ar-  
bitrati sumus, simplicium, quibus in componen-  
dis medicamentis nostræ ætatis pharmacopœi  
vtuntur, catalogum præmisimus, & quid de sin-  
gulis statuendum esset indicauimus: nulla alia sa-  
nè de causa, quàm vt rectè cognitis simplicibus,  
adulterina abijcerent, nec illa compositionibus  
suis permiscerent. Quum autem simplicibus om-  
nia curari nequeant, necessaria fuit composito-  
rum inuentio. Sape enim multifariam compositi-  
o sunt affectus, vt in ijs curandis non diuersa tantum, sed & contraria medica-  
mentorum genera requirantur, vt sicubi repellendum simul est, & discutien-  
dum. Præterea vt affectus simplici medicamento curari possit, cogimur tamen  
interdum multa miscere, quod nullum in manibus sit simplex, quod conueni-  
at. Deniq; quorundam est ea natura, vt nisi cum alijs misceas, vel inutilia, vel  
noxia futura sint. In altero igitur huius operis libro, compositorum medica-  
mentorum omnium quæ hodie in officinis medicorum prostant, conficiendo-  
rum ratio exponetur. Quare optima ratione Medicamentarius liber inscribitur:  
ita enim rectius, quàm vt vulgus medicorum solet, Dispensatorium appel-  
labitur. Composita verò medicamenta vocamus, quæ vel medicus, qui naturæ  
minister ac imitator est: vel pharmacopœus, qui medici minister est, ex varijs  
simplicibus commiscet ac componit. Siquidem veteres medici in componen-  
dis medicamentis multum operæ, artis, & studij posuisse constat. Vt ridendi sint  
prorsus, qui pharmacopœam à medica distinctam esse artem existimant. Ne-  
cessario autem, vt hic liber ordine secundus esset, curauimus. Fieri enim non  
potest, vt quispiam ea quæ in tertio & quarto tradentur libris assequatur, nisi  
prius quæ in hoc commemorantur composita medicamenta, omnia perspecta  
habeat. Quomodo enim simplicia & composita inter se rectè quis miscerit me-  
dicamenta, qui non vtrorumq; prius rationem probè cognitam habet? Quia  
propter ordinis ratio, quæ in rectè docendo plurimum momenti obtinet, postu-  
lauit, vt hunc sibi locum liber ille Medicamentarius dictus vendicaret. Quod  
si verò quispiam causam etiam cur librum hunc exarauerim, ac prioribus tribus  
adiecerim, scire volet, non pigebit me illam quoq; atqui breuiter, referre. Non  
fuit autem alia, nisi summa necessitas. Quum enim animaduertentem, singulos  
pharmacopœas singulis ferè in locis suos ac proprios, eosq; magna ex parte ma-  
nuscriptos, ac inter se plurimum, pro cuiusq; qui eos conscripsit arbitrio, vari-  
antes libros, ex quorum præscripto sua componunt medicamenta, habere,  
hocq; nomine fieri, vt raro admodum simili modo in officinis nostris parata me-  
dicamenta prostant: committere non potui quin hunc laborem subirem, ac  
curarem vt tandem haberent pharmacopœi Medicamentarium librum, vel vt  
ipsi nominant Dispensatorium, optima & exquisita ratione à nobis exaratum,  
vnde subinde omnes sua conficerent medicamēta. Nam plurimum refert, rei q;  
publicæ interest, vt vniformiter in officinis composita sint medicamēta: quod  
alias

alijs medicis non raro errandi præbeatur occasio, ægròtantibusq; ex eorundem erratis non leue imminet periculum. Quod quum omnibus in confesso sit, non est cur multa demonstratione egeat. Vt verò pharmacopœorum, plurimum imperitorũ, hæsitatiõni consuleremus, singulis compositionibus, quæ id ipsum requirebant, Annotationes, adiecimus: in quibus nõ solum voces obscuriores, sed & res ipsas difficiliõres explicauimus, hac quidem ratione non solum pharmacopœis, verum etiam medicis consulere volentes, vt nihil planè esset in quo hætere possent. Hinc est quod interdum ea quæ pharmacopœorum captum exuperant, attigerimus. Vt autem ordine optimo singulorum medicamentorum compositiones traderemus, librum hunc Medicamentarium in Sectiones digessimus, vt singulæ sui generis medicamenta continerent, & ab inuestigantibus illa facile & expedite inuenirentur. In summa, nihil negligimus, quod operi lucem afferre posse iudicauimus. Hortamur itaq; pharmacopœos, vt in componendis medicamentis tum veterum, tum recentiorum diligenter caueant, ne quid adijciant, vel omittant, sed omnia ad præscriptum eorum qui medicamenta composita struxerunt, conficiant. Absit hinc studium gratificandi alijs qui suauioribus delectantur medicamentis, nisi id fieri possit citra virium labefactionem.

Annotationum ratio.

### DE PONDERV M, QVORVM IN COMPO- nendis medicamentis vsus est, ratione.

#### Sectio prima.



Vum citra ponderum, quorum in conficiendis medicamentis vsus est, cognitionem, ratio componendorum medicamentorum intelligi haud possit, principio de ijs nobis esse differendum putauit. Non solum autem hoc nomine ponderum ratio medico cognoscenda venit: sed & ideo, ne eorundem inscitia accidat, vt egris exitium afferatur. Nam quum constituta & certa sint quorundam medicamentorum pondera, adeo sanè, vt si quis ea temerè non obseruet,

Ponderum cognitio necessaria medico.

aut transcendat, certam & indubitata corpori noxam, & nonnunquam etiam perniciem accersat: nihil profectò æque curandum medico erit, quam vt eorundem plenam & exquisitam noticiam habeat. Ponderum itaque tum nomina, tum rationem breuiter hic, & quantum instituto nostro conuenit, perstringemus, vt paratiores ad compositorum medicamentorum tractationem veniamus. Principio autem de ijs quibus Græci & Romani medici vsi sunt agemus: qualia quidem sunt, libra, quadrans, vncia, denarius, hexagium, drachma, scrupulus, silsqua, & obolus. Libra medica, quæ Græcis *λίτρα* dicitur, est vnciarum duodecim. Hinc duodenaria: & Romana, quod illa Romani vsi fuerint, vocatur. Hæc alio nomine pondo nominatur: idq; vbi per se, siue absq; alio pondere scribitur & effertur. Vbi verò cum alio ponderis vocabulo adiungitur, idem significat quod Græcis *σαδ μος* & *δλχι*, hoc est, pondus: vt pondo libra, pondo vncia. Libra igitur medica, quatuor quadrantes continet. Quum igitur medicalibra non nisi duodecim contineat vncias, quod multis exemplis declarare possemus, plurimum hallucinètur nostræ ætatis indocti pharmacopœi necesse est, qui libram sedecim vnciarũ, quot sanè mercatoria & negotiatoria habet, ad conficienda medicamèta vsurpant. Quod verò eiusmodi libra vtatur, è libris partibus, quadrante maximè, quã quartã illi nominant, facile demonstratur. Si quidẽ huic quatuor vncias attribuit: quapropter vt eorundem libra sedecim contineat vncias, fateantur oportet. Si em̄ quatuor vncias quater sumpse-

Libra medica.  
Duodenaria Romana.  
Pondo.

Pharmacopœorum error.

- sumpseris, sedecim prodibunt vnciæ, quæ libram constituent mercatoriam.
- Quadrans.* Quadrans itaq; sic enim Latini quartam libræ partem appellant, trium, & non  
*Triens.* quatuor vnciarum pondus existit. Triens autem quatuor vncias continet.  
*Sextans.* Sextans, sextam libræ partem, hoc est, vncias duas habet. Quocirca in mani-  
 festo errore omnes propemodum Germaniæ nostræ Seplastarij ac Pharmaco-  
 pœi versantur, eo quòd triente pro quadrante vtantur. Monacenses tamen phar-  
 macopolæ (quod olim, dum illic medicinam facerem, deprehendi) legitima  
 quadrante vtebantur.
- Vncia.* Vncia, Græcis ὑγγία dicta, quæ, vt comprehensum est, duodecimalibræ medicæ pars existit, drachmīs octo, seu denarijs Romanis sep-  
 tem constat. Denarius itaq; pendet drachmam vnā, & septimam eius partem.  
*Denarius.* Vnde se prodit Nicolai Salernitæ error, qui nulla veterum autoritate fultus,  
*Nicolai Sa-* vnciæ drachmas nouem tribuit. Cui etiam Seruitor, scriptor triobolaris, sub-  
*lernitæ &* scribit. Atq; hos egregios duces magna pharmacopœorum turba, nullo habito  
*Seruitoris* delectu, sequitur: nullaq; mehercle alia ratione, quàm quòd à iam dictis autori-  
*error.* bus sic est scriptum, sese tuentium: quum potius illis iudicio meliorum tum  
*Interpretum* Græcorum tum Latinorum autorum standum esset. Panditur & hinc quorum-  
*Galenī er-* dam Galeni interpretum error, qui perpetuò denarium cum drachma con-  
*ratum.* fundunt, alterum pro altero pondere vertentes: quum tamen constet, dena-  
 rium, vt iam ostensum est, drachma paulo, scilicet vna septima, esse grauior-  
 em.
- Exagium.* Exagium, vel vt Græci appellant ἑξάγιον, pondus est quatuor scrupulo-  
 rum. Nouum est nomen, quo recentiores Græci vsi sunt, maxime Actuarius in  
*Sextula.* Antidoto aurea Alexandrina. Latini Sextulam id pondus nominant. Græci  
*σάγιον.* alio nomine σάγιον appellant. Quanquam Nicolaus Myrepsus, si locus non est  
 mendosus, ita Saracenos siliquam vocare ait. Drachma, quæ Græcis δραχμή &  
*Drachma.* δρᾶχμη vocatur, octaua est vnciæ pars, habetq; in se scrupulos tres. Scrupulus au-  
*Scrupulus.* tem, siue scriptulus, qui Græcis γράμμα, quasi primum ponderis elementum,  
 nominatur, obolos duos pendet. Obolus itaq; dimidium est scrupuli, seu sexta  
*Obolus.* drachmæ pars, pendetq; siliquas tres. Siliqua, quæ Græcis κάρδιον, Actuario  
*Siliqua.* more vulgi καρδίον dicitur, grana quatuor frumenti pendet. Frumenti verò gra-  
*καρδίον.* num Græcis σιτάριον nuncupatur: σιτῆ enim illis frumentū significat. Sed quum  
*Granum.* frumenti genera, Græcis nota, sint plura, triticum, hordeum, zea, auena, ory-  
*σιτάριον.* za, milium, panicum, & Græci ipsi non explicarint cuius frumenti quatuor gra-  
 na pendant siliquæ semen, hoc alius in aliam accepit partem. Pleriq; tamen id de  
 hordei aut tritici granis scriptum esse interpretantur. Atq; referendum id qui-  
 dem non ad omnia grana, sed mediocria, non enormia: neq; ad habitiora, neq;  
 strigosa & emaciata. Quòd si igitur siliqua quatuor frumenti grana, vt demon-  
 stratum est, pendet: & scrupulus sex siliquas, vt grana frumenti quatuor & vi-  
 ginti complectatur scrupulus necesse est. Plurimum itaq; errat pharmacopœi,  
*Pharmacopo-* qui à Græcis & Mauris dissidentes, statuunt scrupulum viginti granorum esse.  
*larum er-* Eum autem errorem ex Nicolao Salernita suxerunt. Caterum si ad legumina  
*ror.* respiciamus, vnum granum seu semen siliquæ, sex lentis seminibus, quod nos  
 experientia comprobauimus, pondere suo respondet. Hæc si sexies sumpseris  
 (siliquæ namq; sex, vt dictum est, pendent scrupulum) in vniversum sex & tri-  
 ginta lentis semina prodibunt, quæ pondus scrupuli habet. Hinc patet, Rhem-  
*Rhemij Fan-* nij Fannij Palæmonis in libello de Ponderibus & mensuris inscripto locum  
*nij locus e-* mirificè esse deprauatum, vbi inter cætera de scrupulo capite primo, sic scri-  
*mendatus.* ptum reliquit:  
 Semina sex alij siliquis latitantia curuis  
 Attribuunt scrupulo, lentes veraciter octo.  
 Nam si quis octo lentis semina cum scrupulo ponderare haud grauatus fue-  
 rit, is manifestò comperiet, non octo lentis semina, vt præscripta innuunt car-  
 mina:



mina: sed quatuor & quater octo, id est triginta sex, ut paulo antè quoque diximus, scrupulum pendere. Multo enim leuiores sunt octo lentis semina, quam ut scrupulum æquare possint. Proinde Fannij locus ita legendus erit:

*Semina sex alij siliquis latitantia curuis,  
Attribuunt scrupulo lentes quatuor, quater octo,  
Aut totidem speltas numerant, tristes iue lupinos*

*Bis duo.* — Lupini autem quatuor semina pendere scrupulum, cum Fannio Græcus Nicandri interpret tradit. Etsi Mauri tria tantum constituere scrupulum literis prodiderunt. Atque sic quidem se habent pondera, quibus olim veteres tum Græci, tum Romani vsi sunt, & hodie quoque vtuntur medici. Nunc ad ea veniemus, quibus peculiariter, præter iam dicta, Arabes vsi sunt: inter que primò nobis occurrit aureus, qui ipsis Arabibus denarium significat, hoc est, pondus drachmæ vnus cum septima eiusdem parte: & nequaquam, ut plerique putant, drachmæ vnus & dimidia. Dein Danich, quod perperam recentiores efferunt Danic, pondus est Arabibus, quod à Græcis *δραχμῶν*, à Latinis lupinus dicitur. Hoc Cleopatram imitati Arabes, aiunt pendere duas oboli tertias partes. Quum enim obolus pendat grana duodecim, seu dimidium scrupulum, Danich pendat grana octo necesse est. Siquidem quatuor grana ter sumpta, constituunt duodecim. Verum esse quod dicimus, Serapio confirmat, dum inquit: Obolus est Danich vnus & dimidiū, id est, grana duodecim. Tertij generis pondus, quo Arabes vtuntur, est Kirat. Sic autē siliquam Græco vocabulo, quod est *κίρατος*, deprauato nominant. Et non est nisi dimidia pars Lupini. Quod ex Auicennaliquet, quia ita: Et omnis Kirat, est grana quatuor hordei: quippe Lupinus octo grana hordei pendit. Aereolum quarti generis pondus, duo grana hordei pendit: Granum autem hordei apud Arabes minimum pondus est. Habent quidem & alia pondera Arabes, sed illa duntaxat referre volui, quod ijs maximè Mesue filius, ex cuius præscripto multa hodie conficiuntur medicamenta, vtatur. Quod si verò quispiam pleniorē & exquisitiorem ponderum iam dictorum, & aliorum omnium cognoscere cupit, is libros Georgij Agricola, viri perpetua memoria digni, plane aureos ea de re scriptos legat. Cæterum medici quasdam res simplices, ex quibus medicamenta conficiunt, interdum non metiuntur, nec ponderant: sed numero, vel manus complexu sumunt. Altero modo quum cæteris miscentur Pruna, Ficus, Zizipha, Myxa, & id genus alia: altero, quum herbæ aut flores alijs permiscentur. tum enim fasciculum, ut est apud Scribonium Largum: siue manipulum, ut apud Cornelium Celsum, horum esse sumendum præcipiunt. Græci, potissimum recentiores, non solum *δραμίδιον*, id est, fasciculum, sed etiam *δραμίδιον χειροπλινθες*, id est, fasciculum qui manu comprehendi potest, nominant. Siquidem fasciculus, siue manipulus non est, nisi quod summa manu complicata apprehendi & complecti potest. Atque manipuli vocere i rusticæ scriptores crebro vtuntur. Recentiores medici pugillo, quod diminutiuum à pugno existit, pro pondere vtuntur. Significat verò illis pondus herbarum & florum, quod pugno, seu compressis in extremo digitis capi potest, adeoque alteram fere manipuli partem. Quod quidem genus ponderis recentioribus Græcis, Aëtio potissimum, *δραξ* nuncupatur. Nunc reliquum est, ut notas ponderum, quibus hodie in conficiendis medicamentis tum medici, tum pharmacopœi vtuntur, subiiciamus, quæ sunt eiusmodi:

Libræ Semis Quadrantis Vnciæ Drachmæ	}	Hæc nota	}	lb. S. qr. ʒ. ʒ.	} est,
--	---	----------	---	------------------------------	--------

Ponderum  
nota.

O Scrupulum

Scrupuli	} Hænota	} est.
Grani		
Manipuli		
Pugilli		
		{ 3.
		{ Gr.
		{ M.
		{ P.

Et si autem præstaret, abiectis ac posthabitis profus iam dictis notis, pondera ipsa primis suis saltem literis, si non integra, scribere, potissimum vnciam & drachmam, ne scilicet notarum 3 & 3 affinitate vel medici, vel pharmacopœi ipsi magno mortalium incommodo peccarent, & aberrarent: tamen quum vsus longi temporis id obtinuerit, vt pondera notis potius quibusdam quam literis designentur, in eam maximè curam incumbere decet medicos, vt accuratè ductus notarum delineent, quo ab omnibus agnosci, & aliâ ab alijs discerni queant, ne scilicet scribendi negligentia pharmacopœis errandi occasionem præbeant. Nos quidè neglecto quo hodie medici vtuntur more, pondera & mensuras medicamentorum integris dictionibus, quo minus tum typographus in ijs excudendis, tum pharmacopœi in construendis compositionibus aberrarent, exarauimus. Sed de ponderibus satis, ad medicamentorum igitur compositiones iam transire tempestiuum est.

DE ANTIDOTIS, SEV CONFECTIONIBVS  
MAGNIS VOCATIS, ET OPIATIS,  
Sectio secunda.

AVREA ALEXANDRINA.  
Nicolai Myreplici.



**A**D capitis fluxiones, à frigore natas, efficax est: dolorem enim eius confestim mitigat. Oculorum lachrymas sistit, dentium dolores sanat, non modò epota, sed & imposita. Comitialibus subito factis, profus auxiliatur. Furiosorum incompositos motus compescit, & in vniuersum omnè capitis dolorem mulcet. Tussientibus, tabidis, humores ægrè à thorace reijcientibus, cardiacis, sanguinemq; excreantibus mirificè opitulatur. Confert etiam resolutis, viscerum & laterum malis. Lapides conterit, stillicidium & difficultatem vrinæ soluit, & omnia vteri vitia discutit. Quotidianis, tertianis, & quartanis febribus ante inuasionis horam sumpta succurrit. Quisquis deniq; semper hac vtiantidoto consueuerit, is neq; apoplexiæ, neq; colico malo vnquam obnoxius erit. Conficitur autem in hunc modum. Asari, <sup>a</sup> seminis hyosciami, <sup>b</sup> carpobalsami, ana drachmas duas & dimidiam. Caryophylli, opij, <sup>c</sup> myrrha, cyperi, añ drachmas duas. <sup>d</sup> Balsami, cinamomi, <sup>e</sup> folij, zedoariæ, zingiberis, <sup>f</sup> costi, corallij, <sup>g</sup> castiæ, euphorbij, tragacanthæ, thuris, <sup>h</sup> styracis calamitæ, <sup>i</sup> saluiæ, <sup>k</sup> mei, seselios, <sup>\*</sup> sinapi, <sup>l</sup> saxifragæ, anethi, anisi, añ drachmā vnam. Ligni aloës, <sup>m</sup> rhei pontici, aliptæ moschata, castorij, spicæ, galangæ, opanacis, anacardij, mastiches, sulphuris ignem non experti crudius, radicis pæoniæ, eringij, carnis palmularum, <sup>n</sup> behen albi & rubri, rosarum, thymi, acori, pulegij, aristolochiæ longæ, gentianæ, corticis radicis mandragoræ, chamædryos, <sup>o</sup> phu, ammeos, baccarum lauri, piperis longi, piperis albi, xylobalsami, <sup>p</sup> carnabadij, <sup>q</sup> amomi, <sup>r</sup> seminis macedonij, <sup>s</sup> libyftici, rutæ, <sup>t</sup> sinonis, añ drachmam dimidiam. Auri puri, argenti puri, <sup>u</sup> margaritarum non perfora,

perforatarum, ossis anterioris narium purpuræ, ossis cordis ceruini, añ grana frumentacea quatuordecim. Lapidis saphyri, smaragdi, iaspidis, añ drachmam vnam. Nucis auellanæ drachmas duas. Pyrethri, ramenti eboris, calami odorati, añ grana frumentacea viginti nouem. Mellis, aut sacchari, quod satis est.

## ANNOTATIONES.

**H**AEC integra & legitima est, & ad verbum è Græco Nicolao transcripta Aureæ Alexandrinæ compositio, quam si cum aliorum codicum descriptionibus conferre uolueris, reperies in ijs quædam desiderari. Non est autem quod quispiam speret à nobis vt componendi rationem præsentis, & aliorum etiam sequentium antidotorum exponamus: id namq; infiniti ferè laboris esset, sed quod polliciti in huius libri præfatio sumus, si quæ vel uocum, vel rerum obscuritas & difficultas in medicamentorum compositionibus occurrat, hanc breuibus semper annotationibus illustrabimus. Nec etiam de singulis annotationes struemus, sed de ijs solùm, quorum nulla in libro primo facta est mentio. Aurea verò dicta est, ab auro quod eius compositionem ingreditur. Alexandrina autem *Aurea cur dicta?* cognominatur ab insigni vrbe Alexandria, vbi constructa est. Nam illic studia bonarum artium maximè floruerunt, vt mirum non sit optimos quoq; medicos ibidem commoratos fuisse.

*a Seminis hyoscyami.*) Quotiescunq; Hyoscyami seminis simpliciter & sine adiectione fit mentio, semper album inaudiendum erit. Hoc enim placidissimum existens, ad medicinam vtile est. Quod si verò illud non adsit, flauo vtendum erit. Nigrum autem, vt inutile ac venenatum, penitus fugiendum. Id quod semel monuisse pharmacopœos satis sit. *Hyoscyamus simpliciter elatus.*

*b Carpobalsami.*) Quum suspicio non leuis, imò indubitatum sit, neq; Carpobalsamum, neq; Opobalsamum, neq; Xylobalsamum Seplasiarum esse legitimum & verum: non temerè illis ad conficienda medicamenta vtendum erit, sed potius ex officinis medicorum

eijcienda, & succedaneo illorum vtendum, quod autore libelli *περί ἀντιβαρῶν* teste, est *Succedaneū* radix violæ albæ, ait enim, *ἀπὸ καλοῦ λευκῆ ῥίζα*. Violam autem albam, non Teophrasti, sed Dioscoridis, quæ Seplasijs & Arabibus Cheiri dicitur, hoc loco inaudire oportet. *balsami. Viola alba.*

Hæc enim commodissimè pro Balsamo vsurpari potest: id quod facultates vtriusq; abundè docent. Vt enim Balsamum est tenuium partium, mentes mouet, vterumq; aperit: sic quoq; radix, flores, semen, & totus Leucoij siue violæ albæ frutex. Imò radix eius, vt gustus liquidò docet, mordax & acris reperitur, & aliqua ex parte odorata. Vt odio digna sit Matthioli tum impudentia, tum pertinacia, qui affirmare audet eam radicem nec morsu mordacem, nec feruentem ore, nec vlla ex parte odoratam contra manifestum tum narium, tum linguæ iudicium. Parum igitur circumspectè aliorum sententias suggillat & arrodit Matthiolus. Quod verò ad libellum succedaneorum Galeno adscriptum attinet, facilè concessero hunc non esse Galeni, sed spurium, quod multa substituatur absurdissima, quod nos suprâ in nostris succedaneis etiam aliquoties ostendimus. Tamen non est improbandum quod balsamo substituit violæ albæ radicem, propter causam quam produximus. Quum itaq; habeamus à natura productum, quo pro omnibus iam dictis vtamur: *Cordiopia* non est cur ad aliquod arte paratum, nempe oleum Caryophyllorum, vt Valerius Cordus *improbata.* censuit, confugiamus.

*c Myrrhæ.*) Actuarius latinus, à Ruellio conuersus, pro Myrrha habet baccarum Myrti. Sed locum illum esse deprauatum, è Nicolao abundè liquet, qui hic habet *σμίρκη*. Latini etiam codices omnes, qui Nicolao præposito hætenus attributi sunt, Myrrhæ legunt. *Actuarij loci. Laccus emendatus.*

Vt dubium non sit, pro *σμίρκη* apud Actuarium falsò scriptum esse *μυρσίνη*: & facilis quidem ab altera in alteram vocem fuit lapsus. Porrò optima & vera Myrrha inuentu rara *Myrrha.* est: vt hoc nomine metuendum sit, officinarum Myrrham non esse legitimam. Suspicionem hæc auget, quod nota quæ sunt apud Dioscoridem, & libro primo commemorata, illi non omnes conueniant. Quin ipsi Bdellij indicia magis respondere videntur, quàm Myrrhæ: vt ea de causa Bdellij potius quàm Myrrhæ species quibusdâ esse putetur. Quicquid autem sit, constat nõ esse optimam, nec inter Myrrhas deterrimam. Apparet autem, eam esse Myrrhæ speciem, quæ Caucalis Dioscoridi nominatur. Quippe hæc *ὑπέρωθεν*, *Caucalis* hoc est, vltra tempestiuitatem producta, bonitatem suam amisit, & exoletarum more *myrrha.* arefcit, nigra ac retorrída existit.

*d Balsami.*) Valerius Cordus in suo medicamentario libro, pro Balsamo habet Opobalsamum, quod admiratione dignum est: quandoquidè in Græco Nicolai codice *καλοῦ*, & in Latinis quoq; codicibus scriptum sit Balsami. Sed quum neutrum habeatur, parum refert vtro modo legas, vtendum enim erit succedaneo: quod qualis sit, paulo antè exposuimus. *Cordus.*

fuius. Ridet me hoc in loco Franciscus Alexander, quod notarim Cardum propterea, quod pro Balsamo subiecerit Orobalsamum, quod per balsamum sit intelligendum Orobalsamum, ignorans Myrepsum distinctè ijs vocibus Xylobalsamum, Orobalsamum, Carobalsamum, & Balsamum uti, atq; per tres priores lignum, succum, & fructum semenuè, per quartam verò herbam ipsam intelligens. Quapropter non tantum ridendus, sed cachinno excipiendus nobis hoc nomine Franciscus erit.

*Folium.  
Succedaneum folij.*

e Folij.) Folio verò, quod Græcis vetustioribus Malabathrum dicitur, Sephasias destitui, libro primo indicauimus. Succedaneo igitur eius ut pharmacopœi utantur est necesse, quod, Galeno autore, est κασία σφαιρίτις, ἢ νάρδος ὀσάχης, ἢ ἀτρακτύλις; id est, casia rotunda, aut spica nardi, aut atractylis. Quum verò hæc antidotus alioquin capiat casiam, & spicam nardi, præstat folij loco atractylim vsurpare, Quæ qualis sit, in primo de Stirpium historia commentariorum tomo monstrauimus. Atractylim autem folij esse succedaneum, hinc omnibus palam fit, quòd hæc idem temperamentum, eandemq; facultatem cum Spica nardi obtinet. Siquidem in primo ordine calefacit, & secundo exiccat, obstructionsq; iecoris, ac aliorum internorum viscerum, perinde atq; Spica nardi, tollit: vrinam cit, & fluxiones desiccet, ut hinc omnibus perspicuum euadat, Galeni locum hunc in libello

*Galeni locus restitutus.*

ὑπὲρ βαλλομυρίων esse mendosum. Nam illic falso ἢ ἀτρακτύλις, pro ἢ ἀτρακτύλις scribitur. Nulli enim neq; apud Galenum, neq; Dioscoridem stirpis, quæ Tractylos dicitur, mentio fit. Verùm hoc loco, more suo, Matthiolus mihi insultat, & perperam me in altera sua ædificatione Dioscoridis Malabathri seu Folij loco Atractylim substituisse scribit, nulla alia motus ratione, quàm quod nusquam se apud Galenum legisse dicat, quod Atractylis Folij vicem suppleat, sed Casia potius odorata, & Nardi spica. Quasi verò id non doceat Galenus in eo libello qui inscribitur περὶ ἀπὸ βαλλομυρίων, operatq; Ioannis Caij Britanni æditus est. Cui accedit ratio paulo antè à me producta. Non quod inficias eam pro folio Casiam odoratam & Nardi spicam substitui posse, sed quum vtraq; alias compositionem hanc ingrediatur, consultius esse arbitratus sum, nunc pro folio vtendum esse, ob causas iam dictas, Atractyli. Ut hinc liquidò appareat, Matthiolum nusquam non alios, me maximè, reprehendendi captare occasionem. Quid enim à sycophantæ morsu, etiam admodum circumspectè dictam, tutum esse posset? Porro quum Atractylis non nisi sata in Germania proueniat, licebit in eius penuria spina vti, quam vulgus & officinæ Carduum benedictum appellant, non propterea, ut malitiosè mihi impingit Matthiolus, quod in Germania Atractylis non reperiatur, nisi in hortis sata, quum eadem de causa Carduus etiam benedictus, quandoquidem nullibi reperiatur nisi in hortis satus, substitui nequeat, sed quod Carduus ille frequens in hortis colatur, & easdè cum Atractylide vires habeat. Quæ igitur Matthiole furia te exagitarunt, ut in hanc prorumperes in tuis epistolis medicinalibus vocem? proh Dij immortales, quanta est hic Fuchsi inepitia. An non mihi nunc licet potius in hunc modum exclamare. Pro Deum immortalem quanta est Matthioli improbitas & peruersitas, qui malitiosè rapit in calumniam quod verissimè est à me dictum. Cur enim non suaderem in penuria Atractylidis herbæ in Germania paucis cognitæ, ac rarissimæ, aliam hac multo frequentiore & in omnium hortis plantatam substituere? Sed satis sit in præsentia Matthioli mordacitatem vtunq; adumbrasse.

*Casia.*

f Casia.) Intelligit eam quam Sephasia ligneam vocant. Non est autem quòd hactenus vtitam accipiant pharmacopœi Casiam, quòd illa radice potius quàm arboris cortex sit, ut omni odore ac sapore, ita etiam facultate destituta. Exigenda igitur prorsus ex omnibus officinis erit, nec vlli deinceps compositioni permiscenda. Quæ autem vera sit Casia, libro primo diximus, nempe ea quam inter species Canellæ quidam numerant. Ea enim haud dubiè Casia species est, tametsi fortè non optima. Quare rectè fecerint pharmacopœi, si semper eius duplum acceperint. Id quod etiam in Cinamomo faciendum erit.

*Canella.*

*Cinamomum nostrum quale.*

Quippe Cinamomum nostrum haudquaquam optimum aut certè Casia genus est, ideoq; duplicato eius quoq; pondere vtendum erit. Id quod in succedaneis suis Galenus quoq; suadet, inquit: ἀπὸ τῆς ἀμύμης, κασίας σφαιρίτις διπλάσιον, ἢ ἐξ αὐτῆς διπλάσιον: Pro Cinamomo Casia fistula (ita enim vocat quam hodie ligneam appellant) aut sauina duplam portionem. Ut succedaneum Casia sit, Sauina pondus duplicatum. Quinetiam Dioscorides in Cinamomi legitimi penuria duplicatam Casia portionem sumendam esse hortatur. Quapropter perpetuò pharmacopœi pro vero Cinamomo, vulgaris & nostri Cinamomi, præsertim vbi nõ admodum acre fuerit, duplum: & pro Casia itidem, eius Casia quæ vulgare Cinamomum refert, duplam portionem in componendis medicamentis vsurpent. Videtur autem Cinamomum nostrum esse imbecillum Cinamomum, quod Galeno priuatim Cinamomis, alijs verò pseudocinamomum appellatur.

*Costus.*

g Costi.) Quoties Costi mentionem facit simpliciter, & citra adiectionem Nicolaus, semper

semper amarum appellatum intelligit, vt qui gustu feruidus fit. Nos vtriusq; Costi historiam, & picturam in altero nostrorum de Stirpium historia Commentariorum tomo dedimus. Quum verò paucis adhuc vera Costus nota sit, operæ precium erit eius succedaneum cognoscamus: vt in penuria Costi, saltem succedaneum habeamus. Tale autem est Helenium, vel vt hodie nominant, Enula campana, quod in suis ἀντιβαλλομύδιαις confirmat Galenus, inquit: ἀντικόστος, ἐλένη. Subscribit quoq; ratio, quæ docet idem vtriusq; temperamentum esse, nec viribus inter se discrepare, vt ex ambarum stirpium historiae collatione omnibus sit manifestissimum.

*h Styracis calamita.*) De ea abunde libro primo dictum est, quapropter de hac ipsa in præsentia, quemadmodum etiam alijs quæ loco iam citato explicata sunt, nihil annotabimus. Quod semel hic monuisse lectorem satis sit.

*i Salvia.*) Latini Nicolai codices habent Saliuncæ, at minus rectè. Nam in græco Nicolai codice est ἐλελισφάκκος, id est, saluia, vt nos conuertimus. Nam hæc sanguinem cohibet, menses & vrinam cit, ideoq; rectissimè huic antidoto permiscetur. Errore autem imperiti librarij accidit, vt propter literarum affinitatem, Saliuncæ pro Saluia sit scriptum. Saliuncam autem à Saluia diuersam esse stirpem satis constat. Cæterum Saliunca, vt id obiter dicamus, non est Nardus siue spica Celtica, quam officinæ medicorum Spicam Romanam nuncupant, vt nonnulli putant. Quæ autem herba sit Saliunca tertio nostrorum de stirpium histo. commentariorum tomo diximus.

*k Mei.*) Meo vero quod Athamanticum dicitur, destituimur: quapropter eius succedaneum vtendum, quod est eius herbæ radix, quæ Germanis Beerwurz dicitur. Nam eadem quas Meum facultates obtinet, vt in altero nostrorum de stirpium historia Commentariorum tomo abundè ostendimus Matthiolus falsò herbam Imperatricem, siue Angelicam dictam pro Meo substituit.

\* *Simapi.*) Hoc in loco Bernardus Desseñnius Cronenburgius pudendo errore Napum substituit, quum in græco codice disertè scribatur νάπτου. Sic passim bonus ille vir impingit turpiter, interim tamen nihilominus aliorum se censorem, si Dijs placet, cõstituit.

*l Saxifraga.*) Quum multæ hodie sint stirpes Saxifragæ nomine insignitæ, diligenter dispiciendum erit, quam hoc loco, & alibi quoq; Nicolaus, alijsq; Græci intellexerint. Nullam verò nisi eam quam Dioscorides Empetron: non quidem hoc, quod idem Phacoides nominant, sed quod post Tribulum libro 4. pingit, & Romanis Saxifraga dicitur. Eius historia & pictura est in tertio nostrorum de stirp. histo. commentariorum tomo capite 64. Officinis hodie ignota. Pro ea tamen vti licebit herba quæ Plinio Saxifraga, alterum Trichomanis scilicet genus, & hodie vulgò Ruta muraria appellatur, qua hætenus Seplasiæ perperam pro Adianto, siue vt illarum voce vtar, Capillo veneris vsæ sunt. Huic namq; herbæ Saxifragæ nomenclatura ferè præ omnibus alijs quadrat. Siquidem in faxis ac petris nascitur, & calculos vesicæ frangit, & vrinas cit. Dum itaq; nascitur, saxa frangit & perrumpit: dum etiam assumitur, calculos conterit, vt hoc nomine meritò illi Saxifragæ appellatio conueniat.

*m Rhei Pontici.*) Falsò in Cordi medicamentario libro, & omnibus latinis Nicolai codicibus, quorum fidem ille secutus est, Rheu barbari legitur. In Græco namq; Nicolao est ῥέος ποντικῆς. Est autem Rheu ponticum diuersum à Rheu barbaro: vt libro primo huius Operis, & alibi copiosissimè demonstraui. Quum verò Rheu ponticum Galeni, aliorumq; veterum, de quo hoc loco Nicolaus loquitur, sit officinis nostris incognitum adhuc, aut saltem in vsum hodie medicorum non veniat, pro eo succedaneo aliquo vtendum erit: quod quale sit, metipse Nicolaus ostendit. Nam suo quoq; tempore rarum esse cœpit Rheu ponticum verum, ideoq; eius succedaneum indicare coactus est. Sic enim in interpretatione quarundam vocum ille scriptum reliquit: ἐὰν μὴ ἢ ῥέος, κενταύριον τὸ μέγαν, ἢ συμφύτης ρίζα, id est, Si desit Rheu, Centaurio magno aut Symphyti radice vtendum. Et Nicolai sententiam confirmat Galenus, qui in libello suo περὶ ἀντιβαλλομύδιαις ἀντιῥέος, κενταύριον: hoc est, pro Rheo, Centaurium, substituendum esse docet. Quum itaq; ferè omnes Centaurij magni radicem pro vero Rheo pontico vsurparent, factum est, vt nomen Rhei pontici in Centaurij radicem translatum sit: quod etiam hodie in officinis retinet. Rheo pontico igitur Seplasiarum, aut Symphyto, id est, Consolidæ maioris vulgò vocatæ radice, pro veterum Rheo vtendum erit pharmacopœis. Hoc autem in loco maxime vsurpandum erit, vt sanguinem excreantes hæc antidotus iuuare etiã possit. Quum verò neutra harum radicum purgandi facultatem habeat, dubium nõ est, nostrum Rheu barbarum, cui eiusmodi facultas inest, à veterum & Nicolai Rheo esse diuersum, quod libro primo quoq; fusius monstraui.

*n Behen albi & rubri.*) Græcè est ἑρμόδακτύλος ἑρυθρὸς καὶ λευκός, id est, hermodactyli rubri & albi.

O iij & albi,

Costi succedaneum.

Styrax calamita.

Salvia.

Saliunca.

Meum.

Simapi.

Saxifraga.

Empetron alterum.

Cordus balucmatus.

Rheu Ponticum.

Succedaneum Rhei pontici.

*Hermodacty-  
li Nicolai.  
Behen alba  
& rubra.*

& albi. Studiò autem has voces omisimus, ne imperitis Seplatiarijs errandi daremus occasionem, qui Hermodactylos nominant stirpes, ab ijs quas ita Nicolaus appellat diuersissimas. Quippe Nicolaus, perinde atq; Actuarius, Hermodactylos rubros & albos vocat eas radices, quas Arabes, & officinæ medicorū, hos quasi semper imitantes, Behen albam & rubram nominant. Hæ olim afferebantur ex Armenia: quarū quædam contortæ erant, aliæ in rectū exierunt, suauis odore, & glutinoso humore. Eas Serapio calidas & humidas, ex Mesuæ cuiusdam sententia, esse statuit. Auicenna calidas & siccas in secundo ordine. Ita nihil est in Arabum scriptis solidum, ac sibi consonans. Hodie ex Italia ad nos deferuntur, vt suspicio sit, non esse legitimas, præsertim quum Arabum notæ illis non respondeant. Alba quidem Behen, quæ officinæ ostendunt, mirificè tortuosa est; ac glutinosum aliquid præ se fert, sed minimè odore suauis donata, vehementer tamen amara. Rubra certè nihil habet, quod legitimam esse doceat. Quid autem sit Behen illa rubra tomo 1. nostrorum de stirp. histo. cōmentario monstrauimus. Præstat igitur in ista hæcitate harum radicum succedaneo vt, quod Auicenna autore est Tuder. Ita verò Horminum appellat nominatam herbam: quæ qualis sit, altero nostrorū de Stirp. histor. cōmentariorum tomo monstrauimus. Horminum autem pro Behen substitui posse, facultates eius abundè docent. Nam venerem stimulat Horminum, Dioscoride autore. Behen itidem, Auicenna attestante, semen genitale adauget. Hic discutiendi gratia maximè indi potest. Quod si tamen sanguinem excreantibus hanc antidotum dederimus, præstat Behen rubeum officinarum, vtpote adstringens medicamentum, iniicere.

*Phu.*

*o Phu.*) Valerianam intelligit: & quidem, si haberi potest, optimam, quæ, qualis sit, alibi ostendimus. In melioris autem penuria, vulgari vt licebit.

*Carnabadiū.*

*p Carnabadij.*) Græcè est καραβάδι. Studiò igitur Græcam vocem retinimus, vt quid per hanc vocem Nicolaus intelligeret, pharmacopœi cognoscerent. Ita verò appellat, nempe καραβάδι & καραβάδιος, cuminum Aethiopicum, vt satis liquet ex antidoto 406. in qua metipse Carnabadium interpretatur cuminum Aethiopicum. Simeon autem Sethi, & alij recentiores Græci, Carnabadium nominant, Careum Dioscoridi & alijs dictum. Hinc est, quod latini codices Nicolai, quos Cordus secutus est, hoc loco pro Carnabadio habent Carei. Nihil autem refert, Cumini an Cari, seu Carei semen vsurpemus, quum eandem facultatem omnia obtineant, & vtrunq; vrinam moueat, flatustq; discutiat.

*Amomum.*

*Corduserrat.*

*q Amomi.*) Amomum legitimum hodie desiderari, libro primo ostendimus. Neq; enim est rosa Hierichuntis, aut S. Mariæ, vt Cordus censet. Siquidem Bryoniæ folia haud obtinet, nullum Origani odorem refert, acrimonia nares non percellit, imò potius nullus est odoris. Tantisper igitur dum carebimus verò Amomo, eius vice, Galeno autore, Acoro vtetur: aut in huius penuria, Galanga maiore vocata, aut ammos semine.

*Succedaneum Amomi.*

*Macedonisiū*

*r Macedonisiij.*) Per Macedonisiū inaudiendum semen, quod Græcis Hippofelinum, & Romanis Olus atrum nominatur. Hinc est, quod idem semen in hodiernum vsq; diem Seplatijs petroselinum macedonicum, quod in huius locum in veri petroselini Macedonici locum successerit, vocetur: quum Macedonisiū potius, Nicolai exemplo, illis appellandum esset. Sed hinc more suo nobis obgannit Matthiolus, negatq; Macedonisiū vocatū esse Hippofelini, sed potius Smyrniij semen. Parum cogitans Smyrniij semen esse Brassicæ semini simile, cum quo Macedonisiū nullam prorsus similitudinem habet, rotundum enim non est. Quapropter si etiam euerit Matthiolus hoc semen quod officinis nostratibus Petroselinum macedonicum vocatur non esse Hippofelinum, tamen id nunquam à nobis impetrabit, vt illi concedamus idem semen esse Smyrniū, ideo in manifesto errore versari Matthiolum constat.

*Libysticum.*

*Succedaneum Libystici*

*s Libystici.*) Et illud hodie semen in officinis medicorum desideratur. Neq; enim id est quod Leuisticum illæ appellant: id enim Dauci potius genus est, vt alibi demonstrauimus. Quapropter eius succedaneo vtendum, quod, Galeni testimonio, est Staphilinus. Vt enim Libystici semen mensis cit, vrinam prouocat, flatustq; discutit: ita etiam Staphilinus, vt ex vtriusq; historia patet. Aut loco eius vtantur semine eius herbæ, quam nos pro Libystico in altero nostrorum de stirpium historia cōmentariorum tomo subiecimus.

*Succedaneum Simonis.*

*t Simonis.*) Simonis historiam in tertio de Stirpium historia tomo texuimus. Non habetur in officinis medicorum. Pro eo tamen vsurpare licebit semen id, quo hætenus Seplatiæ pro Amomo vsæ sunt.

*Margarita*

*integræ.*

*Os anterius*

*varium pur-*

*puræ.*

*u Margaritarum non perforatarum.)* Hæ enim perforatis, vt primo diximus libro, præstantiores sunt.

*x Osis anterioris narium.)* Intelligit id, quod Actuario & alijs recentioribus Græcis Blattium Byzantium, & Byzantis appellatur. Officinis Blacca Byzantia. Sic autem nominant purpuræ operculum, quod foramini capitis eius, quod naris instar est, veluti scutum imponitur. De quo plura libro primo annotauimus.

*y Mellis*

*y Mellis quod satis est.*) Triplum verò mellis sumitur, quod semel monuisse sufficiat. Si quis de ceteris, quorum nulla in ijs annotationibus mentio facta est, dubitauerit, is ad indicem, aut primum recurrat librum. Cæterum in Nicolai latinis codicibus, octo hæc in ista Antidoto desiderantur medicamenta: Saluia, palmulæ, Behen album & rubrum, zaphyrus, smaragdus, iaspis, & nux auellana.

*Qua in latinis Nicolai codicibus medicamenta desint.*

## THERIACA ANDROMACHI.

## II.

**T**heriaca, seu Theriace dicta est, quod ferarū & viperarū moribus medetur, omnium antidotorū præstantissimū: exitiabilibus venenis, & ferarum virus eiaculantium ictibus aduersatur. Inueteratis capitis doloribus, vertiginibus, aurium grauitati, comitialibus, attonitis, apoplecticis uel, resolutis, oculorū hebetudinibus, uociamissæ, asthmaticis, recenti & vetustæ tussi, sanguinem reijicientibus, egrè excreantibus, & nō nisi recta ceruice spirantibus, ventriculi imbecillitatibus ac inflationibus, colicis cruciatibus, ileosis, cholericis, cœliacis, regio morbo correptis opitulatur. Induratum lienem liquefacit, calculos in renibus comminuit, urinæ difficultati, & vesicæ exulcerationibus medetur. Februm horroribus & rigoribus, hydropicis, elephantia laborantibus sæpe præfenti est auxilio. Menstruacit, fœtum mortuum excutit: articulorum doloribus adiumento est. Non autem corpus modò, sed & animi morbos persanat. Melancholicis itaq; lymphaticis, aquæ pauoribus, & id genus alijs malis iugiter data succurrit. Cæterum in pestifera lue, vix aliud præsentius magisq; idoneum præsidium, hac ipsa inueniri potest. Habet <sup>a</sup>pastillorum <sup>b</sup>theriacorum, drach. viginti quatuor. Pastillorum <sup>c</sup>scilliticorum, drach. quadraginta octo. Piperis longi, <sup>d</sup>liquoris papaueris, <sup>e</sup>magnatis hedychroi, añ drach. viginti quatuor. Rosarum aridarum, <sup>f</sup>iridis Illyricæ, <sup>g</sup>glycyrrhizæ, <sup>h</sup>seminis napi syluestris, <sup>i</sup>scordij, opobalsami, cinamomi, agarici, añ drach. duodecim. Myrrhæ, costi, croci, casia, nardi Indicæ, <sup>k</sup>florum iunci odorati, thuris, piperis albi & nigri, <sup>l</sup>dictamni, <sup>m</sup>marrubij, <sup>n</sup>rhei, <sup>o</sup>stroechadis, <sup>p</sup>petroselinii Macedonici, calaminthæ, terebinthinæ, zingiberis, quinquefolij radicis añ drach. sex. <sup>q</sup>spolij, chamepityos, styracis, amomi, <sup>r</sup>boti yos, mei, nardi Celticæ, <sup>s</sup>sigilli Lemnij, phu Pontici, chamædrios Creticæ, <sup>t</sup>foliorum malabathri, <sup>u</sup>chalcitidis tostæ, gentianæ, anisi, succi hypocistidis, carpobalsami, <sup>x</sup>gummi, seminis fœniculi, <sup>y</sup>cardamomi, fœselios, <sup>z</sup>acaciæ, <sup>A</sup>thlaspios, hyperici, <sup>B</sup>sagapeni, ammeos, añ drach. quatuor. Castorij, <sup>C</sup>aristolochiæ tenuis, seminis dauci, bituminis Iudaici, opopanacis, centaurij minoris, galbani, añ drach. duas. Mellis, libras decem. Vini phalerni, <sup>D</sup>quod satis est. Conijce in mortarium opium, hypocistidem, sagapenum, glycyrrhizæ succum, acaciam, styracem, opopanacem: & affunde exiguum mellis, & vnum quodque contusum dissolue, & adijce vinum ut illa superet, finitoq; vt per triduum madescant. Dein arida omnia, radices scilicet, semina, herbas, tusa & cribrata conijce in mortarium, & affuso vino terito, ac <sup>E</sup> vt collyria lauigato. Postea ijs e mortario exemptis, admisce omnia arida, & validè subigito. Tandem iniijce mel, terebinthinam, galbanum, & opopalsamum, ac calefacta in cacabo confunde. In mortario autem hæc vniendo diebus quinque validè subigito, ac in vitreo vase recondito. Atq; hoc modo Andromachi theriacam Nicolaus Myrepsus conficiendam esse docet. Aëtius aliã habet, huic propemodū similem, hanc scilicet. Casiam & Cinamomum per se tundito, & cribrato. Dein crocum, primum in mortariū coniectū, cum vino probè terito. Vbi q; tenuissimus factus fuerit, ei cribratam ligneam Casiam addito, & rursus affuso vino terito. Postquam Casia sufficienter fuerit trita, sigillum Lemnium, cum vino modico, in alio paruo mortario per se terito, & bitumen similiter dissolutum ad Crocum & Casiam iniijcito, ac rursus aliquandiu terito. Reliqua verò omnia herbacei generis cum tribus pastillis & castorio tundito, perq; tenuissimum cribrum

*Theriacam conficiendi ratio pharmacopœis obseruanda.*

O iij cernito,

*Chalcitis vt  
torrenda.*

cernito. Succulenta verò omnia, acaciam nimirum, myrrham, opium, thus, hypocistidis succum, glycyrrhizam, opopanacem, sagapenum, galbanum, & gummi contusa, in competenti vini mensura vna die ante macerato. Styracem verò in mortarium magnum ac amplum coniectum, cum opobalsamo terito, & priuatim vnito. Deinde & præmacerata succulenta in mortarium iniçito, ac probè terito: atq; si opus fuerit, vinum sensim affundito. Postquam autem & hæc sufficienter fuerint trita, styracem antea tritum, & casiam, & crocum, & quæ cum eis sunt adijçito, ac diligenter vnito. Chalcitidis deinde bonæ vncias sex in ollam exiguam, nouam, amplioris, iniçito, & supra carbones ignitos imponito, & Chalcitidem assidue cum pura rudicula agitato. Quum verò liquefieri cœperit, & lutosam subsidentiam acquisierit, statim ab igne auferto: positaq; in terram ollula, quo vniatur, diligenter agitato, coagmentatamq; paulisper sinito. Deinde ablato & abiecto eo quod in superficie siccus & rufum apparet, ex medio quod viridius est, & molle apparet, accipito: ac quatuor drachmas ponderato, easq; in medium mortarium iniçito, in quo reliqua prius trita habes: cumq; modico vino in aliquo mortarij loco dissolutas, cum reliquis committito, ac exiguo addito melle despumato, vnito. Postquam verò Chalcitis ad reliqua trita fuerit admixta, omniaq; nigrum acceperint colorem, tunc addito etiam terebinthinam, cum modico melle prius dissolutam. Quæ deinde admixta, arida etiam tusa & cribrata adijçito, & reliquum item mellis paulatim admisceto. Postea cum magno pistillo omnibus quam diligentissimè vnitis, antidotum ipsam in mortarium transfundito, & pistillis ligneis ex grauissimo ligno & politissimo fabrefactis, eam ad solem in mortario tundito. Deniq; probè contactam sinito, & rursus post triduum aut quatrimum ad horas tres tundito, atq; id donec quadraginta dies abierint facito. *F* Dein vasis vitreis, modico melle despumato prius imbutis, excipito. Neq; verò vasa valde expleto, sed locum quandam quo transpirare, ac efferuescens se attollere medicamentum ne effluat possit, relinquito, probeq; contactum ac obligatum adseruato. Hæc est priore magis exquisita theriacam conficiendi ratio, quam Seplassarij obseruare debent. Reponendum autem hoc medicamentum, donec feruescat in tepido & sicco loco: postquam verò subsederit, in frigido & sicco loco adseruandum erit. Per mensem medicamentum ipsum visitare oportet, & rudicula munda agitare, ne id quod in superficie est, & quod vasi contiguum adhæret, exarescat. Cæterum *G* tempore ad concoctionem non exiguo indiget, quo matura vsui antidotus fiat, & iuste concoquatur.

#### ANNOTATIONES.

*Andromachus.  
Bernardus  
Dessennius  
nō audiendus*

Hæc theriaca Andromachi senioris, Neronis archiatri est, adeoq; omniū optima. Quapropter cæteris omnibus contemptis, hac vna medici vti debent, nec aliam pharmacopœos parare oportet. Nec audiant hortor Bernardum Dessennium Cronenburgium, qui hanc officinis negligendam putat nulla alia de causa, quam quod sit mendosissima & peruersissima. Nam nos mendas eas omnes sustulimus, & simplicibus omnibus suas appellationes restituumus. Quod quum ipse præstare haud posset, factum est vt abiiciendam putarit. Sed neq; hoc loco Francisci Alexandri morsus effugere potui, quin me illis connumeraret, atqui falso, qui suas compositiones è mendoso Nicolai codice petunt omnes. Quum autem alijs in locis hanc calumniam abundè diluerim, & hoc loco Theriacæ compositionem ex Andromacho recenseam, prolixiore confutatione opus haud erit.

*Pastilli.*

*a Pastillorum.*) Pastillos Latina voce appellauimus, quos Græci τροχίσκος, officinæ non nihil deprauata appellatione, trociscos nominant.

*Theriaci.*

*b Theriacorum.* Pastilli theriaci sunt, qui à vipera, vel vt hodie vocant de thiro conficiuntur, qui infra inter pastillos describentur.

*Scillitici.*

*c Scilliticorum.*) Eodem in loco horum etiam compositionem reperies.

*Liquor papaueris.*

*d Liquoris papaueris.*) Opium hodie vocatum intelligit, quod non est nisi liquor siue lachryma papaueris, sua spontè emanans. De quo abundè lib. 1. diximus.

*Magma Hedychrom.*

*e Magmatis hedychroi.*) Pastilli genus est, qui ab Auicena corruptè Alindaracaron nuncupatur. Eius descriptionem infra inter pastillos referemus. *f Iridis*



*f Iris Illyrica.*) Hæc hodie nostris Sepplasis ignoratur. Annitendum verò illis, ut hanc *Iris Illyrica*, aliquando habeant ex Illyria, quæ non longè à Germania abest. Dum est generum, ut libro primo huius Operis diximus. Interim tamen dum Illyrica iride desituuntur, pro ea ut Florentina nominata utantur licet: aut de Galeni potius in suis succedaneis sententia, Helenio odorato, seu ut hodie appellant, Enula campana aromatica. Inquit enim, *ἀντὶ τοῦ Ἰλλυρικῆς, ἑλένηο δρωματικῆς.*

*g Glycyrrhizæ.*) Non radicem eius, sed succum potius Andromachus hoc loco accipiendum esse innuit, id quod sequentia satis testantur, & id ipsum confirmat libro primo de Antidotis Galenus, qui hanc vocem disertè explicans ait, *γλυκυρρίζης χυλῶς*, id est, dulcis radicis succum.

*h Seminis Napi sylvestris.*) Napum, quem Græci Buniada nominant, duplicem esse, alibi ostendimus, nempe sativum & sylvestrem. Satiuum, paruum, oblongum, densumque rapum est, quod Germanis *Drucken steckrüblin* oder *Beyrisch rüblin* nuncupat. Sylvestris, ipsdem *Nasssteckrüblin* appellatur. Geminus autem est, Creticus, & Germanicus, ut tomo primo nostrorum de Stirp. histo. commentarium diximus. Matthiolus lib. 5. suarum epistolarum medicinalium Galeni sententiam, qui sylvestris Napi ex Creta allati semen Theriacæ imponendum esse præcipit, impugnat, & sativi potius Napi semen usurpandum esse contendit, quod Andromachus nec agrestis, nec sativi apertè meminit, sed dulcis tantum Napi seminis. Quum verò in agresti nulla percipiatur dulcedo, sed potius acuta quædam amaritudo, ideo illum de domestici Napi semine locutum esse verisimile est. His inquit, Dioscoridis accedit autoritas, qui lib. 2. Napi sativi semen potum venenorum vires hebetare, antidotisq; admisceri scribit, quas tamen vires sylvestri, de quo 4. libro egit, nusquam tribuit, sed tantum ad vrinæ secundasq; ducendas commendavit. Quanquam autem non anxie cum Matthiolo contendere velim, num sativi, an sylvestris Napi Buniadis, quod uterq; dulcis sit, semen Theriacæ compositioni adhibendum sit, quum easdem vires habeant, tamen nihil dubito quin Cretici sylvestris Napi, utpote maius & præstantius, ut ex pictura quam in primo nostrorum commentariorum de Stirp. histo. tomo sub iecimus, satis liquet, Galenus cæteris rectè prætulit. Hincq; adeo est ut dum Galenum immerito flagellat, Matthiolus ipse in maximum incidat errorem, nempe Bunium cum Buniade confundens. Licet enim tum Bunias, tum Bunium Lapi genus sit, ut ex libro 20. Plinij capite 4. liquet, tamen Andromachus nequaquam de eo Napi quem Bunium, sed de eo quem Buniada vocant loquitur: inquit enim *καὶ γλυκῆς σπέρματι* *ἢ βυνιάδι*. Quum verò Napus Bunias etiam geminus sit, quod ignorat Matthiolus, nempe sativus & sylvestris, & rursus ille quoq; duplex est, ut loco paulo antè citato ostendimus, Galenus ex sylvestris genere Creticum reliquis antetulit. Cæterum quod ad Dioscoridis locum attinet, nemo est qui non videat Matthiolum illius testimonio non rectè uti. Siquidem Dioscorides non nisi de Napo Buniade, & eo quidem utroq; sativo scilicet ac sylvestri, libro secundo tractat, quare non erat cur per sylvestrem Napum Buniada, ipse Bunium dictum intelligeret. Merito igitur Matthiolus suos prodir errores, dum in aliorum scripta nimium inquirens, quæ vera sunt pro falsis refutare studet.

*i Scordij Cretici.*) Creticum Scordium ad conficiendam Theriacam Galenus libro primo de Antidotis, utpote quoddam optimum existit, usurpandum esse iubet. Nos tamen inter ea nostrate satis efficaci utemur. Hoc quale sit, alibi abundè monstravimus: errareq; ibidem, qui pro eo alio sylvestri utuntur, docuimus.

*k Iunci odorati florum.*) Quem latini iuncum odoratum, hunc Græci *σχόινον* vocant. Iuncus odoratus. Eius florem ipsdem *σχόινον ἀνθῶν*, vel *σχόινανθοῦ*: Sepplasis, suo more deprauantes vocem, *ratius*. Squinantum nominant. Quum verò hodie flores illi ad nos deferri detierint, culmis iuncti utri cogimur. Sunt autem horum tenerrimæ partes in cacumine decerpæ usurpandæ. Aut iunci huius succedaneo utendum, quod Galeno *περὶ ἀντιβαλλομελέων* teste, est Cardamomum. Quid verò sit Cardamomum, libro primo docuimus.

*l Dictamni.*) Creticum intelligit, qui folia habet alba, lanugine obducta, gustu acris. Hunc Sepplasis paucis ante annis, prius ignotum, agnoscere cœperunt. De quo alibi multa diximus.

*m Marrubij.*) Ita vocant Latini stirpem, quâ hodie Sepplasis græca nomenclatura *Prafrum* appellatur.

*n Rhei.*) Rheum hoc loco non significat Rhabarbarum officinis nominatum, ut nonnulli arbitrantur, & vulgares Nicolai Præpositi nominati codices latini falsò interpretantur: sed veteribus descriptum, quod interdum cum adiectione Ponticum vocarunt. Id quod satis testantur Galenus, Paulus, & Aëtius, in quibus scriptum est, *ῥῆς, ῥοῦ ποντικῆς, & ῥῆς ποντικῆς*. Huc accedit, quod rhabarbarum officinarum Andromacho, quemadmodum

*Glycyrrhizæ**Napus Sylvestris.**Scordium**Iuncus odoratus.**Squinantus.**Dictamnus.**Marrubium.**Prafrum.**Rheum.**dum*

dum etiam Galeno, fuerit planè ignotum. Nequaquam igitur pharmacopœis in Theriacis huius compositione Rhabarbarum est vsurpandum, sed Rha veterum Ponticum dictum. Quia verò id ipsum hodie nondum ab omnibus cognoscitur, eius succedaneo pro illo vtendum, quod quale sit, in Aurea Alexandrina exposuimus. Sed huic meæ sententiæ, quasi ex composito, reclamationat Matthiolus, qui lib. 5. suarum epistolarum medicinalium Rhabarbarum potius illi substituendum esse docet, quam magni Centaurij radicem, idq; nulla alia de causa, quàm quod Rhabarbarum præter id quod polleat odoris fragrantia, mirum in modum contra venena, & venenatorum morsus valeat. Quasi verò nihil in Theriacis compositionem misceatur, quod non odoris fragrantia præstet. Cur igitur Scordium, Sagapenum, & Castoriū non etiam abijcit Matthiolus, quum nullum illorum non grauissimum exhalet odorem. Accedit huc, quod non omnia quæ ad compositionem theriacis adhibentur venenis resistent, multa enim hoc tantum nomine admiscuntur, vt cæliacis, dysentericis, sanguinemq; reijcientibus opem ferant, qua vtq; de causa Rha ponticum, aut loco eius Centaurij magni radix, eius compositionem intrat. Valde autem ridiculum est, quod Auicennæ testimonium pro inepta & falsissima sua opinione confirmanda adducit. Nam constat omnibus Auicennam per Rhabarbarum non nisi Rha ponticum intellexisse, & nequaquam id quod hoc nomine hodie in medicorum officinis appellatur, quod qui historiã eius cum Galeni verbis de Rha pontico conferre voluerit manifestè comperiet. Vt mirum sit, quod Matthiolum tam absurdas opiniones proferre non pudeat, nisi forte se in regio solio collocatum esse existimet, vnde omnibus ius dicere possit, & illius dicta pro Apollinis oracula nobis habenda esse sibi persuaserit. Constitueram quidem Matthiolum nullo in loco acerbè excipere, verum quum reprehendendi me, & magna ex parte immerito, nullum faciat modum, necesse est ipsum ita referiam, vt alij etiam intelligant Matthiolum inanibus & nullius momenti rationibus in aliorum sententijs confutandis vti. Quod ad Nicolaum Myrepsicum attinet, dubium non est illum fuisse pharmacopolam, non admodum rerum peritum, sed diligentem in colligendis tum veterum, tum recentiorum medicorum in vnum librum medicamentis, vt mirum nihil sit, ipsum Rha ponticum à Rhabarbaro secernere haud potuisse. Quare Matthioli consilium pharmacopœi, tanquam minus veritati congruens, reijciant.

*Stæchas.*

o *Stæchadis.*) Procerior meliorq; Stæchas, Galeno lib. 1. de Antidotis teste, est, quæ ex Creta affertur. Quot verò genera sint Stæchadis, primo libro, & tomo de Stirpium historia tertio monstrauius.

*Petroselinum Macedonicū.*

p *Petroselini Macedonici.*) Non intelligendum de eo semine, quod ita hodie officinis nominatur: id enim est Hippofelinum, & nequaquam Petroselinum è Macedonia petitū. hoc namq; hodie haud cognoscitur. Licebit tamen pro eo vti semine Hippofelini, quod scilicet, Galeno teste, eius sit succedaneum. Hinc est, quod nomen Petroselini Macedonici, in hoc semen non sit temerè translatus. Nam quum in veri Petroselini penuria medici succedaneo eius vti cœperint, factum est, vt progressu temporis nomen Petroselini ei sit inditum, quod etiamnum hodie retinet in officinis. Habet autem Hippofelinum eandem cum Petroselino facultates, quare meritò eius succedaneum existit.

*Polium.*

q *Polij.*) Montanum intelligit, quod cæteris præstat. Historia & pictura eius est in tertio tomo.

*Botrys gallica.*

r *Botryos.*) Græcè & in libro Galeni de Theriaca ad Pisonem, vnde hanc compositionem ad verbum descripsimus, est ἀμώμυξ, βότρυς & separatis dictionibus. Hanc lectionem secutus est etiam Nicolaus Myrepsus, qui in Theriacæ Andromachi descriptione, itidem habet ἀμώμυξ, βότρυς & κελτικὴς, id est, amomi, Botryos Gallicæ. Botryn autem meritò Gallicam vocat, quod in Gallia copiosè proueniat, præsertim iuxta Lutetiam. Nam vt Ruelius, vir excellenti doctrina præditus, memoriæ prodidit, hæc herba Parisiensibus matronis, melius quàm Sepalsijs nota est, quæ illam odoris sui quem de se edit gratia vestimentis, pannis, linteis, ac stragulis curiosè interponunt, vt scilicet hinc odoris suauitatem contrahant. Andernacus in libris Galeni de antidotis primo, & de Theriaca ad Pisonem βότρυς & vocem parum rectè, vix conuertit. Andromachus autem in suis carminibus, quæ à Galeno iam citatis locis referuntur, non βότρυς &, sed βότρυς & οὐτ, id est, racemosi tanquam præstantissimi meminit Amomi, quod ita dictum est, Dioscoride teste, quod διονέ βότρυς ἐκ ξύλων ἀντιμωεπλεγμένον ἐαυτῶν, id est, ex ligno instar racemi seu vix se conuoluit. Hinc est quod Plinius Amomi vix non rarè, potissimum lib. 12. cap. 13. mentionem faciat. Quare si Andernacus vix vocem ab Amomi, interiecto comate, non distinxisset, reprehensione omni eius interpretatio, vacaret. Ex ijs igitur quæ iam commemorauimus manifestum sit, præsentem locum trifariam legi, quod in quibusdam codicibus, vt monstratum est, βότρυς & separatim ab Amomo, vt in libro de Theriaca ad Pisonem, & apud Nicola-

Nicolaum Myrepsum: in quibusdam verò, vt libro primo de antidotis Galeni, in carmine Damocratis, *βότρυος τ' ἀμώμου*, pro *βότρυον*, aut *βότρυος*, id est, vix amomi haud dubie carminis ratione dixit: in Andromachi autem carminibus *βότρυον ἀμώμου*, hoc est, racemosi Amomi scribatur. Omnes verò iam dictæ lectiones commodè se habent, & legitimæ sunt. Nam Andromachus sua lectione innuere voluit, in Theriaces compositionem, eam maximè Amomi partem esse adhibendam, quæ vix siue racemi speciem obtinet. Idem etiam significauit Damocrates, dum vixam Amomi Theriacæ permiscendam inquit. Qui *βότρυον* separatim legunt, hi præter Amomum iniiciendam esse aliam etiam herbam docent, quæ priuatim Botrys dicitur. Quorum certè sententia minimè damnanda erit. Nam quum inter facultates Theriacæ ea etiam ab omnibus iam dictis autoribus referatur, quod ijs qui non nisi recta ceruice spirant plurimum conferat, rectissimè profecto Botrys eius compositioni permisceri potest. Siquidem, vt Dioscorides autor est, hæc sumpta orthopnæas mulceat. Quum itaq; hæc sic se habeant, parum candidè facit Matthiolus, quod tum in altera Dioscoridis editione, tum in suis epistolis medicinalibus immeritò flagellat. Nam quum in libro meo de medica. compositione Andromachi Theriaces compositionem retulissimè, contendebam de sententia Nicolai Myrepsi non solum Amomum, verum etiam Botrym iniiciendam esse. Nec dubito si hodie etiam viueret Andromachus, Botryos permissionem non esset improbaturus. Quum verò eius nullam fecerit mentionem, non alia de causa accidit, quàm quod sibi, quemadmodum fortè etiam Galeno, Botrys incognita fuerit. Quod si verò eius esse mirificam ad asthmatis & orthopnææ sanationem vim Andromachus cognouisset, haud dubie illam, perinde ac posteriores, Theriacæ admiscuisset. Nihil igitur opus erat Matthiolo, vt tot testimonijs ostenderet Andromachum in sua Theriaca Amomi tantum meminisse, quum id ipsum nunquam negauerim. Quod verò inquit fieri potuisse vt Nicolaus græci sermonis non admodum peritus, Andromachum non intellexerit, facilè Matthiolo concederem, si vocem *καλτρυξ* dictioni *βότρυον* non adiecisset. Donemus autem Matthiolo Nicolaum per errorem Botryos herbæ mentionem fecisse, quid tandem piaculi erit Botrym Theriacæ cõmiscuisse, quum illam nõ deteriorem, sed meliorem, magisq; asthmaticis conferentem reddat? Perperam igitur mordacitatis suæ frenes laxauit Matthiolus, quum nihil neq; in me, neq; in Nicolao esset quod merito suggillaret. Cæterum ridiculum est, quod Nicolai lapsum Ruellij autoritate fulcire me voluisse inquit, quum nulla alia de causa eiusdem testimonium produxerim, quàm vt ostenderè Botrym rectè à Nicolao dici Gallicam, quod copiosè in Gallia proueniat, adeoq; illic mulieribus notior quàm pharmacopolis sit. Sed magis meherclè ridiculum est, quod me Germanicam Botrym descripsisse ait, quum hæc ipsa nusquam sua sponte in Germania nascatur, sed hortorum cultum illic perpetuò requirat, ita vt hoc nomine Botrys dici germanica non possit. Ita quum alios ridere studet Matthiolus, non raro alijs seipsum ridendum propinat. Amomum deniq; nunquam esse racemosum negaui, vt qui illud iam pridem ex Dioscoride, & alijs cognouerim, vt frustra tot cõgerendis ad eam rem cõprobendam testimonijs laborarit Matthiolus. Potuisset itaq; hoc etiam loco sibi temperare Matthiolus, nec mihi temerè facessere negotium, illumq; referendi præbere occasionem. Verum permittamus ipsi quæ vult dicat, vt interim quoq; quæ non vult à nobis audiat. Porro inueniet etiam hic Franciscus Alexander, quæ fortè illi pro risu, lachrymas mouebunt, vt qui, Matthioli reprehensione apprehensa, me etiam, more suo, pungere voluit.

Matthioli  
calumnia  
depulsa.

*s Sigilli Lemnij.*) Officinæ medicorum Terram sigillatam nominare consueuerunt. Non est tamen quod figulinam illam, qua hætenus vsæ sunt, terram pro Lemnio sigillo vsurpent. hæc enim nullius est momenti, & inefficax, ideoq; abijcienda: sed eam potius, quæ Turcicis characteribus signata est, & quæ colore pallido est, aut dilutius rubet, & saporem adstringentem obtinet. Ea enim etsi pura non est, tamen multo præstantior vsitata existit. Legitimum autem sigillum Lemnium est, quod hodie Boli armeni nomine insignitur, vt lib. primo diximus. Impostores mercatores, sordidi quæstus gratia, sigulino etiam luto colorem adulterinum inducunt, & Turcicas ei imprimentes qua possunt ratione literas verum Lemnium sigillum, exprimere ac imitari student. Sed impostura hæc nos, quo minus illud abijciamus, nihil impedire debet.

Sigillum  
Lemnium.

*t Foliorum Malabathri.*) Intelligenda sunt, quæ hodie simpliciter Folia Seplasijs dicuntur. De quibus quid statuendum sit, in Aurea Alexandrina est indicatum.

Foliorum  
malabathri.  
Chalcitidis.

*u Chalcitidis tostæ.*) De Chalcitide lib. i. est dictum. Melior est vsa, quod tenuiorum fit partium. Vrendi autem, siue torrendi eius ratio in Theriaces confectio est exposita. Admiscuit hanc Theriaces compositioni Andromachus, partim coloris nigri conciliandi gratia, qui ab omnibus in theriaca requiritur: partim etiam, vt hinc desiccandi consequatur facultatem.

x Gummi.)

- Gummi.** x *Gummi.*) Inaudiendum, quod cum adiectione hodie Arabicū Seplafijs nominatur. Tale verò est, quod ex Acacia Aegypti spina manat. Græcis absoluto sermone Gummi dicitur. Id quia in grumos vermium modo concretum est, ideo à nonnullis Vermiculatum appellatur. Hanc formam quum non habeat id quod in officinis ferè omnibus venale exponitur, ideo adulterinum sit oportet. Non est tamen cur Arabicum vocatū gummi Mauritanis, ob id, vt Matthiolus somniat, non sit id quod ex Aegyptia spina manat.
- Vermiculatum.**
- Cardamomū.** y *Cardamomi.*) Quod Græcis Cardamomum, id Arabibus Cardumenum, & Cordumenum dicitur: hodieq; desideratur, ac ignotum est, vt libro primo copiosè monstrauimus. Quia verò id quod sub hoc nomine in officinis prostat, & Serapioni Sacolla vocatur, insignibus aromaticis viribus est præditum, gustuq; non secus ac Græcorum acre & amarum existit, eius loco rectissimè vsurpari potest.
- Sacolla.**
- Acacia.** z *Acacia.*) Acacia vera est succus eius fructus, qui decerpitur de spina, vnde Arabicum gummi manat. Hæc hodie rarò habetur. Eius vice vtendum succo syluestrium prunellorum diligenter spissato, vt libro primo ostendimus. Is ita conficitur. Pruna syluestria aqua macerata, lento igni ad dissolutionem coquantur. Colatum ex ijs siccatur igni, vel sole complanatur, inq; tessellas rubentes & adstringentes secatur. Qui succo foliorum Rhœis aut Lentisci, vel Hypocistim pro ea substituere volunt, cum ijs digladiandum non erit.
- Acacia vsitata vt conficiatur.**
- Thlaspi.** A *Thlaspi.*) Eius herbæ historia vniuersa ex altero tomo nostrorum de Stirpium historia Commentariorum petenda erit.
- Sagapenum.** B *Sagapeni.*) Officinis medicorum hodie corrupta voce Serapinum nominatur, vt libro primo est indicatum.
- Aristolochia tenuis.** C *Aristolochia tenuis.*) Quæ sit Aristolochia tenuis, puto hodie ab omnibus ferè ignorari. Neq; enim Cordo, & alijs assentior, qui hanc esse nostrâ hodie longam vocatam Aristolochiam existimant. quippe hæc folia magna, lata & oblonga, hederacea q; habet. Tenuis verò, quæ Clematidis Dioscoridi nominatur, folia subrotunda, minori Sedo siue semperuiuo similia obtinet. Norunt verò omnes, foliorū nostræ Aristolochiæ longæ cum Semperuiui folijs, quæ minimè lata, vt illa, sed rotunda, & figuræ oualis, vt vermiculos putes, sunt, nullam esse similitudinem: vt alibi fufius monstrauimus. Nō est igitur tenuis Aristolochia, nostra longa. Vt cunq; verò Clematidis dicta Aristolochia non sit longa nostra, tamen quum omnes Aristolochiæ eandē facultatem habeant, & nostra, longæ sit species, licebit ea vti sine errore pro Clematite. Quæ autem vera sit Clematidis Aristolochia in primo nostrorum de Stirpium historia Commentariorum tomo ostendimus.
- D *Quod satis est.*) Liquoribus & gummi dissoluendis scilicet.
- E *Vt collyria laeuigato.*) Id est, in tenuissimum puluerem instar collyriorum, quæ Sieff officinis dicuntur, redigito.
- Stannū non est plumbum album.** F *Vasis vitreis.*) Aut alijs è densa materia: verbi gratia, plumbo albo, quod falso hodie stannum vocant, factis.
- G *Tempore ad concoctionem.*) Nam, Galeno lib. de Theriaca ad Pisonem teste, concoquitur plurimū duodecim annorum spacio. Qui autem vigentiore validioreq; ipsa vti volunt, etiā quinto anno, & septimo exhibuerunt. Paulus itidem post annum suæ ætatis septimū ea vtendum esse iudicat. Aëtius, vt plurimū, Theriacen per duodecim mensium spaciū concoqui scribit. Qui verò ipsa magis vrgente & validiore vti volunt, inquit idem, etiā post vnum mensem ea vtuntur. Nicolaus post menses sex, aut decem, hæc vtendum esse præcipit. Perfectè autem post decem exactos annos concoqui, idem scribit. Verū quū Aëtius ad verbum hunc locū, temporis mutatione excepta, ex Galeno transcripserit, suspicio est, non rectè mensium, pro annorum, & in Aëtio, & in Nicolao legi. Est autem validum medicamentum ad triginta vsq; annos.

## THERIACA DIA TESSARON.

Ioannis Mesuæ Damasceni,

## III.

**A**Ntidotus hæc ad frigidos corporis affectus, siue in cerebro, siue in ventriculo, aut iecore consistat, nempe epilepsiam, resolutionem, conuulsionem Cynicam, quam oris torturam vocant, inflationes ventriculī, tardam eius concoctionem, aquam inter cutem, malum corporis habitum, obstructionem, morsum scorpionis, & venenū haustum confert. Recipit gentianæ, baccarum lauri, myrrhæ, aristolochiæ rotundæ, añ vnc. duas. Trita curiosè omnia mellis optimi despumati lib. duas excipiunt. Datur ab aureo dimidio, ad aureū vnū. ANNO.

<sup>a</sup> Vetus & utilis hæc est Antidotus, quæ *Δια τεσσαρον* dicta est, quod è quatuor simplici-  
bus medicamentis sit composita. Et nomen eius satis testatur, Græcorum esse inuentum. *Dia tessaron*  
Ab illis enim describens hanc ipsam Ioannes, filius Mesuæ Damasceni veterem inscriptio-  
nem mutuari voluit. Ea certè est, quæ hodie etiam à circumforaneis & impostoribus il-  
lis, qui epoto, si dijs placet, veneno mirificè instantur, passim pro magna theriaca vendi-  
tur. Et sciendum hoc loco erit, nos non temerè hanc Antidotum inscripsisse Ioanni Da-  
masceno Mesuæ filij. Nam opus illud de Re medica, in quo hæc Antidotus habetur, non  
est Mesuæ, vt pleriq; putant, tribuendum. nam Mesuæ pater fuit Ioannis, qui & ipse filius  
fuit Hamech, filij Hely, filij Abdolæ regis Damasci. Ioannis igitur Mesuæ filius Damasce-  
nus, præfati operis autor fuit. Quod hic monuisse nos semel, satis sit.

*Dia tessaron*  
*cur dicta.*  
*Ioannes Da-*  
*mascenus.*

<sup>b</sup> *Aristolochia rotunda.*) Quæ in officinis medicorum sub hac appellatione prostat, *Aristolochia*  
non est Aristolochia, sed potius Capnos, seu Fumaria Aetij, vt altero de Stirpium historia *rotunda.*  
Commentariorum tomo demonstrauimus. Vera iam facile ex Heluetia, & Italia haberi  
potest. Hæc intus solidam obtinet radicem, colore buxi flauo, odore & sapore nostrati Ari-  
stolochiæ longæ similis. In huius tamen penuria, Funtaria Plinij vt licebit radice, quod  
illa amara & subacris sit, perinde atq; legitimæ Aristolochiæ rotundæ radix. Aut certe no-  
strate longa.

*Aristolochia*  
*rotunda.*

<sup>c</sup> *Libris duabus.*) vt scilicet triplum mellis pondus sit, ad species collati. Alij quadru-  
plum esse sumendum putant, quod mihi non probatur. Siquidem metuendum, ne nimia *Mellis quan-*  
mellis copia, specierum facultas frangatur & obtundatur. Cæterùm hæc duæ Theriaces *titas.*  
compositiones Seplassijs sufficere debent. Præstat enim paucas easq; accurata diligentia,  
& probè paratas, quàm multas inutiles, & negligenter confectas, habere. Priorem, Andro-  
machi nimirum, pro ditioribus: alteram Dia tessaron dictam, pro ijs qui non admodum  
abundant: aut saltem, Abfyro & Vegetio mulomedicis testibus, pro iumentis conseruan-  
dis. Quare rectè Communem nominabimus, quod scilicet tum hominibus, tum iumen-  
tis exhibeatur vtiliter.

*Theriaca*  
*communis.*

## MITRIDATIS ANTIDOTVS.

Nicolai Myrepsici.

III.

**A**ntidotus Mithridatis sic ab ipso Mithridate, Ponti & Bithyniæ rege, qui  
eam inuenit, nominata, Galeno libro secundo de Antidotis teste, ad ea-  
dem quæ Theriace valet, & ad pleraq; perniciofa medicamenta, & venena est  
efficacior: in viperæ autem morsus curatione, theriaca inferior. Priuatim ve-  
rò facit ad diuturnas ventriculî, & thoracis fluxiones, & ad omnes inuetera-  
tas in profundo corporis exulcerationes & abscessus. Tabidîs, ventrisq;  
inflationibus medetur, appetentiam emendat & restituit, ac bonum corpori  
colorem conciliat. Calculos conterit, ac vrinæ difficultatem sanat. Acuit vi-  
sum, eorum qui illa crebrius vtuntur. Mortuum foetum eiicit, & ad muliebria  
omnis generis mala frigida, atq; ijs quæ non concipiunt conducit. Item melan-  
choliã non sinit consistere. Omne deniq; capitis malum, ex frigiditate ortû,  
do:ores aurium, lachrymâtes oculos, dentium cruciatus, oris, palati, auriumq;  
omnia vitia, emplastrî forma imposita, sanat. Accipit <sup>a</sup> styracis, drachmã vnã,  
& scrupulos duos. Caryophyllorum, spicæ, xylobalsami, <sup>b</sup> erui, <sup>c</sup> lachæ, traga-  
canthæ, mastiches, galbani, <sup>d</sup> gummi cedri, bituminis, castorij, <sup>e</sup> gummi, hede-  
ræ, bdellij, sigilli Lemnij, <sup>f</sup> meliloti, opopanax, ladani, <sup>g</sup> ammoniaci, opij, sul-  
phuris ignem non experti, glycyrrhizæ, nitri, succi hypocistidis, acaciæ, rosa-  
rum, chamædryos, hyperici, abrotoni, pgoniæ, hyssopi, origani, helenij, ligni  
iuniperi, foliorum lauri, aristolochiæ longæ, epithymi, peucedani, centaurij,  
rosmarini, eryngij, balaustiorum, foliorum myrti, absinthij, raphani, scille, car-  
pobalsami, anisi, nigellæ, hyoscyami, cumini, foeniculi, cardamomi, seselios,  
sinapi, ameos, sinonis, libystici, rutæ, papaueris, apij, dauci, rapi seminum, pi-  
peris longi, seminis ocimi, amomi, añ drach. vnã & dimidiã. Acori, <sup>b</sup> per-  
P sonatiæ,

sonatię, cyclamini, feminis agni, cornu ceruini vsti, añ scrup. duos. Balsami, cinamomi, croci, costi, floris iunci odorati, zingiberis, folij, terebinthinę, myrrhae, thuris, casia lignea, agarici, nardi Celticae, rhei Pontici, iridis, asari, distamni, marrubij, colocynthidos, stichadis, artemisiae, calaminthae, scordij syluestris, symphyti, chamapityos, piperis albi, piperis nigri, petroselinii, rhois culinarij, malabathri, nasturtij, quinquefolij, añ scrup. vnum. Baccarum lauri, scrup. vnum. Vini veteris boni, vnciam vnam. Mellis Attici, aut sacchari, quod satis est. Datur auellanę nucis quantitate ex vino tepido, cui Saluia sit incocta.

## ANNOTATIONES.

*Cordus.*  
*Dessennius.*

Hęc Mithridatis antidoti componendę ratio à pharmacopœis hodie obseruanda erit, & hætenus quidem ex Nicolai Præpositi præscripto parata est: quanquam non rectè, propter obscuras aliquot in ea voces, quę ab ipsis intelligi haud potuerunt. Atq; ea res Valerium Cordum quoq; mouit, vt hac descriptione præterita, alias potius ex Damocrate, Cleopatra, Antipatro, & Andromacho præferre voluerit. Bernardus quoq; Dessennius Cronenburgus, eadem haud dubiè de causa, legitima hac neglecta, aliam inusitatam hætenus protulit. Sed hęc me pungit Franciscus Alexander, quod derelictis primis & clarissimis fontibus, Myrepsum in antidotis pro miraculo habeam. Quasi verò nõ hoc meum sit institutum, vt pharmacopœos derelicto Nicolao Præposito, abbreviatore & deprauatore Myrepsi, ad fontes reuocem. Negare enim nemo, ne ipse tantum Franciscus, poterit, quin Myrepsi antidota, quandoquidem illa è Græcis, & Mauritanis descripserit, atq; maxima diligentia colligerit, reliquorum compositiones plurimum superare. Quod ipse, si occasio ferret, & locus daretur, per singula vagatus simplicia, demonstrare possem. Neminem verò prohibeo, quin etiam Græcorum compositionibus vtatur. Verum quum illa hætenus nostris vlitata non fuerunt, multis modis præstat, Myrepsi, quàm Præpositi illius deprauatoris maximi, vti compositionibus. Id quod etiam hęc semel mouisse satis sit, ne toties Francisci cauillationibus, & nullius momenti reprehensionibus mihi respondendum sit. Hanc igitur vt plenè pharmacopœi intelligant, annotationibus nostris illustrabimus.

*Seyrac.*

*a Seyracis.*) Quoties in Græcorum libris Styracis fit mentio, semper calamites in audiendus erit. De quo abundè libro primo huius Operis diximus: ad quem profectò pharmacopœi perpetuò in difficilioribus, & in ijs quibus nihil annotamus, confugere debent.

*Eruium.*  
*Succedaneū*  
*Erui.*

*b Erui.*) Officinę gręcę potius vsurpantes vocem, Orobum nominant. Hodie eruum vix agnoscitur, vt diximus libro primo: quare quærendum illius succedaneum erit. Non est autem semen vitæ syluestris, vt hætenus pharmacopœe putarunt: et si enim id ipsum desiccatur, tamen amaritatis expers est, vt hoc nomine pro Eruo vsurpari nequeat. Quare substituendum pro eo potius erit semen, quod perinde atque ipsum, incidendi, extergendi, & obstructions expediendi vim habet: quale est Cicer nigrum, aut Lupini semen.

*Lacha.*

*c Lacha.*) Quam Actuarius, alijq; recentiores medici Lacham nominant, hanc officinę Laccam vocare consueuerunt, Dioscorides Cancamum. Non esse autem Cancamum diuersum à Lacca Arabum medicamentum, sole clarius conspiciet, qui Dioscoridis de Cancamo historiam cum Serapionis Lacca conferre voluerit. Lacca tamen qua Sephasarij ac pictores nostra ætate vtuntur, non est posteriorum Græcorum Lacha, siue veterum Cancamum: quod nulla sit apud Dioscoridem nota, quę illi quadret. Siquidem tres sunt res quę Lachę appellatione veniunt, vt libro primo ostendimus. Tertia est officinarum laccę, quam Arabes iecoris tollere obstructions, & ictero, ac aquę inter cutem conducere tradunt. Auicenna tamen secundo Canone, laccę bis in diuersis capitibus, tanquam rent diuersam, maximo cum errore, sibi tamè familiari, describit. Primo sub nomine Ceichen, vel Keifen. quę haud dubiè vox ex Cancamo deprauata est. In hoc verò capite ipsum pingere Cancamum, omnes euidentissimè deprehendent, qui modò illud cum historia Cancami conferre voluerint. Deinde non longe post, illam sub Laccę appellatione describit. Vt hinc quoq; perspicuum euadat, in doctrina Arabum nihil esse solidum, & confusionis expers.

*Gummi cedri.*

*d Gummi Cedri.*) Hoc Gummi hodie in officinis nostratibus non prostat. Venetijs tamen comparari posset. In huius autem penuria eius succedaneo vtendum, quod Galeno auctore,

autore, Ladanum, vel vt Barbari efferunt, Laudanum existit. Verùm quū Ladanum aliās hanc compositionem ingrediatur, licebit pro eo vti gummi abietis, quòd eiusdem cum Cedri gummi sit facultatis, præsertim in curâdis vulneribus, & eijciendis calculis, ad quæ vitia Mithridatis antidotus maximè commendatur. Quare opus minimè erat, vt hoc loco genuinum mihi infigeret Matthiolus, nisi quod fortè mordacitatis nomine celebris esse voluerit.

*e Gummi.*) Ita interiectio puncto legendum erit, ac intelligendum, Arabicum hodie *Gummi*, appellatum, vt suprâ est monstratum. Nam Gummi in Mithridatis confectione Damocrates, Andromachus, & Aëtius meminerunt.

*f Meliloti.*) Melilotum legitimum à pharmacopœis vsurpandum. Nam id quo hæc Melilotum. nus vsi sunt ferè omnes, syluestris est lotus, vt alibi ostendimus, & libro I. monuimus.

*g Ammoniaci.*) Sepaliæ adiectione vnus literæ deprauantes vocem, Armoniacum *Ammoniacū*, nominant. De quo libro primo diximus.

*h Personatiæ.*) Bardanam & Lappam maiorem pharmacopœi, ac vulgus herbariorum *Personatiæ*, appellant.

*i Cornu ceruini vsti.*) Hoc loco maxima in Nicolai codice manuscripto, quo nos vni- *Cornu ceruini vstum.* co, quum illum Latio donarem, vsi sumus, mēda subest. Nam illic falso legitur *μολιβδης* *Nicolai locus restitutus.* *κεκαυμένου*, id est, plumbi vsti: quum omnibus constet, plumbum ijs quæ intra corpus sumuntur medicamentis, ab autoribus nequaquam permisceri. Legendum verò erit *ελάφης* *κεκαυμένου*, id est, cornu ceruini vsti: vt nos nunc conuertimus. Lectionem autem hanc esse legitimam & veram, omnes latini Nicolai codices testantur, qui cornu ceruini habent, vbi Græcus manuscriptus codex plumbi legit. Accedit quoq; ratio, lectionem hanc confirmans. Siquidem Cornu ceruinum vstum, dysentericis, vesicæ doloribus, & fœminis fluxione laborantibus confert: ad quæ sanè omnia vitia Mithridatis Antidotus accommodatur. Deniq; facilis admodum ab *ελάφης* dictionem in *μολιβδης*, imperito librario lapsus fuit. Hæc pluribus annotauimus, quòd in nostra prima conuersione locus non sit à nobis emendatus.

*k Nasturtij.*) Et hic locus in manuscripto Nicolai codice est corruptus. Siquidem is *καρδαμύμης* legit, pro *καρδαμύμης*. Non esse autem scribendum *καρδαμύμης*, hinc omnibus liquet, quòd paulo antè in hac compositione Cardamomi fit facta mentio. Inutilis igitur esset repetitio, si iam iterum Cardamomi mentio fieret. Proinde legendum erit, vt diximus, *καρδαμύμης*, id est, Nasturtij: quòd hanc lectionem Latinus Nicolai codex confirmet, qui statim post Malabathrum subiicit Cardamum. Hunc quoq; locum in nostra conuersione, religione quadam Græci codicis moti, in emendatum reliquimus.

*l Mellis Attici.*) Quum Atticum non habeamus, pro eo optimum mel odoratum, & *Mel Atticū*, despumatum accipiendum. Triplum autem mellis ad species, vt antè quoq; monuimus, inferendum.

## MITHRIDATIS ANTIDOTVS.

Andromachi.

V.

**M**ithridatium antidotū Andromachi ad latalia peculiariter efficax, inter nosq; affectus omnes. Accipit Glycyrrhizæ, drachmas septem semis, & quaternos obolos. Opij, drachmas quatuor, obolos duos. Castorij, drachmas sex. Polij, drachmas quinq; obolos duos. Costi, drachmas quinq; obolos duos. Spicæ nardi, drachmas sex, obolos duos. Calsiæ, drachmas quinq; obolos duos. Thuris, drachmas sex. Seseleos, drachmas quinq; obolos duos. Hypocistidis succi, drachmas sex. Acori, drachmas duas. Scordij, drachmas sex, obolos duos. Folij, drachmas quatuor. Gallij, drach. quinq; obolos tres. Alij drachmas sex. Cipheos, drachmas sex, obolos duos. Myrrhæ, drachmas sex. Croci, drachmas septem, obolos duos. Cinnamomi, drachmas septem, obolos duos. Styracis, drachmæ quinq; obolos quatuor. Dauci feminis, drach. sex, obolos tres. Zingiberis, drachmas septem, obolos duos. Phu pontici, drach. duas. Petroselinij, drachmas quatuor, obolos tres. Nardi gallicæ, drachmas quatuor. Fœniculi feminis, drachmas quatuor. Nardi indicæ, drachmas quatuor. Hyperici, drachmas duas. Gentianæ, drachmas quatuor. Alij drachmas duas.

P ij Anisi,

Anisi, drachmas tres. Thlaspi, drachmas sex, obolos quatuor. Mei Athamantici, drachmas quatuor. Alij drachmas duas. Rosarum aridarum, drachmas quatuor. Gummi, drachmas duas. Cardamomi, drachmas quatuor. Alij drachmas duas. Iunci odorati rotundi, drachmas sex, obolos duos. Opopanacis, drachmas sex, obolos duos. Opobalsami, drachmas sex, obolos quatuor. Galbani, drachmas septem. Scinci, drachmas duas, obolos duos. Resinae terebinthinae, drachmas sex, obolos duos. Vini chij, quod satis est, Mellis atticici cocti quantum sufficit.

## ANNOTATIONES.

Matthioli opinio impro-  
bata.

Matthiolus libro quinto epistolarum medicinalium, nescio qua temeritate ausus est Mithridatis antidotum Damocratis, ei quod ab Andromacho descriptum est proferre, idque nulla alia de causa, quam quod Damocratis compositio agaricum, stachadem, longum & album piper, balsami baccas, bdellium, Creticum dictamnium, & asarum capiat, quibus omnibus altera destituitur, quae venenis mirifice resistent. Quasi verò necesse sit Mithridatis antidotum omnia ea quae Theriaca recipit, habere medicamenta. Accedit quod Galenus, grauisimus scriptor, Andromachi compositiones alijs omnibus praefere soleat, ob componendi rationem quam ille in illis obseruauit paulò exquisitiorem. Sic enim hoc antidotum construxit, vt nò solum ad letalia sit efficax, venenisque plurimum resistat, verumetiam vt ad internos alios corporis affectus sanè multos, vtilitatem non contemnendam afferat. Denique ex eiusmodi medicamentis antidotus hoc constat, quorum hodie ferè omnium, excepto Opobalsamo, passim copia haberi potest, vt hoc etiam nomine merito Damocratis & aliorum descriptionibus sit anteferenda. Sed placuit Matthiolo hic & alibi se aliorum sententiae opponere, vt ipse solus, stertentibus reliquis omnibus, & à veritate deuiantibus, vigil esse & sapere videatur.

Matthioli error insignis.  
Cypheos compositio.

a Cypheos.) Et in huius compositione Matthiolus mirifice ineptit. Nam Damocrati, Cypheos compositionem acceptam refert, quae haud dubie est Mithridatis, vt videre licet apud Aëtium lib. 13. cap. 99. vbi Cyphim ijs verbis ex Andromachi sententia describit.

Sumito<sup>a</sup> Vuae passae tenuis pinguisimae detractis pellicula & vinaceis, hoc est, ipsius carnis, drachmas viginti quatuor. Terebinthinae vstae, drachmas viginti quatuor. Myrrhae, drachmas duodecim. Alij drachmas sedecim. Cinamomi, drachmas quatuor. Floris iunci odorati, drachmas quatuordecim. b Croci, drachmam vnam. Bdellij, drachmas sex. c Vnguis, drachmā vnam. Aspalathi, drachmas duas, & dimidiā. Spicē nardi, drachmas tres. Casiae, drachmas tres. Cyperi, drachmas tres, & dimidiā. Baccarum Iuniperi magnarum, drachmas tres, & dimidiā. Calami odorati, drachmas nouem. Mellis quantum satis est. Vini odorati parum. Myrrham, bdellium, & terebinthinam vstam cōtere cum vino, vt mellis liquidum crassitudinem habeat, dein vuam passam per se probè tritam iniice, simulque tritis mellis quantum satis est infunde, ac reliqua insperge, formatoque pastillos, & vtere. Vritur autem terebinthina hoc modo. Terebinthinam coniice in ollam, & triplum, aut etiam plus aquae infunde, & ad ignem adhibe, nihilque mouendo coque. Vbi verò aqua consumpta fuerit, & terebinthina friabilis, vt digitis confringi possit, eam tolle, & ad antidoti cōfectionem vtere. Si verò infumta aqua adhuc mollior appareat terebinthina, aliam aquam superfunde rursusque ad ignem adhibe, donec friabilis reddatur. Datur autem Cyphi per se cōmode ijs qui secur, aut pulmonem, aut renes, aut aliquod aliud viscus exulceratum habent.

## ANNOTATIONES.

Matthioli lapsus.

a Vuae passae tenuis.) Matthiolus manifesto errore accipiendas esse maiores, & nequamquam minores passulas contendit, quum tamen Andromachus disertè dicat, σαπίδον λεπίσιν. Nec alio argumento suam sententiam confirmat Matthiolus, quam quod laboriosum esse dicat, ab vuae passa tenui cutem & vinaceos detrahere, nihilque ferè vbi haec fierent pul-



pulpæ reliquum fore. Sit sanè laboriosum, tamen quum id requirat Andromachus, non est cur illi non obtemperemus.

*b Croci.*) Crocum Matthiolus omisit, cuius tamen vterq; Andromachus scilicet & Damocrates, mentionem faciunt: ita vt eius quam ipse refert compositio neutrius sit.

*c Vnguis.*) Hoc in loco turpissimè Matthiolus hallucinatur. Initio enim vnguium *Matthiolus hallucinatur.*

Bdellij mentionem facit nullius veteris medici scriptoris fretus testimonio. Nemo enim illorum vnquam Bdellij vnguium meminit, vt ille somniat, Plinio dempto, qui libro 12. cap. 9. sic scriptum reliquit. In Baëtriano nidor siccus, multiq; candidi vngues. Dubium c c

verò non est, quin Plinius hunc locum ex poeta quopiam, vt rectè censuit Cornarius, vel ex deprauatis Damocratis carminibus descripserit, qui Bdellium, vt liquet è malagmate eiusdem quod in fine libri octauo de compositioe medicamentorum localium Galenus refert, nunc διαυγές, id est, pellucidum, nunc verò ὄνυχια, id est, Dioscoride interprete, εἰκόσ ὄνυχι, hoc est, vngui, non profecto humano vt Marcellus Plinium haud dubiè secutus, interpretatur, sed odorato simile: id quod è verbis Dioscoridis fit euidentissimū, inquit enim, εἰκόσ ἐν τῇ θυμιάσει, εἰκόσ ὄνυχι, id est, odoratū in suffitu Onychis instar seu similitudine. Quibus sanè verbis disertè significare voluit, optimum Bdellium esse, quod incensum ac suffitum Onychis Indici Conchylj suauem referat odorē. Quum itaq; Bdellium colore humanum vnguem non referat, sed odore cum Onyche similitudinem habeat, adeoq; hoc nomine ὄνυξ dictum fit, sole meridiano clarius est, Damocratis versum,

in quo legitur *Damocratis locus emendatus.* *Βδέλλης ὄνυχαστε τὰς ἰσας συνωτρίσας*, id est, Bdellij vngues & pares aluminis partes, esse deprauatum. In Bdellio namq; etiam si legitimum fuerit, nulla vnguis humani conspicitur similitudo, ideo nulli planè sunt vngues Bdellij. Legendum igitur erit in Damocratis carmine: *Βδέλλης ὄνυχαστε τῆς ἰσας συνωτρίσας*. Sic verò esse legendum satis liquet ex Charmidis antidoto, quod itidem ex Damocrate citatur, & refertur à Galeno libro secundo de antidotis, vbi ita legitur: *Βδέλλης ὄνυχαστε τῆς διαυγῶς ὡς δρᾶχμῶν*. Id est, Bdellij Onychis, seu Onychis instar odorati, & dilucidi drachmam. Idem quoq; fit manifestum ex libro 10. de compositioe medicamentorum cap. 2. vbi Galenus fabullæ malagma describit, in quo sic legitur: *Βδέλλης ὄνυχος λιτρ. β.* Hoc est, Bdellij Onychis lib. duas.

Ex ijs igitur perspicuum fit, Plinium etiam deceptum fuisse, dum loco suprà citato, in *Plinij lapsus.* Bdellio multos candidos vngues conspici scribit, contra ocularem inspectionem, quæ nihil eiusmodi in Bdellio animaduertit. Dubium itaq; non est, quin Plinius mendosum inciderit codicem, in quo scriptum fuit, *Βδέλλης ὄνυχας διαυγῶς*, id est, Bdellij candidos vngues, siquidem pellucidos, ipse candidos vocauit. Plinij errorem hoc in loco secutus est quoq; Matthiolus, dum vngues Bdellij immisceri Cypheos compositioni scribit, optimumq; esse Bdellium quod vnguibus humanis simile sit ait. Et ferendum hoc fortè erat in Matthiolo, vt qui huius sũx sententiæ Plinium autorem haberet. Quod autem Corna-

rrij conuersionè apud Aëtium tanquam erroneã notat, id iniquissimè facit: cogit enim me indignitas rei Cornario, et si nihil tale de me meritis sit, patrocinari. Nam quum in Aëtio vnguis odoratus, & Bdellium diuersis ponderibus distincta, & ab inuicem separata sint, fieri non potest, vt vnam rem denotent. Bdellium enim drachmarum sex, vnguis autem odoratus, vnius drachmæ pondere ingreditur. Sed ad conuincendam pertinaciam, & immodicam alios reprehendendi licentiam Matthioli, præstat Aëtij verba commemorasse, quæ sic habent. *Βδέλλης ζ σ. ὄνυχος ζ α.* Quis igitur hinc non conspiciat Cornarij manibus insignem à Matthiolo factam esse iniuriam, vt qui optima fide hunc Aëtij locum reddiderit, tantum abesse debuisset vt à Matthiolo cauillaretur ipsius interpretatio. Non solum verò Aëtius ex Andromacho in Cypheos compositione Bdellium ab vngue separauit, verum etiam Paulus & Nicolaus Myrepticus idem fecerunt. Nam Paulus lib. 7. 22. de suffimentis & Cyphi sepe numero separatim mentionem facit Bdellij & vnguis. Primum in suffimento rosaceo, vbi ait *Βδέλλίου ὄνυχων ἀνά Γο α.* id est, Bdellij, Vnguium. Nec est quod pro confirmando suo errore Matthiolus dicat, malè per interiectum punctum has voces esse separatas, sed illas potius esse coniungendas, atq; ita legendum *Βδέλλίου ὄνυχων*, id est, vnguium Bdellij. Quippe in Cyphi magno, quod solare dicitur, separatim vtriusq; meminit inquiens. *Βδέλλίου Γδ δ. ὄνυχων μεγάλων β.* Id est, Bdellij vncias sex. Vnguium magnorum duas. Nicolaus verò Myrepticus sectione 21. suffimento primo Esdræ prophetæ, quod Cyphi dicitur, itidem has duas voces separat, quum ait Bdellij vncias tres. Et deinde interiectis compluribus alijs medicamentis, Vnguium odoratorum magnorum & minorum singulorum vnciam vnam & dimidiam subiicit. Dein in suffimento sexto quod Cyphion sacratum nominat, habet Bdellij, vnciam vnã & dimidiam, & multis alijs interpositis medicamentis, vnguium odoratorum minorum vnciam vnam. Idem in sequenti mox septimo facit, vbi ita habet. Bdellij, vnciam vnam & dimidiam.

Vnguium odoratorum, vnciam vnam. Nec secus illum fecisse deprehendimus in suffimento, vbi inquit: Vnguium odoratorum, costi, spicæ nardi, bdellij, singulorum, vnciam vnam. Et rursus in decimo quinto, vbi ait: Vnguium odoratorum, vnciam vnam & dimidiam. Bdellij, vnciam dimidiam. Quæ singula ideo prolixius commemoravi, vt Cornarium ab iniuria Matthioli assererem, quem in Cyphi Aëtij compositione vnguium Bdellij loco, vngues odoratos perperam vertisse dicit, quod scilicet Bdellium ignorauerit suos etiam habere vngues, quū potius ipse falsò tribuerit Bdellio vngues, qui in illo nusquam conspiciuntur. Quum igitur contra Græci codicis fidem, & aduersus Dioscoridis manifestissimum testimonium Cornario iniquissimè errorem affingat Matthiolus, officij mei esse putavi, vt hominem germanum, ipse etiam germanus, aduersus Itali iniuriam, præsertim iam mortuum, & qui à se calumniam amplius propulsare non possit, tuerer, & pro virili defenderem. Moneo autem, immò maiorem in modum oro Matthiolum, vt iam senex & capularis sibi non nihil temperet, nec ita temerè aliorum sententias bonas, & cum veritate congruentes, pro erroribus falsò traducat. Quod ni fecerit, inueniet qui illum pro dignitate tractabunt.

### • HAEMAGOGOS ANTIDOTOS.

Nicolai Myreplici, numero 26.

VI.

**V**Tilis est ad varia muliebria vitia. Siquidem eas quæ solito tempore purgari haud consueuerunt mirificè iuuat. Menses enim elicit, foetum in vtero mortuum excutit. Eas quæ à partu non sunt purgatae, expurgat, & sanitati restituit. Calculum vesicæ atterit, & per vrinam expellit. Stillicidium vrinae, obstructionem iecoris, lienisq; duriciem sanat. Omnibus internis vitijs, cruditati ventriculi, colorum doloribus, & nephriticis auxiliatur. Hæmorrhoidas aperit, secundas educit. Vesicam expurgat, ventriculum calefacit, flatum discutit, vomitum compescit, & mulierum vitijs omnino salutaris est. Caueant sibi ab vsu huius antidoti qui hæmorrhoidibus, ventris profluuium, & dysenteria laborant. Habet <sup>b</sup>Intybi seminis, acori, amoniaci, atriplicis seminis, foeniculi seminis, singulorum <sup>c</sup>scrup. vnum, grana sex. Anisi, scrup. duos. Aristolochiæ longæ, artemisiæ, calia, singulorum scrup. duos, grana quatuordecim. <sup>d</sup>Centaurij minoris, scrup. vnum, grana septem. Centaurij magni, scrup. duos. Daurici cretici, scrup. duos. <sup>e</sup>Ellebori nigri, scrup. vnum. Foliorum lauri, scrupulum vnum & dimidium, grana tria. Glycyrrhizæ, drach. vnam, scrup. vnum. Lupinorum, drach. duas. Nigellæ, scrup. duos. Myrrhæ, scrup. duos, grana quatuordecim. Erui, scrup. vnū. Aluminis, scrup. duos. <sup>f</sup>Petrofelini seminis, scrup. vnum. Pyrethri, scrup. duos, grana quatuordecim. Piperis nigri, drach. vnam, scrup. duos, grana septem. Pulegij, scrup. duos, grana quatuordecim. Pæoniæ, scrup. vnū, & grana decem & octo. Cyperi, scrup. duos. <sup>g</sup>Rutæ seminis, scrup. duos, grana quatuordecim. <sup>h</sup>Stachis, scrup. duos, grana quatuordecim. <sup>i</sup>Sinonis, scrup. duos. Floris iunci odorati, scrup. duos, grana quatuordecim. <sup>k</sup>Saluiæ, apij seminis, vtriusq; scrup. vnum, grana quatuordecim. Caryophylli, scrup. duos. Capparidis radicis, cumini, vtriusq; drach. vnam. Mellis attici, aut sacchari quod satis est.

### ANNOTATIONES.

*Hæmagogos  
cur dicta.  
Nicolai My-  
replici locus  
expensus.*

<sup>a</sup> Hæmagogos dicta est hæc antidotus, quasi sanguinem educens, quod menses mulieribus eliciat, & hæmorrhoidas occlusas, aperiat.

<sup>b</sup> Intybi seminis.) Sic habet græcus manuscriptus Nicolai Myreplici codex. Latinus autem legit Afari. Vtraq; autem lectio vera est. Nam vt Afari radix, Dioscoride teste, vrinant cit & menses euocat, ita etiam Intybi semen & ipsum Intybum, Plinio lib. 20. cap. 8. teste, decoctū in aqua mulierū purgationibus adeo prodest, vt emortuos partus educat. Quare nihil refert Afarum an Intybum compositioni huic indas, quod ambo ad sanguinis

nis

tis menstrui eductionem conferant. Quum vero *αίματος* vox in Nicolao sit, quæ Afaro accommodari nõ potest, rectius Intybi, quàm Afari legi videtur. Vt in errore versari Matthiolum sit necesse, qui melius esse vt Afarum, quàm Intybum huic compositioni addatur in suis epistolis medicinalibus scribit. Matthiolum sequitur etiam Franciscus Alexander, sed nos græci codicis lectionem merito anteferimus.

*c Scrupulum vnum.*) Sic etiam legitur in codice Nicolai Alexandrini. In Nicolai autem præpositi vocati exemplari, drachmam vnã scriptam videmus.

*d Centaurij minoris.*) In manuscripto codice græco Nicolai, Centaurij minoris nulla fit mentio. Ex latinis igitur codicibus, qui in vniuersum omnes huius meminere, hanc adiecimus: Atq; hæc ipsa rectè huic compositioni adhibetur, quod menses & fœtum, Dioscoride & Galeno testibus euocet. Hoc loco silentio transire non possum Bernharti Dessennij Cronenburgij ofcitantiam, qui in suo Antidotario vocato, mihi mendaciter hanc affingit opinionem, quod officinarum Rhaponticum alterum esse Lapathi Dioscoridis genus dixerim, quod mihi ne per somnium quidem vnquã in mentem venit. Hoc sanè me fateor docuisse, Rheubarbarum Monachorum appellatũ, Lapathi esse speciem, id quod etiam nũc sentio. Esse autè Rhaponticum officinarũ Lapathi genus, nullibi me dixisse aut scripsisse certo scio. Quare ofcitanter mea scripta legisse Dessenniũ hinc apparet, qui Matthiolum, quem vnice admiratur & colit, secutus, passim me per calumniam reprehendere voluit. Quod, vt ingenuè fatear, me plurimũ commouet, qui cogor adhuc viuus istorũ Sycophantarũ experiri morsus. Præstitisset igitur Dessennium prius simplicia cognouisse, quàm alios se peritiores falso erroris insimulasse. Sed quid facerent illi Matthioli adulatores, nisi vt Fuchsiũ arrodant, & mendaciter tanquam errantè traducant. Multo igitur satius erat Dessennium perpetuo sibi silentium indixisse, ita enim Alumen plumbum officinis dictum, nunquam Alumen esse scisile affirmare potuisset.

*e Ellebori nigri.*) Sic etiam legit codex Nicolai præpositi latinus. Manuscriptus autem græcus Nicolai Myrepsi liber habet, *ἐλένιος μέλανος*, id est, Helenij nigri, atqui falso, nõ quod nulla prorsus ratione adiectiuum *μέλανος*, vt Matthiolus putat, cum Helenio conuenire posse existimem, quum reuera Elenium alterum à radice subalbida, album: alterum verò à radice cortice nigro obducta nigrum dici possit: sed quod codex latinus, vt dictum est, Ellebori nigri etiam habeat, & quod in antidoto Nicolai Myrepsi 26. quæ illam mox antecedit, & quæ ventrem subducit, itidem *ἐλένιος μέλανος*, pro *ἐλλεβορός* scriptum sit, ita vt solenne fuerit ei librario vt pro *ἐλλεβορός* scriberet *ἐλένιος*. Rectè autem in Nicolao Myrepsio legi *ἐλλεβορός μέλανος* hinc fit manifestum. Nam, vt Dioscorides autor est, Elleborus niger *τοσοςθεός ἐμμνωάγα, καὶ ἐμβροια κτείνει*, id est: Appositus aut vtero admotus menses ducit, & fœtus enecat. Si itaq; vtero inditus & appositus Elleborus niger menses elicit, quanto magis id præstabit, si intra corpus sumatur. Atq; hinc me iterum Matthiolus perstringit, errorisq; insimulat, dum lib. 5. Epistol. medicinalium ad Petrum Spezzaloncium pharmacopœum ita scribit. Adhæc caueas velim, ne in admiscendo Elleboro, Fuchsiij opinionem sequaris. Ille enim alioqui vir clarissimus, quod in antiquo Græco Myrepsici ipsius codice legerit *ἐλένιος μέλανος* credidit non *ἐλένιος* legi debere, sed *ἐλλεβορός*. Nam cum adiectiuum *μέλανος* nulla prorsus ratione cum Helenio conuenire posse cerneret, non absq; manifesta ratione mendam subesse putauit. Atqui longè alia sum ego opinione, quippe qui Helenium, non Elleborum admiscendum censeam: ea omnino ductus ratione, quod præter id quod sciuerim græcum Nicolai codicem numerosis admodum vbiq; scaterere mendis, non videam quid emolumenti in hac paranda Antidoto Elleborum nigrum laboriosum medicamentũ, aliumq; non sine incommodo deiiciens præstare possit, præsertim qd ventriculo sit insensissimus, nec menses ciere valeat, nisi pro glande suppositus. Contra verò Heleniũ, quandoquidè id Dioscoridis testimonio menses & vrinas ciet, status expellit, & stomacho vtile est, quæ omnia Antidotus hæmagogos nobis pollicetur. Quo fit, vt credam, immò omnino mihi persuasum habeam, dictionem *ἐλένιος* neq; amouendam esse, neq; immutandam, sed dictionem *μέλανος* potius corrigendam. Etenim, vt mea fert opinio, non *μέλανος*, sed *μελανθίος* legendum est. Hactenus Matthiolus, qui mihi perpetuo altera manu panem, altera lapidem ostendit. Sperat enim me suis blandicijs & magnificis tituli posse demulceri, ne crebris suis obtrectationibus, ac cauillationibus durius respondeam. Quasi verò mihi famæ meæ conseruatio non sit multo, quàm istæ suæ Italicæ blandiciæ antiquior & carior. Cur autem Nicolai lectionem immutauerim, iam abundè mihi dictum est. Mirum autem est quod Matthiolus scribat se sciuisse Nicolai codicem multis mendis scaterere, & nihilominus eius lectionem audet alteri latinorum codicum præferre. Si numerosis mendis scaterere sciuisset, debuisset profecto eius lectionem tanquam suspectam damnare potius, quàm quesitis vt cunq; rationibus illam alteri anteferre. Cæterum Helenij ra-

Matthioli error.

Bernharti Dessennij ofcitantia notata.

Dessennij ingens error.

Nicolai Myrepsi locus emendatus.

Matthioli calumnia expulsa.

dicem menses & vrinas ciere nemo inficias ire poterit, atqui constat idem etiam præstare Elleborum nigrum, & præterea crassos ac pituitosos humores, qui non rarò menses quo minus promanent, remorantur, per aluum educere, quod Elenium efficere nequit. Quum itaq; Elleborus niger vtrunq; nempe menses ciere, & pituitosos humores per aluum subducere, Helenium autem alterum tantum efficere possit, præstat profecto Elleborum nigrum huic antidoto quàm Helenium admiscere. Nec obstat quod Matthiolus dicat Elleborum laboriosum esse medicamentum, aluumq; non sine incommodo deijciens, & ventriculo infestissimū: ita enim, ei potius dicendū erat quàm infestissimum. Nam id verum est, vbi per se, & in magna copia sumitur. Hic verò non admiscetur nisi scrupuli pondere, habetq; sibi additum Anisum, & alia quæ eius maliciam frenant & obtundunt. Quare merito ἐλενός dictio è contextu per me amota est, & codicis græci lectio immutata in ἐλλεβός, μέλανος autem vox retenta. Ridenda igitur merito hoc loco nobis venit Matthioli correctio, qui dictionem μέλανος potius esse corrigendam opinatur, & pro ea substituendam esse μελανθίς, non animaduertens Nicolaum paulo pòst in hac antidoto ipsius ijs quidem verbis facere mentionem. μελανθίς σκρόπολα β. Si itaq; ridicula Matthioli opinio procederet, bis vnus & eiusdem medicamenti in vna compositione Nicolaus, quod absurdum esset, meminisset. Non minus verò, ne id silentio transeam, ridiculum est, quod Matthiolus vocem ποροσθηός apud Dioscoridem, pro glande suppositus, interpretatus est, quum illi potius reddendum erat, pro pello suppositus. Nam ea quæ menses euocant, non ano, sed vtero supponuntur indunturūe. Sic nunquam non stulticiam suam in aliorum benè dictis suggillandis prodit Matthiolus. At quum Franciscus Alexander falsam Matthioli opinionem sequatur, non est cur ei priuatim respondeamus. Videat autem ne hoc loco Dauus potius quàm Oedipus sit. Ego id verè de me dicere possum, me nihil nisi rationibus adiectis temerè affirmare, quod tamen subinde Franciscus facit.

*Macedonicū.* f *Petroselini.*) Latini codices habent Macedonici, vt hinc palàm fiat Macedonicum, vel, vt Myrepsus vocat, Macedonifium, posterioribus græcis & recentioribus medicis nò esse nisi petroselinum Macedonicum.

g *Granadecem.*) Latini codices habent scrupulum vnum.

h *Rutæ.*) In latino codice desideratur.

i *Stachys.*) Ita legendum, non Spicæ, vt latini habent codices. Græcè enim σάχους legitur. Stachys enim, Galeno attestante, non solum menses ducit, sed & abortum efficiens medicamentum est, & secundas eijcit.

k *Sinonis.*) Græcus Nicolai codex legit σμύνης σκρόπολα β. atqui falsò. Nam paulo antè ijsdem verbis Myrrhæ meminit. Quare hic latini potius codices sequendi sunt, qui habent Sinonis. Sic enim vtroq; in codice tum Nicolai Præpositi vocati, tum Alexandrini legitur, vt mirari subeat Matthiolum, qui dicit nusquam rei medicæ scriptores Sinonis meminisse, haud dubiè Sinonem diuersam esse à Sifone stirpem credens. Satis autem ijs verbis indicat se Aëtium non legisse, qui lib. primo ita scriptū reliquit, Σίνων θεσμὸς καὶ ὑπόπικρος ἐστὶν γέσιν. ὄθεν οὐρετικὸς τε ἐστὶ καὶ πεπτικὸς. Quæ omnia Galenus, & post eum Paulus quoq; Sifoni tribuit, qui libro octauo de simplicibus medicamentorum facultatibus ita scriptum reliquit. Sifon calidus & subamarus gustu est: quare vrinam elicit, & concoquit. Quinetiam Hermolaus in suo Corollario testatur, Sifonè Hippocratem appellare Sinonem & Senonem. Vt hoc in loco suam ignorantiam apertè prodiderit Matthiolus, quod nusquam Sinonis mentionem fecisse rei medicæ scriptores dicere non erubuerit. Mihi deniq; iniuriam facit Matthiolus, quòd scribit me Sinonem facere syluestris Petroselini semen. Nam id mihi ne per somnium in mentem venit. Fateor me quidem in annotationibus in Auream Alexandrinam scripsisse, Sinonem alios petroselinum agreste nominasse, atqui illorum sententiam non approbaui, sed tantum quo nomine hodie à quibusdam vocaretur indicare volui. Ita nunquam non calumniatoris potius, quàm castigato- ris officio fungitur Matthiolus. Hoc loco notandus erat nominatim Matthiolo Dessenni- us, quòd, pudendo admodum errore, Sinonem eandem esse cum Sio herbã dixerit, quum tamen constat eas esse genere diuersas, & in diuersis capitibus à Dioscoride descriptas. Verum nomine eius suppressò, tantum dicere voluit se cogi vt ab alijs qui Sinonem inter- pretantur Sium dissentiat. Bonè Deus si ego aliquid tale designassem, hic statim Matthio- lus in hæc prorupisset verba. Fuchsius hallucinatur, turpiter errat, ineptit, cæcutit. Sed quid ita? quia illius dicta non, vt Dessennius, adoro, & oraculi loco habeo. Valeat igitur cum suis adulatoribus Matthiolus, & me ad fatietatem vsq; profcindat, vt vicissim ipse calumnias suas refellere, & ipsius errores sanè immensos & multos detegere suis adulato- ribus queam.

l *Salvia.*)

*Matthioli ignorantia. Sinon & Sifon idem.*

l. *Salvia*.) Græcè ἑλεισφόρος. Latini codices, facili lapsu, propter literarum affinitatem, habent Sabinæ, nullo sanè discrimine, quod utraq; stirps menses moueat, & foetum eijciat, licet in ijs præstandis Sabina efficacior sit. Desfennius hic iterum, more suo ineptit, & Gari legit. Quanquam vbi se satis tortit, tandem Cari esse scribendum, propter literarum affinitatem, ait. Sed quæ rogo est Cari affinitas vel cum Sabinæ, vel Salviæ voce? ita se passim ridendum cum suis insulis annotationibus propinat Desfennius.

## ATHANASIA MAGNA. NICOLAI

Myreplici, numero 13.

## VII.

**A**ntidotus <sup>a</sup> Athanasia magna, dysenteria laborantibus, & cœliacis confert, atq; ad fluxum muliebrem utilis est. Facit ad profluuium sanguinis narium, & eos qui cibum non retinēt in ventriculo. Sanguinis præterea a quacunq; causa natis reiectionibus, auxiliatur. Habet cinamomi, <sup>b</sup> casia fistularis, añ drach. tres, grana septem. Croci, floris iunci odorati, styracis calamita, phu, sefelios, seminum hyoscyami, apij, dauci, anisi, opij, añ drach. vnam, & dimidiam, grana tria. <sup>c</sup> Betonica, drach. duas, & scrup. duos. Spicæ, folij, castorij, myrrha, lapidis hæmatitis, sanguinis draconis, corallij rubei, <sup>d</sup> momia, boli armenij, symphyti, <sup>e</sup> helenij, acori, asari, corticis radicis mandragoræ, polij, foliorū lauri, mei, piperis albi & longi, seminis petroselini, añ drach. dimidiam. <sup>f</sup> Seminis quinqueneruiæ & myrti, rosarum, añ scrup. tres, grana quatuor. Succū hypocistidos, acaciæ, seminis oxyacanthæ, & succi eius, añ vncias duas. Succū quinqueneruiæ, vnc. tres. Mellis Attici quod satis est. Datur pondere drachmarum trium.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Athanasia*.) Etsi multæ sunt apud Nicolaum Athanasia descriptiones, tamen hæc quæ ordine apud hunc inter Antidotos decimatertia est, in nonnullis officinis prostat, & Magna ipsis nominatur. Vtrunq; autem nomen, & Magnæ scilicet, & Athanasia, accepit ab immensa eius quam habet in reprimendis omnis generis fluxionibus efficacia. Quapropter rectè facerent Pharmacopœi, si hanc in suis officinis paratam haberent.

<sup>b</sup> *Casia fistularis*.) Nicolaus græcus habet, κασιὰς φισούλα. Per eam autē intelligit, quam Actuarius & alij recentiores ξυλοκασιὰς, id est, Casiam ligneam vocant: nempe corticem, qui à Galeno quoq; lib. 1. de Antidotis in theriacis compositione, & Actuario quoq; ipso σίγη τῆς κασιὰς, id est, casia fistula nuncupatur. Inferitur autē Athanasia propterea, quod Galeno & Dioscoride testibus, leuiter adstringat. Huc accedit, quod libro secundo de Antidotis apud Galenum, in Athanasia descriptione Casia fiat mentio: quæ certè non potest esse Aegyptia, nigra, seu cathartica, hoc est, purgatrix, quod illa Galeno ignota fuerit. Quapropter plurimum errat Platearius, qui in sua super Nicolaum expositione, Casiam pro Platearij expurgatrice interpretatur: vt pote cuius in hac compositione, quæ ventris profluuiū aduersatur, illudq; cohibet, nullus esse vsus potest.

<sup>c</sup> *Betonica*.) Huius in Nicolao nulla fit mentio. Quia verò in Latinis codicibus habetur, & in Athanasia prima, quæ inter Antidotos est vndecima, hic quoq; illam inferere placuit, quod rupta sanet, & omnibus bestiarum moribus succurrat.

<sup>d</sup> *Momia*.) Sic appellat Nicolaus, quam hodie vnus literæ immutatione medicorum officinæ Mumiam nominant. Per Momiam autem minimè accipienda hoc loco erit Serapionis Mumia, quæ non est nisi Dioscoridis, & aliorum Græcorum Pissasphaltos, vt libro primo monstrauimus: sed Razis & aliorum Arabum, & ea quæ hodie in officinis sub Mumia nomine prostat, & vsitata est, quæ non est nisi tabida sanies, aut liquamen hominum, aloe, myrrha, & bitumine conditorum, vt lib. 1. dictum est. Id quod è verbis Nicolai fit manifestissimum, quæ sunt eiusmodi: ἄματ' ἀνθρώπου πενηντ', ἐπονομαζομένου παραϊταλοῦς μύμου, id est, sanguis humani, qui ab Italis Momion appellatur. Sanguinem, inquit, non ossa. Vt plurimum errent hodie, qui ossibus etiam pro Mumia vtuntur. Atqui de Mumia abunde lib. 1. differuimus, ad quem perpetuò in explicatione simplicium ignorantum pharmacopœi confugere debent.

<sup>e</sup> *Helenij*.) Vel vnicus hic locus euidentissimè docet, qua fide & diligentia hætenus

Helenium.

*Capitalis offi-  
cinarum &  
medicorum  
error.*

*Arnoldi de  
Villa noua  
erratum.*

*Platearij ex-  
positio qualis.*

*Auicenna er-  
ror pernicio-  
sus.*

*Lib. 5. Instit.  
medicorum.*

composita medicamenta passim constructa sint. Neque enim dissimulandum nobis vlla ratione erit capitalis tum medicorum (vtpote quorum erat officium hunc ipsum corrigere) tum pharmacopœorum error, qui hucusque pro Helenio, pro dolor, auripigmentum, præsentissimum venenum, Athanasie antidoto indiderunt. Quod si negare velint, multorum codicum fide & testimonio conuincuntur. Nam vbi Græcus Nicolai codex habet *ἑλενίου*, ibi omnes legunt Auripigmenti. Sic enim Arnoldus de Villa noua, cuius apud imperitos magna est autoritas, habet in suo Antidotario. Nec aliter legit codex Nicolai latinus, Ioannis Agricola opera Ingolstadij excusus. Errandi autem occasionem omnibus ijs dedit Platearius ille, qui in expositione sua quam Nicolai Antidotario adiecit valde ineptam. Lemnias dictionem Auripigmentum est interpretatus. O inscitiam flagris, & cruce dignam. An non oportuit Platearium, vtpote ex professo medicum, scire, Auripigmento in hac Antidoto nullum esse relictum locum, vt quod venenum esset nocentissimum, ac erodendi vrendique facultate præditum, adeoque reliquis medicamentis Athanasiam constituentibus maximè contrarium? Atqui & huic erroneæ interpretationi occasionem præbuit Auicenna, qui Auripigmentum datum tussientibus in ouo sorbili, multum valere scripsit. Nam hæc Verba in sua expositione Platearius de Auicennæ sententia retulit. De quo sanè errore quum alibi copiose disseruerimus, non est cur illum hic prolixius confutemus. Franciscus Alexander errori communi consulere volens, pro Lemnias dictione restituit terræ Lemniæ, pro qua certè barbari, si ea dictio tale aliquid significasset, terræ sigillatæ reposuissent. Nec habet vllum suæ huius coniecturæ probati autoris testimonium Alexander. Non ignoro autem terram lemniam, perinde atque bolum armeniam, nullo incommodo huic compositioni indi posse, tamen quia Helenij græcus Codex mentionem facit, & eius radix exiccata, Dioscoride attestante, cruentas excreationes sanat, ideo dubium non est, quin pro Lemnias voce deprauata, rectè Helenij legatur. Hoc tamen adijciendum erit, Auicennam Auripigmento tribuisse, quod sulphuri ex Dioscoridis aliorumque Græcorum sententia tribuendum erat: qui illud tussientibus, asthmaticis in ouo sumptum, prodesse memoriæ prodiderunt. Cæterum si Platearius animum paulò magis intendisset, facile cognoscere potuisset, Lemnias vocem per imperitum librarium ex Helenio deflexam ac corruptam esse. Sed hi sunt nostri temporis medicorum cæcorum duces cæci: vt nihil mirum sit, si in foueam ambo impingentes incidant. Eiusmodi profectò etiam est Bernardus Dessennius, qui & ipse in suo Dispensatorio Auripigmento in Athanasia locum esse voluit. Quare vt ab eius medicamentario libro sibi caueant, tum medicos, tum pharmacopolas hortor, quod is sine omni iudicio medicamentorum compositiones corraserit.

\* *Foliorum lauri.*) In græco est *φύλλον δάφνης*, foliorum lauri, Nos antea latinorum codicum fidem secuti, baccharum lauri legimus.

*Quinquener-  
uia.*

f *Seminis quinqueneruiæ.*) Sic appellari Plantaginem minorem, alibi ostendimus. Et monendus nobis hoc loco lector erit, quod omnia quæ vsque ad compositionis calcem sequuntur, in Latinis Nicolai codicibus desiderentur. Vt vel hinc appareat manifestissimè, quantum præstet ex præscripto nostrarum compositionum ac descriptionum, quàm aliarum, medicamenta conficere, vt qui singulas ex ipsiis fontibus, sanè purissimis, hauserimus.

## TRYPHERA MAGNA. NICOLAI

Myrepsici, numero 210.

VIII.

**T**Ryphera magna confert ad omnia muliebria vitia, à frigiditate nata. Datur cum aqua, cui incocta sunt anisum & foeniculum: vel ex vino tepido. Ad stomachi verò mala, ex decocto mastiches, & vino, præbetur ieiunis. Ad muliebria vitia, accipe ex hac antidoto, & adijce illi artemisiā bene tritam, cum oleo<sup>a</sup> moschato, & impone vtero vt linamentum. His qui non concipiunt, potandam præbe cum vino, in balnei insensu, confestimque concipiet. Recipit opij, drachmas duas. Cinamomi, caryophylli, galangæ, spicæ, zedoariæ, zingiberis, costi, styracis calamitæ, calami odorati, cyperi, iridis, peucedani, acori, mandragoræ, <sup>b</sup>nardi celticæ, rosarum, piperis, anisi, apij, petroselinī, foeniculi, <sup>c</sup>sinonis, dauci, hyssopi, hyoscyami, ocimi, añ drachmam vnam. Mellis Attici despumati quod satis est.

ANNO.

## ANNOTATIONES.

Tryphera, quasi delicata dicta est, non quod incunda & suavis sit, sed quod totius corporis colorem, & oris odorem commendet, & delicatam quandam commendabilis speciei ostentationem præ se ferat. Putredinem enim humorum emendat, & formæ corruptæ vitium corrigit.

*a Oleo moschato.*) Alij, moschelinum: nonnulli, ut qui barbaram sectantur medicinam, muscellinum nominant. Eius descriptionem in sectione de Oleis studiosi reperient.

*Oleum moschatum.*

*b Nardi celticae.*) Siue Spicæ celticæ. Officinis Spica Romana vocatur. De qua in historia Stirpium plurima diximus.

*Spica ferax nardus celtica.*

*c Simonis.*) Huius in Latinis Nicolai codicibus nulla fit mentio. Græcus autem codex eius disertè meminit. De illo supra quoque annotauimus quædam.

*d Hyssopi.*) In prima additione hæc vox manifestè omissa est, typographi negligentia, quum in Græco Nicolai codice sit ὑσσοπύ. Igitur nec studio, nec data opera, ut mihi falsò affingit Franciscus Alexander, præterita hæc nobis dictio est. Quum verò opij duas tantum drachmas habeo, id de præscripto codicis græci feci, qui habet solum L. β.

## TRYPHERA SARACENICA.

Nicolai Myrepsici.

## IX.

**T**ryphera<sup>a</sup> Saracénica efficax maximè ad melancholicos, omnèq; capitis, stomachi, & hypochondriorum, quod ex melancholia, aut flaua bile exusta oritur, vitium. Accipit myrobalani citrini, *b* casia fistulæ, *c* oxyphœnici, añ vnciã vnam, & dimidiã. Myrobalanorum *d* cepulorum, manna, añ drach. sex, serup. duos, grana quinq;. *e* Rhei indici, violarũ, añ vnc. dimidiã. Anisi, foeniculi, añ drach. duas, grana quindecim. Spicæ, *f* maceris, añ drach. vnam, grana septem cum dimidio. Myrobalani bellirici, emplici, añ drach. dimidiã, grana quatuor. Cæterum in duabus libris aquæ vncias tres recentium violarũ decoquito, quoad aqua purpureum contrahat colorem: dein feruefacito oxyphœnicum, & casiam, probeq; subacta colato, & iniicito sacchari libram vnam, & vncias octo, decoquito vsq; ad mellis crassitudinem, ac deinde supra scriptas species bene tritas iniicito, & rudicula subigito. Postquam confeceris antidotum, dato de ea castaneæ quantitate.

## ANNOTATIONES.

*a Tryphera* hæc rectius quàm prior est appellata, quòd sit iucunda, & delicata. Præcedens, quia amara, per antiphrasin magis id nominis sibi arrogauit. Trypheram Saracenicam Mesues quoque descripsit, sed hæc Nicolai vtitior est.

*Tryphera*

*b Casia fistula.*) Hic per Casiam fistulam intelligenda venit medulla Casia nigra; id quod latinus Nicolai codex liquidò testatur, qui disertè medullæ Casia mentionem facit. Accedit, quòd Casia cum Oxyphœnico, alio nimirum purgante medicamento, hic coniungatur, & ab alijs speciebus quæ antidotum hanc constituunt separetur: quod Nicolao faciendum non erat, si per Casiam hoc loco ligneant accipi voluisset: sed ut redactam in puluerem, instar aliarum specierum iniicisset, planè necesse fuisset.

*Casia fistula*

*c Oxyphœnici.*) Fructum intelligit, qui hodie officinis barbara & Indica voce Thamar Indus, quati palmula Indica, nominatur: ut libro primo est expositum.

*Oxyphœnicus Thamar Indus.*

*d Cepulorum.*) Sic vocant recentiores Græci fructus, qui hodie Seplasijs myrobalani Chebuli appellantur, ut fusijs lib. 1. est ostensum.

*Cepuli.*

*e Rhei Indici.*) Rheum indicum Actuario, & alijs Græcis posterioribus, esse Rhabarbari vtitati hodie genus, libro primo diximus. Eo igitur hoc loco vtendum erit. Vulgares latini Nicolai codices, ex quorum præscripto pharmacopœi hætenus sua confecerunt medicamenta, legunt hoc loco simpliciter Indi. Quapropter ad Myrobalanum, Arnoldi de Villa noua exemplo, non tamen sine maximo errore, retulerunt, quum Nicolaus Rheum Indicum intelligat: quod disertè dicat, *ῥέος ἰνδνέος*. Er Indicum nominat, ut hac nomenclatura distinguat ab eo quod à Ponto affertur, & ob id Ponticum dicitur, quod Indico imbecillius existit.

*Chebuli.*

*Rheum indicum.*

*Pharmacopœorum & Arnoldi de Villa noua error.*

*Macer.*

*f Maceris.*) Et si Macer à Maci distat, ut lib. 1. ostendimus: tamen Nicolaus, quemadmodum etiam Actuarius, per Macerem non nisi id quod Arabes Macem vocant, intelligit. Dèbet itaq; pharmacopœi hoc loco pro macere, quod hodie etiã desideratur, macé vsurpare:

TRY-

LEONHARTI FVCHSII  
TRYPHERA PERSICA. IOANNIS  
Damasceni.

X.

**T**Ryphera<sup>a</sup> Persica, sic quòd apud Persas experta sit, dicta: aduersus acutas febres, calidam ventriculi & iecoris intemperiem efficax. Morbis omnibus ex humorum vstione natis confert, sitim restinguit, icterum calidum ex obstructione sanat. Suffusionem à vaporibus biliolis visui incommodantem discutit. Recipit succorum<sup>b</sup> solani, <sup>c</sup>intybi, apij, <sup>d</sup>lupi salictarij, depuratorum, añ libras duas. Quibus immitte violarum siccarum, aut viridium, & rosarum, añ drach. tres. Folliculorum senæ, vncias duas. Agarici, vnciam vnam. Prunorum Damascenorum numero quinquaginta. <sup>e</sup>Cassuthæ, vnciam dimidiam. Myrobalanorum, cepulorum, flauorum, Indorum, vnciorum in oleo violato, aut amygdalarum dulcium, añ vncias duas. Spicæ nardi, drach. tres. Coque igni prunarum lento, donec libræ duæ superfint: quibus iniice epithymi, drach. quaginta. Myrobalani autem oleo amygdalarum dulcium merfi semel feruefiant, tollantur ab igne, colentur. In parte colati dissolue Tamar Indorum recentium, vncias tres. Mannæ, vnciam vnam & dimidiam. Pulpæ cassiæ, vnc. quatuor. Sacchari violati, vnc. duodecim. Percolentur, vt munda sint à seminibus, & alijs: in reliqua parte, & aceti, libra vna, coque lento igni. Sacchari albissimi, libras tres. Adde quod prius in succis est dissolutum, misce, & ad mellis crassitudinem percoquas. Postremò adde paulatim rhabarbari optimi, vnc. duas. Myrobalanorum citrinorum, vnciam vnam, & dimidiam. Myrobalanorum cepulorum, Indorum, añ vnciam vnam. Belliricorum, emblicorum, añ drach. quatuor. Seminis fumaricæ, trochiscorum dia rhodon, macis, mastiches, cubearum, <sup>f</sup>spodij, fantali rubei, añ drachmas duas. Seminum quatuor, drachmas duas, & dimidiam. Anisi, drachmas quatuor. Spicæ nardi, drachmas duas. Inuoluantur oleo violato, & reponantur vase vitreo. Datur pondere vnciæ vnius cum aqua frigida, vel succo intybi, vel solani.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Et si hæc Tryphera Persica ob causam antea expositam dicta, vsitata non sit, quòd scilicet eius componendi ratio satis longa & negocij plena existat: tamen posset pro diuitibus & delicatis parari, vt eius vsus esset in febribus biliosis, & eius generis calidis vitijs.

*Solanum.*  
*Intybus.*

<sup>b</sup> Solani.) Hodie corrupta voce Solatrum dicitur.

<sup>c</sup> Intybi.) Intelligit herbam quæ hodie Seplafijs Endiuiia nominatur, sed legitima, cuius effigiem in historia Stirpium offendent studiosi.

*Lupus salictarius.*  
*Cassutha.*  
*Spodij.*

<sup>d</sup> Lupi salictarij.) Lupulum officinæ vocant, vt loco iam citato ostendimus.

<sup>e</sup> Cassutha.) Cuscutam, vt primo diximus libro, Seplafiæ appellant.

<sup>f</sup> Spodij.) Quale verò vsurpandum sit spodium, in sequenti mox Micleta compositione dicemus.

## MICLETA NICOLAI MYREPSICI,

numero 200.

XI.

**M**icleta vtilis est dysentericæ, intestinorum leuitate laborantibus, inflationibus intestinorum, & ad omnes coeliacos affectus. Habet myrobalani citrini, cepuli, bellirici, emblici, <sup>a</sup>magni vstorum, añ drachmas duas, & dimidiam. <sup>b</sup>Nasturcij seminis, drachmam vnam, & dimidiam. Cumini, anisi, foeniculi, ameos, <sup>c</sup>carnabadij, añ drachmam vnam, & dimidiam. <sup>d</sup>Spodij, balaustiorum, <sup>e</sup>sumachij, gummi Arabici, <sup>f</sup>mastiches, añ drachmam vnam, grana quindecim. Conficitur autem hoc modo: Semina macerentur die ac nocte in aceto, deinde



deinde tosta, & exquisitè leuigata cum oleo rosaceo fricentur multoties, vtriusque siccentur, & oleum combibant. Fricentur autem manibus. Postea omnia misceantur, & adijciatur zuparium myrtinum. Irrigata & diligenter subacta exiguo tenuiq; igne decoquantur: dein ab igne remota, tepida in vase recondantur. Dantur drachmas tres, aut exagia tria, cum decocto plantaginis vesperi dormituris, aut media nocte.

## ANNOTATIONES.

Rectius inter Antidota roborantia quàm magna recenseretur Micleta. Nos communem ordinem secuti sumus.

*a Magni.*) Per magnum myrobalanum accipiendus is, qui hodie à nigro colore Indus *Myrobalanus magnus.* nominatur. Quum enim, ut è latinis etiam Nicolai codicibus liquet, quinque Myrobalanorum genera Micleta compositionem ingrediuntur, atq; ex ijs quatuor, vtitatis hodie nominibus appellentur: ut per Magnum quintum genus, nempe Indum intelligamus, oportet. Quod confusionis vitandæ gratia monendum esse duxi, quum non desint qui per Magnos, Cepulos accipiât, & rectè quidem: sunt enim cæteris maiores, ut suspicio sit, pro *μυράδων* legendum esse *μυράδων*.

*b Nasturtij.*) Codex Nicolai manuscriptus habet *καρδαμύκων*: atqui falso. Nam scribendum erat *καρδαμύκων*, id est, nasturtij: hoc ipsum omnibus latinis Nicolai codicibus apertè restantibus. Atq; is sanè error à librario non solum hoc in loco, sed & multis alijs est commissus, quemadmodum supra in Mithridatis antidoto ostendimus. Quare non erat cur Franciscus Alexàder mihi denuo affingeret, quod ipse hoc loco immutauerat poulò post.

*c Carnabadij.*) Hic locus manifestè declarat, Carnabadium variè à Nicolao vsurpari. Nam supra in aurea Alexandrina, pro Cumino Aethiopico vsus est: ut ibidem diximus. Hic verò pro Careo, seu ut hodie appellant officinæ, Carui vsurpatur: quod è latinis omnibus Nicolai codicibus patet, qui pro Carnabadij voce, Carui habent. Non solum verò Nicolaus, sed & Simeon Sethi, vnus ex recentioribus Græcis, Carnabadium vocat, quod Dioscorides & alij vetustiores Græci Careum nominant. Cæterum hic non posse pro Cumino Aethiopico accipi Carnabadium, hinc perspicuum euadit, quòd antea cumini in hac antidoto facta sit mentio: adeoq; bis eius compositionem ingrederetur, nisi pro Careo à Nicolao vsurparetur. Neq; mirum est varijs modis Carnabadij vocem à Nicolao esse vsurpatam, ut qui è varijs quoq; autoribus suas descripsit compositiones.

*d Spodium.*) Quum variè apud autores Spodium vsurpetur, quemadmodum copiose libro primo huius Operis ostendimus: diligenter cogitandum erit pharmacopœis, de quo hoc loco Nicolaus sit locutus. Non est autem neq; de spodio Græcorum veterum, neque Arabum, quòd illi spodium cannarum vocant, locutus: quòd neutrum in ea medicamenta quæ per os ingeruntur vsurpetur, ut loco iam citato monstrauimus. Accipiendum igitur per spodium hic erit, id quod officinæ hodie ita, de sententia Platearij, appellant: quod non est nisi Ebur vstum, & adstringendi facultate pollens. Eius autem conficiendi modum infra docebimus. Non solum verò Nicolaus, sed & Actuarius, alijsq; recentiores Græci, per Spodium intelligunt id quod hodie vsitatum est. Nicolaum autem hoc loco id ipsum innuere, satis testantur Balauftia, & sumachium illi coniuncta: quæ itidem adstringendi facultatem obtinent.

*e Sumachij.*) Nobis ita Latina ratione appellare placuit, id quod hodie Sumac officinæ. Græci atq; vetustiores Rhoën nominant. Debet autem eius pulpa sine ossibus vsurpari. *Sumachium. Rhus.*

*f Mastiches.*) Hæc vox in Græco manuscripto codice desideratur. Verùm quum eius in omnibus, quos viderim, latinis codicibus mentio fiat, non putauit omittendam esse. Cæterum hæc quoq; compositio à Bernardo Dessennio Cronenburgio perperam recitatur, ut mirari satis non possim, quum melioribus codicibus parum instructus fuerit, aut sum tamen fuisse de compositionib. medic. hoc præsertim tempore, aliquid literis mandare. Nihil igitur mirum si pro sperata gloria ignominiam referat. *Mastiche. Dessennius.*

## ESDRA. NICOLAI MYREPSICI.

## XII.

**E**Sdra capitis dolorem sedat. Phreniticis frõti & naribus illita confert, somnumq; accersit. Oculorum fluxiones sistit. Auribus dolentibus, & exulceratis instillatur. Dentium dolorem illita sanat. Columellæ de fluxione tentatæ,  
Q longæ

longæ tussi, & spirandi difficultati, cruenta excreantibus, interno abscessu laborantibus, tabidis, intestinorum cruciatibus singultui, & coeliacis auxiliatur. Item regio morbo correptis, & iocinerosis succurrit. Fœminis difficulter parientibus ea imus venter illinitur, & confestim fœtum edunt. Sterilibus in internum vteri sinum imponitur, & postquam cum viro coierint, concipiunt. Est & dysentericis, & coeliacis efficacissima. Accipit<sup>a</sup> mamiæ, drachmam dimidiam. Amoni, drachmas sex. Floris iunci odorati, drach. quatuor. scrupulum vnum, grana octo. Pyrethri, scrupulum vnum, grana octo. Croci, scrupulum vnum, grana quatuor. Myrrhæ troglodytica, scrupulos duos. Styracis calamitæ, scrup. duos, & dimidium, grana quatuor. Petroselinii, scrup. vnum. Tragacanthæ, scrupulum dimidium, grana quatuor. Succu hypocistidis, scrup. vnum, grana octo. Iridis illyricæ, drachmam dimidiam, grana quatuor. Seminis fœniculi, drachmam dimidiam. Dauci Cretici, scrupulum dimidium, grana quatuor. Seminis papaueris, drachmā dimidiam. Spicæ, drach. dimidiam, grana quatuor. Foliorum rutæ, scrup. dimidium, grana quatuor. Casiæ, scrup. vnum, grana quatuor. Ammeos, scrupulum dimidium, grana quatuor. Costi, scrup. dimidium, grana octo. Cardamomi, scrup. vnum, grana octo. Opii, scrupulum vnum, grana quatuor. Euphorbij, scrupulum vnum, grana octo. Piperis communis, scrup. vnum, grana quatuor. Rosarum aridarum, vnciam vnam & dimidiam, drach. vnam, scrupu. vnum. Opopanacis, drach. sex. Mei, scrup. vnum, grana octo. Lachæ, scrup. duos & dimidium, grana quatuor. Lycij Indici, drach. dimidiam, grana quatuor. Caryophylli, scrup. duos, & dimidium, grana quatuor. Anisi, drachmam dimidiam, grana quatuor. Foliorum citri, scrup. vnum, grana octo. Ammoniæ thymiamatis, drach. dimidiam, grana quatuor. Seminis nigellæ, scrup. vnum, grana octo. Sulphuris viui, castorij, <sup>b</sup> gentianæ, añ scrup. vnum, grana octo. <sup>c</sup> Cimolix terræ, drach. dimidiam, gr. quatuor. Sinonis, <sup>d</sup> ventriculi mergi, añ scrup. vnum. Artemisig, drach. dimidiam, grana quatuor. Hedychroi magmatis, drach. dimid. grana quatuor. Seminis ocimi, lapidis <sup>e</sup> iaspidis, <sup>f</sup> florū nerij, cinamomi, anethi, añ scrup. dimidium, gr. quatuor. Bdellij, scrup. duos. <sup>g</sup> Rhois syriaci, rhois culinarij, añ drach. vnam, & dimidiam. Asari, drach. vnam. Lapidis hæmatitis, drach. dimidiam. Thuris, grana sex. <sup>h</sup> Seridis herbæ, scrup. vnum. Testæ sepix, scrup. vnū, grana octo. Corallij, grana septem. Iuniperi baccarum magnarum, grana septem. Iuniperi baccarum paruarum, scrup. vnum, grana octo. Sanguinis draconis, drachmā dimidiam. <sup>k</sup> Cinnabaris, hoc est, Symphiti, drach. dimidiam, grana quatuor. Peucedani, seminis apij, añ grana septem. Piperis albi, scrup. duos. Maceris, drach. dimid. grana quatuor. <sup>l</sup> Hermodactyli, aristolochiæ, libyfici, añ drach. dimidiam. Nardi celticæ, drach. dimidiam, grana quatuor. Calami odorati, scrup. dimidium, grana quatuor. Balsami, drach. vnam. <sup>m</sup> Mellis atticid despumati, quod satis est. Liquores vino odorato bono macerentur, & parata vtentibus detur. Datur fabæ magnitudine.

## ANNOTATIONES.

Et si hæc Esdræ Antidotus è numerosis constructa est simplicibus medicamentis, adeoq̃ non sine molestia confici potest: tamen, quia cum Actuarij & Aëtij maximè descriptione conuenit, & tantū ponderibus distat, quorū tamè exquisitior in Nicolao quàm Aëtio aut Actuario ratio est, ideo pharmacopœi ex Nicolai præscripto Esdræ parare debent. Bernardus Desfennius Crönenburgius, quū quæ est apud Nicolau præpositū appellatam Esdræ, propter deprauatas in ea passim voces explanare non posset, eam quæ in Paulo est, ab hac tamen multifariam dissidentem, proferre voluit. Inde omnibus perspicuum euadit, quam nihil omnino hic vir in hoc argumenti genere præstiterit. Potuisset igitur hanc prouinciam, nisi scribendi κακοῦδος illum exagitasset, alijs sese peritioribus, & magis exercitatis relinquere.

Bernardus  
Desfennius  
notatus.

<sup>a</sup> Mami-

**a Mamira.**) In Nicolai codice Græco manuscripto est μαμῖρα. Quid autem sit Mami-  
ras, Paulus lib. septimo disertè explicat, quum inquit: Mamiras radícula est herbæ, fre-  
quentibus tuberculis nodosis cinctâ, quæ cicatrices & albugines extenuare creditur, de-  
tergendi nimirum facultate prædita: hæc ille. Non videtur itaq; hac delineatione repræ-  
sentare nisi radiculam, quæ Mauritanis Doronicum nominatur, quemadmodum fufius  
tomo primo nostrorum Commentariorum de stirpium historia ostendimus. Mamiræ  
igitur loco, Doronicum Mauritanorum vsurpandum erit. Quum verò neq; hoc hodie sa-  
tis cognitum sit, præstat pro eo vti Ormino, quod Dioscoride teste itidem albugines ocu-  
lorum extergere potest. Mirum autem est, Aëtium Mamiræ in Esdræ prophetæ, aut do-  
storis antidoto non meminisse: quum tamen aliorum omnium simplicium, quanquam  
ordine non nihil immutato, meminerit. vtrobiq; autem pondera ipsa exigua admodum  
sunt, idq; propter immensam simplicium copiam: quorum pondera tandem si in vnum  
coëant, in magnam molem ac iustam quantitatem exurgunt.

**b Gentiana.**) Nicolaus habet πικρὴ δὲ πρῶτα, id est, herbæ amaræ. Per amarâ verò her-  
bam intelligere illum Gentianam, ex Aëtio primùm liquet, qui eius post castorium me-  
minit. Dein ex Paulo, qui nec ipse Gentianam in Esdræ descriptione præterijt. Huc acce-  
dit, quod omnibus constet, vix reperiri radicem aliam, quæ Gentianæ radice sit amarior:  
ita vt quum rem aliquam vehementer amaram esse innuere velimus, Gentiana esse ama-  
riorem dicamus.

**c Cimolia terra.**) De Cimolia terra libro primo diximus. Sic dicta verò est, à Cimolo  
insula: quæ vna est, Strabone in decimo autore, Cycladum. Græcis alio nomine σμικτις,  
à mirifica abstergendi facultate est appellata. In eius penuria Cretica terra, seu Creta vti  
licebit, quod & illa extergendi, Galeno lib. 9. de Simpl. facultat. cap. 5. teste, vim habeat.  
Verùm hic me erroris insinuat Franciscus Alexander, & me nõ rectè cretam pro cimo-  
lia substituisse dicit, quod potius in eius inopia terra lemnia, vel armenius bolus, vel hæ-  
matites substitui debuissent. Non nego autem, quin, maximè si adstrictionem quis spe-  
ctet, huic compositioni vnum è tribus iam commemoratis inferi possit: tamen quum hic  
sulfur, & gentiana, absterforia facultate prædita, cimoliam præcedant, dubium non est,  
Cimoliam propter eandem vim, mox illis subiectam esse. Quum itaq; Cimolia extersio-  
nis gratia Esdræ indatur, & creta eandem, vt dictũ est, facultatè habeat, quæ est Francisci  
impudentia, vt reprehendere audeat, vbi nullus planè inest error? An non seipsum errare  
indicat euidentissimè, dũ fullones in vestiũ maculis abluendis, Cimolia vti scribit? Non  
enim has abluir, nisi extergèdi sua facultate, ob quã etiam, vt commemoratũ est, σμικτις,  
quasi abstergens dicta est. Sed reprehendendi alios immensa libido ita Francisci animum  
stupefacit, & oculos præstingit, vt quid agat nec intelligat, nec videat. Qui itaq; ab hac im-  
munes sunt labe, facilè cognoscent me rectè pro Cimolia, si huius inopia laboretur, cre-  
tam substituisse, meq; ab errore vacuum esse.

**d Ventriculi mergi.**) Manuscriptus Nicolai codex hic falsò ἐφ' αὐτῶν γαστρῶν, pro αὐθῆνας γασ-  
τρῶν legit: quod ex Aëtio satis liquet, qui ita habet, κόπρῃ τῆς ἐν τῷ κοιλίῳ τῆς αὐθῆνας.  
hoc est, stercoreis reperti in ventre mergi. Paulus tamen perinde atq; Nicolaus, ven-  
trem potius quàm stercorea mergi vsurpandum esse docet. ait enim ἡ δὲ αὐθῆνας: id est, ven-  
tris mergi. Galenus lib. 11. Simplicium, eius vsus non magnificat: vt etiam si prorsus o-  
mittatur, quum exigua eius sit quantitas, nihilo deterior sit futura compositio. Mergum  
Germani ein *Sauher* nominant. Facilè haberi potest.

**e Iaspidis.**) Optima erit vsurpanda, quæ Dioscoridi Thyites, Galeno Iaspis subuiridis,  
Iunioribus Turcica dicitur, vt libro primo est ostensum.

**f Florum Nerij.**) Et si Nicolai codex manuscriptus habet ῥοσὰ δ' ἀφ' ἑρῶν, id est, fo-  
liorum Nerij: tamen quia Aëtius legit ῥοσὰ δ' ἀφ' ἑρῶν, hoc est, rosarum Nerij: & Paulus  
ῥοσὰ ἀφ' ἑρῶν, hoc est, florum Nerij. ideo nos quoq; hanc lectionem, tanquam veriorem, secu-  
ti sumus. Quanquã, si Dioscoridi credimus, nihil refert, folia an flores Nerij vsurpemus,  
quod vtraq; aduersus venenatorum morsus præsidio sint. Quid autem sit Nerium, alibi  
copiosè docuimus: nempe in altero de Stirpium historia tomo. Oleandrum vulgus her-  
bariorum vocat. Cæterum quum rarum sit Germaniæ Nerium, nec pharmacopœis ad-  
huc satis cognitum, licebit vice eius vti Asclepiade, quæ vulgò herbariorum Hirundina-  
ria, & Seplasijs Vincetoxicũ appellatur. Quippe vtraq; herba iētibus serpentũ medetur.

**g Rhois Syriaci.**) Rhois duo sunt genera. Alterum, quod obsonijs inspergitur: ob id  
obloniorum, rubrum, & culinarium dicitur. Alterum, à coriorum tinctoribus expeti-  
tum: ideoq; Coriarium nominatum. Semen eius, quod Sumach officinæ vocant, in medi-  
cum maximè vsus venit. Est verò etiam qui Galeno, & hic Nicolao, Syriacus dicitur,  
quod in Syria præstantior ferè proueniat. Quum verò Syriaci hodie fortè nullus sit vsus,

Q ij præ-

Mamira.

cc

cc

cc

Doronicum

Maurita-  
norum.

Mamira suc-  
cedaneum.

Gentiana.

Amaræ her-

ba.

Cimolia

terra.

Succedaneũ

Cimolia.

Mergi ven-  
tricus.

Iaspis.

Nerium.

Succedaneũ

Nerij.

Rhus.

Obsoniorum.

Coriarium.

Syriacus.

præstat Sumachij vſitati pondus duplicare, ac in Eſdra conficienda eius drachmas tres vſurpare. Haud me latet quod hoc loco Matthiolus mihi falſam affingat ſententiam, quaſi nimirum ipſe Syriacum Rhoem peculiare quoddam, ac ſeparatum genus faciam. Nam ab ea ſententia me eſſe alienum ex hoc loco omnibus fit manifeſtum, & ex ijs qui in tertio meorum de ſtirpium hiſtoria commentariorum tomo in capite de Rhoë ſcripſi. Vt mirum fit Matthiolum, qui ſe veritatis amantem eſſe, paſſim iactitat, hiſce calumniolis interpretationibus haud abſtinuiſſe, præfertim quum has in Luſitano ægerrimè ferat.

*Seris*

*h Seridis.*) Intelligit herbam latinis Intybum, officinis corruptè Endiuia appellatam. Pro Endiuia verò non lactuca ſylueſtris, vt hætenus eſt factitatum, ſed vera viurpanda erit: cuius effigiem in tertio ſtirpium hiſtoriæ tomo dedimus.

*Iuniperi Bacca magna. Cinnabaris.*

*i Iuniperi baccarū magnarū.*) Si magnæ haberi nequeunt, geminetur paruarū pondus. *k Cinnabaris.*) Per Cinnabarim hoc loco non accipienda venit recentiorum medicorum factitia, quæ ex argento viuo & ſulphure ſimul vſtis conficitur, & ſub nomine Cinnabrij in officinis proſtat: ſed nec ea quæ à Dioſcoride deſcribitur, quæ non eſt niſi liquor ex Aphrica allatus, adeoq; à ſanguine Draconis recentioribus vocato haud diuerſa, vt libro t. ſuprà fuſius monſtrauimus. Quare quum inter ſe Cinnabaris Dioſcoridis, & Sanguis draconis poſteriorum Græcorum haud differant, vt per Cinnabarim aliud intellexerit Nicolaus neceſſe eſt. Non eſt autem per Cinnabarim inaudiendum, niſi Symphytū Græcis dictum. Id quod metipſe Nicolaus teſtatur, qui ſect. 41. paſſillo 135. diſertis verbis, Cinnabarim interpretatur Symphytum. Hanc verò herbam, quæ hodie conſolida, aut rectius Solidago maior appellatur, Eſdræ compositioni rectè indi, hinc liquet, quod inſtar Sanguinis draconis hæc ipſa dyſentericis ac cœliacis plurimum conferat. Nonnunquam verò Cinnabaris vox apud Nicolaum noſtrum Rubiam herbam alio nomine vocatam denotat, vt in compositione Antidoti 62. ad vrinæ difficultatem deſtinatæ. Rubiam autem alio nomine dici Cinnabarin, Dioſcorides memoriæ prodidit, vt in hiſtoria Rubiæ alibi fuſius docuimus. Quare poſſet & hoc loco commodiſſimè Rubia tinctorum dicta loco Cinnabaris inferi, quod ſcilicet regio morbo laborantibus auxilietur, quibus etiam Eſdræ Antidotum ſuccurrere Nicolaus affirmat. Quapropter quancumq; vox Cinnabaris in Nicolai compositionibus occurrit, ſemper per eam pharmacopœis Symphytum, vel vt ipſi nominant, Conſolida maior, vel Rubia tinctorum appellata, intelligi debet. Id quod in prima æditione non animaduertam.

*l Hermodactyli.*) Hic iterum per hermodactylum accipiendum, quod Arabibus & officinis Behen dicitur, vt ſuprà in aurea Alexandrina annotauimus.

*Mellis adijciendi quantitas. Conficiendi modus Aëtij.*

*m Mellis ætici quod ſatis eſt.*) Vt ſcilicet ſingulis vncijs ſpecierum, ternas vncias mellis adijciamus. Quod ſi itaque ſupputaueris ſpecies, ſumendæ erunt, ni fallor, mellis optimi odorati lib. vna, & dimidia, cum vnc. tribus. Aëtius Eſdræ hunc conficiendi modum præſcribit. Arida omnia cum croco, caſtorio, ac hedychroo tundito, & per anguſtiſſimum cribrum excutito: Opium verò, myrrham, hypociftidem, bdellium, lycium, ammoniacum in vino macerato. Tragacantham verò per ſe macerato. Sequenti die roſas Nerij & Serin terito & vnito, ac tragacanthæ ſimiliter probè tritæ: reliqua trita adijcito, & cum ſucco Arthemifiæ vnito: mel quoq; deſpumatum ac tepefaſtum ſæpe inſtillato, ne tragacantha exareſcat. Poſtea arida tuſa inſpergito, ſufficienterq; vnita probè contegito. Sequentibus verò diebus ſeptem aut nouem in ſole terito, & vaſis vitreis excipito.

## DIACODION,

Nicolai Myreſfici.

### XIII.

**D**iacodion confert ad omnem cœliacum affectum, item dyſentericis, febricitantibusq; ex aqua pluuiali data: in qua ſpodium, rhu culinarium, myrtus, & ſtillaticius roſarum liquor inferbuerit. Item prodeſt ijs quibus tenui defluxione à capite deuoluta tuſis excitatur, & quibus venter acria, & biliola excernit. Præterea calidæ intemperiei, & cholera laborantibus, nec non per uigilio vexatis. Habet capitum papauerum candidorum, neque viridium neque aridorum, integrorum cum exteriori cortice, tredecim. Roſarum rubearum, drach. duas, & dimidiam. Croci, acaciæ, glycyrrhiæ, añ drach. vnam. Boli armenij, vnc. dimidiam. Cinamomi, ſymphyti, hypociftidis, balauſtorum, añ drach. vnam. Baccarum myrti, vnc. vnam. Corallialbi & rubei, rhois culinarij, ſanguinis draconis, rhois ſyriaci, añ ſcrup. duos. Seminis portulacæ, drach. dimidiam. Capita prædictorum papauerum in aqua pluuiali, donec dimidiū eius abſumatur,

absumatur, coquito: prius tamen in aqua illa, in qua coquentur, capitibus <sup>b</sup> per biduum maceratis. Dein per <sup>c</sup> faccum colato, & adijcito <sup>d</sup> mellis myrtini lib. vnam, & dimidiam, ac probe subacta iterum coquito, ad mellis consistentiam. Postea deposito ab igne vase, species tenuissimè tritas inijcito, & bene subacta in vase recondito. Datur pondere drachmarum quatuor aut sex.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Hoc Diacodiòn medicamento, potius quàm Ioannis Mesuæ Damasceni vtendum est, quòd cum eo quod Actuarius describit planè conueniat: & ad vitia illa, ad quæ adhibendum esse diximus, efficacissimum sit. Ita verò à capitibus papauerum, quæ Græcis κωδία dicuntur, nominatum est.

<sup>b</sup> Per biduum.) In Græco Nicolai codice manuscripto, tempus macerandi capita papauerum non est expressum: ita vt suspicio sit, codicem hoc loco esse mutilum, præsertim quum in Actuario discretè sit id ipsum significatum, qui biduum constituit: & in latinis quoq; Nicolai codicibus, qui triduum definiunt.

<sup>c</sup> Per faccum colato.) Græcè est σάκκελισον. Sciendum igitur, σάκκελις & σάκκελις frequens esse non solum apud Nicolaum, sed & Galenum, verbum: hoc est, per faccum colare. Hac colandi ratione frequenter in decoctis, quæ per cocturam aut ad tertias, aut ad dimidias reddita sunt crassiora, quo liquidiora euadant, vtimur. Eandem ob causam vina etiam olim per faccum transmittabant. Et hodie, aromatis in faccum inditis vinum hoc modo paratur, quod vulgò Claretum & Hippocras vocatur.

<sup>d</sup> Mellis myrtini.) Mel verò myrtinum ita conficitur: Duabus lib. mellis optimi despumati, admisce succi baccarum myrti, Myrtillos nominant Seplassæ, lib. vnam, & ad succi consumptionem coquito. Quia verò ad nos bacca illæ virides & recentes non afferuntur, vtendum eorundem decocto erit ad Myrtini mellis confectionem.

Dia codiòn  
vnde dictum.

Per faccum  
colare.

σάκκελις.

Claretum.

Hippocras.

Mel myrti-

num.

## DIALIBANV.

Nicolai Myreplici.

## XIIII.

**D**ialibanu, id est, Antidotus è thure: facit ad eos qui angina correpti sunt, asthmaticos item, nephriticos, & guttatim mingentes. Destillationes sanat, & ilei dolorem ex vino albo data mitigat. Accipit castorij, opij, hyoscyami, añ drach. quatuor. Casia lignæ, pæoniæ, styracis, piperis longi, folij, croci, <sup>b</sup> thuris masculi, añ drach. duas. Rhei pontici, amomi, añ drach. vnam, scrup. duos. Myrrhæ, drach. vnam, & dimidiam. <sup>c</sup> Spicæ Indicæ, pyrethri, euforbij, piperis albi, añ drach. duas, & dimidiam. Millis atticis despumati, quod satis est. Datur pondere drachmæ vnus aut drachmarum duarum cum uino albo calido, cui thus, aut saluia incocta sit.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Dialibanu.) Sic enim proferendum, non vt vulgus consuevit, Diaolibanum. Neq; Dialibanu, enim ἡ δὲ λιβάνος aliud sonat, quàm antidotus è thure: vt interpretati sumus. λιβάνος enim λιβάνος.

thus est Græcis. Et conuenit hæc descriptio cum ea quæ est apud Actuarium.

<sup>b</sup> Thuris masculi.) Thus masculum, Dioscoride autore, album est: quum frangitur intus pingue, in suffitu statim ardens, suapte natura rotundum, seu in rotundos globulos singulos, aut geminos testiculorum forma concretum. Hinc masculi cognomen accepit.

<sup>c</sup> Spicæ Indicæ, & pyrethri.) In græco Nicolai manuscripto codice hæc duo medicamenta desiderantur. Sed ex Actuario & alijs latinis Nicolai codicibus adiecta sunt. Non est verò dubium, quin Græcus Nicolai codex hoc loco mutilus sit.

Thus masculum.

## REQUIES.

Nicolai Myreplici. num. 205.

## XV.

**R**equies <sup>a</sup> ad febres continuas & ardentes, omnemq; febrilem affectum, ad febres deniq; acutas confert. Est autem utilis, temporibus & pulsibus manuum inuncta, accordis dolorem mitigat, somnumq; conciliat. Recipit rosarum, violarum, añ <sup>b</sup> drachmas tres. Opij, hyoscyami, feminis <sup>c</sup> papaueris, mandragoræ, <sup>d</sup> intybi, lactucæ, portulacæ, & psyllij seminum, nucis moschatae,

Q iij cina-

cinamomi, zingiberis, añ drachmam vnam, & dimidiam. Santali albi & rut-  
bei, & spodij, tragacanthæ, añ scrup. duos, grana quinque. f Sacchari candi,  
drach. vnâ. & Sacchari & stillaticij rosarum liquoris, quantum satis videbitur.  
Datur castaneæ quantitate, ex Serapio violato.

## ANNOTATIONES.

*Requies cur dicta.* a *Requies*) Sic appellata est ab effectu, quod dolorem obtundat ac mitiget, caloremq;  
februm mitiorem reddat. & ijs qui hanc sumunt, requiem afferat.

b *Drachmas tres.*) Hoc pondus in græco Nicolai codice desideratur, ex latinis autem  
est à nobis adiectum.

*Papauer.* c *Papaueris.*) Quoties Papaueris simpliciter & citra adiectionem mentio fit, semper al-  
bum inaudiendum erit. Hoc itaq; loco semen papaueris albi sumendum.

*Intybum.* d *Intybi.*) Latini Nicolai codices Scariolæ habent. Quum verò Intybum simpliciter  
prolatum non sit, nisi ea herba quæ corrupta voce officinis Endiuiâ dicitur, huius potius  
quàm Scariolæ semen hic vsurpandum erit. Quamquam quum vtriusq; eadem sit facultas,  
parum refert vtrius semen accipias.

e *Zingiberis.*) Eius in latinis Nicolai codicibus nulla fit mentio. Tamen quum eius di-  
fertè Græcum exemplar manuscriptum mentionem faciat, & ad frangendam frigidori-  
um ac stupefacientium, quæ præcedunt, vehementiam conferat, omittendum non esse  
iudico. Vocat autem Myrepsus κικιμπερι.

z *Spodij.*) Non est cur hoc loco per Spodium Græcorum intelligamus, sed id potius  
quod Ebur vsum appellatur. Nam hoc Myrepsi tempore, vt hodie adhuc Spodium no-  
minabant medici. Scio hoc loco me à Francisco Alexandro notari, quod relictis veteribus  
ex Myrepsio antidota erigam: sic enim loquitur: pertinaciter nimis, magisq; quàm deceat.  
Non est igitur vt hanc contumeliam atq; calumniam tacite præterire possim aut debe-  
am. Siquidem quod veterum Græcorum compositiones relinquo, non fit quod illos con-  
temnam, quandoquidem primus ferè fuerim, qui ad eos, tanquam ad fontes, medicos  
reuocare studuerim: sed quum eas duntaxat compositiones quæ in nostris officinis sunt  
vilitate referre, & quidem è fontibus instituerim, factum est, vt paucas admodum vete-  
rum attigerim. Vtinam verò aliqua etiam eorundem in vsum reuocentur. Quare opta-  
rem Alexandrum in suis reprehensionibus non raro fuisse circumspiciorem.

*Saccharum candi.* f *Sacchari candi.*) In latinis codicibus desideratur. Non est autem omittendum, quod  
in græco sit κωντις. Saccharum autem candi solemne est Nicolao, vt κώντιον appellet, vt ali-  
bi fultius ostendimus.

g *Sacchari.*) Alij codices habent, Mellis quod satis est. Sed quum in græco Nicolai codi-  
ce sit σαχάρτος, & hæc antidotus maximè febribus continuis & ardentibus conferat, cum  
saccharo, & stillaticio rosarum liquore hanc potius, quàm cum melle, cui cal-faciendi fa-  
cultas inest, vt conficiamus præstat. Cæterum neq; hæc antidotus, neq; ea quæ sequitur  
philonis in Desfennio integra est, idèd hortor pharmacopolas omnes, ne in parandis com-  
positionibus eius præscriptum sequantur. Quod semel hic monuisse satis sit.

## PHILONIVM \* GALENI.

## XVI.

**P**hilonis antidotus pollet contra colicos cruciatus, iccoris, & lienis. Calcu-  
lo renum, & difficultate lotij laborantibus auxiliatur. Phlegmonem costa-  
rum, pleuritimæ, & omnem intestinorum dolorem leuat. Datur stomachicis,  
nausea vexatis, vomituriensibus. & velleicato mordicus ventriculo, singultientibus,  
dissolutis in quotidiana febre, sanguinem excreantibus, tabidis, tussientibus,  
destillatione q; laborantibus. Somnū accersit. In summa, medicamentum  
est, quod mirificè dolorem sopit. Habet croci, drach. quinque. Pyrethri, eufor-  
hij, spicæ nardi, añ drach. vnam. Piperis albi, hyoscyami, añ drach. viginti.  
Opij, drach. decem. Mellis despumati optimi, quod satis est. Datur Ponticæ  
nucis quantitate.

*Datur Pon-  
tica nucis  
quantitate.*

ANNO-

<sup>a</sup> Galeni.) Sic appellamus, non quòd à Galeno compositum sit, sed quòd id ipsum ex Philonis philosophi & medici Tharsensis sententia Galenus, libro nono de compositione medicamentorum localium prodiderit. Recenset & hanc Nicolaus Myrepsus Sectione prima, Antidoto 243. Actuarius item ac Paulus, sed ponderibus variatis. Quare hoc quod nunc descripsimus, legitimum est philonium: etsi alia duo quæ sequuntur hætenus, fuerint usitata. Et Galenus loco iam citato, hoc ipsum tanquam probè compositum à philone, laudat, eiusq; compositionis rationem exponit, quam quivis ex illo cognoscere poterit

PHILONIVM <sup>a</sup> MAIVS, <sup>b</sup> SIVE ROMANVM.

Nicolai Myrepsici, numero 303.

XVII.

**P**hilonium Romanum, idem quod præcedens potest. Accipit piperis albi, hyoscyami, añ drach. quinq;. Opij, drach. duas, & dimidiã. Casia lignea, drach. vnam, & dimidiã. Seminis apij, drach. vnam. Petroselini, fœniculi, dauci Cretici, añ scrup. duos, grana quinq;. Croci, scrup. dimidium. Spicæ nardi, pyrethri, zedoaria, añ grana quindecim. Cinamomi, drach. vnam, & dimidiã. Euphorbij, <sup>d</sup> myrrhæ, castorij, añ drach. vnam. Mellis optimi, quod satis est. Datur nucis auellanae quantitate.

ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Maius.) Sic vocarunt, quòd ex pluribus quàm præcedens, ab ipso Philone compositum, constat medicamentis. Nam præter ea quæ Philo prodidit, pleraq; alia adiecta sunt, ut ex vtriusq; collatione liquidò patet.

<sup>b</sup> Romanum.) Dicitum esse nonnulli putant ab Auicenna, Canone quinto, summa tract. 1. quòd Romæ sit à Philone conditum hoc medicamentum. Mihi alia ratione sic esse vocatum videtur. Nam etsi Philo, qui Tharsensis, ac diui Pauli compatriota, adeoq; ciuis Romanus fuit, Romæ fortassis medicinam fecit, illicq; hoc conficit medicamentum: tamen non idèd Romanum dici potuit, quòd plurimum sit immutatum, nec tale existat quale ipse composuit. Quapropter Romanum potius est nominatum, quòd post Philonem medici Romani aliqua simplicia adiecerint, & deinde pro Philonis Antidoto, hoc ipso Romæ uti cœperunt, indeq; Romanum dixerunt.

<sup>c</sup> Casia lignea.) Casia lignea, semen petroselini, opij, fœniculi, dauci Cretici, zedoaria, cinamomum, myrrha, & castorium, in Philonis compositione non fuerunt, sed à posteris adiecta sunt omnia.

<sup>d</sup> Myrrha castorij.) Hæc duo medicamenta in latinis Nicolai codicibus desiderantur, pro ijs Costum substituentibus. Nos autem illa ex græco Nicolao adiecimus, idq; ut faceremus, Galenus nos monuit: qui loco paulo antè indicato disertè scribit, alios myrrham & castorium admiscuisse. Quapropter hæc descriptio Philonij Romani, quam nos afferimus, integra est, ut quæ omnia à Philone prodita medicamenta habeat: tum etiam ea quæ ab alijs esse adiecta, Galenus memoriæ prodidit. Quæ in græco Nicolao manuscripto est, mutilam esse constat, ut quæ opium, quod maxime requiritur, non habeat. Est & ea quæ in latinis habetur codicibus, manca, ut quæ Myrrham & castorium omiserit.

Nos itaq; collatione vtrorumq; codicum hanc perfecimus, qua deinceps pharmacopœi pro Romano, cæteris abiectis, uti debent.

PHILONIVM PERSICVM.

Ioannis Damasceni.

XVIII.

Q. iij

PHI.

**P**hilonium<sup>a</sup> Persicum ad sanguinem vñdecunq; manantem confert. Quapropter menses immodicè erumpentes, hæmorrhoidas, & cruentas excretiones per inferna: itemq; sanguinis sputum compescit, ac fœtum in vtero retinet. Recipit<sup>b</sup> piperis albi, hyoscyami, añ drach. viginti. Opij, terræ sigillatæ, añ drach. decem. Lapidis hæmatitis, croci, añ drach. quinq;. Castorij, spicæ, euforbij, pyrethri, margaritarũ non perforatarum, succini, zedoariæ, doronici, d<sup>c</sup> pastillorum ramich, añ drach. vnam. e<sup>c</sup> Succij semperuiui, scrup. vnum. Mellis rosacei optimi, quod satis est.

## ANNOTATIONES.

*Persicum.  
Cordus er-  
vat.*

*a Persicum.*) Sic dictum putatur, quod à Persis inuentum sit.

*Matthioli  
sententia  
improbata.*

*b Piperis.*) Cordi medicamentarius liber, & omnia Mesuæ, quæ uidi, exemplaria, legunt Papaueris, sed mendosissimè. Scribendum enim erit, vt nos emendauimus, Piperis. Quod in primis ex Auicenna liquet, qui Philonium illud itidem describit, atq; hic disertè Piperis albi mentionem facit. Accedit huc, quod in nulla alia Philonij descriptione Papaueris mentio fiat: & quod piper inter ea quæ opij vehementiam refrenent, numeretur. Nec est cur quispiam hic Matthioli sequatur sententiam, qui lib. 5. suarum epistolarum medicinalium me nō rectè Cordum reprehendisse scribit, quod nō piper, sed papauer album imponendum sit, ita enim habere Mesues codicem, qui ad manus est. Id quod non sine ratione factum videtur, quod vbi sanguis abrupto vase fluat, nullo pipere opus sit, sed eorum quæ sua frigida vi, sanguinem crassiore reddant, & fluxionē sistant. Rectè itaq; faciunt, vt mea fert opinio, qui piper negligentes, papaueris semē addunt. Nam quum ad coercendam opij maliciam, & croci & castorij satis excipiat antidotus, non video cur opus sit addere piper, vt magis incalescat, vbi opus sit potius refrigeratione. Hæc est Matthioli, bella mē hercle, qua meam impugnat sententiam, ratio, quam facile in ipsum retorquebo. Nam quod dicit ita habere Mesues codicem qui ei ad manus est, probè, etiam tacente Matthiolo, noueram, vt qui dixerim disertis verbis, omnia Mesues exemplaria sic habere. Quod verò subiicit, id non factum esse citra rationem, quod scilicet vbi rupto vase emanat sanguis nullo pipere opus sit, sed medicamentis frigidis sanguinem incrassantibus & fluxionem sistentibus, ridiculum utiq; est. Cur enim Matthiolus eadem ratione ex philonij istius compositione non etiam Euforbium & pyrethrum, quorum vtrunq; pipere calidius est, abijciendum esse censet? Accedit, quod Philo Tarsensis suum quoq; philonium laudat, & vtile esse sanguinem excreantibus tradit, quum tamen illius compositionem non solum piper, sed & pyrethrum atq; Euforbium ingredientur: Quum itaq; persicum philonium ad exemplum Tarsensis sit compositum, & in eo hyoscyami & opij tantum mentio fiat, qua igitur de causa huic Matthiolus, motus quidem exemplaris deprauati autoritate, papaueris albi semen admiscendum esse contendit? quum tamen Auicenna, ex quo Mesuæ suum hoc philonium, vt alia ferè omnia, mutuatus est, & ad verbum descripsit, vt illa inter se collata euidentissimè monstrant, piper album, non papauer, miscuerit. Rectè igitur faciunt, qui Matthioli friuolis & nullius momenti rationibus contemptis, papauer album negligentes, piper album adijciunt, quum falsissimum sit quod ipse dicit, ad opij maliciam corrigendā coercendamue croci & castorij sufficere misturam. Quum enim hyoscyami albi semen pondere drachmarum viginti, opij autem drachmarum decem huic compositioni indantur, & croci atq; castorij vna duntaxat drachma addatur, fieri nequit vt tantilla portio tantam opij & hyoscyami quantitatem refrenare queat, piper quoq; adiectum est. Vt sole clarius sit, Matthioli sententiam esse falsam, & in hoc tantum productam, vt me de errore accusandi rationem haberet, & superior alijs videretur. Sed est iam satis nota omnibus Matthioli arrogantia est, vt opus non sit.

*Succinum.  
Pastilli Ra-  
mich.  
Succus sem-  
peruiui.*

*c Succini.*) Officinæ Charaben, vt libro primo indicatum est, nominant.

*d Pastillorum Ramich.*) Descriptionem illorum pete ex sectione de Pastillis.

*e Succij semperuiui.*) Mesuæ Caphuram, vel (vt ipse loquitur) Camphoram habet. Quia verò Caphura, quæ bituminis species est, refrigerare nequit, sed potius calefacit, vt in Commentarijs nostris super nonum Galeni de Simplicibus medicamentorum facultatum librum demonstrauius: ideo è contextu hanc ipsam eiecimus, & pro ea Semperuiui succum substituimus. Id quod in multis etiam alijs compositionibus fecimus.

## PERORATIO.

Hactenus confectiones magnas, & Opiatas vulgò vocatas, descripsimus sedecim. Quas utiq; sufficere arbitramur, ne scilicet nimia harum copia fiat, vt vel negligenter à pharmacopœis parentur, aut neglectæ iaceant, raroq; in vsum medicum veniant. Nam quod sæpe diximus, præstat habere paucas, & eas quidem diligenter constructas, quàm plures nulla nec arte, nec diligentia compositas.

DE



DIA CASTORIV.  
Nicolai Myrepsici, numero 27.

I.



ANTIDOTVS ē castorio succurrit vertiginosis, comitialibus, apoplecticis, resolutione correptis, tremulis, omnibusq; frigidis morbis. Habet castorij, <sup>a</sup> myrobalani, añ drach. tres. Aloes flauæ, drach. vnam, & dimidiã. <sup>b</sup> Scordij, myrrhæ, euphorbij, añ drach. vnam, grana septē. Folij, <sup>c</sup> artimonij, id est, pyrethri, tragacanthæ, calami odorati, nitri, galbani, <sup>d</sup> senæ, floris iuncti odorati, spicæ, opopanacis, rhei Pontici, sagapeni, styracis calamitæ, zingiberis, cinamomi, añ drach. vnã, grana duo. <sup>e</sup> Staphydis syluestris, seminis dauci, fœniculi, petroselinij, <sup>f</sup> cumini lati, <sup>g</sup> nigellæ, sinonis, <sup>h</sup> petrolei, <sup>i</sup> styracis rubeæ, sanguinis draconis, thuris, salis ammoniaci, zedoariæ, <sup>k</sup> anisi, añ drach. tres, & dimidiã, scrupulum vnum. <sup>l</sup> Thymbræ, hyslopi, chamædryos, pulegij, origani, balsami, balsamitæ, seminis ocimi, <sup>m</sup> branca vrsinæ, dictamni, aristolochiæ rotundæ, <sup>n</sup> brasicæ syluestris, asari, saluie, rosarum, bdellij, añ scrup. dimidium. <sup>o</sup> Ambaris, grana decē. Osis cordis ceruini, drach. tres. <sup>p</sup> Osis naris purpuræ, drach. vnam. Epithymi, polypodij, opobalsami, añ scrup. dimidium, granum vnum. Betonice, grana vndecim. Anacardi, fabinæ, gentianæ, foliorum mandragoræ, añ grana decem. <sup>q</sup> Serici vlti, scrup. dimidium. Peucedani, ablinthij, añ grana septem. Iridis, scrupulū. dimidium, granum vnum. Mellis despumati optimi, quod fatis est: hoc est, triplum. Datur Ponticæ nucis quantitate.

ANNOTATIONES.

Dia castorii Antidotus hætenus nullis in officinis rectè parata est, quod scilicet eius *Antidotus* ē descriptio in latinis Nicolai codicibus, quibus pharmacopœi vti sunt, legitima non fuit. Neq; ea etiam quam Valerius Cordus in medicamentario suo libro refert, à vulgari *Antidotus* rectè parata distat. Quapropter iuxta hanc nostram, quæ è græco Nicolai codice ad verbum transcripta est, descriptionem, deinceps Dia castorii Antidotum conficiet pharmacopœi. Quod vt rectius possint, annotationibus illam illustrabimus.

<sup>a</sup> *Myrobalani.*) In græco Nicolai codice non exprimitur genus Myrobalani, quum enim easdem ferè facultates habeant, parum refert vtrum accipiamus. Verum quia Latini omnes codices flavorum, quos Citrinos hodie nominant, mentionem faciunt, & statim etiam aloë subijcitur, illi præ cæteris ad huius Antidoti compositionem sunt adhibendi.

<sup>b</sup> *Scordij.*) Græcus Nicolai codex habet σκός ποσάρα: & statim dictionem hanc explicans subijcit, quod Italis Asa fœtida dicitur. Per asam autem fœtidam Nicolaus non id quod hodie ita nominant officinæ, intelligit: sed stirpem, quæ alijs Græcis Scordion vocatur, vt in Annotationibus nostris super Nicolaum copiosè monstrauimus. Proinde ne pharmacopœi in hac voce hærent, Scordium conuertimus. Vt hinc perspicuum fiat, errare plurimum pharmacopœos, qui mendosos secuti codices, Asam fœtidã, rem fœtidissimam, & ob id Diaboli sterces Germanis appellatam, in huius medicamenti compositionem vsurpant.

<sup>c</sup> *Artimonij.*) Hanc dictionem studio in contextu reliquimus, vt hac ratione aliorum codicum erratum detegeremus, qui in vniuersum omnes Antimonij legunt, adeò vt Cordi im-Cordi etiam liber medicamentarius hoc errore haud vacet. Artimonium verò esse pyrethrum, metipse Nicolaus, qui sic vocem hanc interpretatur, docet.

<sup>d</sup> *Senæ.*) Eius in Latinis codicibus nulla fit mentio.

*Senæ*  
& *Staphydis*

- Staphys syl- uestris.* *Cuminum latum.* *e Staphydis syluestris.*) Officinis Staphys agria nominatur. *f Cummi lati.*) Græcè est, *πλατυκυμίνος*. Latini codices habet, Sileris montani. Vt suspicio sit, Nicolaum per latum Cuminum intellexisse semen, quod Seplafijs Siler montanū appellatur. Nihil verò refert hoc an illo vtamur, quod eiusdem sint facultatis. Et hoc loco Franciscus Alexander, communem aliorum errorē secutus, Seseleos semē inserit. Quum latum hoc semen, quod Siler montanum officinæ nominant, Ligustici potius sit, vt tomo altero nostrorum de Stirpium historia monstrauius.
- Nigella.* *g Nigella.*) Et hæc in Latinis codicibus desideratur. Vt hinc pateat, Græcum Nicolai codicem Latinis plurimum præstare.
- Petroleum.* *h Petrolei.*) Per petroleum intelligit oleum naturale, quod è petris & faxis emanat: quod non est nisi bitumen liquidum, vel colamen bituminis. Babylonijs olim Naphtha dictum, vt fufius libro primo ostensum est. Nicolaus superstitione quadam ductus, vnguentum seu oleum S. Barbaræ vocat, quæ quidem ad nostra vsque secula durauit, hanc pulchrè confirmantibus cucullatis illis fratribus qui S. Catharinæ, & S. Vualzburgis oleum vocarunt: sanctimonix specie ab imperitis & simplicibus, vt fuerunt, & adhuc hodie sunt, ad fucum faciendum instructissimi, pecuniam emungentes.
- Styraxrubea.* *i Styracis rubea.*) Quid sit Styrax rubea, libro primo expositum est. *\* Anisi, drachmas tres, scrupulum dimidium, grana octo.*) Nescit hoc loco Franciscus Alexander, qua fide adductus ita legam. Respondeo me, vt candidè verum fatear, latini codicis lectione deceptum esse, qui habet drach. tres. semis, scrup. octo, quum tamen Græcè sit *στυραξόκοκκακ*, id est, grana viginti, quæ coniuncta scrupulum vnum constituunt. Quare non octo, sed vnus scrupulus accipiendus erit.
- Tymbra.* *k Tymbra.*) Tymbra nõ est nisi syluestris Satureia. In cuius penuria, fatiua vti licet.
- Bræca vrsina.* *l Branca vrsina.*) Acanthum Græci & Latini nuncupant. Non est autem pro Branca vrsina, vsurpanda ea quæ sic hodie appellatur herba. hæc enim est Dioscoridis, & aliorum Græcorum Sphondylion: sed spina alba vulgaris, in primo de Stirpium historia tomo nobis descripta.
- Succedaneū* *m Brassica syluestris.*) Græcè est *κεράμικε ἀργείας*. Hæc Dioscoridi pingitur. In eius penuria, fatiua, quæ easdem obtinet vires, vti licet.
- Branca vrsina.* *n Ambaris.*) Tria hæc, nempe ambar, os cordis ceruini, & os naris purpuræ, in Latinis codicibus desiderantur: vt hinc quoq; innotescat quanto Græcus Latinis codicibus præstet.
- Os naris purpuræ.* *o Osis naris purpuræ.*) Intelligit Blattium bizantium, alijs iunioribus Græcis dictum. Seplafix Blaccam bizantium appellant. Per os autem naris purpuræ, non inaudiendum esse nisi purpuræ operculum, libro primo huius operis abundè monstrauius.
- p Serici vsti.*) Et hoc in Latinis desideratur codicibus. Sic passim manca latina Nicolai exemplaria esse constat.

D I A S A T Y R I V.  
Nicolai Myrepsici. Sect. 1. cap. 65.

II.

**A**Ntidotus è Satyrio valet ad liberorū procreationem, ad venereorumq; frequentiore vsum utilis est. Venerem nanq; stimulat, eamq; certa de causa cessantem haud segniter restituit. Renum & vesicæ imbecillitati succurrit. Præterea ijs qui coire nequeunt, auxiliõ est. Voluptatem quoque excitat. Accipit<sup>a</sup> satyrii viridis, <sup>b</sup> dauci fatiui radicū, nucis Indicæ, pistaciorum, <sup>c</sup> eryngij radicis, nucum pinearum, añ drach. duodecim. <sup>d</sup> Zingiberis, anisi, <sup>e</sup> sinapi albi, <sup>f</sup> linguæ auis seminis, añ drach. quinç. Cinamomi, <sup>f</sup> scincorum caudæ, <sup>g</sup> seminis bulbi, añ drachmas duas. Moschi, grana septem. Mellis despumati optimi, \*quod satis est. Satyrii, dauci, & eryngij radices singulæ priuatim & seorsim benè tritæ melli imponuntur, ac subiguntur, paululumq; molliuscule igni feruescunt, dein pistacia & nuces pineæ repurgatæ ac tufæ adijciuntur. Vbi cum melle aliquantulum bullierunt, sublato ab igne lebetes, tufæ & cribratæ species adduntur. Postremò moschus cum exiguo stillaticio liquore inseritur. Rursus hæc probè subacta, in vasculum ad vsum reconde. Datur cum veteri vino vesperi dormituro drachma vna,

ANNO

*a Satyrij.*) Officinæ nō sine errore radicem Satyrij batilici, quod illis Manus Christi dicitur, ad Antidoti è satyrio confectionem vsurpant. Siquidem nullum ad libidinem impetum excitat, nec vllas ad stimulandum coitum vires obtinet. Debent igitur in veri Satyrij, quod hodie à nullis cognoscitur, penuria, vti radice Orchios, seu Cynosorchios, quæ ad stimulandum coitū, Dioscoride & Galeno testibus, vim obtinet. Non autem vtendum nisi radice eius solida, quod flaccida venerea magis inhibeat.

*Officinatum error.*

*Satyrium.*

*b Dauci.*) Cretici radix etiam ad vsus medicos adhibetur: in alijs generibus seminis vsus duntaxat inualuit. Matthioli locum hunc à typographo corruptum suggillauit, parum quidem candidè. Nam quum hunc ex Dioscoride esse productum intelligeret, facile illi erat coniectare, pro etiam à typographo tantum dictionem, perperam suppositam fuisse. Cæterum quum Creticus Daucus hodie non afferatur pro eius radice vtendum erit Staphylini radice, quæ Dioscoride attestante, venerem stimulat. Eius tamen historia & pictura est in tomo primo nostrorum de stirpium historia commentariorum.

*Daucus.*

*Succedaneū*

*Dauci Cre-*

*tici.*

*c Eryngij.*) In latinis codicibus desideratur. Præstat autem pro Eryngij radicibus. Sifari fatiui vti radicibus, quæ idem quod Secacul efficiunt. Græcè quidem est *κρυγγίς ἕριζαο*. Actuarius tamen, qui eodem ferè modo hanc compositionem describit, Eryngij nullam facit mentionem.

*d Sinapi albi.*) Per Sinapi album Erucam intelligit, id quod ex Actuario fit manifestū, qui Erucæ, quemadmodum etiam omnia exemplaria Nicolai latina, hoc loco habet.

*Sinapi albū.*

*e Zingiberis.*) Actuarius post zingiber subiicit Gryophyllorum itidem drach. quinque.

*f Lingue auis.*) Ita vocat, cum officinis nostris, Nicolaus semen Fraxini, vt secundo Stirpium historiae tomo fufius diximus. Actuarius eius non meminit.

*Lingua auis.*

*g Scincorum caudæ.*) Horum in græco manuscripto Nicolai codice nulla fit mentio. Actuarius autem cinamomo statim subiungit scincos. In Latinis quoque omnibus codicibus Nicolai, Scinci non omittuntur. Vt haud dubiè hoc in loco mancus fit Nicolai græcus manuscriptus codex. Quod confirmat, quæ statim in Nicolao è satyrio Antidotus sequitur, in qua disertè Scinci fit mentio. Accedit ijs omnibus, quod Scincorum vsum venem mirificè excitare constet. Non igitur sunt omittendi. Sunt autem veri ad vsum medicum adhibendi, vt primo diximus libro.

*Scinci.*

*h Seminis bulbi.*) Quum omnes bulbi venerem stimulandi vim habeant, syluestris saltem bulbi, cuius magna est in Germania nostra copia, semen ad præsentem Antidotum pharmacopœi vsurpare debent. Quod si tamen nec illud haberi potest, eius loco semine vrticæ, quod eandem obtinet facultatem, vtendum erit.

*Bulbus.*

*Succedaneū*

*bulbi.*

*i Species.*) Græcus Nicolai manuscriptus codex habet *μυστίκα*. Sic enim vocat species odoratas, quæ aromata nominantur.

*Species.*

*μυστίκα.*

ANTIDOTVS E BACCIS LAVRI.

Rhazis.

III.

**E**lectuarium è baccis lauri ad colli, & tenuis intestini cruciatus à flatibus procreatos maximè confert. Recipit foliorum rutæ aridorum drach. decem. Ammios, cumini, nigellæ, libyftici, origani, carui, amygdalarum amararum, piperis nigri, piperis longi, mentastri, dauci, radicis acori, baccarum lauri, castorij, añ drachmas duas. Sagapeni, vnciam dimidiã. Opopanacis, drach. tres. Mellis despumati quod satis est. Datur auellanæ quantitate.

ANNOTATIO.

Quum hæc Antidotus in dissoluendis flatibus sit longè præstantissima, & nulla melior sit in vniuersis Razis empirici libris, ideo in omnibus officinis paratam hanc prostare oportet. Sunt verò omnia illam constituentia medicamenta antea explicata, vt pluribus annotationibus non sit opus.

ANACARDINA. IOANNIS DAMASCENI.

IIII.

**A**ntidotus anacardina ad totius inferioris ventris, & cerebri affectus frigidus conducit, sanguinem puriorem reddit, & inde spiritu animali facto purgatiore & tenuiore, sensus omnes, apprehensionem, (hinc est quod Auicenna Electuarium sapientum nominari) intellectum, & memoriam iuuat, coloremque viuudum corpori tribuit. Habet piperis nigri, piperis longi, Myrobalanorum (Auicenna, nigrorum) Cepulorum, Emblicorum, indo-

*Electuarium sapientum.*

*indo-*

indorum, belliricorum, castorij, añ drachmas duas. Costi, anacardij, sacchari albi, <sup>a</sup> melissophylli, baccarum lauri, añ drachmas sex. Cyperi, vnciam dimidiam. Anacardia per se teruntur, & alijs tritis permiscuntur: deinde omnia excipiuntur butyro vaccino salis experte, & melle despumato æqualis portionis, nempe vnc. quinque & dimidia. Datur <sup>b</sup> post sex menses pondere, drach. duarum. Ea sumpta, vitetur labor, ira, coitus, ebrietas.

## ANNOTATIONES.

Hæc Antidotus quia calidissima est, solis ijs qui admodum frigidi sunt, eud sumitur. Nam aliàs spiritibus accensis, febres excitat diarias, à quibus sæpe transitur in putridas, vel hecticas. Quare non temerè quibusdam suspecta est.

*Burungi.*

<sup>a</sup> *Melissophylli.*) In Mesue est Burungi, quam sanè dictionem variè interpretantur. Sunt enim qui cubebas, alij melissam, quidam erysimon, nonnulli ocimum significare dicant, aded vt nemo se facile ex hac sententiarum varietate explicare possit. Sed vtcunq; Arabum interpretes inter se plurimum dissentiant, quod minimè mirum, quandoquidem Arabicæ linguæ imperiti fuerint: tamen ex hac difficultate nos expedite extricabit

*Serapionis locus emendatus.*

*Bedarungi.*

Serapio, & ipse Arabs, qui disertè burungi interpretatur melissam. Quanquam illic falsò legatur turungi, pro burungi, aut berungi. Nam Bedarungi est ocimum, Auicenna secundo Canone teste. Burungi autem, vel, vt legitur apud Auicennam Canone quinto, Berungi, est melissa. Siquidem ibidem Auicenna hanc quoq; Antidotum describit, & in nullo profus à Mesua variat, quàm quòd pondus duplicet. Proinde ad Auicennam magis hæc Antidotus, quàm ad Mesuen referenda erit. Quippe illam ad verbum ex Auicenna, qui ætate ipsum præcessit, transcripsit. Et ne furtū agnosceretur, dimidia duntaxat parte ponderum vsus est. Errare igitur constat eos, qui Burungi, nigellam interpretatur. Nec Cor-

*Cordi error.*

dius & hunc secutus Bernhardus Desseñnius, rectè hic eruca semen pro Burungi in suo medicamentario libro substituit: quum Melissophyllum, vt ostensum est, vox hæc significet. Nam quum hæc Antidotus sensus omnes, & intellectum acuat, & Melissophyllum, vel vt officinæ nominant, Melissa, membranarum cerebri ramos expurget instar Marrubij, cui æquas obtinet facultates, rectissimè præ omnibus alijs antea dictis huic Antidoto inferitur. Sed hic mihi miris modis iniurius est Matthiolus. Nam initio me errare dicit, quod Melissam pro Burungi, seu Berungi substituerim. Dein quod scriptis mandauerim Auicennam quinto Canone in huiusce Antidoti descriptione, Burungi etiam præter cætera meminisse, quum tamen id falsum sit. Miratur insuper quod Monachorum sectator sim acerrimus, & quod ijs tantam fidem adhibuerim, vt eorum potius crediderim testimonij, quàm quod vellem tantum subire laboris, vt hoc loco Auicennam inspicerem. Quod autem nec Auicennam inspexerim, nec legerim, id manifestum præbere indicium ait, quod scripserim Anacardine descriptionem apud Auicennam in nullo profus variare ab hac, quàm describit Damascenus, ob idq; magis hanc Auicennam, quàm Damasceno medico acceptam referre debere, quod tamen falsum deprehenditur. Hæc ille. Quàm iniquè autem Matthiolus hinc me mendacij in simulet, ipse mendacissimus, & vter nostrū Auicennam rectius inspexerit, & legerit, iam sole clarius docebo. Verum quidem est Auicennam quinto Canone tractato primo tres ordine confectioes Anacardinas recensere, quarum nulla cum ea quam Damascenus habet eadem est. Quòd si tamen Matthiolus Auicennam intimius perspexisset ac legisset, tertiumq; iam dicti Canonis tractatum excussisset, inuenisset certè vera fuisse omnia quæ ipse impudenter pro falsis traducere ausus est. Ibidem enim ita scriptum reliquit Auicenna: Electuarium Anacardinum conferens dolori stomachi vetusto, & eiusdem frigiditati. Obluioni medetur, colorem corporis bonum reddit. Sensus & intellectum iuuat. Electuarium sapientum nominatur, & Salomonis esse dicitur. Accipit piperis nigri, piperis longi, myrobalanorum nigrorum, belliricorum, & emblicorum, castorij, singulorum drachmas quatuor. Costi, anacardij, berungi, sacchari albissimi, baccarum lauri, singulorum drachmas duodecim. Cipri, drachmas octo. Anacardia per se teruntur, &c. Ex ijs manifestissimum est Damascenum, quod dixi, antidotum hanc ad verbum ex Auicenna transcripsisse, pondere tantum dimidiato. Quæ igitur est Matthioli temeritas & iniquitas vt dicere ausit me Auicennam nec inspexisse, nec legisse? An non ipse manifesto in mendacio deprehensus meam mihi famam & existimationem restituere tenetur? Hactenus quidem tuli pacienter Matthioli iniurias, nunc verò quum calumniandi me nullum facit in Epistolis suis maximè medicinalibus modum, faciam vt totus mundus intelligat Matthiolum pacta non seruasse, mihiq; licuisse illius ineptias paulò acriore oratione retundere, & me à suis mendacijs & cauillationibus

nibus asserere. Quod ad Burungi, vt Damascenus, vel Berungi, vt Auicenna nominat, vocem attinet arabicam, non libenter quidem de ea, quod Arabicæ linguæ imperitus sum, quod candidè nunc fateor, & antea etiam semper falsus sum, cum alijs contendo: tamen hoc nemo sanæ mentis negare poterit, si Bedarungi, Mauritanis, vt Auicenna interpretatur, est Ocimum, fieri nequit vt apud Serapionem in capite de Melissophyllo rectè scribatur Bedarungi, quod hoc nomine Arabibus non Melissophyllon, sed Ocimum appellatur. Quare illic Burungi, vel Berungi scribendum esse vox turungi abundè docet, quæ immutatione vnius literæ deprauata fuit à librario imperito, cui facilis à B in T lapsus fuit, adeò vt pro Burungi seu Berungi in huius Antidoti compositionem non sit substituendum nisi Melissophyllon, idè ob causas paulo ante expositas. Vt Matthioli cauillationes merito risu & cachinno explodi mereantur. Sed videamus nunc quæ sit de Burungi Matthioli sententia. Putat pro Burungi, legendum esse Durungi, quæ vox Mauritanis Doronicum denotat. Sed qua ratione id probabit Matthiolus? quum constet Damascenum in alijs suis compositionibus, verbi gratia, Diambareos & Diamosci, nunquam Durungi, sed Doronici voce vsus esse, ita vt hoc quoq; in loco Durungi vocè non vsurpasse Damascenum sit manifestissimum. Quapropter per Berungi dictionem aliam à Doronico stirpem, nempe Melissophyllum, intellexisse illum omnibus constat. Et qua fronte Matthiolus audeat substituere Doronicum Auicennæ, quum illud hodie sit incognitum, vt primo nostrorum de stirpium historia commentariorum tomo monstrauimus. Quod enim in officinis prostat, non est legitimum, sed dulcichini genus, adeoq; eos effectus, quos Doronicum Mauritanorum, præstare non potest. Vides igitur optimè Lector quam se nunc ridendum omnibus propinet Matthiolus, & quod merito dum aliorum bene & rectè dicta cauillatur, suos, & eos quidem minimè leues, errores prodat.

*b* Post sex menses. Vbi scilicet vis Anacardiorum feruendo nonnihil expirauit & fracta est.

## LITHONTRIBON.

<sup>a</sup>Nicolai.

V.

**A**ntidotus lapidem atterens ideo dicta est, quòd lapidem tum renum, tum vesicæ, magna efficacia confringit. Stranguriæ & difficultati vrinæ sine mora succurrit. Accipit spicæ nardî, zingiberis, xilobalsami, acori, cinamomi, radicis peucedani, mei, piperis nigri, \* piperis albi, piperis longi, saxifragi, añ drachmas duas, & dimidiã. Opobalsami, caryophyllorum, costi, rhei pontici, glycyrrhizæ, cyperi, tragacanthæ, chamædryos, feminis apij, ammeos, asparagi, ocimi, vrticæ, citrei malî, hypofelini, añ drachmam vnam, gr̄. quindecim. Folij, croci, florum iunci odorati, casia lignæ, bdellij, mastiches, milij solis, petroselinî seminum, seselios, sinonis, cardamomi, anethi, euphorbij, <sup>b</sup> lapidis lyncis, olei nardini, <sup>c</sup> olei moschati, añ scrupulum vnum, grana quatuor. Mellis quod satis est. Datur pondere nucis Ponticæ.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Nicolai. ) Hæc Antidotus in græco manuscripto codice Nicolai, quod sciam, non habetur: sed ex Latinis codicibus est descripta, ita vt certò non sciatur, num ad Nicolaum authorem sit referenda nec ne. Mihi videtur à quodam ex multis Nicolai Antidotis, nempe 187. 188. & 190. esse composita & emendicata, & ob id ad atterendos calculos non est inutilis. Non est autem cur longiores annotationes desideret, quod omnia ferè ex quibus constat simplicia in superioribus sint explicata.

\* Piperis albi. ) Hic falsò me accusat Franciscus Alexander, quòd piper album omiserim, quum tamen expressis verbis eius meminerim. Sed est is homo plus æquo ad aliorum dicta calumnianda pronus, quod tamen subinde in Matthiolo reprehendit.

<sup>b</sup> Lapidis lyncis. ) Vide quæ libro primo huius Operis de eo notauimus, & in sequenti mox Antidoto.

<sup>c</sup> Olei moschati. ) Vide Sectionem de oleis.

<sup>d</sup> Scrupulum vnum, grana quatuor. ) Reprehendit me & hoc loco Alexander Franciscus quod grana quatuor adijcio, nullo profectò candore, quod ita vt scripsi, in Nicolai codice disertis verbis legatur. Optarem itaq; bonum hunc virum in reprehendis alijs cautiorem fuisse.

R N E P H R O.

*Διδου τριβων.  
Dessennius  
non sine risu  
eruditorum  
Lithon Tri-  
pon nominat.*

LEONHARTI FVCHSII  
NEPHROCATHARTICVM:

Nicolai Myreplici,

VI.

**A**ntidotus purgatoria renum, & calculosorum. Eadem potest, quæ prior. Recipit <sup>a</sup> lapidis lyncis, drachmas duas, grana quindecim. Croci, <sup>b</sup> cnicus, añ drachmam vnam, grana quindecim. Zingiberis, euphorbij, myrrhæ, thuris, <sup>c</sup> lapidis in vesica suis syluestris reperti, cumini, hyosciami, <sup>d</sup> carei Alexandrini, feminis citrei, añ drachmam vnam, grana sex. Spicæ nardi, floris iunci odorati, costi, pyrethri, casia lignea, rhei pontici, marrubij, helenij, sampuchij, pulegij, rosmarini, gentianæ, saxifragi, <sup>e</sup> gummi hederæ, cyparissij, baccarum lauri, piperis albi & nigri, feminis rutæ, granorum iuniperi, añ drachmam dimidiã, grana quatuor. Balsami, styracis calamitæ, <sup>f</sup> sanguinis hircini, <sup>g</sup> nasturtij feminis, asari, acori, phu, mei, aristolochiæ longæ & rotundæ, betonicæ, <sup>h</sup> filipendulæ, petroselinij, sinapi albi, feminis vrticæ, añ scrupulos duos, & dimidium, grana duo, & dimidium. Succij asparagi & rusci, añ grana quindecim. Mellis optimi, quod satis est. Parata cum decocto milij solis, aut saxifragi, aut artemisiæ: datur pondere drachmæ vnus, vsq; ad drachmas tres.

ANNOTATIONES.

Et si hæc Antidotus Nicolao καθαρτικὴ νεφροῦ καὶ λιθόντων, alijs verò vnica dictione νεφροκαθαρτικὴ dicta, hastenus in nullis, aut paucis saltem vsitata fuerit officinis: tamen quia in omnibus Latinis Nicolai codicibus deprauata est, & in pellendis ac atterendis calculis miram efficaciam ostendit, & ob id digna est vt in medicum vsum reuocetur, hanc omittebam nobis esse non putavi. Atque vt rectius illa à pharmacopœis construi possit, eam quoque annotationibus illustrabimus.

- Lapis lyncis.** *a Lapidis lyncis.*) Quum lapis lyncis officinarum non sit, nisi Phrygius Dioscoridi nominatus lapis, non debet ad præsentis Antidoti constructionem adhiberi, quod nullam in atterendis calculis vim habeat. Pro eo autem vtendum erit Lyncurio Dioscoridis & aliorum Græcorum, quod non est nisi succinum: vel vt hodie vocant officinæ, Charabe. Nam illud mirificam in atterendo calculo vim obtinet, vt veteres testantur, & experientia recentiorum confirmat. Aut loco lapidis lyncis Belemnites vsurpandus erit, quem Saxones Alpschos nominant. Siquidem & is non aliter ac Iudaicus lapis, quo etiam vice lapidis lyncis vti licebit, lapidem frangit. Tantum cauendum, ne vulgarem, & vsitatam officinis lapidem lyncis in eum vsum accommodemus.
- Cnicus.** *b Cnicus.*) Cnicus in omnibus Latinis codicibus desideratur. Latinis cartamus dicitur.
- Lapis vesicae apri.** *c Lapidis in vesica suis syluestris.*) Periphrasis est apri. Nam lapis vesicæ apri, si haberi potest, ad confectionem huius Antidoti adhiberi debet, quod illi latens quædam & innata insit conterendi calculum proprietates. Quod si consequi illum non liceat, pro eo accipiat lapidem qui ab ægris hominibus per lotium eiectus est. Nam habet is quoque, Aëtio libro ii. capite 10. autore, similem quam lapis vesicæ apri facultatem, proprietatemque.
- Latini Nicolai codices deprauati.** *d Carei Alexandrini.*) Græcè καρίου ἀλεξανδρῖνου. Quapropter falsò in omnibus Latinis exemplaribus legitur, Macedonici feminis. Careum autem, vel Carum omne vrinæ eiectioni facultatem obtinere, Dioscorides, Galenus & alij Græci testatum reliquerunt. Delegit autem Alexandrinum tanquam patrium, & quod facile haberi potuit, Nicolaus.
- Gummi hederæ.** *e Gummi hederæ.*) Græcè ἐστὶν κίονος χυλόν, id est, succi hederæ. Sic vocat, quam alij potius δάκρυον, id est, lachrymam appellant.
- Sanguis hircinus.** *f Sanguinis hirci.*) Nicolaus Græcus habet, δάματτος ἀγρίου ὕδατος: sanguinis syluestris suis, id est, apri. Verùm quum omnia Latina exemplaria hircinum potius sanguinem memorent, & is sanguis ad nephriticos & calculosos, Aëtio libro paulo antè citato capite 12. & Nicolao ipso Antidoto 54. testibus, præsentissimum remedium sit, hunc potius quam apri sanguinem huic Antidoto inferendum esse putauimus.
- Nasturtium.** *g Nasturtij feminis.*) Hic manuscriptus Nicolai græcus codex, quem semper sub Græci nomine inaudiendum esse volumus, mendosè legit, καρδάμου στίγματτος, id est, cardamomi feminis: pro καρδάμου, hoc est, nasturtij. Nam legendum esse nasturtij, è Latino codice omnibus fit manifestissimè: in quo adhuc remansit vox decurtata Sturcij, quam deinde librarij

librarij imperiti in Struthij mutarunt, non animaduertentes na syllabam deesse, qua adiecta, Nasturtij vox nascitur. Deinde si καρδαμύμωσ scribendum fuisset, Nicolaus ἀντιδοτος vocem non adiecisset: quandoquidem illi, vt cæteris etiam, solenne & familiare sit, καρδαμύμωσ simpliciter, & citra adiectionem efferre. Quibus & hoc accedit, quod librario manu scripti codicis græci Nicolai is error cõsuetus fuerit, vt καρδαμύμωσ pro καρδαμύωσ scriberet.

*h Filipendula.*) Latini codices habent Fisaliadis, dictionem planè corruptam, & à nullo hætenus intellectam. Quare hæc haud dubiè occasionem multis dedit, vt hanc Antidotum construere, & in officinis venalem habere neglexerint. Est autem disertè in Nicolai codice φιλιπυδία, id est, filipendula. Quam etiam herbam constat in frangendo calculo, & vrinæ stillicidio sanando efficacem esse.

Filipendula

*i Rusci.*) Officinæ, literæ vnus adiectione, Brusci appellant.

Quum itaq; iam nostra opera legitimam Nephrocatactices medicamenti compositionem habeant pharmacopœi, debent in hanc incumbere curam, vt illam in suis officinis paratam deinceps inueniant medici.

Rusci.

## ELECTVARIVM ANALEPTICON.

Nicolai Myrepsici.

VII.

**A**Ntidotus recreans & restituens vires, valet ad cardiacos, animi defectio- nem, syncopen, & exolutionem è diarrhœa, aut sanguinis excretionem, aut alia vacuatione natiuum calorem dissipante natam. Item ad liquationem carnis, tussientes, suppuratos, & faucium è destillatione ortam asperitatem. Capit cinamomi, seminis ocimi, foliorum sampsychi, maceris, cariophylli, carnis malorum citriorum, melyssophylli, sisymbrij, añ drach. duas. Sefelios, drachmam vnam, & dimidiam. Hermodactyli albi & rubri, folij, añ drach. quatuor. Floris rosamarinii, drach. tres. Ossa cordis ceruini, numero quatuor. Berberis, drach. duas. Mastiches, rosarum, violarum, & borraginis florum, añ drach. vnam, & dimidiam. Succus chamæleuces, vnc. tres. Libystici, scrup. vnum. Gallie moschata, drach. vnam. Glycyrrhizæ, drach. tres. Cubearum, drach. duas. *b* Passillorum de rosis, & violis, añ drach. vnam, & dimidiam. Lignialoes *c* crudi, nucis moschata, zingiberis, añ drach. vnam, & dimidiam. Moschi, grana sex. Cinamomi boni, drach. duas, & dimidiam. Nucis Indicæ magnæ carnis, vnc. dimidiam. Spicæ, drach. vnam, & dimidiam. Saphiri lapidis, *d* gagatis, iaspidis, & smaragdi, añ scrup. dimidium. Croci, scrup. vnum. Margaritarum perforatarum, & non perforatarum, añ grana quatuor. Xylobalsami, drach. tres. Blattij bizantis, grana octo. Ramenti eboris, serici vsti, añ drach. vnam. Styracis calamitæ, drach. duas, & dimidiam, grana duo. Seminis portulacæ, drach. vnam, & dimidiam. Seminum cucumerum, vnc. vnam, & dimidiam. Corallij rubei, iridis, añ drach. tres, scrup. vnum. *e* Auri puri ramentum, drach. duas. Nuces ponticas, numero decem. Amyli, drach. tres. Amygdalarum amararum & dulcium, añ numero viginti. Carnis palmularum, vnc. vnam, & dimidiam. Marrubij, drach. duas. *f* Fabarum farina puræ, vnc. vnam, & dimidiam. Carnis seminis gossipij, vnc. dimidiam. Seminis maluæ & florum, añ vnc. dimidiam. Seminis vrticæ, vnc. dimidiam. Pinearum recentium, vnc. duas. Hysopcretici, drach. tres. Penidiorum bonorum, lb. dimidiam. Sacchari candidi, vnc. tres. Contulis omnibus simul, adijce gummi Arabici, drach. duas, scrup. duos. Tragacanthæ, vnc. dimid. Commixta omnia simul, & trita, decoquantur cum stillicidio rosarum liquore, qd satis est ad electuarij consistentiã: & reconde in vase.

## ANNOTATIONES.

Hoc Electuariũ meritò ἀναληπτικόν Græcè nominat. Nam fractas & lapsas iam vires mirificè recreat ac restituit. Hinc est, qd ipsum Nicolaus veluti expertũ laudet. Valerius Cordus in suo medicamentario libro, Electuarij cuiusdã, quod ille Resumptiuũ Nicolai appellat, descriptione affert: quod integrũ non est, sed ex præsentis Antidoto decerptum. Præstat itaq; hoc nostro vti, maximè in ijs qui abundat, qd omnia in se cõtineat medicamenta, quæ ad instaurandas vires adhiberi possunt. Vt aut illi qui mediocris fortunæ sunt, huius quo-

ἀναληπτικόν  
Cordus.

R ij que

que antidoti viribus frui possint, prudenter fecerint pharmacopœi, si bifariam hanc confecerint. Vnam cum auro, & alteram sine auro. Aut potest prorsus in eius confectioe omitti aurum, quod nihilo ferè deterior sit futura compositio.

- Chamaleuce.** a Chamaleuces.) Per Chamæleucen hic intelligit herbam, quæ Græcis *βίχχιον*, Latinis *Vngula caballina*, vulgò & officinis *Vngula caballina* dicitur. Nam hæc tusses adiuuat: adeoq; huic Antidoto, quæ tussientibus succurrit, conuenientissima est.
- Pastilli de rosis & violis.** b Pastillorum de rosis & violis.) Quorum descriptiones ex Sectione de pastillis petende.
- Lignum aloes crudum.** c Ligni aloes crudi.) Sic vocat, quod non est sub terra conditum, & nondum computruit, sed quod statim ab arbore excisum, in vsum venit, vt lib. 1. huius Operis ostensum est.
- Gagates.** d Gagatis.) Gagates non est nisi succinum, vel vt *Seplasia* loquuntur, charabe nigrum, vt loco iam citato diximus.
- Aurum.** e Auri.) Hoc certè vt ab omnibus comparari possit, & ne nimis sumptuosa sit Antidotus, omittere licebit pharmacopœis, q; neq; vulgari Resumptiuo vocato inferatur aurum.
- Fabarum farina.** f Fabarum farina.) In manuscripto Nicolai codice legitur, *φασάτωρ ἀλευρὸς καθαρός*: vt vix sciri queat quid *φασάτωρ* voce intelligat Nicolaus. Ego verò *φασάτωρ* legendum esse cenfeo, vt sit Latina vox *Fabarum*. Nam quum *Faba*, Galeno attestante, excreationibus ex thorace & pulmone idonea maximè sit, huic Antidoto quadret necesse est.
- Gossipium.** g Gossipij.) Gossipium Nicolaus *Bombacium* vocat, quod nomen hodie etiam durat, sed non nihil immutatum. Nam *Bombacum* & *Bombacem* officinæ nominant. Sed de ea re satis libro primo, & alibi dictum est.

## DIAACORV.

Nicolai Myrepsici.

VIII.

- Climax.** Antidotus ex acoro conferens nephriticis, iocinorosis, obstructionibus, neruorū imbecillitatibus, & distentioni, à crasis humoribus natæ. Habet <sup>a</sup>acori, drach. quinque. Pyrethri, vnc. dimidiam. Zingiberis, caryophylli, galangæ, añ drach. tres. Piperis longi, drach. duas. Croci, maceris, añ drach. vnam. Apij, anisi seminum, añ drach. dimidiã. Mellis optimi despumati, quod sufficere videtur. Datur vncia dimidiã.

## ANNOTATIONES.

- Diacorus.** Hæc ex Acoro antidotus, quæ *Diacorus* more balbutientium officinarum vocari potest, hætenus vsitata non fuit: sed nunc in vsum reuocari debet, quum optimè sit à Nicolao ad Climacum rationem constructa, & ex facile parabilibus omnibusq; notis simplicibus medicamentis concinnata. Et conformis planè est *Mesura* diacoro, quam mox subiiciemus, præsertim si adijciantur nuces pineæ pondere vnciarum duarum, quod in altera ex acoro Antidoto faciendum esse suadet Nicolaus, idq; post sufficientem decoctionem. Erit magis efficax Antidotus, si ad prædicta omnia adijciantur radicis costi, & pæoniæ, añ drachmæ duæ. Atq; erit hæc Acori compositio præferenda ei quam *Mesura* habet.
- Acorus.** a Acori.) Sumendus est autem, vt iterum moneamus, *Acorus Indicus* iam notus, qui *Galanga maior* dicitur, non nostras palustris. Is enim ad eum vsum damnandus est, atq; abijciendus, quod omnino inutilis sit ad neruorum & cerebri frigidos morbos. Non debent igitur eius vsu perdere ægros medici, & in sumptus non necessarios conijcere, antea satis miseros.

## DIAACORV.

a Ioannis Damasceni.

IX.

**D**iacorus, mirum in modum ad omnia neruorum vitia frigida confert, vt præcedens. Recipit <sup>b</sup>secacul, pinearum repurgatarum, radicis acori, añ lib. vnã, & dimidiã. Secacul & acorus repurgata, & minutim concisa coquantur in aqua pura vsq; ad aquæ consumptionem, postea tundantur, & terantur, donec pultis consistentiam consequantur. Deinde affunde illis mellis optimi despumati lib. decem, & lento igne coquito, quoad iustam consistentiã acquirant. Quo peracto ab igne deponantur, & adijciantur pineæ minutim concisæ, cum



eum sequenti puluere, qui capit: Piperis vnc. vnam. Piperis longi, caryophyl-  
lorum, cingiberis, macis, añ vnc. dimidiam. Nucis moschatae, galangae, carda-  
momi, añ drach. tres. Omnia simul commixta & vnita diligenter subigantur,  
& in Electuarij formam redigantur. Datur vt præcedens,

## ANNOTATIONES.

*a Ioannis &c.*) Non quidem in suo de Antidotis seu medicamentario libro, nam illic  
eius compositionis nulla fit mentio: sed in sua, vt vocant, praxi, capite de Morbis neruo-  
rum. Ibi nanque hanc Antidotum, quam Diacorum appellant, describit.

*b Secacul.*) Hanc vocem, qua Arabes crebro vsi sunt, recentiores variè interpretantur. *Secacul.*  
Sunt enim qui Eryngium esse existimant, alij sigillum Salomonis, quidam sigillum fan-  
ctæ Mariæ, siue Fraxinellam. Sed in vniuersum omnes errant. Quippe Secacul Mauritanis  
Indica est radix, quæ hodie ad nos non amplius affertur, adeoq; incognita. Quapropter vt  
quod sit illius succedaneum, cognoscamus oportet. Non est autem aliud, quàm Sifari, si- *Succedaneum.*  
ue Siferis, fatiui præsertim, quæ Germanis Geirlin / officinis Mesuen sequentibus Baucia *Secacul.*  
nominatur, radix. Quod in primis confirmat Mesues, qui in Sectione de conditis, radi-  
cem Baucis, eandem cum Secacul esse, scribit. Accedit, quòd Sifari radix cocta stomacho  
utilis sit, vrinam & venerem cit, cordisq; conualescentium conducit, omniaq; ea quæ Se-  
cacul potest. Quapropter reprehensione dignus est Bernardus Desfennius, qui liberum *Desfennij er-*  
perimitit pharmacopæis, vt deligant vtram radicem, Eryngij scilicet aut Polygonati ve- *ratum.*  
lint pro Secacul, quum neutra sit radix, vt alibi fufius ostendimus.

*c Zingiberis.*) Post Zingiber Cordus subijcit rosas, sed minus rectè. Siquidem earum *Cordi error.*  
neque Mesues, neque Nicolaus Antidoto ex acoro mentionem faciunt. Præterea illarum  
in hac compositione nullus esse vsus potest: quòd minimè vt reliqua calefaciant, sed re-  
frigerent potius.

DE ANTIDOTIS ROBVR CORPORI  
ADIICIENTIBVS, SOLIDIS, SE-  
ctio quarta.

## DIA RHODON ABBATIS.

Nicolai Myrepsici.

I.



ANTIDOTVS è rosis *a* Abbatis, id est, præsidis collegij:  
valet aduersus ventriculi calorem, potissimum verò iecoris,  
lienis, pulmonisq; & in vniuersum contra omnem corporis  
noxam, à calore ortam. Efficacissima præterea ad febres acu-  
tas, ardentesq;. Cardiacis & coeliacis plurimum auxiliatur: i-  
tem defectiõibus animi è corde natis. Accipit fantali albi &  
rubei, añ drach. duas, & dimidiam. Tragacanthæ, gummi arabici, & spodij, añ  
scrup. duos. Afari, maltiches, spicæ Indicæ, cardamomi, croci, ligni aloes, ca-  
ryophylli, galliæ moschatae, anisi, fœniculi, cinamomi, succi glycyrrhizæ,  
*b* rhei barbari, seminis ocimi, \*berberis, seminis intybi & portulacæ, seminum  
peponis, cucumeris, cucurbitæ, citruli, añ scrup. vnum. Margaritarum, ossis  
cordis ceruini, añ scrup. dimidium. Rosarum, sacchari candi, añ vnciam vnam,  
drach. tres. *c* Corallij, crystalli, seminis lactucæ, papaueris albi, mandragoræ, añ  
scrup. vnum. *d* Nymphaeæ, vel Semperuiui florum, scrup. duos. Moschi, gra-  
natrîa & dimidium. Sacchari dissoluti in stillaticio rosarum liquore, quantum  
fatis est.

## ANNOTATIONES.

*a Abbas, id est, præsidis collegij.*) Ex hac Nicolai interpretatione, vt ne id quidem silen- *Monasteria*  
tio transeamus, palàm apparet, Monasteria olim non fuisse nisi monastica Collegia, siue *qua olim.*  
Scholas, in quibus reiecta seculi cura, doctrinæ, moribus, pietati, pudicitia, & continen-  
tiæ vacabant: adeoq; veluti seminaria ordinis Ecclesiastici fuerunt. Siquidem in monaste-  
rijs educati, illinc ad Episcopale munus vocati sunt. Atque vsitatum fuit, vt ecclesiæ Chri-  
sti clericos ac ministros cœnobîa suppeditarent. Nostratia contrà, non sunt nisi cœtus

R iij otio-

Nostratia  
qualia.

otiosorum & ignauorum, imò sceleratorum hominum. Nam illic non aliter ac porci in  
haris faginantur, nec vllus hominum ordo magis omni vitiorum turpitudine inquinatus  
est, omniq; obscœnitate scætet. Quid multa? edunt, bibunt, ludunt, scortantur, adul-  
teria & idolomanias exercent, nec vlli profunt: vt mirum sit, Christianos principes hæc  
lupanaria æquo animo, & bona conscientia ferre posse. Illinc enim non nisi Satanæ mini-  
stros prodire, atq; ali præ dolor constat. Porro ne id silentio inuoluam, notat me hoc loco  
Franciscus Alexander, quasi veterum oblitus, nouissima quæq; tantum amem, & admi-  
rer. Quam falsò autem me hoc nomine accuset, norunt omnes, vt qui perpetuo ad fontes  
reuocare medicos studeam. Atq; in hac compositione ad Nicolaum tanquam ad eius au-  
torem, omnes reuoco, Mesues compositione neglecta, & nostratibus officinis inuoluta:

β Spodij.) Per spodium autem non intelligendum nisi officinarum, hoc est, ebur v-  
stum. Id enim adstringit, adeoq; huic Antidoto conueniens est.

Rheum bar-  
barum.

β Rheubarbari.) Per rheubarbarum hinc non intelligendum erit, id quod hodie ita vo-  
cant officinæ, sed potius rheum Ponticum. Nam Nicolaus hoc in loco, vt multis alijs,  
vulgi errorem, qui è Mesue placitis emanauit, secutus, Rheum barbarum cum Pontico  
confudit. Quapropter pharmacopœi in construenda hac Antidoto, Rheo pontico, aut in  
eius penuria, Centaurij magni radice, quam ipsi etiam Rheum ponticum vocant, vti de-  
bent. Nam id hepaticos mirificè iuuat: & ad febrium circuitus, omnesq; phlegmones, Di-  
oscoride teste, vtile est. Quare non, vt aliqui putant expungendum, quod id quod solu-  
endi aluum vim habet, huic compositioni inferendum non sit.

\* Berberis.) Nicolaus hanc dictionem βερβερις, suo haud dubiè tempore vsitatam, reti-  
nuit. Hac verò voce Arabes eam stirpem quam Græci οξυανθάου nominant intellexerunt,  
non fruticem illum qui hodie Berberis vocatur. Oxyacantham verò altero nostrorum  
de stirpium commentariorum tomo descripsimus. Quum autem vtraq; Berberis eadem  
facultate prædita sit, in alterius inopia, altera vti licet.

Omissa in hac  
Antidoto.

c Corallij.) Quatuor hinc in Latinis codicibus desiderantur simplicia, nempe Coralli-  
um, crySTALLUS, semen lactucæ, & mandragora: quæ, quum ad calorem frangendum ac mi-  
nuendum sint efficacia, potissimum lactucæ semen & mandragoræ radix, non sunt vlla  
ratione omittenda. Refrigerat autem & Corallium medicocriter. Quapropter nihil mi-  
rum fuit non nullis qui compositionis rationem non satis tenuerunt parum fuisse hanc  
compositionem probatam, præsertim ad calidos affectus. Perturbauit enim dubio pro-  
cul eosdem quod hinc calida, vt sunt crocus, lignum aloës, caryophylli, ocimum, & id ge-  
nus alia, frigidis commixta sunt. Verum illi non animaduertunt hæc esse ideo admixta, vt  
ijs qui cordis syncope laborant hæc Antidotus quoque conferat. Desseñnius itaq; non sine  
errore, hæc in suo medicamentario libro omittit. Quapropter ijs febribus quibus synco-  
pe maximè coniuncta est competit.

Nymphaea.

d Nymphaeæ florum.) Nicolaus habet, Caphuræ grana 7. Secutus est verò & hic Nicola-  
us communè multis, præsertim Mauritanis, errorem, qui Caphuram, vel vt ipsi loquun-  
tur Camphoram, refrigerandi vim habere putant, quum potius calefaciendi facultate

Lib. 9. Simp.

prædita sit: vt alibi copiosissimè demonstraui, ita vt hic repetere non sit necesse. Quum  
itaq; Caphura, quæ biruminis genus est, calefaciat, non debet huic Antidoto misceri. Non  
enim quod nonnulli putant, vt sua tenuitate medicamenta frigida penetrare faciat: sed  
quod refrigerare credita sit à Nicolao indita est. Pro ea igitur Nymphaeæ, vel vt officinæ  
nominant, Nenupharis flores, qui non segniter refrigerant, substituimus. Poterit autem  
pro ea etiam Semperuiui succus subijci, quem iridem refrigerare, & modicè desiccare  
constat.

Desseñnius  
notatus.

## DIA TRION SANTALON.

Nicolai Myrepsici. sect. 1. cap. 213.

II.

Antidotus è tribus santalis, ad ventriculi & iecoris calorem utilis est. Præ-  
terea mirum in modum tabidis, & regio morbo correptis auxiliatur. Re-  
cipit trium santalorum, rosarum, añ drach. duas, scrup. duos. <sup>a</sup> Rheubarbari,  
β Spodij, succi glycyrrhizæ, seminis portulacæ, añ drach. duas. Amyli, gummi  
Arabici, tragacanthæ, seminum peponis, cucumeris, cucurbitæ, citruli, & in-  
tybi, añ drach. vnam, scrup. vnum. <sup>b</sup> Nymphaeæ florum, scrup. duos. <sup>c</sup> Viola-  
rum, vnc. dimidiã. Rosarum, quantum omnium aliarum specierum. Saccha-  
ri albisimi, quod satis est.

### ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Rheubarbari

*a Rhei barbari.*) Et hoc loco accipiendum à pharmacopœis, propter causam in præcedenti Antidoto expositam, rheum Ponticum vocatum. *Rheum barbarum.*

*b Spodij.*) Et hic per Spodium ut in omnibus alijs ferè compositionibus, ebur vstum intelligendum est. Quod hic semel monuisse satis sit.

*b Nymphaeæ florum.*) Habet & hic Nicolaus, Caphuræ scrup. vnum. Nos autè substitui-  
mus, Nenupharem, propter rationem loco iam ostenso prolatam. Licebit autem pro ea  
succum Sedi maioris substituere. Hoc ut toties moneam, me quorundam sycophanta-  
rum cogit improbitas, qui nisi passim consilij mei rationem indicem, singula in pessimam interpretantur partem, & calumniose traducunt. Qui verò ob tenuitatem substitui-  
tuisse me dicunt flores Nymphaeæ, non ob refrigerationem, iniuriam mihi faciunt, quod  
id ne somniam vnquam.

*c Violarum.*) In Latinis codicibus desiderantur.

*d Rosarum, quantum omnium aliarum specierum.*) Græcè ῥοσῶν, ὅσα τὰ ἀνθῶνα. Omiseram  
in priore editione hæc verba, quod antea facta esset rosarum mentio. Verum quum di-  
fertis verbis harum in græco Nicolai codice mentio fiat, & hæc rosarum quantitas Anti-  
doti vires augeat, melius est ut omisis rosarum duabus drachmis, postremo vsurpemus.

## DIA TRAGACANTES FRIGIDA.

Nicolai Myrepsici. sect. 1. cap. 98.

## III.

**A**ntidotus è tragacantha frigida, utilis ad thoracis gravitatem, tussientes,  
pleuriticos, peripneumonicos, lienosos, & ad sitim immodicam à pluri-  
mo pulmonis calore ortam, in ore retenta, ac sensim dissoluta. Admodum eti-  
am laudatur ad raucitatem vocis. Prodest tabidis, macieq; confectis. Capit  
tragacanthæ albæ, vnc. duas. Gummi arabici, vnc. vnam, drach. duas. Amyli,  
vnc. dimidiam. Glycyrrhizæ, drach. duas. Penidiorum, vnc. tres. Seminis pe-  
ponis, cucumeris, cucurbitæ, & citruli, añ drach. duas. *b* Seminis vrticæ, papa-  
ueris albi, añ drachmas tres. *c* Florum nymphaeæ, scrupulum vnum. Sacchari,  
quantum satis videbitur.

## ANNOTATIONES.

*a Frigida.*) Ad sequentis differentiã, quæ calida dicitur: adeoq; ad contrarios frigidos-  
ue affectus, perinde ut præsens ad calidos, adhibetur. *Frigida.*

*b Seminis vrticæ.*) Semina vrticæ & papaveris albi in Latinis codicibus desiderantur.  
Nequaquam autem omittendum vrticæ semen, utpote quod educationi humorum ex  
thorace, adeoq; pleuritidi, & peripneumoniz, plurimum conducit. Tenuantis enim  
sine calore facultatis est, quo nomine lentos & crassos humores è pulmone educit.

*c Florum nymphaeæ.*) Nicolaus habet, Caphuræ scrup. dimidium. Nos duplicato pon-  
dere, ut in præcedentibus quoq; fecimus, Nenupharis flores pro Caphura substitui-  
mus. Possunt etiam flores violarum pro Caphura substituunt succus Semperiuii.

## DIA TRAGACANTHES CALIDA.

Nicolai Myrepsici. sect. 1. cap. 99.

## IIII.

**A**ntidotus è tragacantha frigidis affectibus thoracis, asthmaticis, & diffi-  
culter excreantibus confert. Habet tragacanthæ, \* librã dimidiam. Hy-  
sopi, vnc. dimidiam. Fœnigræci, drach. dimidiam. Amygdalarum ambarum,  
nucum pinearum repurgatarum, añ vnc. dimidiam. Cinamomi, vnc. vnam.  
*a* Seminis lini, zingiberis, glycyrrhizæ, & succi eiusdem, cubebarum, añ vnc.  
dimidiam. Sacchari, quod satis est.

## ANNOTATIONES.

Hæc descriptio à vulgari, & ea quæ in Cordi medicamentario libro habetur, non nisi *Cordus.*  
ponderum ratione differt. Nos Græci codicis fidem secuti sumus, quam pluris fecimus  
quàm Latinorum codicum consensum.

\* *Libram dimidiam.*) Græcè ἡ βζ Scio Franciscum Alexandrum reprehendere, quod  
non recte libras quinq; pro dimidia legatur, quum tamen ego conuerterim libram di-  
midiam, & nequaquam libras quinq;. Sibi igitur is error potius imputandus erit, ut qui  
notam s. quæ dimidiam denotat, pro quinq; legit & interpretatus est. Quare non temere  
factum est, ut notis ijs eiectis, pondera integras dictionibus scribere voluerim.

R iij a Seminis

*Lini semen.*

*a Seminis lini.*) Græcus codex habet ἀμύλον, amyli. Mihi igitur, ita monentibus Latinis codicibus, videtur λίνου legendum esse. Siquidem lini semen vitijs thoracis medeatur: tussimq; Dioscoride teste, leniat. Et fuit facilis ab vna in aliam dictionem lapsus. Accedit quòd amyllum contra fluctiones vtile sit, & sanguinis reiectiones, adeoq; sputa cohibeat, in frigidis thoracis affectibus, & asthmaticis non conueniat. Quare non est cur miretur Franciscus Alexander, quòd lini semine, contra Græci codicis, qui legit ἀμύλον, fidem, pro amylo substituerim.

## DIA PENIDION. NICOLAI

Myrepsi. sect. 1. cap. 97.

V.

**V**Alettusientibus, <sup>a</sup>pleuriticis, peripneumonicis, asperitati faucium, raucitati, voci amissæ, & rauca. Accipit nucum pinearum, amygdalarum, seminis papaueris albi, singulorum drachmas duas, scrupulum vnum. Cinamomi, caryophyllorum, succi glycyrrhizæ, tragacanthæ, Zingiberis, gummi arabici, amyli, seminum peponis, cucumeris, cucurbitæ, & citruli, singulorum drachmam vnam. <sup>b</sup>Caphuræ, scrupulum vnum. Serapij violati quod satis est. Dein affunde aquæ libram vnam, violarum drachmas tres, atq; hæc ad tertias decoque, perq; saccum colato. Decoctum hoc accipe, & in id conijcito sacchari libram vnam, aut quantum satis erit. Posthac species omnes prædictas probe tritas impone, & cum ipsis penidiorum drachmas sex, & dimidiam, atq; bene subactas conijce in mortarium, & probe contunde <sup>c</sup>donec solidescant, deinde à mortario auferens impone vasculo, & cum stillaticio liquore exhibe.

## ANNOTATIONES.

*a Pleuriticis & peripneumonicis.*) Non quidem in principio, sed postquam phlegmone rupta est.

*b Caphuræ.*) Quum Nicolaus, vt iam aliquoties monui, communem aliorum medicorum errorem sequutus, caphuram frigidam esse opinatus sit, & hoc loco è contextu remouenda erit, & pro ea substituendiflores nymphææ.

*c Donec solidescant.*) Vnde satis patet, Nicolaum in formam ecligmatis hanc compositionem redegisse, contra morem nostri temporis medicorum, qui ex ea tabulas conijciunt. Possent pharmacopœi hanc vtroq; modo componere, & reconditam in suis officinis habere. Sunt enim ex eruditis qui hanc antidotû ei quæ mox sequitur, tanquam ex fonte petitam anteferunt.

## DIA PENIDION.

Nicolaï præpositi.

VI.

**A**ntidotus è penidijs valet ad omne vitium pulmonis, tussiculosis, asperitati faucium, raucitati, ex siccitate ortæ, voci amissæ, tabidis deniq; & purulentis. Accipit <sup>a</sup>penidiõrû, <sup>b</sup>vnc. duas. Nucum pinearum, amygdalarum repurgatarum, seminis papaueris albi, añ <sup>c</sup>drach. tres, scrup. vnum. Cinamomi, caryophyllorum, succi glycyrrhizæ, tragacanthæ, zingiberis, gummi Arabici, amyli, seminum <sup>d</sup>peponis, cucumeris, cucurbitæ, citruli, añ <sup>e</sup>drach. vnam, & dimidiam. Florum nymphææ, <sup>f</sup>scrupulum vnum, Sacchari albissimi, quod satis est.

## ANNOTATIONES.

Hæc Antidotus ei quæ est in Græco Nicolao non prorsus respondet, quòd scilicet ad ponderum rationem, & conficiendi modum attinet. In ponderibus enim Latinos codices, & Actuarius magis secuti sumus: in conficiendi modo, vsitatam rationem, quæ in alijs solidis obseruatur. Notat tamen in hoc loco iterum Franciscus Alexander, quòd pondera & simplicia toties augendo & minuendo immutem, nec animaduertit, quòd eius mutationis semper causas adijciam. Parum præterea memor, quòd & ipse hanc Actuarij compositionem aliquot simplicibus ex Myrepsõ augeat. Quare perperam in me reprehendit, quòd metipse aliquoties facit. O detestabilem reprehendendi temerè alios libidinem.

*a Penidiõrum.*) Modum autem parandorum penidiorum infra in sectione decimæ octaua indicabimus.

*b Vncias*

*b Vncias duas.*) Sic haud dubiè legendum erit, vt liquet ex Actuario qui habet drachmas sedecim, quæ libras duas constituunt.

*c Drachma tres &c.*) Scribunt alij drachmas duas & scrupulum.  
*d Peponis.*) Ita passim habet Nicolaus græcus, vbi Latini codices legunt Meloni. Nihil autè refert, vtrum ex ijs seminibus ad conficienda medicamenta vsurpes, quum eiusdem planè sint facultatis. Quod semel hic monuisse sufficiat  
*e Drachma vna, & dimidia.*) Legendum ex Myrepsio drachma vna, vt ex eiusdem descriptione, quam mox subiiciemus patebit.  
*f Scrupulum vnum.*) Rectè ita legitur, quum in præposito perperam tantum grana septem, vel tertia scrupuli pars habeatur.

MANVS CHRISTI.  
Recentiorum inuentum.

## VII.

**A**ntidotus manus Christi dicta, deiectis viribus medetur, ardentibus febribus, & id genus alijs affectibus. Caput sacchari claresacti, libram vnã. Aquæ rosaceæ, libram dimidiã. Concoquantur, dum rosacea aqua igni euanescat, & saccharum iustam crassitiem consequatur: tandem agitentur & adijciuntur margaritarum minutissimè tritarum, *b* vncia dimidiã, & marmoris aqua rosacea consperso infundatur: fiantq; orbiculi, seu, vt hodie vocant, rotulæ.

## ANNOTATIO.

*a* Manus Christi hæc Antidotus, perinde atq; ea quæ est apud Nicolaum ordine 467. *Manus Christi cur distat?* *Manus Christi perlatam.* *Manus Christi* id est, Manus Dei, à presentissima iuuandi facultate, appellata est: quod scilicet non aliter quàm si Christi manus accedat, data ægrotantibus succurrat. Conficitur autem bifariam, cum vnionibus, seu margaritis: & sine illis. Prior conficiendi modus, hic est expressus. Alter nihil distat à priore, nisi quòd non adijciuntur margaritæ. Hinc est, quòd officinæ priorem confectionem manum Christi perlatam nominent. Siquidem vniones ipsæ Perlas appellare consueuerunt.

*b Vncia dimidia.*) Sunt qui vnciam integram adijciunt. Atq; ita quidem magis efficax, & sumptuosius redditur medicamentum. Sunt etiam qui vnciæ vni sacchari, drachmam vnã vnionum addant.

ROSATA NOVELLA,  
Nicolaï Myrepsici. numero 204.

## VIII.

**R**osata nouella, efficax ad calorem stomachi, & ad icoris pulmonisq; siccitatem. Sitim restinguit, vomitum compescit, stomachi & cordis imbecillitati succurrit. Sudores dissoluentes discutientesue reprimat. Cardiacis, pulmonarijs, & ijs qui diutino morbo sunt extenuati, & in virium defectum incidunt, plurimum auxiliatur. Recipit rosarum viridium, glycyrrhizæ, añ vnc. vnã, scrup. duos, & dimidiũ. Cinamomi, drach. duas, scrup. duos, grana duo. Caryophylli, spicæ, galangæ, zingiberis, nucis moschatae, zedoariæ, styracis, cardamomi, seminis apij, añ scrup. vnum, grana octo. Sacchari albissimi, vel mellis attici, quod satis est.

## ANNOTATIO.

Quum multa calida huius antidoti compositionem constituent, merito ob id in magnis stomachi ardoribus suspecta fuerit. Præstat itaq; hanc non per se in calidis vicij, sed cum Serapio violarum aut rosarum, aut decocto hordei, vel prunorum propinare.

*a Grana duo.*) Notat me hoc loco Franciscus Alexander quasi ipse præter Myrepsi sententiam hoc pondus adiecerim, quum in eo disertè legatur *ὀσάρονικα β.* Sed hoc est folenne Francisco, vt Matthiolum calumniando sequatur, & mihi affingat errores, vbi nulli sunt.

AROMATICA ROSATA GABRIELIS,  
ex Ioanne Damasceno.

## IX.

Antido.

**A**Ntidotus aromatica rosata Gabrielis, cerebrū, cor, ventriculū, & omnia nutritioni famulantia membra roborat, appetentiam excitat, concoctionem iuuat, viscerum excrementosam humiditatem absumit, imbecillitatem firmat, ac ex morbo conualescentibus auxiliatur. Accipit rosarum rubrarum, drach. quindecim. Glycyrrhizæ rafa, drach. septem. Ligni aloes, fantali flauī, drach. tres. Cinamomi, drach. quinque. Macis, caryophyllorum, añ drach. duas, & dimidiā. gummi Arabici, tragacanthæ, añ drach. duas, scrup. duos. Nucis moschatae, cardamomi, galangæ, añ drach. vnam. Spicæ nardi, drach. duas. Ambrae tinermae, scrup. duos. Moschi, scrup. vnum. Sacchari quantū satis erit, dissoluti in stillaticio rosarum liquore.

## ANNOTATIO.

Non me latet esse qui hoc loco Electuarium de aromatibus siue aromatum Galeni proferant. Verum quū falsò Galeno adscriptum sit, utpote quod è multis simplicibus illi ignotis constructum, & nostratibus officinis inusitatum sit, studio id omisimus.

AROMATICA CARYOPHYLLATA,  
Ioannis Damasceni.

X.

**A**Romatica caryophyllata, cor, ventriculum, & reliqua nutritionis membra roborat, nauseam & vomitum reprimit, flatus dissipat, putredinem humorum in ventriculo arcet. Recipit caryophyllorum, drach. septem. Macis, zedoariae, galangæ, fantali citrini, pastillorum de rosis, cinamomi, ligni aloes, spicæ nardi, piperis longi, cardamomi, añ drach. vnam. Rosarum, vnc. dimidiā. Glycyrrhizæ, galliæ moschatae, añ drach. duas. Folij, cubebæ, añ scrup. duos. Ambrae, drach. vnam. Moschi, scrup. dimidium. Sacchari candidissimi, quod satis est.

## DIAMBAREOS.

Ioannis Damasceni.

XI.

**A**Ntidotus Diambra vocata, cerebrum, cor, ventriculum, ac ventrem reliquum inferiorem calefacit & roborat, exhilarat, concoctionem iuuat, affectibus vterinis, et omnibus alijs frigidis prodest. Senibus ob id ac mulieribus salubre. Capit cinamomi, daronici, caryophyllorum, macis, nucis moschatae, folij, galangæ, añ drach. tres. Spicæ nardi, cardamomi maioris & minoris, añ drach. vnam. Zingiberis, drach. vnam, & dimidiā. Santali citrini, ligni aloes, piperis longi, añ drach. duas. Ambrae, drach. vnam. Moschi, drach. dimidiā. Sacchari albißimi, quantum sufficere potest.

## ANNOTATIO.

*a Drachmam vnam.* Hic me, non sine maxima iniuria, reprehendit Franciscus Alexander, quod vnà cum Cordo legam drachmam vnam, quum constet omnia Ioannis Damasceni exemplaria habere aureum vnum, pro quo ipse etiam Franciscus drachmam subiecit. Nam nisi id fateatur, necesse est, vt Moschi non drachmam dimidiā, sed aureum dimidium adijciat. Non esse autem nisi drachmam vnam Ambrae huic compositioni inferendam, omnes Mesues codices testantur. Accedit, quod maiorem eius quantitatem neq̃ Myrepsus probet, vt qui eius tantum scrupulos duos inijciat. Sic perpetuo huic vitio obnoxius est Franciscus, quod ipse passim in Matthiolo damnat. Quod etiam scribit mihi fatale esse vt vel addam, vel succidam, fateor verum esse, modo omnes intelligant me id non facere temerè: sed ita monentibus codicibus eorum autorum vnde compositiones illæ desumptæ sunt: aut vt id faciam rationibus non leuis momenti, quas semper adijcio, me cogentibus. Quare potuisset hac reprehensione abstinere Franciscus, nisi reprehendendi alios temere libidine laboraret.

## DIAMOSCHV DVLCIS,

Ioannis Damasceni,

XII.

Dia-

**D**iamoschu dulcis, ad frigidos cerebri affectus sine febre, melancholiam, & illi connatam tristitiam sine causa manifesta, vertiginem, epilepsiam, resolutionem, oris torturam, cordis palpitationem, pulmonis affectus, & spirandi difficultatem, conducit. Accipit croci, doronici, zedoariae, ligni aloes, macis, añ drachmas duas. Margaritarum<sup>a</sup> albarum, serici crudi vsti, charabe, corallij rubei, añ<sup>b</sup> drachmas duas, & dimidiam. Galliae moschate, ocimi citrati, añ<sup>c</sup> drachmam vnā, & dimidiā. Benalbi & rubei, folij, spicę nardi, caryophyllorum, añ drachmam vnam. Zingiberis, cubebæ, piperis longi, añ drachmam vnam, & dimidiā. Moschi, scrupulos duos. Sacchari candidissimi, quod satis est.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Albarum.*) Ita potius quàm Ambarum esse scribendum censeo: vt intelligat integras *Albarum* & non perforatas. Id quod ex Auicenna maximè patet, qui disertè habet Margaritarum non perforatarū. Integras autem præstantiores esse, iam antea dictum est. Sunt quoq; albæ meliores: quanto enim lucidiores, rotundiores, crassiores, & candidiores sunt, tanto certè efficaciores margaritæ.

<sup>b</sup> *Ana drachmas duas, & dimidiam.*) Secus vulgares filij Mesue, codices legunt. Nos verò emendatioribus secuti, hic & multis alijs in locis pondera variavimus: quod semel monuisse satis sit. Atque ita hoc loco scribendum esse, hinc maximè patet: quod nisi sic legamus, inutilis esset eiusdem ponderis repetitio.

<sup>c</sup> *Ana drachmam vnam, & dimidiam.*) Non ignoro & hoc in loco in nonnullis codicibus Mesues secus legi. Quia verò in melioribus ac castigatioribus libris ita vt nos monuimus legitur, & quod aliàs nulla necessitate idem pondus repereretur, ideò hanc lectionem tanquam veriore alteri prætulimus. Vt minimè opus fuerit Francisci Alexandri monitione quasi ignorarem in quibusdam exemplaribus aliter legi.

## DIAMOSCHV AMARA.

Ioannis Damasceni,

XIII.

**D**iamoschus amara, ad prædicta efficacior, & præterea ventriculi humores putres potentius absumit. Habet prædicta omnia, quibus adijciuntur absinthij, rosarum, añ drachmas tres. Aloes lotæ, vncia dimidiā. Castorei, ligustici, añ drachmam vnam. Cinamomi, drachmæ duæ, & dimidiā. Sacchari albissimi, quantum sufficit.

## DIAGALANGA.

Ioannis Damasceni.

XIIII.

**D**ialangala ventriculi & icoris intemperiem frigidam sanat, ob id concoctionem iuuat, ructus acidus compescit, & flatus crassos potenter dissipat, atq; ab eis natas inflationes. Oris halitum commendat, ac eiusdem fetorem gigni prohibet. Recipit galangæ, ligni aloes, añ<sup>b</sup> drach. sex. Cayrophyllo- rum, macis, ligustici, añ drach. duas. Zingiberis, piperis longi, piperis albi, cinamomi, añ drach. vnam, & dimidiam. Calaminthæ<sup>c</sup> siccæ, menthæ siccæ, cardamomi, <sup>d</sup> spicę nardi, seminis apij, foeniculi, <sup>e</sup> carui, anisi, añ drach. vnā. <sup>f</sup> Calami aromatici, drach. vnam, & dimidiam. Sacchari albissimi, quod satis est.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Ioannis &c.*) Describitur etiam à Nicolao, capite 222. Sectionis primæ ad verbum, nullo planè præterito medicamento simplici, excepto vno cardamomo.

<sup>b</sup> *drach. sex.*) Cordus in suo medicamentario libro, contra omnium codicum fidem *Cordus* habet drach. septem. Quinetiam in Nicolao disertè est L s. id est, drachmas sex.

<sup>c</sup> *Siccæ.*) Ita in omnibus Latinis codicibus legitur. Quapropter in Nicolai manuscri- *Nicolai locus* pto codice mendose  $\chi\upsilon\lambda\omicron\upsilon$  pro  $\epsilon\pi\sigma\omicron\upsilon$ : id est succi, pro siccæ, scribitur. Huc accedit, quòd in so- *restitutus* lida Antidoto, qualis hæc est, locum succus non habeat.

<sup>d</sup> Spicæ

*d Spicæ nardi.*) In quibusdam codicibus desideratur, sed parum rectè, Siquidem Nicolaus eius quoque mentionem facit, &  $\sigma\alpha\chi\upsilon\upsilon$  minimè in sua descriptione omittit.

*e Carui.*) Nicolaus habet  $\kappa\alpha\rho\upsilon\beta\alpha\delta\iota\upsilon\upsilon$ . Ut hinc pateat, Carnabadium recentioribus Græcis non esse nisi Careum, quod supra etiam diximus.

*f Calami odorati.*) Nicolaus quoque postremo illum collocat loco, Sed parum refert quo loco statuatur, modo ubiq; ponderis sit eadem ratio.

DIANTHON. NICO-  
lai Myreplici. numero 46.

XV.

**A**ntidotus è floribus, succurrit præter rationem tristibus: animi enim læticiã auget. Item cardiacis, elephantia correptis, animi defectionibus, & cordis syncopi. Prodest etiam destillatione affectis & in vniuersum omni corporis accordis imbecillitati. Caput florum rosmarini, vnciam vnam. Rosarum, violarum, glycyrrhizæ, añ drachmas sex. Caryophyllorum, spicæ nardi, nucis moschatae, galangæ, cinnamomi, zingiberis, *b* zedoariae, maceris, ligni aloes, anisi, cardamomi, anethi, añ *c* scrupulos quatuor, Sacchari albissimi, quod factis erit.

ANNOTATIONES.

*z* *z* *z*

*a Floribus.*) Græcè est  $\delta\iota\ \alpha\upsilon\theta\acute{\iota}\sigma\upsilon\upsilon$ . Nam etsi vetustioribus Græcis  $\alpha\upsilon\theta\acute{\iota}\sigma\upsilon\upsilon$  florem simpliciter omnem significet, tamen posteriores Græci, Actuarius præsertim, & Nicolaus, propter eius excellentiam sic tantum Rosmarini coronarij florem nominarunt. posset itaq; commodius appellari Antidotus è floribus Rosmarini.

*Zedoaria.*

*b Zedoaria.*) Non est in Græco Nicolao. Verùm, quum eius in omnibus Latinis codicibus, & apud Actuarium mentio fiat, corpusq; imbecillum reficiat, omittendum esse minimè putauimus.

*c Scrupulos quatuor.*) Nicolai manuscriptus græcus codex habet scrupulum vnum. Sed quia id pondus satis exiguum est, & Latini codices omnes quatuor scrupulorum, ut Actuarius quatuor drachmarum mentionem faciunt, præstat quatuor quam vnum scrupulum ad huius Antidoti confectionem vsurpare. Ut hoc etiam loco mirari subeat Alexandrum Vercellensem, quod me teste quasi inconstanti in simulet, quod alter in Nicolai codice, alter verò in libro 2. de compositione medicamentorum legam, quum tamen disertis verbis eius rei causam in annotationibus meis exposuerim.

DIAMARGARITON.

Nicolai Myreplici. numero 37.

XVI.

**A**ntidotus è margaritis, ad vniuersi corporis refrigerationem confert. Cardiacos, animo deficientes, mulieres vterum ferentes, præfociones vteri, cordisq; syncopen iuuat. Omnem virium imbecillitatem firmat. His quos animus deficit, supraq; modum tristibus mirificè auxiliatur. Omnem vitalium partium noxam discutit. Insuper asthmaticis, tussientibus, tabidisq; succurrit. Ventriculi fastidia tollit, eiusq; concoctionem iuuat. Longo morbo deiectos & imbecillitate languentes recreat, & ad pristinum robur reducit. Accipit caryophyllorum, cinamomi, spicæ, galangæ, ligni aloes, glycyrrhizæ, pastillorum è rosis, & pastillorum è violis, añ drachmam vnam, & dimidiam. Nucis moschate, maceris, galliæ moschate, zedoariæ, *b* rheipontici, styracis calamitæ, añ drachmam vnam. Margaritarum perforatarum, & non perforatarum, zingiberis, ossis cordis ceruini, ramentorum eboris, *c* blattij bifantis, añ drachmam dimidiam. Moschi, ambaris, cardamomi, libistici, seminis ocimi, añ scrupulum vnum, minus duobus granis. *d* Florum nymphaeæ, scrupulum dimidium. Serici crudi vsti, drachmam vnam. Lapidis saphiri, lapidis iaspidis, lapidis *f* prasii, añ drachmam dimidiam. Nucis Indicæ, drachmas duas. Tragacanthæ, corallij rubei, añ drachmam vnam & dimidiam. Anacardij, iuniperi baccarum, añ scrupulum dimidium, grana sex. Auri puri, drachmam vnam, scrupulum vnum. Sacchari candidissimi, quantum satis erit.

ANNO



*a Nicolai.*) Hæc est legitima, & integra Diamargariton antidoti Nicolai Myrepsi descriptio, quæ etiã in latinis extat codicibus: quãuis manca & mutila, vt pòst fuitus ostendemus. Et hanc deinceps pharmacopœi paratam habere in suis officinis debent, sub nomine Diamargariton Nicolai: propter alias, quas mox subiiciemus. Hanc nonnulli Calidam appellant.

*b Rheipontici.*) Nicolaus græcus manuscriptus habet, *ῥῆς βαρβάρων*. Nam, vt antea quoq; *Rheum ponticum.* aliquoties monuimus, is inter se rheum Ponticum & barbarum confundit. Quum autem hæc Antidotus inter roborantes ac confortantes numeretur, & vterum ferentibus exhibeatur, non est cur illi purgantia permisceamus. Quapropter rheum Ponticum à pharmacopœis accipiendum erit, non rheum barbarum. Id quod Actuarius etiam confirmat, qui habet Rhei simpliciter. Constat autem, tam veteres quàm recentiores Græcos per Rheum, citra adiectionem positum, semper Ponticum, quod ijdem sæpe etiam Rha nominant, intelligere. Huc accedit, quòd Rheum Ponticum ad ventriculi & iecoris imbecillitatem, & item vteri vitia præstantissimum sit.

*c Blattij bisantis.*) Nicolai codex Græcus habet, Ofsis è naribus purpuræ: quod idem est. *Blattium bisantium.* Nam blattia bisantia, non sunt nisi opercula purpuræ, vt antea quoq; diximus, quæ Nicolaus ossa narium purpuræ propter causam in libro primo expositam nominat.

*d Florum Nymphææ.*) Nicolaus habet, Caphuræ grana sex. Nos, quòd Caphura admodum calida sit, vt supra quoq; fecimus, substituimus flores Nymphææ, feu Nenupharis.

*e Serici crudi, &c.*) Hæc omnia usq; ad finem compositionis in Latinis codicibus desiderantur, & à librario imperito, & qui pleraq; legere haud potuit, præterita. Omitti autem nulla ratione possunt, aut debent. Quum enim partim sint confortantia, partim calesfacientia, præteriri nequeunt: quòd, vt diximus, roborans sit hæc Antidotus, & ad frigida corporis vitia utilis, vt hoc nomine anacardia, & iuniperi baccas accedere necesse sit. Odio itaq; dignus est Bernardus Desfennius, qui impudenter, contraq; græci codicis fidem, nulla adiecta etiam ratione, hæc simpliciter omitenda decernit. Quis verò non indignaretur Francisco Alexandro, qui me ineptè hæc adiecisse ait, quum tamen omnia in græco Myrepsi codice habeantur. Accedit, quòd nemo non me quali interpretem infidelem accusaret, si præter rationem omitterem quæ Myrepsus studio adiecit: Non igitur erat quod in me transferret, quod perpetuo, multorū sane risu, facit quæ Myrepsus magis attribuenda erant. Rogo autem nobis dicat Franciscus cur ineptè adiecta sint, quæ omnia facultates huius Antidoti à Myrepsus commemoratas mirum in modum auget. Sic nunquàm non vitium incidit Franciscus, quod in Matthiolo nulla non in pagina acriter admodum notat.

*f Prasij.*) Prasij lapis à succo Porri, cui assimilis est, nomen inuenit. Reperitur in Germaniæ metallis ararijs, & argentarijs: & Germanicè Pras vocatur. Officinis inusitatus, quapropter loco eius vtendum erit Smaragdo, qui eandem obtinet facultatem.

*g Auri puri.*) Posset, ne nimis sumptuosa esset Antidotus, omitti Aurum.

DIAMARGARITON AVICENNAE.

XVII.

**V**Alet vt præcedens. Priuatim verò imbecillitati stomachi, & crudidati eiusdem, corporis ac cordis exolutioni succurrit. Habet margaritarū non perforatarum, pyrethri, añ drach. vnā. Zingiberis, *b* mastiches, añ vnc. dimidiam. Zedoariæ, *c* petroselinī, castiæ lignæ, cardamomi, nucis moschatae, maceris, añ drach. duas. Cinamomi, drach. quinq;. *d* Benalbæ & rubæ, piperis nigri & longi, añ drach. tres. Ligni aloës, caryophylli, spicæ, glycyrrhizæ, galangæ, añ drach. vnam, & dimidiam. Ramenti auri puri, drach. vnam, scrup. vnum. Ambaris, scrup. dimidium, grana quatuor. Galliæ moschatae, drach. vnam. Styracis calamitæ, rhei Pontici, añ drach. vnam. Ofsis cordis ceruini, drach. dimidiã. Berberis, drach. dimidiã, gr. tria. Serici crudi vsti, scrup. vnum. Margaritarū perforatarū, drach. vnā, & dimidiã. Blattij bizantijs, scrup. vnū, grana octo. Libystici, feselios, ocimi seminū, añ scrup. dimidium, grana sex. Lapidis iaspidis, saphiri, prasij, añ scrup. dimidiū, grana sex. Sacchari candidissimi.

ANNOTATIONES.

*a Auicenna.*) Nicolaus falsò ad Galenum autorem refert, quòd in hac Antidoto multa recensentur medicamenta, quæ Galeno ignota fuisse constat: vt est Behen, nux moschata, ambar, blattium bizantium, & id genus alia quæ hic commemorantur.

*S b Mastiches.*)

*Prasius.  
Succedaneū  
Prasij.*

*Mastiche.* *b Mastiches.*) Græcus Nicolai codex habet  $\mu\omicron\sigma\chi\varsigma$ : id est, Moschi, sed haud dubiè mendosè. Neq; enim verisimile est Moschum, rem præciosam ac sumptuosam, pondere quatuor drachmarum ab aliquo vsurpatum esse. Quapropter Latinos & Auicennæ codices secuti, pro moscho substitutum mastichen, vt quæ stomacho accommodatissima sit.

*Cordus.* *c Petroselini, &c.*) Cordus in suo medicamentario libro, post Zedoariam subijcit Doronicum, cuius nulla fit in Nicolao (qui, vt diximus, hanc Antidotum non mancam & mutilam, vt alij faciunt, sed integram habet,) mentio. Dein semen apij subiungit, cuius etiam Nicolaus non meminit, sed pro eo Petroselinum recenset. Verùm ex eo nihil periculi ægrotantibus accedit, quòd Doronicum corroboret, & apij semen idem quod petroselinum possit. Id verò errore non caret, & quidem maximo, quòd Cordus Thapsiæ radicem mox iam dictis subiecit, cui omnes exulcerandi facultatem inesse sciunt: ideoq; intra corpus exhibere facile non debet, præsertim quum mitiora & meliora præsto sint. Nam & Franciscus Alexander, qui me tamen hoc in loco satis grauiter pungit, Thapsiæ vsus parùm intra corpus exhibitum parum tutum esse scribit. Vercellis enim elibratâ & turpenti loco diuenditam Thapsiæ radicem, tormina, & scroti tumorem in purgatione excitasse refert. Quid multis opus est verbis? dicat per Deum oro Franciscus ipse, in quem vsus reliquis medicamentis hanc compositionem constituentibus Thapsia coniungi debeat? Non certè purgandi, quum Antidotum non sit purgatorium, sed roborans stomachum & cordis imbecillitatem. Non etiam cruditatè curandi, quum id nullo modo possit Thapsia & erodendi facultate donata sit. Quare pro ea Nicolaus Casiam ligneam potius recenset: & rectè quidem quod calefaciendi, adeoq; cruditatè è frigiditate ortam sanandi, itemq; sua leniter adstringendi facultate roborandi vim habeat. Vt hoc nomine è contextu eijcienda, aut atro inducenda colore vox Thapsiæ, & Francisco medius digitus ostendendus sit.

*Cordus.* *d Benalbe, &c.*) Quæ nunc in hac compositione sequuntur simplicia, omnia in Latinis codicibus & Cordo desiderantur: at minus rectè. Nisi enim omnia hæc addantur, eandem cum priore facultatem non habebit. Nec rectè Antidotus è margaritis appellaretur, nisi vtrasq; id est, perforatas, & non perforatas margaritas, contineret. Vt hinc liquidò appareat, nullos medicamentarios libros hætenus legitimos fuisse.

#### DIA MARGARITON FRIGIDVM.

*a Incerti autoris.*

XVIII.

**O**Mnem virium imbecillitatem firmat, syncopen iuuat, ac asthmaticos, tabidos tussientes, longo morbo extenuatos, & imbecillitate languentes recreat, & ad pristinum recuperandum robur conducit. Recipit seminum cucumeris, cucurbitæ citruli, melonum, portulacæ, papaueris albi, santalorum albi & citrini, ligni aloës, zingiberis, rosarum rubearum, florum nymphææ, borraginis, myrti baccarum, añ drach. vnam. Coralli j albi & rubei, añ drach. dimidiã. Margaritarum perforatarum & non perforatarum, añ drachmam vnam, & dimidiã. Saccari albissimi.

#### ANNOTATIO.

*a Incerti autoris.*) Quia neq; apud Nicolaum, neq; Mesuen, neq; alium quempiam autorem, qui compositiones medicamentorum literis mandauit, reperitur. Cordus id ipsum ex Platearij commentarijs in Nicolaum, descripsit. Alij Dia margariton frigidum vocatum aliter describunt, in eum scilicet qui sequitur modum. Et priori præferendum erit, adeoq; in vsu à medicis reuocandum.

#### DIAMARGARITON FRIGIDVM ALIVD,

*a Incerti autoris.*

XIX.

**V**Alet vt præcedens, Caput santalorum omnium, florum rosarum, & violarum, seminum melonum, pastillorum è rosis, añ drach. duas. Osis cordisceruini, spodij, doronici Romani, behen albi & rubei, spicæ nardi, añ scrup. duos. Margaritarum perforatarum & non perforatarum, añ scrup. dimidium. Smaragdij, ramentorū eboris, hyacinthi & saphiri gemmarum, añ drach. dimidiã. Serici crudi vsti, drachmas duas. Seminis intybi & oxalidis, auri puri, añ drachmam

drachmam dimidiā. Ambaris, ligni aloes, añ scrup. dimidiū. Florum nym-  
pheæ, scrup. vnum. Moschi, grana duo. Sacchari, quod satis est.

## ANNOTATIONES.

*a Incerti autoris.*) Vt cunq; incerti autoris & hanc esse Antidotum constat, tamen prio-  
ri est præstantior, & ad robur cordis conseruandum ac recuperandum efficacior: id quod  
omnibus simplicium medicamentorum peritis palam est.

*b Oxalidis.*) Oxalis Græcis & Latinis herba est, quæ barbaris & Sepalsijs Acetosa no-  
minatur. *Oxalis.*

## ANTIDOTVS E GEMMIS,

Ioannis Damasceni,

XX.

**A**D frigida cordis, cerebri, uentriculi, iecoris, & uteri uitia efficacissima.  
Nam melancholicos, sine causa manifesta tristes, timidos, solitarios iu-  
uat, exhilarat, ad mores probos inuitat. Emendat cordis tremorem, ac synco-  
pen. Ventriculū à frigida intemperie imbecillū roborat: & concoctione tum  
eius, tum iecoris meliore reddita, corpus bene coloratū reddit. Habet margarita-  
rum albarum, *a* drach. tres. *b* Saphiri, hyacinthi, *c* sardæ, granatorū, smaragdi, añ  
drach. vñā, & dimidiā. Zedoariæ, doronici, corticum citrei mali, macis, se-  
minis ocimi caryophyllati, añ drach. duas. Coralli rubri, charabæ, ramentorū  
eboris, añ scrup. duos. Behen albi & rubei, caryophyllorū, zingiberis, piperis  
longi, spicæ nardi, folij, croci, cardamomi, añ drach. vnam. Pastillorum de ro-  
sis, ligni aloes, añ drach. quinque. Cinamomi, galangæ, *d* zurumbet, añ drach.  
vnam, & dimidiā. Foliorum auri & argenti, añ scrup. duos. Moschi, drach.  
dimidiā. Ambræ, drach. duas. *e* Sacchari albi sissimi.

## ANNOTATIONES.

Hæc Antidotus, si gemmæ ex quibus constat legitimæ sunt, satis sumptuosa est, ita ut  
Regibus & magnatibus hoc nomine magis conueniat, quàm mediocris fortunæ homi-  
nibus. Quod hodie viliori precio venditur, non alia de causa accidit, quàm quod à phar-  
macopœis legitimæ gemmæ ad huius structuram non vsurpantur.

*a Drach. tres.*) Alij codices habent drach. duas. Nos emendatiores secuti, drach. tres  
adscriptimus.

*b Saphiri.*) Metuendum ne Saphirus & Smaragdus officinarum adulterini sint. Qua-  
propter præstat loco earundem, Hyacintho & Granato uti. Quod hic semel monuisse suf-  
ficiat. *Saphirus.*  
*Smaragdus.*

*c Sardæ.*) Sardæ, quæ & Sardius & Sardo uocant, à Sardibus ubi primū reperta, sic di-  
cta gemma: est, quæ gemmarijs nunc Carneolus appellatur, quod colore similis fit carni.  
Eius usus semper fuit frequens, tum quia facile scalpi posset, tum quia ad signandum esset  
valde utilis, ut cuius signum partem ceræ secum non auferret. In puluerem trita, & cum  
vino austero pota, sistit menses, & sanguinis per ora venarum profusionem. Quoniam  
verò interdum rubro Sardæ corpori candidum Onychis substernitur, ex utraq; gemma  
sui generis tertia etiam oritur, & nomen Sardonyches inuenit. *Sardæ.*  
*Carneolus.*

*d Zurumbet.*) Quod Mauritanis Serapioni præsertim Zurumbet nominatur, id geminū  
est. Vñ quod Auicennæ Zarnabo & recentioribus Græcis Zarnabū & Zarnabadiū, Pau-  
lo autem Arnabo dicitur. Hoc describitur à Serapione cap. 261. vbi Zurumbet arbore esse  
procerā in Oriente prouenientem tradit: folijs longis, colore viridi, in luteum langue-  
scente, Salicis modo, sicuti & ramorum cortex. Infrugifera est, citreum spirans odorem.  
Eo hodie caremus, ideot; succedaneo eius vtendum erit, quod Paulo & Serapione testi-  
bus Cassia lignea, vel Carpesium existit, propterea quod similis naturæ sit. Possidonius eo  
non præsentē Cinnamomo vsus est. Alterum Zurumbet, cap. 172. Serapioni est radix ro-  
tunda, & globosa, Aristolochiæ rotundæ radici similis. Hæc hodie inter Zedoarias  
longas ex India & Oriente affertur. Hinc est quod plerique Zurumbet interpretentur  
Zedoariam simpliciter, sed minus rectè. Nam adijciendum erat Rotundam, ut discrimen  
à uera & longa Zedoaria hac adiectione innueretur. Quapropter pro Zurumbet,  
Succedaneū  
Zurumbet.  
S ij rotunda

rotunda illa nobis vocata Zedoaria accipienda erit. Hinc omnibus palam fit, Matthiolū me, & Cordum falsū erroris insimulare, quod Zurumbet zedoariam interpretati fuerimus, quum ipse potius in errore versetur sanè maximo, eò quod vnicum esse Serapionis Zurumbet existimet. Ita merito accidit, vt quum Matthiolus omnium errores traducere studet, suos magis prodat.

*e Sacchari.*) Qui in Electuarij formam redigunt, ij pro Saccharo mel Emblichorum usurpant.

## PLERES ARCHONTICON,

Nicolai Myreplici.

XXI.

**A**ntidotus<sup>a</sup> pleres archontice, prodest cardiacis, tristibus, melancholicis, imbecillo ventriculo, & animi deliquio à corde nato. Præterea eos qui ex diutino morbo penitus extenuati sunt, plurimamq; inde imbecillitatē contraxerunt, admodum corroborat. Memoriam amissam recuperat, sensus acuit, comitialibus, asthmaticis prodest, omnemq; cerebri debilitatem aufert. Capit cinamomi, caryophyllorum, ligni aloës, galangæ, spicæ nardi, nucis moschatæ, zingiberis, & spodij, floris iunci odorati, cyperi, rosarum, violarum, añ drachynam, grana quindecim. Folij, glycyrrhizæ, styracis, mastiches, sampsychi, <sup>b</sup> balsami, ocimi, cardamomi, piperis longi, baccarū myrti, <sup>c</sup> foliorum citrij mali, añ scrup. duos, grana quinç. <sup>d</sup> Behen albæ & rubæ, corallij, ferici vsti, añ scrup. vnū, grana duo, & dimidium. Moschi, grana septem, & dimidium. <sup>e</sup> Florum nymphææ, scrup. dimidium. Sacchari albissimi.

## ANNOTATIONES.

*a Pleres archontice.*) Nicolao præfens antidotus *ἡλικὴ ἀρχοντικὴ*, id est, implens principalis, siue eximia, dicitur: quòd scilicet mirificam quandā in recuperandis & instaurandis amissis viribus facultatem habeat. Quippe quum quasi impleat, saturosue, adeoq; robustos reddat, eos qui imbecilles atq; deiectis viribus fuerunt: meritò Græcis *ἡλικὴ*, quasi *ἔμπλεος*, hoc est, implens: & *ἀρχοντικὴ*, id est, principale seu eximium, dictum est. Barbaris medicis, & officinis non rectè Plitifarconicon nominatur.

*Pleres archontice cur dicta.*

*b Spodij.*) Et hoc loco neq; Græcorum, neq; Arabum, siue cannæ spodium vocatum vsurpandum erit, sed ebur vstum, vt iam aliquoties monuimus.

*b Balsami.*) Latini Nicolai codices habent Balsamitæ, sed falsò. Nam in græco Nicolai est, *βαλσαμὸς*. Et in recolligendis viribus, Balsamum rectius quàm Balsamita adhibetur. Sed quum Balsamo careamus, eius succedaneo vtendum erit.

*Error latinorū Nicolai codicum.*

*c Foliorum citrij mali.*) Latini Nicolai exemplaria legunt, Corticum citrij mali, quum græcè sit *κατὰ τὸ φύλλον*. Corticem enim potius quàm folia huic Antidoto inferere voluerunt: q; hæc in nostris regionibus haberi nequeant, illas verò facillimè consequi liceat.

*d Behen, &c.*) Ante Behen in Latinis codicibus scribitur, margaritarū, in alijs Gemmarum. In Græco nulla fit earundem mentio. Adiectæ haud dubiè sunt ex sequenti hanc Antidoto, in qua Nicolaus Margaritarum meminit. Verum quum in corroborando corde Margaritæ vim magnam habeant, nihil prohibeo, quin illas huic Antidoto miscent pharmacopœi pondere, scrup. vnus, & grana duorum, & dimidij. Non erat autem cur annotaret hoc loco Franciscus Alexander hanc compositionem constare simplicibus diminutis, quum antea ego id in meis annotationibus expressis verbis indicauerim. Et mirum est Alexandrum plaris hac in re facere Præpositū, quem tamen nouit esse Myrepfi compilatorem atq; abbreviatorem, & de quo non admodum præclare sentit. Quare semper Myrepfi, tanquàm senioris, ac græci exemplaris omnibus esse ratio & autoritas debet, quàm imperiti illius Præpositi.

*e Florum Nymphææ.*) Nicolaus habet, Caphure granum dimidium. Cur autem pro ea vtamur folijs Nymphææ, suprâ aliquoties dictum est, vt non sit opus hic repetere. Si tibi ita videbitur pro Caphura succum Sedi siue Semperuiui maioris substituere poteris, vt antea quoq; monuimus. Quum autem solida sit Antidotus folia aut flores Sedi etiam loco Caphuræ vsurpare licebit.

## DIA THAMARON.

Nicolai Myreplici.

XXII.

Prodest

**P**rodest tabidis, tussientibus, stomachicis, difficulter spirantibus, asthmaticis, & ad omnem corporis imbecillitatem. Renum præterea impotentia, & debilitati succurrit. Venerem emortuam efficaciter excitat. Accipit caryophylli magni, qui Italica lingua <sup>b</sup>Antophyllus cognominatur, zingiberis añ drach. quinque, scrup. vnũ, grana sedecim. Cinamomi, caryophylli parui, carnis palmularũ, añ vnc. dimidiam, scrup. vnũ, grana sedecim. Galangæ, spicæ, zedoariæ, costii, pyrethri, <sup>c</sup>corallij rubei, tragacanthæ, <sup>d</sup>rhei Pontici, <sup>e</sup>spicæ celticæ, anacardiij, ofsium palmularum, carpobalsami, anisi, baccharum iuniperi, añ f drach. vnam, scrup. duos, grana octo. <sup>g</sup>Margaritarum integrarũ & perforatarũ, añ scrup. duos. Moschi, grana tria. Blatti bizantis, scrup. duos. Triũ piperum, añ drach. vnã, scrup. duos, grana octo. <sup>b</sup>Ramentorũ auri puri, argenti puri, ofsis cordis ceruini, añ scrup. duos, & dimidium. Ramenti eboris, ambarris, añ scrup. vnum, grana septem. Sacchari candidissimi, quod satis est.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Dia Thamarõn.*) Ita inscribenda est hæc Antidotus, propter palmulæ tum carnes, cum nucleos, eius compositionem ingredients. Nam palmula Arabibus Thamar: vt officinis, à digiti forma, quam refert, Dactylus dicitur. In manuscripto Nicolai codice mendosè à Thamar. legitur, *δία ταμαρῶν*, pro *δία ταμαρῶν*. Facilis enim ab *θ* in *κ* lapsus fuit, præsertim in barbara voce: quæ vel ipsi Nicolao, utpote Græco, vel librario ignota fuit. Hinc est, quod in Actuario, qui hanc Antidotum etiam describit, mendosior sit lectio. Siquidem illic scriptum est, *δία ταμαρῶν*, quapropter imperiti interpretes sic dictam esse hanc Antidotum putarunt, quod hominẽ è morte ad vitam ducat. Eius itaq; falsæ inscriptionis causa nulla alia fuit, quàm quod ex Arabum libris hæc Antidotus sit à recentioribus Græcis descripta.

<sup>b</sup> *Antophyllus.*) Et hæc vox satis declarat, ex Arabum libris hanc Antidotũ esse transcriptam, quum barbarã esse omnibus constet. Significat autem, Nicolao metipso interprete, grandem caryophyllum, qui scilicet iam ad maturitatem peruenit, nucleo intus duro, bifidoq;.

<sup>c</sup> *Corallij rubei.*) Cordus in suo medicamentario libro, præter Græci & Latini codicis fidem, Album quoq; corallium adiecit.

<sup>d</sup> *Rhei pontici.*) Non Rha barbarum, vt Cordus est interpretatus: sed veterum rha Ponticum, vel quod hodie officinis ita vocatur, accipiendum erit, idq; propter causas antè sepe expositas.

<sup>e</sup> *Spicæ celticæ.*) Latini codices habent, Saliuncæ: nulla planè alia de causa, quàm quod Saliuncam non nisi Spicam celticam, vel vt hodie nominant, Romanam, atqui falsò, vt supra quoq; diximus, esse putauerint. Est enim Saliunca à Spica celtica diuersa planta, quemadmodum in nostris de stirpium historiæ commentarijs plenius monstrauiimus.

<sup>f</sup> *Drach. vnam, scrup. duos, grana octo.*) Sic etiam habet Latinus Nicolai codex. Quare præter omnium codicum fidem Cordus hic pondus variauit.

<sup>g</sup> *Margaritarum, &c.* Harum in latinis codicibus nulla fit mentio. Nos Græci exemplaris fidem secuti, illas præterire haud potuimus: præsertim quum ad roboris consecutionem plurimum momenti habere margaritas, omnibus in confesso sit. Variant, & hic ad finem usq; Latini codices, à Græcis: vt iterum pateat, hætenus nullas in officinis compositiones fuisse integras, ac legitimas.

<sup>h</sup> *Ramentorum auri.*) Hodie potius folijs auri vtuntur, quod ramenta ob grauitatem suam promptè fundum petant, nec æqualiter hoc nomine compositionibus commisceantur. Quod semel hoc loco monuisse satis sit.

## DIA CINAMOMV.

Ioan. Damasceni.

## XXIII.

**A**ntidotus è cinamomo concoctionem iuuat, pituitæ putredinem prohibet, ac alimentum in corpus distributionem promouet. Recipit <sup>a</sup>cinamomi tenuis & selecti, drach. quindecim. <sup>b</sup>Cinamomi vilioris, enulæ, añ. vnc. dimidiam. Galangæ, drach. septem. Caryophyllorum, piperis longi, <sup>c</sup>cardamomi, zingiberis, <sup>d</sup>granorum paradisi, macis, nucis moschatae, ligni aloës, añ drach. tres. Croci, drach. vnam, <sup>e</sup>Sacchari purissimi, drach. quinque. <sup>f</sup>Sacchari albissimi, quantum satis est.

S ij ANNO-

- Cinamomum tenue.* *a Cinamomi tenuis.*) Intelligit optimum, quod, Dioscoride teste, tenuibus est ramulis, iucundi odoris, acre, ac mordens.
- Cinamomum vilius.* *b Cinamomi vilius.*) Mesuæ filius habet Darfeni cinnami, quod idem est. Nam Darfeni Mauritanis est Cinamomum. Sed Cinamum vilius Cinamomi species est, Serapione teste, inualidi odoris, solutarumque virium. Dioscorides Pseudocinamomum appellat, quòd quandam Cinamomi faciem præbeat. Quare hoc loco deprauati sunt ferè omnes Mesuæ filij codices, qui habent Darfeni cumini: quum scribendum sit, Darfeni cinami. Mesuæ namque filius vtrunq; Darfenum seu cinamomum, selectum & vile, huic compositioni permiscet, postremumque cum Serapione & alijs Mauritanis Cinamū nominat. Non igitur rectè Cordus Cuminum huic Antidoto in suo medicamentario lib. inserit, quum eius nullam Mesuæ filius fecerit mentionem. Secutus itaque exemplaria mendosa, pro Cinami legit Cumini. Et quum hæc compositio sit è Mauritano Mesuæ desumpta, vt in eius dictionis explicatione, quicquid Franciscus Alexander dicat, Mauritanorum sequamur iudicium oportet. Quamquã tandem in nostram concedat sententiam, & vbi Cinamomi ac Darfeni legitur, pro altero primariæ casia æquale pondus: pro altero autem duplum eiusdem substituendum, fateatur.
- Cardamomi.* *c Cardamomi.*) Intelligit id quod ita hodie officinis medicorum vocatur.
- Heil.* *d Granorum paradisi.*) Mesuæ filius habet Heil. Ceterum Heil, non est nisi ea Cardamomi species, quæ Seplatij Granum paradisi nuncupatur. Cordus hic reprehensione dignus est, quòd Heil silentio transtijt.
- Cordi lapsus.* *e Sacchari purissimi.*) Mesuæ filius habet Zucchari tabarzeth, quod idem est. Hoc autem speciebus permiscetur, vt eo expeditius ad vsum quotidianum conferuentur.
- Zaccharum tabarzeth.* *f Sacchari albissimi.*) Hoc adijcitur, quando species in orbiculos, vel vt hodie nominant, rotulas digeruntur.

## DIAXYLALES.

Ioannis Damasceni.

XXIII.

**A**ntidotus è ligno aloës prodest vitij cordis, ventriculi, & iecoris frigidis, easque partes roborat. Ob id cordis palpitationem, & animi defectiōnem sanat, exhilarat, concoctionem iuuat, orisque halitum commendat. Capit ligni aloës crudi, rosarum rubearum, añ vnc. vnam. Caryophyllorum, spicæ nardi, macis, nucis moschatae, galliæ moschatae, cubebæ, cardamomi, granorum paradisi, mastiches, cinamomi, cyperi, iunci odorati floris, zedoariæ, behen albæ & rubæ, folij, serici crudi, margaritarum, coralli rubei, charabæ, foliorum & corticij citrij mali, ocimi caryophyllati, sisymbrij, menthæ siccae, piperis longi, zingiberis, añ vnciam dimidiam. Moschi, scrup. vnum. Ambaris, drachmam vnam, & dimidiam. Sacchari albissimi.

## LAETIFICANS a GALENI.

b Nicolai.

XXV.

**L**Aetitiam, colorisque bonitatem efficit. Concoctionem iuuat, & canicem arcet. Habet florum ocimi caryophyllati, croci, zedoariæ, xylobalsami, caryophyllorum, corticum citrij mali, galangæ, macis, nucis moschatae, styracis calamitæ, añ drachmas duas, & dimidiam. Ambaris, moschi, e florum nymphae, añ drach. dimidiam. Anisi, ramentorum eboris, thymi, epithymi, añ drach. vnam. Margaritarum, d scrup. duos. Ofsis cordis ceruini, drach. dimidiam. Auri foliati purissimi, argenti foliati puri, añ scrupulū dimidiam. e Sacchari albissimi, quod satis est.

## ANNOTATIONES.

*a Galeni.*) Falsò ad Galenum refertur hæc Antidotus: quod inde fit manifestum, quia moschus, ambar, margarita, & caphura eius structuram ingrediuntur: quæ Galeno incognita fuisse constat.

*b Nicolai.*) In Græco manuscripto codice, quem nos in Latinum conuertimus sermōnem,

nem, Antidotus hæc, quod sciam, non habetur. In Latino autem exemplari, seu paruo Nicolai Præpositi vocati Antidotario, ad eum quem exposuimus modum refertur.

*c Florum nymphaea.*) Nicolai codex habet, Caphuræ: pro qua nos flores nymphaeæ, aut violarum, propter causam antea sæpius dictam, substituiimus.

*d Scrupulos duos.*) Nicolai exemplar habet drachmam vnam. Verum quia hoc pondus antea præcessit, suspicio est locum esse deprauatum, quod alias margaritas à præcedentibus non separasset, sed planè coniunxisset, & ana dictionem subiunxisset. Parum autem refert, drachmam vnam aut scrupulos duos recipias, quod margaritæ roborandi facultatem habeant eximiam.

*e Sacchari candidissimi.*) Si in solidam digesseris formam. Quod si verò liquidam facere volueris Antidotum, tunc adijcere oportet, succi cotoneorum, pomorum odoratorum dulcium, boraginis, & vini veteris partes æquales: ea scilicet quantitate & mensura, quæ despumando & decoquendo saccharo sufficiat.

## LAETIFICANS RASIS.

## XXVI.

**A**d affectus cordis, ventriculi, iecoris, quas partes etiam roborat, admodum confert: palpitationem cordis emendat, valenter exhilarat, & concoctionem furat, coloremque viuidum efficit. Capit melissæ, corticis citrij mali, caryophyllorum, galliæ moschatae, mastiches, croci orientalis, cinamomi, nucis moschatae, cardamomi, *b* seminis Pæoniæ, behen albæ & rubæ, zedoariæ, doronici, seminis ocimi maioris, seminis ocimi caryophyllati, añ vnc. dimidiam. Moschi, scrup. vnum. Sacchari albissimi, quod fatis est. formentur orbiculi, seu, vt vocant, tabulæ. Si verò in liquidam digerere formam Antidotum volueris, tunc prædictas species cum sequenti Serapio misce, vt electuarij accipiat consistentiam: quod recipit myrobalanorum chebulorum numero *c* viginti. Emblicorum numero triginta. Triti myrobalani coquantur in tribus aquæ libris, donec ad vnam redeant, dein colentur, & colaturæ adijciatur mellis despumati libra vna. Dein bulliant, quoad aqua consumpta sit, & ad iustam consistentiam veniat: & postquam feruor remiserit, inspergantur species.

## ANNOTATIONES.

*a Rasis.*) In libro nono ad Almanforem, capite decimotertio, de Melancholia.

*b Seminis Pæoniae.*) Razes habet Neheremisch: quam sanè dictionem etsi variè interpretantur, nihil enim certum aut solidum est in Arabum doctrina, tamen maior pars autem eorum eò inclinat, vt semen Pæoniæ esse statuunt. Quorum nos etiam sententiam secuti sumus, propterea quod constat Pæoniam ventriculum, & iecur roborare: id quod huic etiam Antidoto tribuitur.

*c Numero viginti.*) Cordus habet quadraginta. Nam duplicato in sequentibus omnibus vsus est pondere, ita vt emblichos sexaginta aquæ libras sex, & mellis despumati libras duas sumendas esse voluerit. Nos Razis codicum fidem secuti, simplici mensura ac pondere potius vtendum esse duximus. Nihil autem refert, vtram amplectaris conficiendi rationem.

## DIANISV, IOANNIS

Damasceni.

## XXVII.

**A**ntidotus ex Aniso intemperiem ventriculi frigidam, & à pituita cruda natam sanat. Crasis quoque flatibus illic procreatis succurrit. Crudam denique pituitam in ventriculo procretam absumit, tussique diuturnæ prodest. Recipit anisi, drach. viginti. Glycyrrhizæ, mastiches, añ vnc. vnam. Carei, macis, galangæ, zingiberis, cinamomi, foeniculi, añ drachmas quinque. Tritum piperrum, calaminthes, pyrethri, cassiæ lignæ, añ drach. duas. \* Granorum paradisi, caryophyllorum, cubebæ, spicæ nardi, croci, añ drachmam vnam, & dimidiam. Sacchari candidissimi.

S iij DIA

LEONHARTI FUCHSII  
DIA CYMIN V.

Nicolai Myreplici, numero 100.

XXVIII.

**A**ntidotus è cymino, confert frigiditati thoracis, stomachi, inflatis, colicis, febre quartana laborantibus, & ventriculi concoctionem iuuat. Accipit cumini die nocteq; in aceto macerati, & dein in vmbra exiccati, drachmas octo. scrup. vnum. Cinamomi, caryophyllorum, añ<sup>a</sup> drach. tres, scrup. duos. <sup>b</sup>Galangæ, <sup>c</sup>thymbræ, calaminthæ, zingiberis, piperis nigri, añ drach. vnam, scrup. duos. Ammios, libyftici, añ drach. vnā, scrup. vnum, grana sex. Piperis longi, spicæ, <sup>d</sup>nucis moschatae, añ scrup. duos, & dimidiū. Sacchari albissimi.

## ANNOTATIONES.

Cordus.

<sup>a</sup> Drach. tres, scrup. duos.) Cordus secutus Latinorum codicum lectionem, habet drach. duas, & dimidiā. Nos verò fidem potius Græci manuscripti exemplaris sequi volumus, quod legit L β σκρ. ε. Scrupuli enim quinque efficiunt drachmam vnam, & scrupulos duos. Hallucinatus est quoq; Dessennius, qui legit drach. duas, scrup. dimidium. Mirum autem est quod Franciscus Alexander hoc loco laudet, quod integritati suæ hanc compositionem restituerim, quum alias non raro reprehendat, quod pondera & simplicia mutauerim, ita tamen codice græco monente.

Dessennij  
error.

<sup>b</sup> Galangæ.) Immutatum hic & ordinem simplicium, aliamq; quàm in Latinis codicibus ponderum esse rationem, vides. Ita namq; scriptum erat in græco Nicolai codice, qui plus autoritatis quàm Latinus habere meritò debet.

<sup>c</sup> Thymbræ.) Pro ea pharmacopœi Satureiam vsurpent.

Ioannes Agri  
cola.

<sup>d</sup> Nucis moschatae.) Latini codices ante nucem moschatam Cardamomi mentionem, quod tamen in græco desideratur codice, faciunt. Nec eius meminit exemplar, quod opera Ioannis Agricolaë nostri Ingolstadij est excusum. Est autem haud dubiè ex altera Dia cuminu Antidoto, quæ præsentem apud Nicolaum sequitur, in contextu insertum. Nos quia in Græco non erat, omisimus, vt sincera & legitima esset huius Antidoti structura.

## DIA CALAMINTHES.

a Galeni.

XXIX.

**A**ntidotus è calamintha Galeni, crassa & lenta attenuat, & discutit, vrinas mouet, ac miliebres menses. Habet calaminthæ, pulegij, petroselinii, feseleos, añ<sup>b</sup> vnc. vnam. Seminis apij, cacuminū siue comarum thymi, añ vnc. duas. Libyftici, vnc. octo. Piperis, vnc. viginti quatuor. Sacchari albissimi.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Galeni.) Libro quarto de Tuenda valetudine, capite sexto. Vbi, qualia esse debeant simplicia, quæ huius Antidoti compositionem ingrediuntur, docet. Verum quum ex ijs regionibus quas ipse memorat, hodie medicamenta illa non afferantur: satis erit, si nostratibus, optimis tamen, & ritè collectis, vtamur.

<sup>b</sup> Vnciam vnam.) Gallenus passim duplum accipit pondus. Verum quia magna est hæc quantitas, præstat simplex pondus, quod nos fecimus, vsurpare.

## DIA CALAMINTHES.

a Nicolai Myreplici.

XXX.

**V**tilis ad refrigerationem thoracis, & tussientes. Item ad refrigerationem stomachi, abolitam appetentiam, ad eos qui difficulter concoquunt, & eos quibus stomachus celeriter inflatur. Capit calaminthes, pulegij, feseleos, piperis nigri, petroselinii, añ drach. tres, scrup. duos. Libyftici, drachmas duas, scrup. vnum. Seminis apij, scrup. vnum. Ameos, <sup>b</sup>thymi, anisi, cinamomi, zingiberis, añ scrupulos duos. Sacchari candidissimi.

ANNO.



## ANNOTATIONES.

*a Nicolai.*) Nam Mesue filij vſitata non eſt, nec à Galeni niſi ponderum ratione diſtat. Præſtat itaq; hac Nicolai, quæ plura quàm Galeni ſimplicia recipit, & legitima, adeoq; è Græco tranſcripta eſt, vti Deſſenius eam mutilam, & deprauatam reſert.

Deſſenius.  
Comæ.

*b Thymi.*) Comæ autem, ſiue ſummitates thymi intelliguntur, vt in ea quæ præcedit.

## DIA LACHA MAIOR.

Mesue filij.

XXXI.

**A**ntidotus è lacha magna, facit aduerſus ventriculi frigus, ventriculum & iecur roborat, obſtructiones atq; inflationes viſcerum, iecoris potiſſimum & lienis aperit, eorumq; duritiem diſſoluit. Aquam intercutem, & malum corporis habitum ſanat & emendat, menſes ciēt, vrinas mouet, lapidem renum & veſicæ frangit. Accipit lachæ *a* lotæ, *b* rhabarbari, añ drach. tres. Spicæ nardi, maſticheſ, *c* coliculorum iunci odorati, abſinthij, ſucci *d* eupatorij, ſabinæ, aſari, amygdalarum amararum, coſti, myrrhæ, rubiæ tinctorum, ſeminum apiij, aniſi, fœniculi, ammeos, *e* ariftoſchiæ, gentianæ, croci, cinamomi, hyſſopi, caſiæ lignæ, *f* cacuminum iunci odorati, bdellij, añ drachmā vnam, & dimidiā. Piperis, zingiberis, añ drachmam vnam. Sacchari albiſſimi.

## ANNOTATIONES.

*a Lachæ lotæ.*) Quomodo Lacha ſit abluenda, ſuo docebimus loco, vt non ſit neceſſe hic explicare. In calce enim huius libri, abluendi ac præparandi medicamentorum rationem ſeorſim trademus. Lauatur autem, iunci odorati ſorum & ariftoſchiæ decoctio: ut eſſentiæ tenuitate aſſumpta, valentius obſtructiones aperiat.

Lacha lotæ.

*b Rhabarbari.*) Quum Antidotus hæc in hoc ſit parata, ut obſtructiones ſoluat, non autem vt aluum ſubducatur: præſtat hic etiam rha Ponticum officinis nominatum vſurpare, quàm rha barbarum iſdem dictum. Eius autem Mesue filius fecit mentionem, quod veterum Rha ignorauerit.

Rhabarbari.

*c Coliculorum iunci odorati.*) Quum hanc compositionem Iuncus odoratus, qui Squinantus barbaris appellatur, bis ingrediatur, hoc loco culmi, ſiue coliculi eius ſunt accipiendi. Deſſenius hanc compositionem, vt omnes ferè alias, deprauauit.

Iuncus odoratus.

*d Succi Eupatorij.*) Hic Græcorum Eupatorium, quod vulgus Agrimoniam nominat, vſurpari non debet: ſed id quod à Meſue deſcribitur, & Græcis Ageratum. Eius hiſtoria eſt in primo noſtrorum de Stirpium hiſtoria commentariorum tomo.

Squinantus.  
Deſſenius  
compositionis  
veterum deprauator.

*e Ariſtoſchiæ.*) Etſi eandem facultatem omnes habeant Ariſtoſchiæ, tamen quum rotunda ſit tenuiſſima, & ad omnia Galeni etiam teſtimonio, efficacior: vbicunq; Ariſtoſchia, vt hoc loco, ſimpliciter efferitur, rotunda vſurpari debet.

Eupatorium

*f Cacuminum iunci odorati.*) Per cacumina ſeu ſummitates iunci odorati, non intelliguntur niſi eius flores, qui in cacumine huius herbæ ſunt conſtituti. Verùm quia flores ad nos hodie non deferuntur, neceſſe eſt tenerimas eius partes è cacumine decerptas arripiamus, aut geminum pondus Schoenanthos indamus.

Mesue filij.  
Ariſtoſchia  
rotunda.  
Cacumina  
iunci odorati.

## DIA LACHA N.

*a Nicolai Myreſici.* Numero 123.

XXXII.

**A**ntidotus è Lacha confert iocinerofis, lienofis, malo corporis habitulaborantibus, nephriticis, ſtomachi inflationibus, & viſcerum. Item iocineris, & lienis obſtructionibus. Recipit lachæ *b* infectorū, vnc. vnam & dimidiā, drach. tres. Spicæ, coſti, carpobalfami, xylobalfami, caſiæ lignæ, cinamomi, acori, croci, aſari, floris iunci odorati, *c* ſenæ, rheibarbari, maſticheſ, ariftoſchiæ longæ & rotundæ, añ drach. nouem. Gentianæ, ſeminis apiij, fœniculi, aniſi, polij, caryophylli, cumini, eupatorij, abſinthij, phu, nucis moſchatae, cardamomi, galliæ moſchatae, cubebarum, añ drachmas tres. Sacchari, quantum ſatis erit.

ANNO.

*a Nicolai.*) Hæc etsi vſitata non eſt, tamen quum ad ſoluendas obſtructiones ſit efficaciſſima, in vſum reuocari poteſt: propterea quòd ad eam quam Meſues deſcribit, proximè accedat, & pluribus etiam ſimplicibus conſtet

Lacha infe-  
ſtorum.  
Rheum bar-  
barum.

*b Infeſtorum.*) Græcè eſt *καψίωρ*. Quæ verò ſit Lacha infeſtorum, primo abundè dictum eſt libro. Actuarius habet, Repurgate.

*c Sena, rhei barbari.*) Si rheum barbarum, quod hodie ita vocatur, ad huius Antidoti ſtructuram accipiatur: dubium haud erit, quin aluum ſit ſubductura, præſertim quum Sena illi coniungatur, & pondus ſit vnc. vna, drach. vna. Quia verò obſtructionum ſolueudarum gratia hæc Antidotus magis vſurpatur, præſtat pro rha barbaro accipere rheum Ponticum vocatum: quod ita minus ſumptuoſa ſit futura Antidotus. Actuarius quidem Rheum Indicum indendum eſſe docet, ſed quinque drach. duntaxat pondere.

## DIA CVRCVMA.

*a Meſue filij.*

XXXIII.

Antidotus eſt *b* curcumamagna, ventriculi, iecoris, lienis morbos frigidos & diurnos fanat. Item obſtructiones, hydropem, malum corporis habitum, inflationes, vitioſum corporis colorem, renum & velicæ vitia frigida, vrinamque euocat. Habet croci, aſari, petroſelinii, dauci, aniſi, ſeminis apij, añ vnciã dimidiam. Rhei barbari, ſpicæ, *c* mei, añ drach. ſex. Coſti, myrrhæ, caſiæ lignæ, floris iunci odorati, radicis rubiæ, carpobalfami, *d* ſucci abſinthij, ſucci eupatorii, *e* olei balfami, añ drach. duas. Calami odorati, cinamomi, drachmam vnam, & dimidiam. Scordij, *f* ſcolopendrij, ſucci glycyrrhiæ, añ drach. duas, & dimidiam. Tragacanthæ, drachmam vnam. Sacchari albiſſimi.

## ANNOTATIONES.

*a Meſue.*) Hæc Meſue filij Antidotus ex centeſima decimanona, & centeſima vigeſima ſecunda Nicolai Myreſi eſt collecta: quod ex collatione vriuſque autoris omnibus ſit maniſeſtiſſimum.

Dia curcuma  
vnde dicta.  
Curcuma.

*b E curcuma.*) Mirum admodum eſt, cur hæc Antidotus eſt curcuma ſit inſcripta, quum Curcuma eius ſtructuram non ingrediatur. Curcumam autem vſitatam hodie officinis intelligimus, quæ non eſt niſi Ciperi Indici radix, vt libro primo diximus. Nec Serapionis & aliorum Arabum, quæ non eſt niſi Chelidonium, inaudienda erit. Quapropter ſuſpicio eſt, Curcumam apud Meſue filium hoc loco idem quod crocum ſignificare. Aut certè Antidoti inſcriptio per imperitum librarium deprauata eſt, qui pro *δια κρόκου*, legit *δια κέρκονμα*, vt etiam apud Nicolaum legitur. Reſtè autem hæc Antidotus eſt croco inſcribitur, quum primum medicamentum hunc conſtituens ſit Crocus.

Monachi cõ-  
mentatores  
ſily Meſue.

*c Mei.*) Monachi, qui in Meſue filium Commentarios ſcripſerunt, ante Meum inſerendum Phu eſſe contendunt: nullo alio argumento moti, quàm quòd Auicenna in ſua Diacurcuma eius etiam meminerit. Quasi verò neceſſe ſit, in Meſue filij deſcriptione omnia commemorari, quæ in Auicennæ memorantur. Cur igitur in hac Antidoto deſideratur Capparis Romana? cur ſuccus liliij? Debebant itaque Monachi eadem ratione, qua phu, hæc etiam duo inter ea que Antidotum hanc conſtituunt, recensere medicamenta. Quapropter quum neque in Nicolai, neque in alijs quos ipſe viderim Meſue codicibus phu, mentio fiat, merito à nobis omiſſum eſt.

Eupatorium  
Meſues.

*d Succi abſinthij & Eupatorii.*) Hic iterum Ageratum pro Eupatorio ſumendum erit. Atque ſciendum, quòd ſucci illi, vt Glycyrrhiæ, denſandi ſunt. liquidi enim ſolidis Antidotis non conueniunt.

Oleũ balfami.  
Scolopendri-  
um.

*e Olei balfami.*) Opo balfamum intelligit, cuius vice ſuccedaneo eius vtendum erit.  
*f Scolopendrij.*) Herbam, quæ Ceterach hodie dicitur, inaudire oportet per Scolopendrium, non lingua ceruina vulgò dicta, hæc tollendi obſtructiones facultatem haud obtineat, vt in Phyllitidis historia copioſè monſtrauimus.

## DIA PRASIV.

Nicolai Myreſici.

XXXIII.

Anti-

**A**ntidotus è marrubio confert tabidis, tussientibus, ijs qui defluxionibus, distillationibusq; è capite obnoxij sunt. Item hebetudini oculorum, & palati vitijs, oris putredinibus: & in vniuersum, omnibus vitijs tussim afferentibus. Calculos atterit, & ijs qui difficulter mingunt prodest. Caput marrubij viridis drach. quinç, & dimidiam. Tragacanthæ, pinearū repurgatarum, amygdalarum, pistaciorum, carnis palmularum, caricarū, vuarum passarum, añ drach. tres, & dimidiam. Cinamomi, caryophyllorū, nucis moschatae, macis, ligni aloes, galangæ, spicæ, zingiberis, zedoariæ, glycyrrhizæ, rhei Pontici, anacardiij, styracis, mastiches, myrrhæ, \*galbani, terebinthinæ, iridis, aristolochiæ rotundæ, radicis capparidis, gentianæ, piperis nigri, anisi, foeniculi, anethi, seminis apij, sinonis, saxifragæ, añ drach. duas. Hermodactyli, <sup>a</sup>castaneæ, origani, peucedani, floris iunci odorati, cardamomi, piperis albi, <sup>b</sup>carnabadij, libyftici, <sup>c</sup>vincetoxicij, añ drach. vnam, & dimidiam, granū vnum, & dimidium. Pulegij, <sup>d</sup>balsami, <sup>e</sup>abrotoni, costi, pyrethri, thymbræ, ocimi, pæoniae, amomi, crui, añ drach vnam, scrup. vnum. grana duo. Xylobalsami, casia lignea, corallij, ramenti eboris, carpobalsami, dauci cretici, añ drach. dimidiam. Moschi, ambaris, ovis cordis ceruini, añ grana duodecim. Mellis despumati, aut Sacchari albissimi, quod fatis. Nonnulli qui liquidam facere antidotum volunt pro Saccharo accipiunt Mellis lib. quatuor. Dein capiunt marrubium, siccum corallium, Resinam pineam, Vini ueteris, vncias tres, & decoquunt cum caricis, cumq; vuis passis exemptis acinis, donec vinum absumat, postea vtraq; contundunt, & reliquis admiscunt, adijciuntq; terebinthinam cum melle, atque ita probe ebulliunt. Vbi verò ab igne amouere volunt, imponunt species, & quum probe subactæ fuerunt, reponunt in vase.

## ANNOTATIONES.

\* *Galbani, Terebinthinæ.*) Hæc si in solidam formam redigitur medicamentum hoc omittere erunt. Sin liquidum futurum est, indenda veniunt. Quum itaq; multa simplicia si solidum futurum sit hoc medicamentum omittere sint, præstat illud liquida forma constructum, Nicolai exemplo in officinis profare, quàm solida.

<sup>a</sup> *Castaneæ.*) Græcè est κασάνου. In Latinis codicibus omnibus desideratur. Tamen à Nicolao haud dubiè reliquis hanc Antidotum constituentibus est permista, vt distillationes inhibeat ac sistat: perinde atq; caro palmularum, quæ itidem adstringit & deficcat, adeoq; distillationi sistendæ apta est.

<sup>b</sup> *Carnabadij.*) Hoc loco vt apud Simeonem Sethi, pro Careo accipitur. Quod etiam Carnabadij testantur Latini codices, qui in vniuersum omnes pro Carnabadio habent Carui.

<sup>c</sup> *Vincetoxicij.*) Variè interpretantur Vincetoxicum recentiores. Nonnulli enim Iberin esse putant. Alij Thlaspin. Quidam Anemonem syluestrem. Quæ sanè herbæ omnes quum eiusdem sint facultatis, ideo nihil refert vtram ex ijs accipias. Officinæ nostrates hodie pro Vincetoxico vsurpant Asclepiada herbam, quam illi Hirundinariam vocant.

<sup>d</sup> *Balsami.*) Græcus Nicolai codex habet βαλσάμου. Cordus balsamitæ legit, Latini cordis fidem secutus. Non video, quod tamen ille affirmat, quo modo in vetere aliquo probato autore vox balsami significet Mentham. Et nisi quis eius rei testimonium aliquod proferat, mihi haud persuadebit. Præferamus igitur huic coniecturæ Græci exemplaris fidem, in quo disertè, vt diximus, Balsami fit mentio. Quum autem Balsamo destituamur, eius succedaneo vtendum erit. Quod quale sit, suo monstrauius loco.

<sup>e</sup> *Abrotoni.*) In omnibus Latinis codicibus legitur pro Abrotoni, Dictamni. In græco tamen Nicolai exemplari est disertè ἀβροτόνου. Nihil autem refert, Abrotonum aut Dictamnum vsurpes, quum eiusdem sint facultatis, & vtrunq; eos præstet effectus, quos Antidoti inscriptio pollicetur.

## DIA IREOS SIMPLEX.

XXXVI.

**P**ræstat ferè idem quod sequens. Accipit iridis, vnciâ dimidiam. Sacchari candi seu candefacti, specierum diatragacanthæ frigidae, añ drach. duas. Sacchari albissimi.

DIA

LEONHARTI FVCHSII  
DIA IREOS \* SOLOMONIS:

Nicolai Myrepsici.

XXXVI.

**A**ntidotus ex iride, prodest ad columellam, quæ veluti acus intus pertusa videtur: ad vocem etiam amissam, similiter asthmaticos, & difficulter spirantes. Recipit iridis, vnc. vnam. Pulegij, hyssopi, glycyrrhizæ, añ drach. sex. Tragacanthæ, <sup>b</sup> amyli, cinamomi, zingiberis, piperis, amygdalarum, nucum pinearum, añ drach. tres. Caricarum sine acinis, carnis palmularum, vuarum pinguium exemptis acinis, añ drach. tres, & dimidiam. Styrcis rubri, drach. duas, scrup. vnum. Sacchari albissimi.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Solomonis.*) Nicolao simpliciter  $\delta\iota\ \iota\sigma\epsilon\omega\varsigma$  inscribitur. Recentiores autem Solomonis dictionem adiecerunt, vt hac ipsa adiectione eam à simplici, quæ præcedit, discernent.

Amylum.

<sup>b</sup> *Amyli.*) In Latinis codicibus omnibus desideratur, quum tamen in Græco manuscripto codice disertè sit ἀμύλου. Non est autem omittendum Amylum, propterea quod ad columellam defluentione laborantem, & exulceratam plurimum conferat. Quod testatur Dioscorides, qui Amylum contra fluentiones, caua vlcera, exasperatum guttur efficacem esse scribit. Ita pauca, aut ferè nullæ compositiones integræ hæctenus in officinis fuerunt. Et hic me notat Franciscus Alexander, quod aduersus Actuarij sententiam Amylum addiderim, quum tamè eius rei rationem etiam subiecerim, quod ille silentio tranfit. Non autem nescius fui hanc vocem in Actuarij compositione desiderari, sed id tantum præstare volui, vt Lector intelligeret, cur hoc loco pro semine lini, cuius in Nicolai codice mentio fit, Amylum substituerim. Mirum autem cur Franciscus haud cogitet se crebrò Matthiolo obtrudere crimen, à quo profecto ipse alienus nequaquam est.

<sup>c</sup> *Styrax rubeus.*) Quid sit Styrax ruber recentioribus Græcis & Arabibus, libro primo diximus. Præstaret quidem styracem optimum ac liquidum, quem Calamiten vocant, vsurpare: verùm quum siccus siue cortex magis ad hanc compositionem, quæ arida est, quadret, ideo illum Nicolaus potius vsurpare voluit, quàm liquidum.

## DIA HYSSOPV.

\* Nicolai.

XXXVII.

**A**ntidotus ex hyssopo, confert ad vitia capitis frigida, columellam exicat, arteriam asperam purgat, tussim compescit, omnia frigida thoracis & stomachi vitia emendat, & concoctionem iuuat. Habet hyssopi, iridis, thymi, piperis nigri, añ drach. triginta. Pulegij, thymbræ, rutæ, cumini, añ drach. viginti. Carnis palmularum, tragacanthæ, passularum exemptis acinis, <sup>b</sup> fœniculi, añ drachmas decem. Zingiberis, anisi, carei, libyfici, añ drachmas quinque. Sacchari albissimi.

Climax.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Nicolai.*) In Latinis duntaxat codicibus habetur, in Græcis desideratur. Rarissimè in vsum venit: quapropter omitti potuisset.

<sup>b</sup> *Fœniculi.*) Miratur hoc in loco Franciscus Alexander cur glycyrrhizam præterierim, quum mihi magis mirandum sit, cur ipse omiserit fœniculum, cuius expresse in Nicolai codicibus mentio fit: & glycyrrhizam ac sicū addiderit, quum tamen neutrius ibidem mentionem faciat Nicolaus. Ita passim in aliorum dictis reprehendendis oculatus est Alexander, in suis verò erratis animaduertendis plane cæcus.

## DIA TRION PIPEREON.

\* Nicolai.

XXXVIII.

**A**ntidotus è tribus piperum generibus ventriculi refrigerationibus, acido ructui, quartanis, resolutis, iocinerosis, & inflationibus auxiliatur. Capitrium piperum, añ vnc. vnam. Zingiberis, thymi, seminis anisi, <sup>b</sup> apij, añ vnciam dimidiam, Sacchari quod satis est,

ANNO

## ANNOTATIONES.

*a Nicolai.*) Hæc proximè accedit ad Diatrion piperum simplex Galeni: quæ ita dicta est, quod minimè sit medicamentosa, nec ex varijs, vt sequens, medicamentis composita, adeoq; citra negocium ab ijs qui hanc sumpserunt cõcoquitur. Danda itaq; ijs qui parum concoxerunt, & qui recens frigus in ventriculo cõtraxerunt, & pituitosum succum: item ijs quibus cruditas est multa in primis venis. Galenus de vnoquoq; genere piperum accipit drachmas quinquaginta. De reliquis tribus, drachmas octo.

*b Apij.*) Galenus in sua compositione Apium non habet. Qui igitur magis simplex esse cupit medicamentum hoc, ab eo apium detrahat.

*Diatrion piperum simplex.*

## DIA TRION PIPERON.

*a Mesuræ filij.*

XXXIX.

**H**æc Antidotus magis fluxionibus, quæ à capite ad thoracem descendunt, conuenit. Accipit trium piperum, añ aur. quinq;. Zingiberis, thymi, anisi, aur. duos. Spicæ nardi, *b ammeos*, añ aur. vnum. Cassiæ lignæ, asari, helenij sicci, seminis *c apij*, feseleos, añ aur. dimidium. Sacchari albissimi.

## ANNOTATIONES.

*a Mesuræ.*) Hæc planè est quam Galenus lib. 4. de Tuenda sanitate damnat, veluti nimis medicamentosam. omnia namq; quæ structuram huius Antidoti cõstituunt, medicamenta, illic nominatim perstringit.

*b Ammeos.*) In Latinis codicibus est Amomi: sed quum Galenus loco iam citato distentè Ammeos mentionem faciat, & Amomum hodie vix, & à paucis tantum cognoscatur, Ammi autem verum iam afferatur, & omnibus ferè cognitum sit, præstat Ammeos semen quàm Amomi, ad structuram huius Antidoti vsurpare. Nec erat cur testè me pungeret Franciscus Alexander, quasi temere Amomum omiserim.

*c Apij.*) Ex hac Antidoto Apij semen, est in præcedentem simplicem translatum.

*Diatrion piperum compositum. Ammi.*

## DIA ZINGIBER.

*a Incerti autoris.*

XL.

**R**ecipit zingiberis, galangæ, caryophyllorum, cinamomi, nucis moschatae, granorum paradisi, piperis longi, macis, cardamomi, spicæ nardi, rhei Pontici, rosarum rubearum, añ scrup. dimidium, grana tria: Pinearum repurgatarum, vnc. dimidiam. Pistaciõrum, drach. duas. Anisi, fœniculi, glycyrrhizæ rasæ, croci, añ drach. dimidiam. Sacchari albissimi.

## ANNOTATIO.

*a Incerti autoris.*) Cordus, & alij Nicolao ascribunt, quum tamen neq; in Latinis, neq; in Græco, quod sciam, Nicolai codice hæc Antidotus habeatur. Quapropter incerti autoris compositionem esse iudico, ad ventriculum roborandũ, & firmandum excogitatam.

## ELECTVARIVM DVCIS.

*a Nicolai.*

XLI.

**V**alet ad cruditatem, & inflationem stomachi & intestinorum, ileon, & calculum. Recipit anisi, drach. duas, grana sedecim. Glycyrrhizæ, mastiches, añ scrup. duos, grana quinq;. Chamædryos, cinamomi, zingiberis, galangæ, fœniculi, carei, añ scrup. vnum, grana quindecim. Cassiæ lignæ, calaminthæ, dauci, pyrethri, piperis albi, piperis longi, cyperi, floris iunci odorati, iridis, amomi, folij, asari, añ scrup. vnum. Spicæ nardi, croci, gummi Arabici, tragacanthæ, seminis anethi, calami aromatici, cubearum, caryophyllorum, carpobalsami, cardamomi, libyfici, seminis *b hipposelini*, baccarum iuniperi, feseleos, quinquefolij, seminis asparagi, seminis citri, radicis acori, ammeos, rhei Pontici,

T

Pontici,

Pontici, nucis moschatae, ligni aloes, ocimi, lithospermi, feminis saxifragae, citruli, cucurbitae, cucumeris, melonis, scariolae, petroselinii, behen albae, behen rubrae, styracis calamitae, an scrup. dimidium, grana quinque. Penidiorum, vnc. dimidiam, scrup. duos, & dimidium. Sacchari albisimi.

## ANNOTATIONES.

*a Nicolai.*) In Graeco non extat codice: quapropter, nisi à nonnullis in vsum quotidianum vocata esset, omitti potuisset.

*Hipposelinii.* *b Hipposelini.*) Petroselinum Macedonicum ab officinis vocatur, vt libro i. diximus.

*Lithospermii.* *c Lithospermi.*) Milium folis hodie nominatur: quod etiam libro primo monuimus.

*d Grana quinque.*) Sic legendum, non tria, veluti typographi negligentia factum est, qui pro quinque tria legit. Nam in Nicolai codice sunt grana quindecim, quae constituunt scrupulum dimidium, & grana quinque.

## ELECTVARIVM IVSTINI.

*a Nicolai.*

## XLII.

Valet aduersus dolorem renum, calculos atterit, & difficultati vrinae succurrit. Habet cinamomi, folij, costi, spicae nardi, casie lignae, aristolochiae rotundae, helenij, hyssopi, pulegij, arthemisiae, quinquefolij, piperis albi, erui, petroselinii, libyistici, hipposelinii, feminis vrticae, lithospermi, saxifragae, baccarum iuniperi, feminis asparagi, seseleos, apij, anethi, rutae, citrij mali, foeniculi & anisi feminum, baccarum lauri, an drach. vnam, & dimidiam. Sacchari albisimi.

## ANNOTATIONES.

*a Nicolai.*) Neque haec in graeco Nicolao, quod sciam, habetur: sed tantum in Latinis codicibus reperitur.

*Erium.* *b Erui.*) Orobium Graeco nomine appellant officinae. Quum verò Erium legitimum hodie nondum à nostratibus pharmacopoeis agnoscat, succedaneo eius vtendum, quod est Ciceris nigri semen, vt supra quoque dictum est.

*Succedaneum.* *c Libyistici.*) Neque Libypticum verum hodie habetur in nostratibus officinis, igitur eius succedaneo interim dum agnoscat vtendum: quod Staphylini semen erit, aut certe id quod ipsis Leuisticum vocatur. Eandem namque facultatem obtinet. Aut id, cuius nos iconem in altero tomo de hist. stirpium dedimus.

## ANTIDOTVS ENVCIBVS.

Incerti autoris.

## XLIII.

Antidotum è nucibus mirifice aduersus pestiferae luis contagia confert. Accipit iuglandium, numero viginti. Ficum pinguium, numero quindecim. Rutae, manipulos duos. Absinthij, parthenij, scabiosae, an manipulum vnum. Radicis aristolochiae longae, vnc. dimidiam. Radicis aristolochiae rotundae, vnc. vnam, & dimidiam. Radicum tormentillae, petasitis, pimpinellae, dictamnii albi nominati, an vncias duas. Baccarum lauri, drachmas tres. Foliorum dictamnii Cretensis, manipulum vnum. Cornu ceruini vsti, drachmas duas, & dimidiam. Macis, myrrhae, boli armenij, terrae Lemniae, an drachmas tres. Salis marini, drachmam vnam, & dimidiam. Florum borraginis, manipulum vnum. Corticum citrij mali, vnciam dimidiam. Contusa & trita omnia, & per cribrum tenuissimum traiecta, excipiantur quantitate sufficienti mellis despumati, vt formam electuarij accipiat.

## ANNOTATIONES.

Et si

Etsi mihi non satis constat quis huius compositionis autor sit, tamen ad propulsanda pestis contagia satis conducere videtur. Immutauimus tamen in plerisque non solum pondera, sed & medicamenta simplicia. Sublatis enim nonnullis, ut nuce vomica, quæ quid sit in hodiernum vsq; diem ignoratur, pro ea alia substituimus meliora. Neq; enim Serapionis nux vomica est, ut secundo nostrorum de stirp. historia commentariorum tomo capite de malo Stramonia ostendimus. Præstat igitur hanc, tanquam ignotam, prorsus abijcere, & pro ea vti alio, quod ad præfens institutum conferre potest. Nos in eius locum Cortices citrij mali aut semen eius, substituimus.

*Nux vomica quid sit ignoratur.*

*a Parthenij.*) Cotulam foetidam vulgus herbariorum appellant, quemadmodum alibi *Parthenium.*

*b Petasitis.*) Hanc nos, propter admirandam quam habet aduersus pestilentiam facultatem, adiecimus. Nec vlla ratione hæc ipsa pharmacopœis negligenda & omittenda erit.

*Petasites.*

*c Foliorum Dictamni Cretensis.*) Et hæc à nobis addita sunt.

## ANTIDOTVS EX OVO.

Incerti autoris.

XLIII.

**A**ntidotus ex ovo magnam efficaciam aduersus pestilentia cōtagia habet. Constat ex oui vitello, cum quo tantum Croci primo, reiecto albumine, permiscetur, vt oui putamen denuo compleri possit. Deinde tandiu affatur, quo ad nigrescat. Tum pistillo conteritur, & ei admiscentur, Seminis *b* eruce, radicis tormentillæ, *c* dictamni nostratis, albiue, angelicæ, *d* laserpitij germanici, añ vnc. dimidia. Terræ *e* lemnia, drach. duæ. Ligni aloës, corallij rubri, añ drach. vna. *f* Radicis petasitis, scrup. duo. Cornubestiae vnicornis, scrup. dimidius. Theriacæ Andromachi tantum quantum vniuersa pendent. Commistis omnibus, formetur electuarium solidum.

## ANNOTATIONES.

Antidoto hac olim Maximilianus, optimus & prudentissimus Imperator, vsus est, vt hinc etiam appareat illam non esse contemnendam, propterea quod à tanto principe non temerè vsurpata & in precio fuerit.

*Maximilianus Imperator.*

*a Affatur.*) Non desunt qui hanc antidotum propterea minus probent, quod Croci vis affando frangatur, atq; ita neq; Crocus, neq; vitellus ægrotis prodesse possit, sed medicamentarius siue pharmacopœus ex eis lucrum faciat. Fieri quidem nequit, quin Croci vim ex affatione non nihil frangi fateamur, tamen non est cur ob id vniuersum suam facultatem amittere antidotum existimemus. Neq; etiam temerè ipsam affari, vnà cum vitello credamus. Quum enim ad leuorem teri, quod maximè in huius antidoti constructio ne requiritur, crocus & vitellus nequeant, necesse est vt per affationem sicciora, adeoq; ad terendum aptiora, reddantur. Qua de re in præparatione medicamentorum plura.

*Crocus & vitellus cur affantur.*

*b Eruca.*) Duabus de causis Erucæ semen huic antidoto permiscetur, vna vt in longum tempus illud conferuet: altera, vt per vrinam educat noxia, quod in pestilentia optimum existit.

*c Nostratis.*) Quia Cretensis Dictamni folia tantum vsitata sunt.

*d Laserpitij Germanici.*) Magistrantiam vulgus & officinæ medicorum vocant.

*Laserpitium germanicum.*

*e Lemnia.*) Terram sigillatam nominant.

*f Radicis petasitis.*) Alij pro ea nucem vomicam iniiciunt. Verum vt paulo ante dictum est, quum non satis constet, quid sit nux vomica officinarum, & Serapionis nux vomica vomitum admodum moueat, atq; ægri antea abundè satis ad vomitum in hoc morbi genere irritentur, præstat has planè abijcere, & pro eis radice petasitis, omnium præstantissimo remedio, & facili parabili vti.

## ELECTVARIVM REGIVM.

Mesuae filij.

XLV.

**E**lectuarium regium, cerebrum, cor, thoracem, ventriculum roborat. Habet pinearum excorticatarum, vncias octo. Amygdalarum purgatarum, *T ij* *b* vncias

*b* vncias sex. Sacchari albi, libras quatuor. Stillaticij rosarū liquoris, lib. vnam, & dimidiam. *c* Olei amygdalarum dulcium recentis, rosacei, añ vnc. tres. Cinamomi selectissimi, *d* drach. octo, & semis. Caryophyllorum, añ drachmas tres. *e* Santali flauī, añ drach. tres. Ligni aloës, drach. quatuor. *f* Ambræ, drach. vnā. Moschi, scrupulum dimidium.

## A L I V D.

## XLVI.

**E**lectuarium regium alterum, idem potest. Accipit pinearum excorticatarum, vnc. sex. Amygdalarum dulcium etiam delibratarum, vnc. quatuor. Stillaticij rosarum liquoris, libram vnam, & dimidiā. Rosarum rubearum, vnc. vnam, & dimidiam. Santalorum flauorum, drach. tres. Sacchari albi, lib. quatuor. Ambaris, drach. vnam. Moschi, scrupulum dimidium.

## ANNOTATIONES.

*Dulciarij  
panes.  
Marze panes.*

*a Regium.*) Ita verò dictum est, quod eo vsi sint reges, & principes, alijq; qui delicijs studebant. Hodie eiusmodi Electuaria, latinis dulciarij panes, vulgò corrupta ex massa panis voce, Marze panes, vel Marcij panes vocantur, vbi scilicet cum saccharo in formam liborum, ac panis coguntur. Horum hic facere mentionem volui, vt pharmacopœi hinc conficiendorum horum panum exemplum caperent.

*b Vncias sex.*) Meliores codices legunt vncias quinque, quod etiam facit Nicolaus Myrepticus.

*c Olei amygdalarum, &c.*) Olea hæc ex hac compositione prorsus sunt amouenda, quod vomitum, si simul alijs misceamus, moueant. Hinc est quod Nicolaus Myrepticus in sua compositione, quam mox subiiciemus, ea omiserit.

*d Drachmas octo.*) Castigatioribus in codicibus legitur, drach. quatuor, & dimidiam. Nam præstat Cinamomi, & aliorum etiam aromatum imminutam esse quantitatem.

*e Santali flauī.*) Et hi omitti possunt, quod gustui multorum ingrati sint.

*f Ambaris.*) Et hæc nimia est quantitas, quod non solum sumptuosam, sed & nimio odore ingratam compositionem efficiat.

## D V L C I A R I V M.

Nicolai Myrepticī.

## XLVII.

**A**ntidotus ad tussientes, de fluxione capitis laborantes, & ad imbecillitatem corporis admodum bona. Caput nucum pinearū, vnc. octo. Amygdalarum, drach. *b* quinque. Cinamomi, *c* vnciam vnam. Caryophylli, maceris, añ drach. *d* septem. Ligni aloës, drach. *e* sex. Santali flauī, drach. quinque. Ambaris crudi, drach. vnam. *f* Sesami repurgati, vnc. vnam. *g* Vrticæ feminis, vnc. dimidiam. *h* Gossipij feminis, vnc. dimidiam. Moschi puri, filiquas tres. Sacchari & stillaticij rosarum liquoris, quod satis est.

## ANNOTATIONES.

*a Dulciarium.*) Hoc subiicere placuit, vt Mesuæ filij Electuarijs regijs aliquid lucis accederet. Nā vel Nicolaus ex Mesuæ filio, vel vterq; ex vno eodemq; autore ipsis vetustiore, has compositiones descripserunt. Id quod è medicamentis ipsis quæ compositiones illas constituunt, fit manifestum. Sunt enim, paucis exceptis, vtrobiq; eadem.

*b Quinq.*) Apud Mesuæ filium sunt drachmæ sex, quum tamen hanc lectionem errore non vacare satis constet, quod Nicolaus, & meliores etiam filij Mesuæ codices quinque tantum drachmas habeant.

*c Vnciam vnam.*) Et hic Mesuæ filij codices variant, minusq; rectè dimidiam vnciam adijciunt.

*d Septem.*) Apud Mesuæ filium desunt drachmæ quatuor.

*e Sex.*) Ibidem duæ desiderantur drachmæ.

*f Sesami.*) Additur exemplo veterum, qui *σέμηματα*, & *πράγματα*, hoc est, placentas, & bellaria ex Sesamo, & melle parabant.

*g Vrticæ semē.* *g Vrticæ.*) Non temerè Vrticæ semen adijcitur, nam illi singularis facultas inest educendi ex thorace quæ crassa, & lenta sunt.

*h Gossipij semē.* *h Gossipij.*) Siquidem semen hoc tussi & thoracis vitijis mirum in modum confert. Vt igitur



igitur Dulciarium suum Nicolaus ad tussim & thoracis vitia totum accommodauit, ita medicis pro varietate affectuum quibus laborant ægrotantes iam hæc quæ dicta sunt, iam alia quædam nucibus pineis, & amygdalis addi possunt. Sic utiq; in calidis affectibus in aromatum locum substitui possunt semina lactucæ, portulacæ, intybi, melonum, cucurbitæ, & cucumeris. Quod adijciendū esse duxi, vt subinde ad Marcios vocatos panes conficiendos pharmacopolæ instructiores essent.

## DIA SPERMATON.

⁊ Nicolai Myrepsici.

XLVIII.

**A**ntidotus è seminibus confert ad ea, ad quæ Antidotus exaniso, & cumino. Capit cumini, carei, ammeos, anisi, dauci, apij, petroselini, amomi feminum, añ<sup>b</sup> drach. duas. Cinamomi, libyfici, añ drach. vnam. Zingiberis, galangæ, cardamomi, caryophylli, spicæ, folij, añ drach. dimidiam. Seseleos, scrupulum vnum. Piperis longi, <sup>c</sup> scrup. dimidium. Sacchari albissimi.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Nicolai.) Est & alia è seminibus Mesuæ filij, huic persimilis, demptis ponderibus, quæ in Mesuæ filio sunt maiora: & quod hic petroselini etiam mentio fit, quæ in Mesuæ descriptione desideratur. Vtraq; concoctionem ventriculi iuuat, obstructions aperit, lienteriam sanat, & dolores viscerum à flatibus excitatos placat. Est digna quæ in vsum reuocetur, tum propter veteres, qui crebrò ea usi sunt, tum propter miram suam facultatem.

<sup>b</sup> Drachmas duas.) Nicolaus habet L α, id est, drachmam vnam, sed minus rectè. Est enim climax, ideoq; vt primum eius pondus sit drachmæ duæ oportet.

<sup>c</sup> Scrupulum dimidium.) Nicolaus habet, grana quindecim, id est, scrupulum dimidiū, & grana tria. Nos ne Climacis rationem turbaremus, scrupulum dimidium tantum de pipere adijcere volumus.

## ANTIDOTVS CORDIALIS.

Incerti autoris.

XLIX.

**C**or è pestis contagione maximè conseruat & tuetur. Accipit radicū dictamni albi, siue pseudodictamni, zedoariæ, herbæ tunicæ vocatæ, seu betonicæ altilis, tormentillæ, añ vnc. dimidiam. Radicis pimpinellæ, drach. tres. Dictamni cretensis, scordij, trifolij odorati, ligni aloes, añ drach. duas. Sigilli Lemnij, boli armenij, corticum citrij mali, croci, fantalorum rubeorum & alborum, ramentorum eboris, añ drach. vnam. Coralli albi & rubei, charabæ candidæ, vnicornu, phu, granatorum, margaritarum, hyacinthorum, añ scrup. duos. Serici crudi vsti, antheræ, mastiches, añ drach. dimidiam. Osis cordis ceruini, scrup. vnū. Moschi, ambreg, añ scrup. dimid. Sacchari albissimi, qd satis est.

## DE MEDICAMENTIS TVM LENIENTIBVS

ALVVM, TVM PURGANTIBVS, LIQVIDIS ET  
solidis, Sectio quinta.

## ⁊ FLORES CASIAE NIGRAE.

I.



**S**ILIQVAE casia ponderosæ, & quæ concussa non resonant, aperiuntur, ac contenta in illis medulla cum laminis & seminibus suis eximitur. Exempta super angustū, setisq; equinis contextum inuersum cribrum projiciuntur. Post cribrum supra feruentis aquæ vaporem imposito, medulla casia auerso cochlearis conuexo hinc inde traducitur, vt per cribrum paulatim traiciatur. Quicquid verò medullæ hac ratione per cribrum traiectū est, con-

T iij festim

festim subinde aufertur, ne scilicet plus quàm conueniat vaporis aque imbibat. Idèq; tantisper faciendum, donec<sup>b</sup> quantum voles collegeris.

## ANNOTATIONES.

- Flos Casia.* <sup>a</sup> Flores Casia.) Differunt à Casia extracta, de qua sequenti capite dicemus. Nam flos Casia est eius medulla, siue pulpa sincera, quæ citra vllum decoctum ex siliquis exempta est. Proinde idem quod Casia potest: nempe bilem & pituitam innoxie à ventriculo leniendo aluum deducit, ac sanguinis biliosi, ipsiusq; bilis acrimoniam frangit, sanguinemq; puriorem reddit. Thoracis, pulmonis, & asperæ arteriæ phlegmonas resoluit, easq; partes lenit: ipse morsus omnis expers, præsertim cum succo vel serapio glycyrrhiæ sumptus. Deniq; intemperiem renum calidam mitigat, cum ijs quæ vrinam mouent sumptus, & in ijs calculum gigni prohibet.
- Facultates florum Casia.* <sup>b</sup> Quantum voles colligere.) Nam multa eius copia vna vice eximenda non erit, quòd repolitus faciliè acefcat. Qui, vt vehementius moueat aluum, Casia florè efficere cupiunt, ij in feruentem ac bullientem aquam folia Persici, aut eiusdem flores proijciunt. Horum siquidem vapor ex aqua sublatus, & flori Casia permixtus, efficit vt aluum magis ducat.
- Vt Casia flos validius aluum ducat.*

## CASIA EXTRACTA SINE

folijs Senæ.

## II.

**R**ecipit prunorum numero duodecim. Violarum, manipulū vnum. Hordei repurgati, anisi, polypodij, seminis cartami, añ drach. quinq; <sup>b</sup> Adianti, thymi, epithymi, añ manipulum dimidium. Passularum, vnc. dimidium. Seminis fœniculi, drach. duas. Seminis portulacæ, & maluæ, añ drach. tres. Glycyrrhiæ, vnc. dimidium. Coquantur in aqua iustæ quantitatis, colentur, & in colatura diluantur medullæ casia, libræ duæ. Tamar indorum, vnc. vna. Cinamomi, drach. tres. Sacchari optimi, libra vna. Coquantur ad perfectam consistentiam.

## ANNOTATIONES.

- Casia extracta.* <sup>a</sup> Casia extracta est, quæ ope iam dicti decocti è siliquis extrahitur, medulla. Siliquis quoq; hoc decocto interiore parte nonnulli colluunt, ac subinde alijs hic commemoratis adiectis, ad consistentiam coquunt, ac Casiam extractam nominant. Sunt qui pro Casia medulla extrahenda, sequenti decocto vti malint, quod habet, Florum violarum, manipulum vnum, & dimidium. Florum borraginis, buglosi, intybi, cichorij, añ Manipulum vnum. Prunorum damascenorum, numero quindecim. Passularum, vnc. vnam. Glycyrrhiæ, vnc. dimidium. Oxyphœnicôn, vnc. vnam. Ficum, numero sex. Corticum myrobalanorum flauorum, chebulatorum, añ vnc. dimidium. Thymi, epithymi, añ drach. tres. Cinamomi, drach. duas, & dimidium. Santali rubei, drach. dimidium. Seminis fœniculi, drach. vnam, & dimidium. Contusa macerentur in tribus libris aquæ horis 24. dein bulliant, & decoquantur ad tertias: postea validè exprimantur, & adijciatur Sacchari, libra dimidia. In hoc decocto medullæ casia è siliquis extracta diluantur libræ tres, & decoquantur ad consistentiam.

- Adiantum.* <sup>b</sup> Adianti.) Officinæ noua appellatione Capillum veneris nominant.

## CASIA EXTRACTA CVM

folijs Senæ.

## III.

**E**xpedite aluum subducit, intestinorum asperitatem lenit, & morbis biliosis ac melancholicis auxiliatur. Accipit casia sine folijs Senæ extracta, libræ duas. Pulueris foliorum Senæ, vnc. duas. Commisceantur, & ad legitimam consistentiam redigantur.

## CASIA EXTRACTA PRO

clysteribus.

## IIII.

**C**apit violarum florum, violarum foliorum, maluæ, mercurialis, betæ, tartaricæ, añ manipulum vnum. Coquantur in aqua iustæ quantitatis, & horum

horum decocto medulla cassiæ extrahatur, eiusq; siliquæ eluantur. Deïn accipiatur medullæ cassiæ hoc modo exemptæ, & ad consistentiam coctæ, libra vna. Sacchari, libra vna, & dimidia, & coquantur ad perfectam consistentiam.

## ANNOTATIO.

Hæc Cassia iniecta per clysterem, aluum leniter, & citra omnem molestiam subducitur: estq; pro delicatulis ac mollioribus aptissima.

## DIA CASSIA CVM MANNA.

Incerti auctoris.

V.

CONFERTIJS qui dura sunt aluo. hanc enim leniter & citra molestiam subducit, ac flauam educit bilem, febresq; inde natas mitigat. Habet prunorum damascenorum, vnc. duas. Florum violarum, Manipulum vnum, & dimidiū. Aquæ fontanæ, vnc. decem & octo. Bulliant vsq; ad medietatis consumptionem, colentur, & in colatura diluantur medullæ cassiæ, vnc. sex. <sup>b</sup> Pulpæ tamarindorum, vnc. vna. Mannæ optimæ, vnc. duæ. Serapij violacei, vnc. quatuor. Sacchari candidi, sacchari penidij, añ vnc. vna. Sacchari violacei, vnc. quatuor. Commisceantur, & ad iustam redigantur consistentiam.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Diacassia.*) Non est in frequenti medentium vsu: tamen quum pleriq; varietate delectentur, easq; compositione vtantur, silentio transire illam nolimus.

<sup>b</sup> *Pulpæ tamarindorum.*) Hæc quidem instar florum Calix fit, Tamarindis per cribrum *Pulpæ tamarindorum.* è pilis equinis contextum, angustumq; traiectis.

## DIA MANNA, NICOLAI.

VI.

PRODEST ad purgandum sanguinem, flauam & atram bilem reprimendam, ad iecur calefactum, & vniuersi corporis purgationem. Capit adianti, <sup>b</sup> scolopendrij, <sup>c</sup> lichenis, añ vnc. tres. Seminum cucurbitæ, citruli, cucumeris, melonis repurgatorum, violarum, añ vnc. vnam. Prunorum damascenorum, numero viginti. Coquantur in sufficienti aqua ad dimidias, dein colentur & exprimantur: inq; colatura diluantur mannæ optimæ, sacchari violacei, medullæ cassiæ recens extractæ, añ vnc. quatuor. Tamarindorum, sacchari rosacei, añ vnc. vna. Coquantur ad mellis consistentiam, & deinde sequentes iniiciantur species, quæ habent seminum quatuor frigidorum decorticatorū, florum violarum, & nymphææ, seminum lactuæ, <sup>d</sup> intybi angustifolij, portulacæ, añ vnc. vnam. Rheibarbari, foliorum senæ, añ vnc. vnam, & drach. vnam. His accuratè permistis & subactis, fiat electuarium.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Nicolaj.*) Non extat, quod sciam, in Græco manuscripto Nicolai codice. Ex Latinis igitur desumpta est, & in plerisq; officinis vsitata.

<sup>b</sup> *Scolopendrij.*) Hoc nomine intelligenda stirps erit, quæ Sepiasis barbara voce Ceterach dicitur, vt alibi fusius docuimus. *Scolopendrium.*

<sup>c</sup> *Lichenis.*) Lichen herba est, quæ officinis Hepatica nominatur.

<sup>d</sup> *Intybi angustifolij.*) Vulgus medicorum Scariolam vocat. *Lichen.*  
*Intybum angustifolium.*

## ELECTVARIVM LENITIVVM,

Incerti auctoris.

VII.

VALET in febribus ex humorum putredine natis, & pleuritide. Emollit animalium, & vtranq; bilem sine molestia & innoxie educit. Accipit pasfularum, exemptis acinis, vnc. duas. <sup>a</sup> Adianti nigri, violarum, hordei repurgati, añ Manipulum vnum. <sup>b</sup> Ziziphorum, <sup>c</sup> myxorum, añ numero viginti. Glycyrrhiæ,

T iij

cyrrhiæ,

*Scolopendrium.*  
*Lichen.*  
*Intybum angustifolium.*

cyrrhizæ, vnciam dimidiam. Prunorum exemptis nucleis, tamar Indorum, añ drach. sex. Senæ, polipodij, añ vnc. duas. Mercurialis, manipulum vnum, & dimidium. Decoquantur ex præscripto artis in aqua iustæ quantitatis, dein per colum traiciantur: & colaturæ addantur medullæ castæ, pulpæ<sup>d</sup> oxyphœnicôn, pulpæ prunorum, sacchari optimi, sacchari violacei, añ vnc. sex. Pulueris fenæ, vnc. tres, drach. tres, & dimidia. Coquantur ad consistentiam perfectam, & fiat electuarium.

## ANNOTATIONES.

*Adiantum  
nigrum.*

*a Adianti nigri*) Adiantum nigrum, est altera Capilli veneris species: quam in primo nostrorum de Stirpium historia commentariorum tomo descripsimus, & pinximus. Nisi quis Trichomanes hoc nomine accipere velit.

*Zizipha.*

*b Zizipha.*) Fructus sunt officinis Iuiubæ dicti.

*Myxa.*

*c Myxorum.*) Myxa fructus sunt, qui Seplasijs hodie Sebesten nominantur.

*Oxyphœnica.*

*d Oxyphœnicôn.*) Oxyphœnica sunt fructus, quos Tamar indos appellant, quod lib. 1. quoq; diximus, ad quem perpetuo in ignotis dictionibus pharmacopœi cõfugere debent.

## MEDVLLA SEV PVLPA

prunorum.

## VIII.

**C**alorem, ac sitim in febribus mitigat & extinguit. Recipiuntur pruna grandia, acida & vinosa, quantitate qualibet: & exemptis nucleis in fictili vitreato coquantur, deinde per cribrũ setaceum traiciuntur. Traiecta medulla iterum lento igne ad iustam consistentiã coquitur, & sine saccharo reponitur.

## ANTIDOTVS E DAMASCENIS

prunis. Nicolai Myrepsici.

## IX.

**F**acit ad acutas, ardentis, omnesq; alias febres, nempe tertianas continuas, heclicas, marasmodos, lipyrias, & in summa ad omnem febrilem affectum. Capit pruna Damascena centum. Hæc in aqua<sup>b</sup> iustæ quantitatis decoquantur, quoad tertia pars aquæ absumpta fuerit, dein ab igne remouentur. & vbi modicè refrixerunt, subiguntur, & probè manibus cõfricantur, tantisper dum caro eorũ omnis dissoluitur in aqua: & ossa duntaxat, & cortices remaneant. Postea cribro raro transmittuntur, relicto hoc iure,<sup>d</sup> aliaq; accepta aqua, illi imponuntur violarum vnc. dimidia. Sacchari libræ duæ, & lento igne ad mellis, aut<sup>e</sup> Serapij crassitudinem decoquantur. Dein ab igne remouentur, & per saccum transfunduntur. Hoc peracto, accipitur de aqua prunorum Damascenorum, quæ prius per cribrum transfusa, & in succum redacta fuit, libra vna, & commiscetur cum<sup>f</sup> Serapio violarum, simulq; iterum bulliant, donec vtraq; ad mellis consistentiam veniat. Dein ab igne deponuntur, & smuntur, accipiturq; Oxyphœnicorum, medullæ castæ extractæ, añ vnc. vna, & cum aqua altera calida probè subiguntur, ac subacta per saccum transfunduntur: atq; hæc eadem aqua rursus conijcitur in lebetem, in quo est succus prunorum & serapium. Vbi probè<sup>g</sup> simul subacta fuerunt, iterum<sup>h</sup> calido cineri imponuntur, & posteaquam vna ebullitione in altum sublata fuerunt, ab igne remouentur, & rudicula aut cochleario probè agitantur. Dein iniiciuntur santali albi & rubei, spodij, rhei barbari, añ drach. tres. Rosarum, violarum, seminis portulacæ, intybi, oxycanthæ, succi glycyrrhizæ, tragacanthæ, añ drach. duæ. Seminum melonum, cucumeris, cucurbitæ, citruli repurgatorum, añ<sup>h</sup> drach. duas. Omnia hæc simul trita, & per cribrum probè traiecta, lebeti, vt dictum est, iniiciuntur, & calefacta, simulq; subacta in vase reconduntur. Quod si, vt hæc Antidotus aluum subducat ac purget, efficere volueris, vbi ab igne illam remoueris, admisce dacydij, k drach. quatuor, in singulas libras.

\* Berberis.

ANNO-

## ANNOTATIONES.

*a* *Edamascenis prunis.*) Nicolaus hanc Antidotum ita vocat, nempe *ἀντίδοτον τὴν δ' ἰατρῶν* *ἀντιδοτον*, Diaprunum alij, officinae Diaprunis nominant: & eam quidem quæ citra Dacrydij adiectionem constat, simplicem: eam verò quæ dacrydium recipit, Solutivam appellent. *Diaprunis simplex. Solutiva.*

*b* *Iustæ quantitatis.*) Tanta nimirum, quæ pruna tegere queat.

*c* *Quoad tertia pars.*) Sic habet Nicolai codex manuscriptus Græcus, quem in hac describenda Antidoto secutus sum. Latini codices Pruna percoquenda esse vsq; ad dissolutionem præcipiunt: quod in idem recidit cum eo quod paulo post Nicolaus ait, tantisper manibus esse confricanda, donec caro eorum omnis dissoluatur.

*d* *Aliq; accepta aqua.*) Hic plurimum variant latini codices, ac aquam in qua pruna bullierunt, accipiendam esse præcipiunt, & in ea dimidiam vnciam violarum cum sacchari duabus libris coquendam esse docent.

*e* *Serapij.*) Serapium vocamus id, quod vulgus pharmacopœorum & medicorum Syriacum nominant. *Serapium.*

*f* *Serapio violarum.*) Quod scilicet ex alia aqua, violis, & saccharo confectum est.

*g* *Et cum aqua altera calida.*) Et hic iterum variant Latini codices: & Oxyphœnica, seu Tamarindos, & casiam extractam cum aqua prunorum, ad crassitudinem decocta permiscendam, & subigendam esse iubent.

*G* *Simul subacta.*) Quod sane hic & in omnibus medicamentis purgantibus obserandum erit. Sic enim in illis omnia ligneo pistillo & rudicula miscenda sunt, ut omnia vnum & idem tum consistentia, tum colore esse videantur. Si enim negligenter commiscantur, sæpe vsu venire solet ut species in vna parte quasi conglobentur, in alia verò vix sensu percipi queant. Vnde profecto ægris non parum periculi est, medicis verò & pharmacopœis ignominia ac calumnia occasionem affert.

*h* *Calido cineri.*) Aut lento igni, ut Latini habent codices, admouentur.

*§* *Spodij.*) Hoc etiam in loco Spodium intelligit Myrepsus id, quod alio nomine Ebur vsutum dicitur. Habet enim id, perinde atq; Santala, adstringendi ac roborandi facultatem, ut iam sæpenumero monuimus. Ne scilicet per hoc quispiam imperitus Spodium Græcorum, aut cannæ dictum inaudiat.

⚠ Notat me hoc quoq; in loco Franciscus Alexander, quod post rhei barbari mentionem cinnamomum omiserim, quasi verò mihi inferendū huic compositioni fuerat, quod in græco codice desiderabatur. Scio quidem eius fieri mentionem in Nicolai Præpositi codice, mirari autem satis non possum, cur hoc loco eius lectionem sequi voluerit, quem tamen in Hiera legadij disertis verbis scribit, neq; literas scire, neq; natare, & omnia peruertisse, deprauasse, ac corrupisse, atq; à Myrepli mente abalienasse. Et quare adijceremus, tanta præsertim copia, cinnamomum, quum hoc antidotum ad extinguendum febrilem calorem potissimum sit paratum? Sed voluit Matthiolum, quem tamen hoc nomine reprehendit nunquam non, imitari Franciscus, non sine multorum risu.

*i* *Intybi.*) Simpliciter in Græco manuscripto Nicolai codice *ἰντύβιον*. Latini habent Scariolæ, & ad angustifolium Intybum detorquent. Verum nihil refert, ut sæpe iam diximus, Scariolæ aut Endiuia vocatæ herbæ semen accipiant pharmacopœi, quum eiusdem esse vtriusq; facultatis constet. Legitimo autem de Intybo mihi sermo est, non de adulterino, quod est Lactuca sylvestris, ut lib. i. quoq; monuimus. *Intybum.*

*H* *Drachmam vnam.*) Negare non possum, me in Myrepsio conuertisse drachmas duas, quia ille habeat Lb. Quia verò quum codicem græcum inspicerem, video me in margine alteram etiam annotasse lectionem, quod nimirum aliqui pro β, legerent α. Sed ne alij Præpositi illius deprauatoris me temerè motum autoritate dicerent, mutata hac lectione, Myrepli ut præferrem placuit. Habet igitur nunc eius varietatis rationem Franciscus. Quod non vsquequaq; meam lectionem sequitur, id & ego facio.

*k* *Drachmas quatuor.*) Nicolaus græcus non exprimit pondus. Latini autem codices habent, Septem drachmarum pondus. Sunt autem ex pharmacopœis qui plus, & qui minus dacrydij adijciunt. Alij enim ad singulas libras vnciam vnam dacrydij, alij vnciam dimidiam, sicq; medicis ignorantibus mirificè imponunt. Nam tum accidere solet ut medicamentum exhibitum vel vehementius, vel minus quàm existiment aut sperarint purget. Præstat autem in medio consistere, & ad singulas libras addere dacrydij vnciam dimidiam. Cæterum codex Nicolai Cinnamomum non habet, ideo nos quoq; illud omisimus. Cucumeris autem disertè meminit, quare omitti non debet. Quæ adijcere propter Cordus. *Cordus.*

ELECTVARIVM 4E MYXIS. MONTAGNANAE.

X.

Confert

**C**onfert febribus biliosis intermittentibus, ac continuis exquisitis, febrim cumque vehementiam sedat, sitim extinguit, vigilias arcet, & acres humores per urinam educit. Habet myxorum recentium sine ossibus, vnc. quinque. <sup>b</sup>Macerentur in libra vna aquae stillaticiae violarum, deinde bulliant & colentur. Decocto percolato admisceantur aquarum iridis, <sup>c</sup>anguria, añ vnc. sex. Prunorum siccorum contusorum, oxyphoenicon, añ vnc. quinque. Seminum cucurbitae, cucumeris, melonum, citruli, añ vnc. vna, & dimidia. Succus mercurialis, vnc. quatuor. Coquantur ad dimidias, dein valide exprimantur, ac colo trañciantur, adijcianturque penidiorum vnc. octo. Antidoti est prunis simplicis, libra vna, & dimidia. <sup>d</sup>Dacrydij, drach. tres. Misceantur, & formetur electuarium. Propinatur pondere vnciae vnius.

## ANNOTATIONES.

- Myxa.* <sup>a</sup> *E myxis.*) Myxa recentioribus Graecis, vt iam aliquoties diximus, & Myxaria per diminutionem dicta, officinis Sebesten vocantur. Quapropter praesens Electuarium Seplafarijs, & medicis hodie Electuarium de Sebesten appellatur.
- Electuarium de Sebesten.* <sup>b</sup> *Macerantur.*) Non latet, alios alia ratione hoc medicamentum parare: tamen haec visa est mihi melior.
- Anguria.* <sup>c</sup> *Anguria.*) Anguria non est nisi Cucumis omnis generis: & nequaquam, vt Cordus errat. annotauit, Melon magnus. Nam quod veteres Graeci *σικυον*, Aëtius, Simeon Sethi, Nicolaus, & alij recentiores Graeci *ἀγγυρία* nominant. Per aquam igitur Anguria, Montagnana intelligit succum Cucumeris: & per aquam iridis, succum iridis. Et hoc loco me pungit
- Aqua iridis.* Franciscus Alexander, falsèque perstringit, quod flores violarum & citrulos omiserim, quum bona fide Montagnanae compositionem ad verbum ex eius libro descripserim, in quo florum violarum nulla sit mentio. Quid enim attineret illos adijcere, quum libra integra aquae stillaticiae earundem ingrediatur. Citrulorum verò vnciam & dimidiam inferui. Vt merè sint Francisci calumniae
- Dacrydium.* <sup>d</sup> *Dacrydij.*) Dacrydium est, id quod corrupta voce officinis, & vulgò medicorum Diagridium dicitur, vt iam aliquoties monuimus.

HIERA <sup>b</sup>VETERVM SIMPLEX.

## XI.

*Hiera simplex.* **H**iera veterum simplex hodie appellata, praestantissimum medicamentum est ad vitiosos succos, qui in ventriculi tunicis haerent. Vtiliter quoque exhibetur ijs qui suffusorum imagines, & alia symptomata ex stomachi vitio patiuntur: & praeterea ijs qui aluo adstricta sunt, & mulieribus quae non probe purgantur. Accipit cinamomi, xylobalsami, asari, spicae nardi, croci, chiae mastiches, añ drach. sex. <sup>e</sup>Aloës, drach. <sup>d</sup>centum. Mellis despumati, quod satis est.

## ANNOTATIONES.

- Hiera vnde dicta.* <sup>a</sup> *Hiera.*) Ita nominarunt Graeci, quasi sacram, ab operibus & facultatibus suis diuinis & mirabilibus: aut certè quasi magnam. Solenne enim est Graecis *ἱερόν* appellare magnum. Magna itaque est, propter excellentes suas facultates. Iisdem quoque picra, vt hodie etiam, vocabatur: id est, amara, ob aloën, quae mirificè amara est, & magna copia eius compositionem ingreditur.
- Picra.* <sup>b</sup> *Veterum.*) Quod adiecimus, ad detegendum errorem eorum, qui hieram hanc Galeni esse putant. Neque enim à Galeno inuenta, sed multis ante ipsum annis celebrata fuit à Themisone, Aesclepiade, & alijs quibusdam vsurpata. Sicque Romae Galeni temporibus parabatur.
- Hieranon à Galeno inuenta.* <sup>c</sup> *Aloës.*) Simpliciter effertur, quod hanc dupliciter confectam habuerunt: vnam ex elota aloë, alteram ex non lota. Prior aluum minus subducit, & ventriculum magis roborat. Siquidem lota aloë multum medicamentosa facultatis deposuit. Altera magis aluum subducit, & minus roborat. Posset itaque utroque modo à pharmacopoeis parari, & prior appellari Hiera simplex cum aloë lota: altera vero cum aloë illota.
- Aloës.* <sup>d</sup> *Centum.*) Hinc patet error officinarum nostrarum, quae ad omnia simplicia simul sumpta
- Error phar-*

sumpta duplam, id est, septuaginta duarum drachmarum tantum aloën, id est ex Mesuæ si- *macopœorū*,  
lij autoritate, admiscet, quum veteres triplam eiusdem portionem reliquis miscuerint:  
Nam pro aliorum cuiusq; drachmis sex, quæ in vniuersum sunt triginta sex, adijciunt alo-  
ës centum drachmas. Hinc est quod hieræ picæ veterum sicæ drachma vna probè pur-  
gat, quum vulgaris officinarum hieræ sicæ drachma vna, & dimidia, parum sit efficax.  
Adeo vt interdum ad duas, & plures etiã progrediendum sit. Debent itaq; deinceps phar-  
macopœi Hieram ad modum à veteribus, aut Galeno præscriptum parare.

## HIERA \* GALENI.

XII.

**I**dem quod prior potest. Recipit cinamomi, xylobalsami, asari, spicæ nardi,  
mastiches chiæ, añ drach. sex. <sup>b</sup> Croci, drach. quinq;. Aloës, drach. nonagin-  
ta. Mellis despumati quantum sufficit.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Hæc Hieræ meritò Galeni dicitur, quod ea, vt metipse lib. 2. de Compos. medic. loca-  
lium, cap. 9. testatur, vsus sit, nec temerè. Nam ad eum constructa modum præstantior est.  
Siquidem nimiam aloës copiam centum drachmas esse idem docet, ad proportionem re-  
liquorum quibus hæ adduntur: quapropter per nonaginta duntaxat drachmas Hieram  
composuit.

<sup>b</sup> Croci, drach. quinq;. Crocum parcius misceri voluit Galenus: quod sunt, quorum ca-  
pita Crocus odore suo ferit.

## HIERA CVM AGARICO.

XIII.

**H**abet specierum hieræ simplicis sine aloë, agarici trochiscati, añ vnc. dimi-  
diam. Aloes illotæ, vnc. vnam. Mellis despumati, vnc. sex.

## HIERA COMPOSITA.

Nicolai Myreplici.

XIII.

**F**acit ad vitium stomachi, & cruditatem, ileum, subuersiones, capitis dolo-  
res, hemicraniam, lienosos, iecinerosos, stomachicos, & vomentes cibum.  
Similiter anginosos, epilepticos, destillatione laborantes iuuat. Caput cinamo-  
mi, spicæ nardi, croci, florum iunci odorati, asari, casia lignæ, xylobalsami, car-  
pobalsami, violarum, absinthij, epithymi, agarici, rosarum. turpeti, mastiches,  
pulpæ colocynthidis, añ <sup>a</sup> drach. dimidiam. Aloes flauæ, <sup>b</sup> quantum omnium  
aliarum specierum. Mellis optimi despumati, quod satis est. Datur pondere vn-  
ciæ dimidiæ.

## ANNOTATIONES.

Ad enematum vsus valdè utilis.

<sup>a</sup> Drach. dimidiam. Cordus habet scrupulos duos. Sed nos fidem Græci codicis secuti *Cordus*  
sumus, qui habet drachmam dimidiam.

<sup>b</sup> Quantum omnium aliarum specierum. Id est, drachmas octo.

## HIERA \* LOGADII.

Nicolai Myreplici.

XV.

**M**ala diuturna ex melancholia facta transmutat, & propulsat. Appétenti-  
am excitat, & robur corpori inducit, ægrotantemq; hilarè reddit. Comi-  
tiali morbo laborantibus, vertiginosis, subito cõcidentibus, spumantibus & lin-  
guam mordentibus conuulsis, ita vt putentur ab aliquibus à demone obsessi esse,  
confert. Biliosis, & elephantia correptis inter initia cõuenit. Prodest ijs qui fe-  
ris impetiginibus laborant, lethargicis, & ijs qui inuoluntariè alui excrementa  
emittunt,

emittunt, potissimum verò ijs qui lethalia venena hauserunt. Dolorem quoque sedat, & iocinerosis utilis est. Datur etiam pleuriticis, & ijs quibus pericardium laborat. Educit enim vitiosos humores, & mouet mulierum menstrua. Ischiadicis, & lumborum dolore infestatis admodum competere creditur, & omnibus diuturnis vitijs, ter singulis mensibus sumpta. Accipit pulpæ colocynthidis, polypodij, añ<sup>b</sup> drach. duas. Euforbij, <sup>c</sup> polij, coccognidij, añ drach. vnam, & dimidiam, grana sex. Absinthij, myrrhæ, añ drach. vnam, grana duodecim. Centaurij minoris, agarici, ammoniaci thymiamatis, folij, <sup>d</sup> scillæ, spicæ, dacrydij, añ<sup>e</sup> drach. vnam. Aloes flauæ, <sup>f</sup> corymborum thymi, casia lignæ, chamedryos, bdellij, marrubij, añ <sup>g</sup> scrup. vnum, grana quatuordecim. Cinamomi, opopanacis, castorij, aristolochiæ longæ, trium piperum, croci, sagapeni, seminis petroselinij, añ drach. dimidiam. Ellebori nigri & albi, <sup>h</sup> grana sex. Mellis despumati, quod satis est. Datur pondere trium drachmarum.

## ANNOTATIONES.

- Cordus.* <sup>a</sup> *Hiera Logadij.*) Sic rectè inscribitur, Aëtio & Nicolao testibus hæc compositio. Cordus secutus Latina & mendosa exemplaria, Hieralogodion inscripsit. Latini autem codices Nicolai præpositi nominati, Hieralogodiū memphitum appellant, quum tamen Hiera logadij Memphitæ apud Græcum Nicolaum ab ea sit diuersa. Ridiculum autem est, quod in huius vocis interpretatione affert Platearius. Siquidem ille ait, Dicta est hiera, id est, sacra: & logos, sermo: & memphitum, impeditum. curat enim impeditâ locutionem. *Κεῖν δὲ διχὸν πῦνις βῆνις.* Quid hac interpretatione ineptius confingi potuisset? quum satis constet, Logadium proprium esse nomen eius, qui huius Hieræ autor fuit. Is Memphites dictus est ab oppido Memphi, vnde oriundus fuit. Sed mittamus has ineptias.
- <sup>b</sup> *Drach. duas.*) Nicolaus Græcus manuscriptus habet disertè Drachmas duas. Quapropter non est legendum vncias duas, vt in nonnullis mendosis exemplaribus scriptum reperitur.
- Polium.* <sup>c</sup> *Polij.*) Simpliciter legitur tam in Græco, quàm in Latino codice. Montanum igitur intelligitur.
- Cordus.* <sup>d</sup> *Scillæ.*) Simpliciter est in omnibus latinis & Græcis Nicolai codicibus. Cordus autem assaræ, ex Aëtio adiecit.
- Nicolai locus restitutus.* <sup>e</sup> *Drach. vna.*) In Græco Nicolai codice est Vncia vna. Sed videtur hoc pondus esse nimium, adeoque locus mendosus: quod etiam testantur Latini codices, in quibus omnibus legitur Drachma vna.
- Corymbi thymi.* <sup>f</sup> *Corymborum thymi.*) Corymbos alij comas nominant, quod in idem recidit. Intelligit enim summitates, siue cacumina Thymi.
- Cordus errat.* <sup>g</sup> *Scrupul. vnum.*) Ita Græcus manuscriptus Nicolai codex habet. Quare Cordus non rectè immutauit hoc in loco pōdus, & pro scrupulo vno substituit scrupulos duos, quum constet, Latinum quoque codicem duntaxat scrupulum vnum habere.
- <sup>h</sup> *Grana sex.*) Manuscriptus Nicolai codex legit Drachmas sex, sed repugnâtibus omnibus Latinis exemplaribus. Accedit, quod plusquam dimidia huius Antidoti pars ex purgantibus medicamentis constet, etiam si grana sex tantum de Elleboris accipiantur. Quapropter censeo sufficere grana sex.

## HIERA PACCHII • SCRIBONIJ LARGI.

## XVI.

**S**Anat morbo comitiali correptos, furiosos, vertigine laborantes, diutino scapitis dolore infestatos. Item ad lateris dolores facit, asthmaticos, vocem amissam, subitas præfocationes, incubum, conuulsionem caninam vocatam: ad eos qui ex alto lapsi sunt, neruorum tensiones, resolutionesque. Prodest articulari morbo, ad spinæ ac lumborū dolores. Item podagræ mirificè auxiliatur. Duritias in mulierum mammis cum dolore consistentes leuat, & interdum ex integro sanat. Stomachicis mirum in modum confert. Remedio est ijs, quibus cibis



cibus in ventriculo acescit, & nausea assidue infestatur, & saliva abundant. Melancholicis autem præcipue benefacit. Recipit stichadis, marrubij, <sup>b</sup> chamædryos, agarici, colocynthidis, añ <sup>c</sup> drach. decem. Opopanacis, sagapeni, seminis petroselinii, <sup>d</sup> aristolochiæ rotundæ, piperis albi, añ drach. quinque. Cinamomi, spicæ nardi, myrrhæ, <sup>e</sup> polij, croci, añ drach. quatuor. Opopanax & sagapenum in mortario teruntur, adiecto melle tenui: id est, quàm liquidissimo. Cætera arida trita & cribrata melle despumato, ad comprehendendum ac continendum sufficienti excipiuntur.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Scribonij Largi.) Qui libri sui de Compositione medicamentorum cap. 97. & sequentibus aliquot, hanc Hieram ad Pacchium Antiochum auditorem Philenidis Catinensis autorem refert, & miris laudibus in cælum vsq; effert. Siquidem illum, ex ea magnum, ob crebros successus, quæstum fecisse in difficilimis vitijs idem testatur. Nec se viuo vlli compositionem hanc dedisse, sed post eius mortem in manus suas venisse scribit. Et quum alij etiam qui hac Hieram vsi sunt, eius efficaciam aliquoties experti sint, præstat in nostris etiam officinis hanc constructam habere: atq; vt paratam omnes habeant, hortor. Nicolaus hanc itidem describit Sectione 23. atqui appellat Hieram è Marrubio.

Pacchius.

<sup>b</sup> Chamædryos.) In Nicolao est, χαμαδρυος: aut mendose pro χαμαδρυος, vt in Scribonio legitur, scriptum: aut vox noua, idem quod χαμαδρυος significans.

Hiera ex marrubio.

<sup>c</sup> Drachmas decem.) In Scribonio, vt Romano, veluti nonnullis videtur, scriptore, est pondus Romanum, nempe denarius, drachma paulo grauius: propterea quod septem denarij constituent vnciam, quum non nisi octo drachmæ vnciam faciant. Nos Nicolaum, & solennem iam consuetudinem sequentes, vsitatum officinis pondus vsurpare maluimus.

<sup>d</sup> Aristolochiæ rotundæ.) In Scribonio est, Mali terræ. Non est autem malum terræ, nisi Aristolochia rotunda: quod radicem habeat instar mali rotundam, in terra hærentem.

Malū terræ.

<sup>e</sup> Polij.) Scribonius habet Folij. Sed quum in Nicolao fit Polij, & folium hodie verum non agnoscat, præstat Polium sumere quàm folium.

## HIERA EX COLOCYNTHIDE.

Nicolai Myrepsici.

XVII.

CONFERT ad capitis dolorem, vertiginem, morbum comitiale, cholericos, melancholicos, pituitosos, quartanos, hydropicos, pleuriticos, nephriticos, resolutos, stomachicos, morbo regio correptos, lienosos, iocinerosos, lethargicos. Arteriæ raucitatem sanat, & vniuerso corpori sanitatem affert. Habet aloes flauæ, seminis petroselinii, absinthij, piperis nigri, añ drach. duas, scrup. duos. Colocynthidis, scillæ assatæ, agarici, ellebori nigri, ammoniaci, sulphuris, hyperici, añ drachmas duas. Epithymii, polypodij, bdellij, succi chamædryos, <sup>b</sup> brassicæ tenuis, calix, añ vnciam dimidiam. Myrrhæ, sagapeni, aristolochiæ longæ, piperis albi, longi, cinamomi, opopanacis, castorij, añ vnciam vnam. Mellis optimi despumati, quod satis est.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Ex Colocynthide.) Nicolaus Magnam Galeni nominat, nec immeritò: quia ea est quæ Galenus crebrò vsurpauit, præsertim lib. 1. de Compositione medicament. local. capite 2. & Hieram ex colocynthide vocat: vt alibi fusius monstrauimus. Et est bona admodum compositio Hieræ, & digna quæ in vsum reuocetur, & in omnibus officinis parata habeatur.

Hiera magna Galeni.

<sup>b</sup> Brassicæ tenuis.) Nicolaus habet, Brassicæ exiguæ. Exiguam autem vocat, quæ tenuia, & minora quàm alia genera, folia obtinet: quam nos hic, & alibi Tenuem appellauimus.

Brassica tenuis.

## ANTIDOTVS E PSYLLIO.

Nicolai Myrepsici.

XVIII.

V Flauam

**F**laram euocat bilem, ob id febribus ardentibus, acutis, & curatu difficultibus auxiliatur. Item dolori capitis, & vertigini, à biliosorum humorum euaporationibus procreatis. Morbo regio, & iecori supra modum calefacto, & immodicæ siti. Capit succi<sup>b</sup> buglosi, boraginis, apij, <sup>e</sup> intybi, añ lib. duas. Postquam coquendo despumati ac probè repurgati fuerint, illis iniiciantur casthæ, <sup>d</sup> anisi, sênæ, añ vnc. dimidia. Capilli veneris, Manip. vnus. <sup>e</sup> Fumaræ, vnc. tres. Afari, <sup>f</sup> drach. quatuor. Spicæ nardi, drach. duæ. Iniecta & cõmixta cum succis ferueat, bulliant uè ad dimidias. Dein ab igne remoueantur, & quoad refrigerentur dimittantur, ac manibus probè subigantur, donec omnia simul in succum redigantur. Postea adijce violarum vnc. tres. Epithymi, vnc. duas, rursusq; parum decoque. Deinde ab igne amoueto, & iniice psyllij, vnc. tres, & iterum <sup>b</sup> modicè admodum decoque agitatoq; & subigito, & colato. Decocti colo transfusi accipe lib. quatuor. Sacchari <sup>i</sup> lib. tres. <sup>k</sup> Dacrydij, <sup>l</sup> vncias tres, & subacta lento igne decoquito. Postea adijce pastillorum è rosis, & è spodio, & rheibarbari, añ vnc. vnam. Pastillorum ex oxyacantha, vnc. dimidiam. Tritos & subactos cum omnibus prædictis commisce, & in vase recondito.

## ANNOTATIONES.

- <sup>a</sup> Nicolai.) Etsi enim Mesuæ filius hanc quoq; Antidotum describit, tamen Nicolai descriptionem illius, utpote meliorem, exquisitiorem, ac magis emendatam, præferendam esse putauimus. Antiquioribus hoc Antidotum fuit celeberrimum, quod bilis feruorem retundat, & sanguinem mirificè repurget. Debetq; hodie hoc nomine esse vsitatisimum.
- Buglossum.** <sup>b</sup> Buglosi.) Per Buglossum non inaudiendum est, id quod hætenus ita nominarunt officinæ, & vulgus medicorum. Siquidem id ipsum est Echij species, ut alibi demonstrauimus. Neq; Buglossum Italicum, ut Cordus putat, quod & ipsum Echij genus sit. Sed illud potius, quod nos in primo de Stirpium historia tomo Buglossum syluestre, & Germanicè Bruchfrant appellauimus: quod verno tempore floribus suis duntaxat redimitum inuenitur. Atque hoc quod dicimus, confirmat Mesuæ filius, qui Buglosi domestici & syluestris meminit. Per domesticum, Borraginem: per syluestre, id quod iam indicauimus, intelligens.
- Cordus errat.** <sup>c</sup> Intybi.) Sic simpliciter in Nicolao est scriptum. Mesuæ codices Endiuia habent. Parum autem refert, Endiuia aut Scariolam vsurpes, ut sæpe iam diximus, quod eiusdem sint facultatis.
- <sup>d</sup> Anisi.) Non est in Nicolao, sed ex Mesuæ adiectum. Nihil autem refert, si etiam omitteretur.
- <sup>e</sup> Fumaræ.) Mesues habet Succifumaræ. Mihi magis arridet, ut cum Nicolao ad stirpem referamus. Nam si de succo intelligendum esset, potuisset antea inter succos referri.
- Buglossum domesticum.** <sup>f</sup> Drachma quatuor.) Ita est in Nicolai codice Græco, nempe  $\zeta$ . Quapropter in nonnullis Mesuæ codicibus falsò legitur, vncia quatuor, Cordus non rectè legit hic drachmæ duæ.
- Syluestre.** <sup>g</sup> Subigantur.) Dicitur pro eo quod alij, Exprimantur, efferunt.
- Intybum.** <sup>h</sup> Modicè admodum decoque.) Mesues iubet macerari vigintiquatuor horis. Mihi magis probatur Nicolai sententia, qui modicè semen psyllij bullire suadet. Hac enim ratione plus facultatis è psyllio exit, quàm si maceretur. Quod etiam si ad alium subducendum nihil conducit, quod tamen Arabes, præsertim Mesuæ filius constanter affirmant: tametsi prodest ad extinguendum febrilem calorem, plurimam Psyllij esse facultatem.
- <sup>i</sup> Lib. tres.) Exemplaria Mesuæ filij habent minus, nempe lib. duas, & dimidiam. Sed nos maluimus Græci Nicolai codicis fidem sequi, qui habet,  $\text{ιβ}$ .
- <sup>k</sup> Dacrydij.) Mesuæ habet, Dacrydij in cotoneo malo assati. Verum quum Nicolaus iubeat Dacrydium esse coquendum lento igne, non est opus ut prius in cotoneo malo assetur: propterea quod si antea coctum, iterum coquendum miscetur, leniet tantum Antidotus, non etiam purgabit, aut soluet. Quare Nicolai ratio, qui crudum Dacrydium miscendum esse putat, melior est ea quæ à Mesuæ præscribitur.
- <sup>l</sup> Vncias tres.) Mesuæ filius habet vnc. tres, & dimid. Sed Nicolaus disertè habet  $\text{δς}$ . Atque hunc potius quàm Mesuæ filium sequendum esse iudicauimus. Quod nimirum, trium vnciarum dacrydij pondus, sit satis magnum, ut nõ sit necesse accedere dimidiam.
- Anti

DE COMPOS. MED. LIB. II.  
ANTIDOTVS E SVCCO

231

rosarum. Nicolai.  
XIX.

**F**lauram bilem citra molestiam educit. Salubre prorsus medicamentum ad morbos articularum, è biliosis & calidis humoribus natos, febresq̄ tertianas. Accipit sacchari, succi rosarum, añ libram vnam, vnc. quatuor. Trium fantalorum, añ drach. sex. Dacrydij, vnc. vnam, & dimidiam. *b* Spodij, drach. tres. *b* Succiperuiui, scrup. vnum. Succus rosarum cum saccharo ad iustam consistentiam coquatur, dein adiiciantur species, & formetur Electuarium. Digeritur etiam cum saccharo albisimo, quod satis est, in solidam formam.

ANNOTATIONES.

*a* *E succo rosarum*) Ita hodie componitur ex Latinis Nicolai codicibus, in quibus non est integra. Nam in græco Nicolao, ijs ex quibus hæc compositio constat, adiiciuntur rheum barbarum, & turpetum: vt patebit ex sequenti mox Antidoto, quod Nicolaus è Zulapio rosaceo inscribit.

*b* *Spodij*.) Et hic pro Spodio accipiendum erit Ebur vstum, quod id tria fantala antecedant.

*b* *Succi semperuiui*.) In Nicolai codice est, Caphura. Nos Caphura, vt refrigerante medicamento, vtendum esse haud putamus, quare pro illa succum semperuiui, qui refrigerat, & quouis tempore haberi potest, restituumus. Caphura enim tenuium est partium, & calefacit potius, quàm refrigerat, vt suo loco fufius monstrauius. Quare ad bilem nihil confert.

ANTIDOTVS E ROSACEO ZVLAPIO.

Nicolai Myreplici.

XX.

**C**onfert ijs quibus flaua bilis redundat, defluxionibus, vitijs à calore ortis. Aluum citra molestiam ac dolorem mouet. Vtilis etiam febribus acutis & ardentibus. Recipit succi rosarum, libram vnam, vnc. quatuor. Trium fantalorum, añ drach. sex. Spodij, drach. tres. Dacrydij, vnc. vnam, & dimidiam. Succiperuiui, scrup. vnum. *b* Rheubarbari, drach. tres. Turpeti, vnc. vnam. Cum Zulapio rosaceo, & saccharo sufficienti commisceantur. Datur pondere trium aut quatuor drachmarum.

ANNOTATIONES.

*a* *E rosaceo Zulapio*.) Ita à Nicolao inscribitur, propterea quòd cum Zulapio, vel, vt hodie loquuntur, cum Iuleb rosaceo conficiatur Antidotus. Nos quoq; hac inscriptione insignitam, paratam in officinis habere oportet: vt sciamus hanc à priore distare, & ea esse validioribus ad purgandum viribus.

*b* *Rheubarbari*.) Rheum barbarum & Turpetum in priore non habentur. Quapropter vt purgandi vim augeant, adeoq; hanc ipsam priori esse validiorem, est necesse.

*c* *Trium aut quatuor*.) Pro virium diuersitate. Sufficiens enim pro mediocri purgatione drachmæ tres. Proinde aptum erit medicamentum pro ijs, qui modica purgantis medicamenti quantitate delectantur. Nam in solidam etiam formam, vt prior Antidotus, redigi potest.

ELECTVARIVM ROSATVM.

Mesuræ filij.

XXI.

**F**lauram bilem sine molestia ducit, ob id conducit bilosis affectibus, arthritidi è calore natae, vertigini, capitis & oculorum doloribus ex eadem causa ortis, & ictero. Habet succi rosarum rubearum perfectarum, libræ quatuor. Sacchari, libram vnam, & dimidiam. Mannæ puræ & recentis, vnc. sex. Scammonij Antiocheni, vnc. vnam, & dimidiam. Coquantur lento igne ad mellis consistentiam, dein injiciantur pastillorum è spodio, vnc. vna. Pastillorum ex oxyacantha, vnc. dimidia. Galliae moschatae, croci, añ drach. duæ. Reponantur in vase vitreo.

V ij ANNO.

Et si hoc Electuarium rarè vsurpatur, tamen quum in formandis catapotijs Aggregatiuis vocatis, item minoribus ex Hermodactylis, eo vtendum sit, nequaquam autem in Antidoto Nicolai è succo rosarum, quòd scilicet hæc catapotia à Mesuæ filio inuenta sint, minimè nobis prætereundum fuit.

## ELECTVARIVM \*INDVM MAIVS.

Mesuæ filij.

XXII.

**E**Xcrementa humorum, maximè pituitosorum ac putridorum, à ventriculo, & alijs nutritorijs instrumentis educit. Crassos etiam in ijs flatus discutit, vitiaq; hinc nata: nempe inflationem ventriculi, coli, renum, & aliorum viscerum sanat. Capit cinamomi, caryophyllorum, spicæ nardi, rosarum, <sup>b</sup> casia, macis, cyperi, añ vnciam dimidiam. Santalorum citrinorum, drachmas duas, & dimidiam. Ligni aloes, nucis moschatae, añ drachmas duas. Turpeti optimi, drachmas quinquaginta. Sacchari, penidiorum, añ <sup>c</sup> drachmas viginti. Galangæ, cardamomi vtriusq; avari, mastiches, añ drachmam vnam, & dimidiam. Scammonij boni & in malo cydonio cocti, vnciam vnam, drachmas quatuor. Omnia terantur, & cum oleo amygdalino dulci fricentur. Postea accipe succi cydoniorum & granatorum, apij & foeniculi, añ lib. dimidiam. Coquatur succi cum melle ad iustam crassitudinem, & admisce species.

## ANNOTATIONES.

*Indum.**Maius.**Casia.**Syluij opinio  
improbata.*

<sup>a</sup> *Indum maius.*) Indum fortè, quòd ab Indis inuèctum sit, aut apud eos in frequenti vsu fuerit, dictum est. Maius, ad minoris, quòd statim subiiciemus, differentiam.

<sup>b</sup> *Casia.*) Per Casiam hoc in loco non audienda fistularis dicta, quòd Syluius, & alij quidam putant: sed lignea potius. Quid enim tam exigua moles conferret vniuersæ Antidoto, suatq; leniendi facultate purgatricem eiusdem vim iuuaret? Nihil planè. Lignea igitur accipienda, quæ itidem vt cinamomum, caryophyllum, & alia, sua calefaciendi, concoquendi, & attenuandi facultate, frigidos ac crassos, adeoq; pituitosos humores plurimum iuuat.

<sup>c</sup> *Drachmas viginti.*) In nonnullis Mesuæ codicibus mendosè legitur vncias viginti. Nam vt sæpe accidit, à librario imperito vncia pro drachma scriptum est. Proinde præstaret integris vocibus pondera exprimere, quàm notis vocum.

## ELECTVARIVM INDVM \*MINVS.

Mesuæ filij.

XXIII.

**I**dem quòd præcedens efficit. Accipit turbit, sacchari, añ drach. centum. Macis, piperis, zingiberis, caryophyllorum, cinnamomi, cardamomi maioris, nucis moschatae, añ drachmas septem. Scammonij, drachmas duodecim. Mellis optimi despumati, quòd satis est.

*Minus cur  
dictum.*

<sup>a</sup> *Minus.*) Dicitur, quòd ex paucioribus constat medicamentis simplicibus, decem nimirum: quum præcedens ex decem & octo componatur, ideoq; Maius dicatur. Rectius itaq; simplex, vt præcedens compositum, nominaretur. Valentius autem purgat, quòd duplo pondere turpetum recipiat. Proinde sunt qui, si Electuarium Indum absolutè scribatur, hoc minus, quia efficacius purgat, intelligendum esse censent. Alij contrà maius, ob maiorem simplicium, ex quibus constructum est, numerum, potius accipiendum esse contendunt. Optimum igitur in ista sententiarum diuersitate est, vt quiuis quòd vsurpandum esse putet, disertè exprimat.

## BENEDICTA \*LAXATIVA.

Nicolai.

XXIII.

**H**umores pituitosos, ad articulos potissimum decumbentes, elicit. Arenibus quoq; & vesica purgat. Recipit turpeti electi, sacchari, esulæ, añ drach. decē. Dacrydij, hermodactyli, rosarū, añ drach. quinçq;. Caryophyllorū, spicæ

spicæ nardi, zingiberis, croci, saxifragæ, piperis longi, amomi, cardamomi, feminis <sup>c</sup> apij, petroselinii, salis gemmæ, galangæ, macis, carui, fœniculi, feminis asparagi, ruscii, <sup>d</sup> granorum solis, añ drachmam vnam. Mellis optimi despumati, quod satis est.

## ANNOTATIONES.

*a* *Benedicta laxativa.*) Hæc est vñtata officinarum nostrarum Benedicta laxatiua, ex Latino Nicolai Præpositi illis vocati libro ad verbum descripta: quæ tamen nulli descriptioni Nicolai Græci Myrepsi appellati per omnia respondet. Apparet igitur, eius autem hanc compositionem ex omnibus Nicolai Benedictis laxatiuis, quæ quatuor sunt numero, corrasisse. Nam Turpetum in omnibus est. Esulam ex 509. Antidoto desumpsit. Rosas ex 507. Hermodactylos, caryophyllos, spicam, Zingiber, crocum, saxifragam, piper longum, amomum, cardamomum, semen apij, galangam, partim ex 447. partim ex 508. & 509. transtulit. Macerem, carui, fœniculum, asparagum, ruscum, grana solis, partim ex 447. partim ex 507. mutuatus est, vt has inter se conferenti patebit.

*b* *Esula.*) Cordus de ea drachmas tantum quinque accipit, quum tamen in Latino codice sint decem, & in Græco vñciæ duæ & dimidia. Quapropter præstat decem quàm quinque Esulæ accipere drachmas. *Cordus errat.*

*c* *Apij.*) In Latino Nicolai codice est Lini. Verum quum in Græco exemplari nusquam Lini feminis mentio fiat, sed semper apij semen vsurpetur, nos quoque pro Lini semine apij semen substituimus. Et huic quidem errori vocum vicinitas occasionem dedit, facilis enim à *σελίς* in *λίς* semota prima syllaba lapsus fuit.

*d* *Granorum solis.*) Milium solis hodie nominatum intelligit.

*Grana solis.*

BENEDICTA <sup>a</sup> LAXATIVA VERA.

Nicolai Myrepsici. numero 108.

## XXV.

**I**dem quod præcedens efficit. Habet turpeti, sacchari, añ drachmas decem. *b* Polypodij, folij, añ drachmas sex. Cardamomi, spicæ, <sup>c</sup> pulegij, calaminthæ, saxifragi, caryophylli, <sup>x</sup> apij feminis, añ drach. quatuor. Piperis albi, & longi, añ drachmam vnam. Rheibarbari, drach. duas, scrup. duos. <sup>d</sup> Amomi, cinamomi, Hermodactyli, añ vñciam vnam. <sup>e</sup> Epithymi, agarici, senæ, añ vnc. vnam. Mellis optimi despumati, quod satis est.

## ANNOTATIONES.

*a* *Benedicta laxatiua vera.*) Sic nominamus, vt eam à præcedenti discernamus: quæ non è Græco, vt hæc ipsa, codice, sed è Latino potius Nicolai Præpositi appellati exemplari, vt diximus, transcripta est: & mea quidè sententia priore melior. Nam quum hanc ingredientur multo mitiora medicamenta purgantia, nempe polypodium pro esula, rheubarbarum & agaricum pro dacrydio: fit vt etiam minori noxa & molestia sumatur. Præterea inferitur eidem pulegium, calamintha, & cinamomum: quæ crassos & pituitosos humores attenuare, & concoquere possunt. Franciscus Alexander Benedictam ex Myrepsio recenset ordine 447. ab vñtatis longè diuersam, qua qui vti volent è Myrepsio ipso petant.

*b* *Polypodium.*) Hic statim à priore variat, quæ pro Polypodio habet Esulam.

*c* *Pulegij, calaminthæ.*) Hæc duo in præcedente desiderantur. Rectissimè autem & propter causas iam dictas, induntur.

*x* *Apij feminis.*) In Myrepsi codice haud dubie falsò *βοσκίμης* pro *σελίς* legitur.

*d* *Amomi.*) Quum verum Amomum hodie non habeatur, eius succedaneo vtendum: aut pro eo semen ammeos, cuius etiam in prima sua Benedicta Nicolaus mentionem facit sumendum. *Amomum.*

*e* *Epithymi, agarici, senæ, añ vnc. vnam.*) Sic legitur in manuscripto codice græco. Et frequens est apud Galenum & alios autores, vt pondera quæ vno comprehenduntur numero, ipso identidem repetito iterentur. Tamen si planè quis hoc loco varietatem in ponderibus desiderat, de Epithymo vnc. vnam, de agarico & sena, añ vnc. dimidiam accipiat: quod Nicolaus itidem in quarta Benedicta, quæ est numero 509. fecit. Quod si eius vsum in calculo quoque efficacem esse quispiam desiderabit, is granorum seu milij solis drachmas duas, vt facit Nicolaus in altera Benedicta, quæ est numero 507. adijciat: & habebit optimum medicamentum.

V iij

DIA

LEONHARTI FVCHSII  
DIA SENA \* VVLGARIS.

Nicolaj.

XXVI.

**A**Ntidotus è sena succurrit melancholicis, mania vexatis quartana laborantibus, tristitia affectis, lienosis, elephanticis, & omnibus vitijs ex atra bile procreatis. Caput senæ, vnc. tres. Auellanarū tostarū, numero quinquaginta. Serici tosti, drachmas duas. Lapidis armenij, drach. vnā. Lapidis lazuli, drach. tres. Sacchari, vnc. sex. Cinamomi, vnc. vnā. Caryophyllorum, <sup>b</sup> galangæ, piperis, spicæ nardi, ocimi, <sup>c</sup> foliorum caryophyllorum, cardamomi, croci, zingiberis, zedoariæ, florum rosmarini, piperis longi, añ drach. duas. Mellis despumati, quod sufficit.

ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Vulgaris.*) Seu hodie vsitata. Quod adiecimus propter aliam hac longè præstantiorem, quæ est in Nicolao græco. Præfens enim ex Latinis est descripta codicibus, & prorsus decurtata, vt ex mox sequentibus liquidò apparebit. Variant tamen etiam pondera, quæ in hac quàm sequenti sunt alia, & diuersa.

<sup>b</sup> *Galangæ.*) Sola galanga in sequenti desideratur, quæ hic ab aliquo adiecta est.

*Folia caryophyllorum.*

<sup>c</sup> *Foliorum caryophyllorum.*) Si haberi possunt, Sunt autem similia folijs lauri, & odorem atq; saporem caryophyllorum habent.

DIA SENA \* VERA.

Nicolai Myreplici. numero 465.

XXVII.

**I**dem quod præcedens efficit. Accipit senæ, nucum auellanarum, añ vnciam vnā. Rasuræ eboris, drach. tres. Serici crudi vsti, drach. vnā, & dimidiā. Boli armenij, pastilli scillitici, pastilli theriacis, <sup>b</sup> hedychroi magmatis, lapidis armenij, lapidis lazuli, asari, añ drach. vnā. Lapidis smaragdij, iaspidis, saphiri, añ drach. vnā. Rasuræ ferri, chalibis, drach. quatuor. Stiracis boni, pastillorum è resis & violis, galliæ moschatae, añ drach. duas. Thuris, cinamomi, cubebæ, añ vnc. dimidiā. Trium santalorum, drach. quatuor. Corallij rubei, drach. quatuor, & dimidiā. Margaritarum, blattij bifantis, añ drachmas duas. Caryophylli, maceris, spicæ, ocimi, feminis portulacæ, zingiberis, anisi, ammeos, fœniculi, añ drach. vnā, & dimidiā. Calaminthæ montanæ, auripuri, añ drach. tres. Folij, cardamomi, zedoariæ, croci, floris rosmarini & borraginis, piperis albi, ligni aloës crudi, añ drach. tres. Ossa cordis ceruini, numero quatuor. Berberis, gentianæ, añ drachmam vnā. Moschi, grana duodecim. Mellis optimi despumati, quod satis est.

ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Vera.*) Hæc est vera & legitima Nicolai Myreplici Diasena, exceptis duobus, Apelaxio & Afimio nimirum: ita enim in manuscripto codice inuenitur, haud dubiè corruptis medicamentis. Quæ quum sit operosa & sumptuosa, factum est vt à quibusdam sit decurtata: ita tamen vt pleraq; omiserint, quæ omittenda minimè erant. Est autem compositio optima, vt quæ accurata diligentia sit constructa, adeoq; promissis planè respondeat. Habet enim in se medicamenta melancholicum purgantia humorem, senam nimirum, lapides armenium & lazuli. Item quæ crassitiem eius humoris incidunt, extenuent, & angustas vias aperiant: pastillos scilliticos, theriaces, hedychroum, zingiber, anisum, ammi, fœniculum, calamintham, & id genus alia. Præterea corroborantia, adeoq; tristitiam, quam melancholicus humor inducit, abigentia, & corruptione sanguinis arcentia: ebur, fericum, bolium armenium, iaspidem, saphyrum, margaritas, spicam, ocimum, crocum, Zedoariam, caryophyllos, macerem, ossa cordis ceruini, & moschum. His accedit Smaragdus, qui quasi insita quadam proprietate elephantiam sanat. Corallium lieni absumendo aptum esse remedium, ex Dioscoride constat. Ad hunc deniq; extenuandum, blattia bifantis, & berberis conducunt. Emolliendi gratia styrax, & thus indita sunt. Vt errasse plurimum constet, qui maiorem horum partem omiserunt. Consulo igitur, vt pharmacopœi deinceps ad eum quæ hic ostendimus modum, parent Diasenam, veteri prorsus neglecta.

<sup>b</sup> *Hedychroi*

*b Hedychroi magmatis.*) Sic appellat Galenus in libris suis quos de Theriaca inscripsit, *Magma*, & multis alijs locis. Est autem magma non tantum unguenti, sed & pastilli massula. Ideo à nonnullis inter unguenta, à quibusdam autem inter pastillos Hedychroum numeratur. Nos suo loco illud inter pastillos numerabimus.

## ANTIDOTVS CATHOLICA.

*a Nicolai Præpositi.*

XXVIII.

**I**ecoris & lienis affectibus potissimum conuenit, acutis quoque & peracutis febribus, lenit enim concoquit, & roborat. Habet casia fistulae purgatae, senae mundatae, tamar Indorum, singulorum uncias octo. Rhei barbari, violarum, polypodij, anisi, singulorum uncias quatuor. Glycyrrhizae, rasae penidiorum, sacchari candi, singulorum drachmas quatuor. Seminum quatuor frigidorum maiorum purgatorum, singulorum unciam unam. Polypodij queruini, libram unam. Tritum diu in aqua coquitur, colatumque in serapium percoquitur cum libris octo sacchari. Casia & tamar Indii in colati parte dissoluuntur, & Serapio iam percocto adduntur, postremo species adijciuntur.

ANNOTATIO.

*a Nicolai præpositi.*) Hac inscriptione ab ea quae mox sequitur discernitur, quae est Nicolai Myrepsi, & hac ipsa propter Turpeti & Dacrydij accessione paulo auctior. Et si autem praesens catholica uniuersos corporis humores blandè admodum vacuat: Senae enim & polypodij ope melancholiam & serosos humores, ob casiam & tamar Indos flauam bilem, propter Rheum barbarum bilem & pituitam educit: ita ut etiam in febribus tuto dari possit, tamen quum in eam quae à Nicolao Myrepto traditur Catholicam omnia minori pondere indantur purgantia medicamenta, dubium non est quin benignis etiam medicamentis annumerari queat. Non prohibeo igitur quin vtriusque compositionem paratam in officinis suis habeant pharmacopœi, inscriptionibus tamen suis distinctas, hanc Nicolai Myrepsi, illam Nicolai catholicam appellantes, ut medici pro suo arbitrio hac vel illa uti possint. Quia verò Rhei barbarici uncias octo accipit, satis sumptuosa erit, nisi quod crebrè faciunt, pharmacopœi antiquatū & deteriora eius frustula iniecerint. Commodius itaque erit minori pondere, nempe drachmarum quatuor, more nonnullorum, inseratur. Praestat autem Myrepsi descriptionem sequi.

## ANTIDOTVS CATHOLICA.

Nicolai Myrepsici, numero 503.

XXIX.

**O**mnès corporis humores purgat. Confert acutis, & peracutis morbis. Emollit enim, alterat, roburque addit. Locinerosi, lienosis, podagricis, arthriticis, tertianis, quartanis, & quotidianis, doloribus capitis succurrit. Recipit *b* senae, *c* casiae fistulae, tamarindorum, añ unc. unam. Polypodij repurgati, unc. unam, & dimidiam. Rhei barbari, drach. duas. Glycyrrhizae repurgatae, unc. dimidiam. Seminum *d* cucumerum, añ unc. dimidiam. Penidiorum, unc. dimidiam. Sacchari candi, drach. tres, scrup. unum. *e* Radicis capparidis, drach. duas. Anisi, violarum, añ unc. unam. *f* Turpeti, unc. dimidia. *g* Dacrydij, drach. duas, scrup. duos. Exijs quae terenda sunt, probè trita per cribrum traiciuntur: dein rursus accipiuntur polypodij repurgati, & *h* tempestiui, unc. duae. Senae bonae, violarum, anisi, foeniculi seminum, radicis capparidis, añ uncia una. Prunae refrigerata, numero viginti. Cerasa, numero triginta. Haec bene macerata & liquata conijciuntur in lebetem cum aqua libras quatuor, & bene cocta colantur. Postea accipitur decoctum colatum, & inijcitur in lebetem, & cum ipso sacchari puri, libra una & dimidia, atque ad Serapij consistentiam coquuntur. In quo *k* praedicta omnia irrigantur, madefiuntque, conquassantur, & probè subiguntur, emollunturue, & ad electuarij formam redacta in vase reconduntur.

ANNOTATIONES.

V iij

*a Catholica.*)

*Catholica.*

*a Catholica.*) Græcè est καθολική. Sic autè dicta est Nicolao, quasi vniuersalis: quòd scilicet omnes corporis humores expurget. Vulgus certè medicorum & officinæ ineptè admodum Diacatholicòn, id est, de vniuersalibus appellant.

*Sena.**Sena repurgata.**Casia fistula.**Semmacucumerum.*

*b Sena.*) Vbi Sena simpliciter, vt hoc loco, in compositionibus reperitur, semper folia & folliculos simul intelligere oportet. Quòd si Senæ purgatæ mentio fiat, ab ea auferendæ sunt festuca, & foliorũ folliculorumq; pediculi. Id quòd semel nos monuisse hic satis sit.

*c Casia fistula.*) Intelligit nigram dictam, & purgatricem: præsertim eius medullam ac pulpam, quæ hodie flos Casiæ nominatur.

*d Seminum cucumerum.*) Per semina cucumerum inaudienda sunt non solum cucumeris, sed & cucurbitæ, citruli, & melonum: in summa, quatuor frigida maiora vocata femina, quod ex Latinis manifestum sit codicibus, & ex ipso Nicolao, qui ana dictionem subiecit, quod nunquam fecisset, si de vno tantum semine locutus fuisset.

*e Radicis capparæ.*) Hæc in Latinis codicibus, vt etiam anisi semen, omissa est. Vt hinc satis appareat, eam quæ hætenus usitata fuit Catholica, non fuisse integram, sed mancã, & multis modis mutilam.

*Turpetum.**Bernardi Dessenij calumnia depulsa.*

*f Turpeti.*) Turpetum Nicolao nominat medicamentum, quod vulgus medicorum & pharmacopœorum, Arabum doctrinam sectantium, Turbit nuncupat. Rectissime autem Turpetum huic Antidoto inferitur. Nisi enim illud iniicias, vix Catholica appellabitur: quòd scilicet non omnes purget humores. Siquidem omisso Turpeto, nullum in ea erit medicamentum quod pituitam purget, dempto Rheobarbaro, quod leuiter tantum pituitam ducit. Vt hinc quoque perspicuum euadat, vsitatam Catholicam esse decurtatam. Ad præsentis igitur Antidoti modum deinceps pharmacopœi Catholicam etiam componant, vnà cum veteri, aut vt rectius dicam, hætenus vsitata. Hic silentio inuoluere non possum quin Bernardi Dessenij calumnijs respondeam. Nam ipse compositioni Dia catholicòn Præpositi inscriptæ, annotationem subiecit, in qua ijs verbis in me inuehitur. Miror, ait, Leonhardum Fuchsum Myrepsi interpretem, posterius Catholicòn velut consuetudine officinis familiare commendasse. Nam vt dosim, quæ nihil habet cum Nicolao Alexandrino, aut Præposito cõmune, præteream, res quoque ipsæ planè variant: siquidem radices Capparorum; ita enim loquitur: pruna, ceratia, turpetum, diacrydium, purgatoria fortissimã, adiungit, atq; longè aliam quàm præpositus cocturam instituit. Et cæcus sit funditus oportet, qui ista non videat. Proinde manifestum est, quàm nihil operæ in conferendis autorum compositionibus reposuerit Fuchsius, quod nunc semel monendum esse duxi, quum frequentissime aliàs obseruarim, ne Apothecariorũ vulgus alioqui ad quiduis suscipiendum sine iudicio procliue, huiusmodi descriptionibus seducatur, ac magis autoritati ipsius, quàm rei veritati credat. Nec potest nec debet ipse, quando vir bonus ac doctus sit, hanc monitionem meam non candide interpretari. Hætenus Dessenius. Quis verò initio non detestetur ac diris omnibus execretur immensam hominis ingratiitudinem, vt qui mihi malam admodum gratiam pro Myrepsõ, autore multis seculis desiderato, in latium conuerso, referat. Quod verò posteriorem Myrepsi Catholicam vsitatam dixerim, non alio nomine factum est, quàm quod voluerim significare eam esse compositionem vnde Præpositus ille abbreviator, deprauator dicere volui, Nicolai, suam, sed multis modis decurtatam, descripsit. Ea enim quæ præcedit, nihil cum officinis vsitata ferè commune habet. Non sum autem Dessenii tam stupido ingenio, vt non viderim hanc in multis ab vsitata variare, sed non statim sequitur ob id eam non esse hætenus vsitatam, imò id potius, quod Præpositus eam, vt alias multas, omnino sua abbreviatiõne deprauarit. Volui itaq; marginali mea adiectione pharmacopolas tacitè admonere, quod ea qua hætenus vsi essent Catholica, non vera, nec integra, sed mutila, & deprauata esset, atq; vt deinceps vsi essent, tanquam legitimam, vsurparent. Qui sit igitur Dessenii vt hic non potius in Præposito, quemadmodum in Dia margaritòn calido fecisti, tua conuitia, quàm in me expuere & regerere voluisti? An non tum multas compositiones officinarũ hunc decurtasse ac vitiasse, innumerisq; mendis conspurcasse dixisti? Imò in hæc tandem verba prorupisti. Equis Præpositum hunc diutius sibi imitandum in pharmacopolijs proponet? ac non potius maximi Apollinis graui censura plectendum iuste decernat? hoc est, vt ex optimis officinis profligatus & proscripatus apud pessimos pereat. Cur non hic eandem cantas cantilenam? cur rogo eorum quæ tum magno stomacho dixisti hic oblitus es? Dicam, voluisti ex Fuchsij reprehensione aliquam tibi doctrinæ & existimationis opinionem parare. Atqui metuo ne pro sperata gloria, sis non leuem consecutus ignominiam, & certò declaraueris te omni destitutum iudicio. Id quod hinc etiam satis innotescit, quod me nihil operæ in conferendis autorum compositionibus posuisse inquis. Quasi verò hoc tum meum consilium fuerit, ac non potius id, vt Nicolaum quoad fieri posset optimè in latinum

nunt



num sermonem conuersum darem studiosis. Quamquam in medicamentarijs etiam libris scribendis non id conandum est, vt autorum compositiones conferas, sed id potius, vt eas quæ in officinis sunt vsitatae, quàm emendatas ac planè legitimas habeamus. Deniq; non est quod vulgus tantum pharmacopœorum ad quoduis suscipiendum sine iudicio procliue existimes, sed te illis planè coniungas oportet, vt qui omnia ex quibusuis autoribus nullo adhibito, vel delectu, vel iudicio, in tuas annotationes corradas, & lectori crassissimas offundas tenebras. Atq; hæcenus puto tuis calumnijs abundè per me responsum esse. Nosti vetus hoc: Qui quæ vult dicit, quæ non vult audiet.

g *Dacrydij.*) Et illud in vsitata Catholica desideratur, vt necesse sit eam fuisse minus in purgandis omnibus humoribus efficacem.

h *Tempestiui.*) Tempestiuum vocat haud dubiè, id quod legitimo tēpore collectū est. *Polypodium*

i *Refrigerata.*) Ita nominat, quæ in aqua frigida sunt macerata, & emollita, aut liqua- *tempestiuum*  
ta: vt ex mox sequentibus planum fit. *Pruna refri-*

k *Predicta omnia.*) Intelligit casiam, senam, tamarindos, & alia omnia quæ Serapij com- *gerata.*  
positionem præcedunt. Et hæc est legitima Nicolai Catholicæ structura, quæ in officinis deinceps etiam parari debet.

## ANTIDOTVS DIA PHOENICON.

Mesuræ filij.

XXX.

**A**ntidotus è palmulis, febris compositis & diuturnis auxiliatur, bilem nanq; flauam, & pituitam sine molestia educit. Colicis cruciatibus mirifice conducit, item doloribus ventriculi, & id genus alijs vitij ex crudis humoribus ortis. Habet <sup>b</sup> palmularum fuluarum in aceto per triduum maceratarum, drach. centum. Penidiorum <sup>c</sup> hordeatorum, drach. quinquaginta. Amygdalarum purgatarum, drach. triginta. Turpeti, drach. triginta quinq;. <sup>d</sup> Scammonij, drach. duodecim. Zingiberis, piperis longi, foliorum rutæ siccorum, cinamomi, macis, ligni aloes, anisi, fceniculi, dauci, galangæ, añ drachmas duas, & dimidiã. Mellis optimi despumati, quantum sufficere videtur.

## ANNOTATIONES.

a *Dia Phœnicon.*) Hoc est, è palmulis: vel, vt hodie vocant officinæ, è dactylis. Nam *φοίνιξ* *Palmula*. Græcis, palmulam sonat. Rectè autem sic inscribitur, quòd hæc mole sua reliqua omnia hanc compositionem ingredientia medicamenta superet.

b *Fuluarum.*) Codices Mesuræ ferè omnes legunt Cheiron. Est aut Cheiron haud dubiè *Cheiron*. vox deprauata Græca, contextui inserta, pro *κίρρον*: id est, fuluarū. Sunt autè *φοίνικες κίρρον* *Palmulae* id est, palmulæ fuluæ, probè maturæ. Nam sufficit in præsentia adstrictio, quæ in maturis *fuluæ*. palmulis remanet. Cheiron autem dictionè significare, quod dicimus, satis capite 69. testatur Serapio, inquit: Cheiron est species dactylorum, & color eorum est citrinus, & rubeus. Heiron verò illic deprauatius quàm in Mesuræ filio legitur.

c *Hordeatorum.*) Hordeata verò penidia vocant, quæ ex saccharo albo & optimo, in a- *Hordeata*  
qua decoctionis hordei sex horas infuso, & cocto ad iustam consistentiam, conficiuntur. *Penidia*

d *Scammonij, drach. duodecim.*) Sic meliores Mesuræ filij codices, quos nos secuti sumus, habent. Alij drach. viginti duas, quorum lectio minus probatur, quòd antea drachmæ triginta quinq; Turpeti, huius Antidoti compositionem ingredientur.

## DIA PHOENICON SOLIDVM.

Incerti autoris.

XXXI.

**I**dem quod præcedens potest. Capit palmularum fuluarum per triduum in aceto maceratarum, numero sex. Seminis libyfici, drach. duas. Nucum pinearum, amygdalarum dulcium, añ drach. quindecim. Turpeti, drach. duodecim. Dacrydij, drach. vndecim. Sacchari candi, vncias duas. Zingiberis, piperis longi, foliorum rutæ siccorum, cinamomi, macis, fceniculi, dauci, galangæ, ligni aloes, añ drachmam vnam. Sacchari libram vnam, tingatur orbicularum rotularum uè figura.

## ANNOTATIO.

Sunt

Sunt qui ad iam dictum modum Diaphœnicôn solidum conficiunt, quod à priori non nisi ponderum diuersitate distat: & quod semen libystici, quod in priori non est, accedit, & pro penidijs, nuces pinex vsurpantur. Alij nihil addunt, nec adimunt: sed planè, dempra forma, eodem quo primum Diaphœnicôn parant. Quod in cæteris quoque Antidotis, quæ in liquida aut solida forma construuntur, obseruant, vt noua compositione non sit opus. Nos tamen hic quorundam libidini inferuendum esse putauimus, qui hac, quàm alia ratione, medicamentum hoc struere malunt. Ponderus eius drachmæ quinq; , magna ex parte, aut sex.

## ANTIDOTVS • EPISCOPI.

Mesuræ filij.

XXXII.

**F**lauram bilem ac pituitam elicit. Flatus & excrementa è toto corpore educit: ob id doloribus articularum & hypochondriorum prodest. Item colicis cruciatibus mirificè auxiliatur. Humores ad renes & vesicam decumbentes expurgat. Accipit scammonij Antiocheni, turpeti albi & optimi, añ drachmas sex. Caryophyllorum, cinamomi, zingsberis, myrobalanorum emblicorum, nucis moschatae, polypodij, drachmas duas, & dimidiam. Sacchari albi, <sup>b</sup> vncias sex. Mellis optimi despumati, quod fatis est.

## ANNOTATIONES.

*Episcopi.*

*a Episcopi.*) Sic appellanda venit hæc Antidotus, non *Eselsopff*: ah dicere volui Elefscoph, vt barbari hætenus medici nominarunt. Nam ita etiam vocat Auicennæ interpres: vt mirum sit, iuniores medicos Auicennam, quem tamen veluti numen quoddam coluerunt, & in oculis tulerunt, non esse hoc loco imitatos: & itidem vt ille fecit, Episcopi electuarium haud nuncupasse. Describitur autem ab eo Can. 5. eodem quo hic modo: nisi quodd Cardamomum & piper adiecit, quæ in præsentem non habentur.

*Cordus.*

*b Vncias sex*) Sic omnia Mesuræ filij exemplaria habent. Vnus Cordus, nisi typographi culpa factum sit drachmas sex habet, quum tamen Auicenna integram libram sacchari contriti inspergere iubeat. Cæterum sunt qui hanc Antidotum etiam in solidam redigunt formam, singulis drachmis specierum, sacchari optimi vnciam addentes.

## ANTIDOTVS • HAMECH.

Mesuræ filij.

XXXIII.

**P**urgat vtrancq; bilem, & pituitam falsam: ob id morbis inde natis, impetigini, scabiei, elephantia, & cancro exedenti, & similibus mirè confert. In summa, omni fœditati cutis, à biliosis & adustis humoribus procreata, conuenit. Recipit myrobalanorum flauorum, vnc. quatuor. Cepulorum, & Indorum, rhei barbari, añ vnc. duas. Agarici, colocynthidis, polypodij, añ drach. decem & octo. Absinthij, thymi, senæ, añ <sup>b</sup> drach. sex. Violarum, drach. quindecim. Epithymi, vnc. duas. Anisi, rosarum, sceniculi, añ drach. sex. Succifumarie, libram vnam. Prunorum, numero sexaginta. Vuarum passarum purgatarum, vnc. sex. Macerentur omnia in fero lactis sufficiente dies quinque, in vase vitreato oris angustii, & probè obturati. Postea ad ignem feruefiant vna & item altera ebullitione: ac manibus dein fricentur & colentur. Colato adde cassia fistula purgata, vnc. quatuor. Tamarindorum, vnc. quinq;. Mannæ, vnc. duas. Fricato manibus, iterum cola, colato adiecit sacchari libram vnam & dimidiam. <sup>d</sup> Scammonij, vnciam vnam, & dimidiam. Coque ad mellis crassitiem. Dein puluerem sequentem insperge, qui habet Miobalanorum flauorum, cepulorum, indorum, añ vnc. dimidiam. Bellericorum, emblicorum, rhei barbari, seminis fumarie, añ drachmas tres. Anisi, spicæ nardi, añ drachmas duas. Formetur electuarium.

## ANNOTATIONES.

*Hamech.*

*a Hamech.*) Ab autöre, qui hanc Antidotum struxit, ita est nominata. Idem verò vox hæc sonat, vt quidam interpretantur, quod Mahemet. Hac autem appellatione Razes Pœnus medicus intelligendus venit, qui variè à Mesuræ filio nominatur. Nam interdū, vt

hoc

hoc loco, simpliciter Hamech siue Mahemet dicitur. Aliquando cum adiectione Hamech Razes. Nonnunquam Hamech filius Zachariæ. Interdum Hamech filius Zachariæ Razes. Aliquando Hamech filius Zesar. Non est autem ille Hamech, qui Mesuræ pater fuit, auus nimirum ipsius Ioannis filij Mesuræ. Siquidem is fuit filius Heli, qui filius fuit Abde-  
læ, regis Damasci.

*b* Drachmas sex.) Non latet, codices quosdam habere Vnciam vnam. Sed meliores legunt Drachmas sex.

*c* Drachmas quindecim.) Alij codices legunt vnciam vnam, & dimidiam, ita vt demant drachmas tres.

*d* Scammonij.) Scammonium hic crudum, non coctum, quod dacrydion, & corruptè Scammonium

diagridion vocant, inaudiendum erit. Nam coquendo corrigitur. Non igitur coctum crudum.

vsurpandum ad huius antidoti structuram erit: id enim vt iterum coquatur non indiget.

Et si coqueretur, vim suam purgatoriam non nihil amitteret, concoctione fractam & imminutam. In quibus igitur compositionibus Scammonium coquendum præcipitur, crudum: in alijs coctum accipiatur. Quod semel hic monuisse satis fit.

## ANTIDOTVS HAMECH ALTERA, "SEV

minor. Mesuræ filij.

XXXIII.

**H**Amech altera purgat melancholiam, & vstos humores alios: ob id confert mania, melancholia, vertigini, obliuioni, & vitijs cutis. qualia sunt, scabies, lepra, alphas, cancer, elephantia, impetigo. Habet mirobalanorum nigrorum, id est, Indorum, cepulorum, epithymi, añ drach. quinquaginta. Fumaria, absinthij, añ drach. viginti. Thymi, calaminthæ, polypodij, agarici, glycyrrhizæ, buglosi, añ drach. decem. Stichadis, chamædryos, chamæpityos, spinæ albæ, anisi, añ drach. quinque. Pruna, *b* zizypha, *c* myxa, añ numero septuaginta. Vuarum passarum repurgatarum, lib. vnam. Coquantur in aqua sufficienti ad tertias. Dein colantur. Colato adduntur. *d* Sapa, lib. duæ. Mellis depumati, lib. vna. Scammonij, vnc. duæ. Igni lento ad mellis crassitiam percoquantur.

## ANNOTATIONES.

*a* Minor.) Ita nominauimus, ad differentiam prioris: quæ simpliciter Hamech, aut eum adiectione Hamech maior appellari potest. Et si hodie non est officinis nostris vsitata, tamen posset, quod sit optima, in vsum reuocari, & loco superioris vsurpari in lue Hispanica. Cur enim non ita appellaremus, quum hac ipsa gens illa creberrimè laboret? *Lues Hispanica.*

*b* Zizypha.) Ita recentiores Græci nominant, luybas hodie dictas. *Zizypha.*

*c* Myxa.) Sebesten vulgo vocantur, vt libro primo diximus: adeò vt nihil opus erat hic *Myxa.* denuò referre.

*d* Sapa.) Sapa mustum est, ad tertiam partem decoctum. Græcis *σάπυρα* & *σιζάου*: Arabum familiae, & barbaram sectantibus medicinam simpliciter Rob, & coctum dicitur. *Rob.*

## DIA "TVRPETV, CVM RHEOBARBARO.

Montagnanæ.

XXXV.

**F**lauam bilem & pituitam educit, atq; aqua intercutem laborantibus mirificè confert. Capit turpeti optimi, hermodactylorum, añ vnciam vnam. Rheibarbari selecti, *a* drachmas decem. Dacrydij, drachmas quatuor. Santalorum alborum & rubeorum, violarum, zingiberis, añ drach. vnam, & dimidiã. Mastiches, anisi, cinamomi, croci, añ drach. dimidiã. *b* Sacchari albisissimi, quod satis est.

## ANNOTATIONES.

*a* Dia turpeti, cum rheobarbaro.) Hac inscriptione insignitur hæc Antidotus, vt discernatur ab altera quam Diaturpeti: vel, vt hodie loquuntur, Dia turbit maiorè, quam mox subiiciemus, appellant.

*a* Drachmas decem.) Hic mihi falsò affingit Franciscus Alexander, quod legam vncias decem, quum nusquam in omnibus compositionibus dia turpetu ita scriptum sit. Nec minore candore vitium hoc in Typographum transfert.

*b* Saccha-

*b Sacchari.)* Ita hodie frequenter paratur. Potest autem cum melle despumato, si ita visum fuerit, in liquidam consistentiam redigi. Sunt qui malint hac compositione uti, quæ accipit Turpeti optimi, vnciam vnam & dimidiam. Rheibarbari selecti, drachmas sex. Zingiberis, drach. tres. Spicæ, mastiches, añ drachmam vnam. Anisi, drach. dimidiam. Dacrydij, drach. sex. Sacchari albissimi, vncias sedecim, fiat confectio in rotulis. Ad vermes lumbricosq; excutiendos efficacissimum est medicamentum. Nam Rheum lumbricos necat, turpetum autem pituitam lumbricorum fomitem educit.

*Aliud diatur  
petu cum  
Rheobarbaro.*

## DIA TVRPETV MAIOR.

Incerti autoris.

XXXVI.

**P**ituitam maximè purgat, & eandem extenuat, ac concoquit. Accipit turpeti optimi, vnciam vnam. Dacrydij, zingiberis, añ drach. quatuor. Cinamomi, caryophyllorū, añ drach. duas. Galangæ, piperis longi, macis, añ drach. vnam. Sacchari albissimi.

## DIA TVRPETV MINOR. \*ZEZARIS.

XXXVII.

**L**euitè *b* pituitam, præsertim eam quæ in ventriculo hæret, elicit. Recipit turpeti optimi, drach. decē. Zingiberis, drach. quinç. Mastiches, drach. tres. Sacchari albissimi, quod sufficit.

ANNOTATIO.

*Zezar.*

*a Zezaris.)* Zezar autem pater fuit Hamech: qui, vt diximus, Razes alio appellatur nomine. Rarum est admodum Diaphenicôn electuario eius vicarias operas subeunte.

*b Leuiter.)* Quòd, vt præcedens, dacrydium non accipiat.

## DIA TVRPETV. MESVAE FILII.

XXXVIII.

**P**ituitam, & flauam bilem educit, & idem ferè quod Montagnanæ potest. Habet zingiberis, galangæ, añ drach. dimidiam. Piperis longi, cinamomi, añ drach. duas. Spicæ indicæ, mastiches, añ drach. dimidiam. Croci, scrupulos duos. Turpeti albi gummosi, Rheibarbari selecti, añ vnciam vnam, & dimidiam. Hermodactylorum, vnciam dimidiam. Dacrydij, drachmam vnam. Sacchari, vnc. sedecim, aut circiter, fiat confectio in tabulis.

## DIA TVRPETV. INCERTI AVTORIS.

XXXIX.

**I**dem quod præcedēs potest. Capit Rheibarbari, vnciam dimidiam. Caryophyllorum, galangæ, añ drach. duas. Macerantur tria hæc in stillaticij rosarum liquoris, vnciarum trium, horis viginti quatuor. Dein eximuntur, & exiccantur: exiccataq; subinde in puluerem rediguntur, cum his quæ sequuntur: nempe turpeti albi, drach. decē. Hermodactyli, zingiberis, añ drach. quinç. Scammonij in pomo cocti, drach. sex. Senæ, drachmas duas. Spicæ, anisi, mastiches, añ scrup. vnum. Sacchari, vnc. viginti quatuor, fiat confectio in orbiculis.

ANNOTATIO.

Studiò plures Dia turpeti compositiones attulimus, vt delectu habito, quiuis ex illis eam quæ optima sibi videretur, in sua officina parari curaret.

## DIA CNICV. ARNALDI VILLANOVANI.

XL.

**A**ntidotus è cartamo, flauæ bili & pituitæ educendæ mirificè conducit. Habet specierum dia tragacanthi frigidi, vnc. dimidiam. Pulpæ carnis uæ cydoniorum, vnciam vnam. Medullæ seminis cartami, hermodactylorum, añ drach. quatuor. Zingiberis albi, drach. duas. Dacrydij, drachmas tres. Turbit albi, \*drachmas sex. Mannæ granatæ, drach. duas. Mellis rosacei colati, vnciam vnam. Sacchari, *b* vnc. octo. Cum saccharo albissimo sufficienti fiat electuarium.

ANNO

## ANNOTATIONES.

*a Diacnicu.*) Hodie Diacartami nominant, quod idem valet. Pauci sunt qui hac vtuntur Antidoto. Tamen quum nonnulli sint, qui eam in compositis, nempe ex biliosis & pituitosis humoribus natis, affectibus, libenter vsurpant, vt pharmacopœi illorum postulatis morem gerere queant, eius quoq; compositionem hic recensere curauimus. Paratur magna ex parte in forma solida.

Diacartami.

\* *Drachmæ sex.*) Alij legunt drachmas duas, quæ sanè lectio, ne vehementius fiat medicamentum, quum Dacrydium, & Hermodactyli eius quoq; compositionem ingrediantur, melior esse videtur. Legendum igitur ita potius esse iudico, Turpeti, drachmas duas, Mannæ granatæ, drachmas sex.

*b Vncias octo.*) Alij legunt drachmas octo. Parum autem refert, vtram lectionem arripiant pharmacopœi: modò ad solidi Antidoti consistentiam redigatur medicamentum. Sin ad electuarij formam reducere medicamentum voles, pro saccharo mel adijciendum erit. Franciscus Alexander hoc in loco vehementer in Cordum, è quo, vt verum fatear, hanc compositionem descripsi, neq; enim Arnaldi lectione vnquam sum delectatus: inuehitur atqui parum rectè: quandoquidem si omnia simplicia quæ hanc compositionem ingrediuntur, ac pondera ipsa expendas, multo ea quæ Franciscus affert, meliorem esse deprehendes. Quis enim nõ abhorreat à Turpeti vncijs duabus, & dacrydij drachmis quinque. Sed sic placet nonnullis Germanorum deprimere labores, quum ipsi meliora non afferant.

## CATHARTICVM IMPERIALE.

Nicolai.

XLI.

**B**ilem vtranq; & pituitam sine molestia purgat. Obœsis autem & crasis, quicq; magna ex parte aluo constricta & dura sunt, ileosis: & ijs quorum ventriculus atq; intestina flatibus distenduntur, conuenit. Capit dacrydij, sacchari, añ drach. octo. Cinamomi, spicæ nardi, saxifragæ, polypodij, añ drach. quatuor. Caryophyllorū, zingiberis, spicæ celticæ, piperis nigri, piperis longi, cardamomi, amomi, añ drachmas tres. Mellis optimi despumati.

## ANNOTATIO.

Hæc descriptio extat in codice Nicolai, qui opera Ioannis Agricola Ingolstadij excusus est. Alia est, & quæ è pluribus constat simplicibus, quæ habetur in Nicolao vocato Præposito: qui alius ab eo qui Myrepsus nominatur, fuisse videtur: nempe compilator aliquis, qui ex alijs autoribus collegit medicamentorum compositiones. Quibus vt gratiam aliquam apud lectores conciliaret, ea quæ compilauit sub Nicolai Myrepsi, quod dein imperitia quorundam in Præpositi mutatum est, nomine edere voluit. Plures autem illum referre quæ in Nicolao Myrepsò græco non habentur, ex superioribus abunde patuit. Caterùm Nicolaus Præpositus Catharticum Imperiale ita describit. Recipit Dacrydij, sacchari, añ drach. quatuor. Cinamomi, spicæ nardi, saxifraga, polypodij, añ drach. duas. Myrobalani citrini, hermodactyli, añ drach. quatuor. Caryophyllorum, zingiberis, spicæ celticæ, piperis nigri, piperis longi, cardamomi, amomi, añ drach. vnam, & dimidiam. Mellis quod sufficit. Non distat à priore, nisi adiectione Myrobalanorum & hermodactylorum, & quòd pondera quæ in precedente sunt duplicata, hic simplicia existunt. Posset postremum hoc appellari à maiori simplicium copia, Catharticum imperiale maius.

Nicolaus  
Præpositus.Cathartici  
imperialis a-  
lia descriptio.

## ANTIDOTVS E BRASSICA MARINA.

Incerti autoris.

XLII.

**A**ntidotus è brassica marina magna efficacia aqua inter cutem laborantium educit aquam. Accipit brassicæ marinæ, vnc. vnam. Turpeti, drach. tres. Folliculorum senæ, Tartari radicis iridis, polypodij, añ drachmas duas, & dimidiam. Rhei barbari, drachmas tres. Seminis iuniperi, drach. duas. Dacrydij, drach. vnam. Ligni aloës, zingiberis, cinamomi, añ drach. vnam, & dimidiam. Nardi, drach. dimidiam. Sacchari albisissimi in stillatijs liquoribus. Cichorij & hyslopi quod satis est dissoluti, fiat Antidotus solida.

X

ANNO-

*a E Brassica.*) Brassica verò marina est, quam Recentiores Soidanellam vocant.

DE CATAPOTIIS, SEV PILVLIS,  
SECTIO SEXTA.

CATAPOTIA *a* AVREA.

Nicolai Myrepsici. Numero 97.

I.



APVT expurgant, sensus omnes, præcipuè aciem oculorum exacuunt, flatus ventriculi & intestinorum dissolunt, ac citra molestiam aluum deiciunt. Ad stomachicos, colicos, nephriticos, & inflatos valde probata. Habent aloës flauæ, dacrydij, añ drach. quinq;. Rosarum, apij, añ drach. duas, & dimidiam. Anisi, fœniculi, *b* mastiches, añ drach. vnam, & dimidiam. Croci, colocynthidis, hieræ puræ, añ drach. vnam. *c* Succij tragacanthæ, quod satis est: *d* formetur massa.

ANNOTATIONES.

*Aurea cur  
dita.*

*a Aurea.*) In manuscripto Nicolai Myrepsi codice sic vocari ab Italis scribitur, haud dubiè ob eorum excellentiam: quòd scilicet, quamuis in vacuando satis sint potentia, tamen minus omnibus alijs laceffunt, nec tormina afferunt. Nam et si magnam vim diacrydij & colocynthidis capiunt, tamen reliquis rebus ita temperantur, vt iustam actionem obeant. Scribitur autem mendosè in Nicolai codice ἀόγια, pro ἀυγια. Siquidem latinam dictionem Græcis literis parum rectè scripsisse Nicolaum, minimè mirum est, utpote qui linguæ Latinæ ignarus fuerit. Sunt autem alia à præsentibus & fortiora catapotia.

*b Mastiches.*) In Græco Nicolai Myrepsi codice non habetur, sed ex Latino adiectum est: neq; tamen sine causa. Nam quum stomachicis maximè conferant hæc Catapotia, nihil mirum, quosdam mastichen tanquam ventriculo valde gratum & conueniens medicamentum adiecisse.

*Succus tra-  
gacanthæ.*

*c Succij tragacanthæ.*) Sic more aliorum Græcorum vocant lentorem, aut veluti mucorem tragacanthæ, quem hodie muscilaginem barbari: alij magis latinè Mucaginem nominant.

*d Formetur massa.*) Id quod fit, quando speciebus in pila accurate permistis, postea liquor qui tanquam glutino massa cohæreat affunditur. Omnibus hoc modo mistis, massa è pila exempta manibus oleo vel butyro in unctis figura tereti formatur, & priusquam reconditur, leuiter exiccatur, intq; ficcioze loco ne situm contrahat feruatur.

CATAPOTIA *a* EX EUPATORIO.

Mesuræ filij.

II.

Mirificè profunt febribus circuitu repetentibus, biliosis: obstructionem quoq; iecoris, & icterum inde natum sanant. Accipiunt myrobalanorum citrinorum, succi *b* Eupatorij, succi absinthij, añ drach. tres. Rhei barbari, drach. tres, & dimidiam. Mastiches, drach. vnam. Croci, drach. dimidiã. Aloës bonæ, drach. quinq;. Succij endiuia, aut seri lactis, quod satis est: fingatur massa.

ANNOTATIONES.

*Eupatorium.*

*a Ex Eupatorio.*) Maiores nimirum dictæ. Siquidem minorum nullus hodie est vsus. *b Eupatorij.*) Non quidem Græcorum, sed eius quod à Mesuræ pingitur. Id quale sit, in primo nostrorum de Scirpium historia commentariorum tomo indicauimus.

CATAPOTIA E RHABBARO.

Mesuræ filij.

III.

Humores

**H**vmores educunt crassos, lentos, multum putres, & inde ortas febres diurnas, & ex alijs quoq; humoribus natas: iccoris item dolorem, ac hydro-  
pem incipientē sanant. Recipiunt rhei barbari, drach. tres. Succī glycyrrhizæ,  
absinthij, mastiches, añ drach. vnam. Myrobalanorum flauorum, drach. tres,  
& dimidiā. Seminis apij, fœniculi, añ drach. dimidiā. Pastillorum è rosis,  
drach. tres, & dimidiā. Hieræ picræ, drach. decem. Liqueoris stillaticij fœni-  
culi, quod sufficit: fingatur massa.

## ANNOTATIO.

Hæc Catapotia vt diutius in officinis durent, cum melle conficienda sunt, in quo co-  
quendo succus fœniculi consumptus sit.

CATAPOTIA <sup>a</sup>PESTILENTIALIA.

<sup>b</sup>Incerti autoris.

## III.

**A**dversus pestiferæ luis contagiones populatim grassantes mirificè pro-  
sunt. Humores etiam ventriculo infarctos & immersos educunt. Habent  
aloës selectæ, vnc. duas. Myrrhæ, croci, añ vnc. vnam. Confice cum vino cla-  
ro, odorifero.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Pestilentia.*) Alio nomine Communia vocantur: & è tribus, scilicet medicamentis, *Communia.*  
constantia, & sine custodia. *Et tribus.*

<sup>b</sup> *Incerti autoris.*) Neq; enim ad Rufum autorem, vt hodie faciunt propemodū omnes  
medici, referenda sunt. Nam Rufi compositio crocum non habet, sed pro illo guttam aut  
thymiam ammoniacum accipit. Præterea forma quoq; à præsentī differt, quod scilicet  
potio sit, adeoq; in catapotia non digeratur. Quod vt rectius cognoscant studiosi, compo-  
sitionem Rufi, quam libro 2. cap. 35. Paulus describit, ad verbum recensēbimus. Recipit  
aloës partes duas, ammoniaci thymiamatis partes duas, myrrhæ partem vnam. Hæc si-  
mul contusa, ex vino odorato dimidij cyathi mensura potui quotidie danda. Atq; ita hanc  
compositionem Rufus in peste laudat, vt nullum fuisse affirmet, qui ea vsus non euaserit.  
Qua qui vti voluerit, hanc quam retulimus componendi rationem sequatur.

<sup>c</sup> *Aloës selectæ.*) Sunt qui putant, in pestilenti constitutione aloën esse lauandam. Quo-  
rum mihi sententia minimè probatur. Nam quum aloë non exhibeatur tum roborandi  
tantum ventriculi gratia, sed & putredinem vt arceat, & corruptos ac vitiosos inde hu-  
mores educat, minimè lauandam esse, sed planè illotam esse exhibendam censeo. Ita enim  
ratione amaritudinis putredinem prohibebit: & quum purgandi facultate minimè sit de-  
stituta, quicquid vitiosorum in ventriculo erit humorum, eliciet. Ideo in pestiferæ luis  
contagione præcauenda quotidie vacuo ventriculo ex catapotium vnum scrupuli pon-  
dere sumendum erit. *Aloe in pe-  
stilenti con-  
stitutione  
non lauanda.*

## CATAPOTIA PESTILENTIALIA.

Nostra.

## V.

**M**Agis quàm præcedentes aduersus pestiferæ luis contagia valent. Capi-  
unt aloës flauæ, drach. sex. Myrrhæ optimæ, drach. tres. Rhei barbari,  
drach. vnam, & dimidiā. Agarici in pastillos redacti, drach. dimidiā. Croci,  
drach. vnam. Boli armenij, terræ Lemniæ, añ drach. dimidiā. Mastiches, scrup-  
ulos duos. Theriaces Andromachi, drach. duas. Cum liquoze stillaticio rosa-  
rum, fingatur massa.

CATAPOTIA <sup>a</sup>COCCIA.

<sup>b</sup>Rhazis.

## VI.

**C**Apud magna efficacia expurgant, & ex eo ac neruis crassos vacuant hu-  
mores. Accipiunt specierum hieræ picræ, drach. decem. Colocynthidis,  
drach. tres, scrup. vnum. Scammonij, drach. duas, & dimidiā. Turpeti, sti-  
chadis, añ drach. quinq;. Cum serapio è stichade, formetur massa.

## ANNOTATIONES.

X ij

<sup>a</sup> Coccia.

*a Coccia.*) Sic nonnulli putant à Græcis deducto nomine, & à forma esse nominata, quòd nimirum olim figuram granulorum ciceris vel erui, qua conficiebantur, referrent. Si quidem κόκκιος, Græcis granulum denotat. Alij vocem hanc barbaram esse censent, ac sic esse dicta, quasi capitalia, quòd caput maximè erpurgent, volunt. Nostri hodie Cocchia nominant, quod frequenter illis in capitis affectibus vtantur.

*b Rhazis.*) Libro primo ad Almanforem, capite primo de Cephalæa. Sunt admodum valentia, & prorsus incorrecta, torminaq; excitant, nec ijs nisi præmissis alijs quibusdam, & in crasis admodum & frigidis humoribus educendis vtendum. Quare à medicis vsurpanda non erunt, sed pro ijs Nicolai Myrepsi mox sequentibus magis vtendum.

## CATAPOTIA COCCERA.

Nicolai Myrepsi. numero 122.

VI.

**V**alent ad eos qui destillatione capitis laborant, caput dolent, hemicranicos, lippitudine, & neruorum incontinentia affectos. Recipiunt hieræ picræ Galeni, drach. quinç. Dacrydij, drach. vnam, & dimidiam. Pulpæ colocyntidis, drach. dimidiam. Turpeti, stichadis Arabicæ, añ drach. duas, & dimidiam. *b* Sagapeni, opopanacis, bdellij, ammoniaci, agarici, spicæ, añ drach. dimidiam. Rhei barbari, aloes flauræ, añ drach. vnam, scrup. vnum. Cum succo, aut stillatio foeniculi liquore singatur massa.

## ANNOTATIONES.

*a Coccera.*) Aut Cocceri Nicolao vocantur: qua de causa, scire non possum. Mihi certè magis quàm Rhazis probantur, quòd minus sunt valida, pluraq; habeant simplicia, quæ vim fortium medicamentorum frangant, contundant ac mitigent. Nam vt alia medicamenta purgantia omnia propemodum à Rhaze composita eiusmodi sunt, vt vix tuto iumentis exhiberi possint: ita quoq; hæc Catapotia, quæ ille Coccia vocauit, ob suam vehementiam expedite admodum tormina excitant, & alia grauias symptomata. Censeo igitur præsentibus magis vtendum esse, vt pote minus fortibus, & rectius compositis: quòd quiuis compositionem ipsam expendens, statim cognosceret.

*b Sagapeni.*) Quod adiectum est præcipue propter oculorum lippitudinem, & alia eorundem vitia, suffusiones nimirum & hebetudines, quibus idipsum maximè auxiliatur.

## CATAPOTIA EX AGARICO.

Mesuæ filij.

VII.

**T**horacem purgant pituita crassa & putri, ob idq; antiquæ tussi & asthmatis conferunt, alijsq; thoracis vitijs, à crasis & pituitolis humoribus ortis. Habent agarici, drach. tres. Radicis iridis, marrubij, añ drach. vnam. Turbit, drach. quinç. Hieræ picræ, drach. quatuor. Colocyntidis, sarcocollæ, añ drach. duas. Myrrhæ, drach. vnam. Excipe *b* cum sapa, & formato massam.

## ANNOTATIONES.

*a Drachma quatuor.*) Falsò me hoc loco notat Franciscus Alexander, quòd diminutè legam drachmas tres. Ita parum attendit, num rectè alios reprehendat.

*b Cum sapa.*) Quæ pilulas illas à putredine, aut transpiratione vindicat.

## CATAPOTIA EX AGARICO.

Nicolai Myrepsi.

VIII.

**C**onferunt ijs qui non nisi recta ceruice, & difficulter spirant, & destillatione laborant. Capiunt agarici, drach. vnam, & dimidiam. Iridis, marrubij, añ drach. vnam. Turpeti, hieræ picræ Galeni, añ drach. duas. Colocyntidis, sarcocollæ, añ drach. vnam. Cum sapa quantum sufficit, formetur massa.

## ANNOTATIO.

Harum pilularum descriptionem ex præscripto Nicolai subijcere volui, vt si quis illis magis quàm Mesuæ vti vellet, haberet in promptu compositionem. In omnibus cum præcedentibus conueniunt, exceptis ponderibus, quæ sunt in quibusdam minora: & quòd Myrrha



Myrrha desideretur, perinde atq; apud Auicennam cap. 3. Fen. 10. tract. 1. cap. de Curatione  
asthmatis 40.

## CATAPOTIA E HIERA

simplici, Galeni.

IX.

Vitijs ventriculi ex humoribus biliosis & pituitosis natis prodest. Recipi-  
unt aloes flauæ, drach. quinquaginta. Cinamomi, xylobalsami, asari, spicæ  
nardi, croci, mastiches Chia, añ drach. tres. Melle rosaceo excipiuntur, & fingi-  
tur massa.

## CATAPOTIA E HIERA COMPOSITA.

Nicolai Myreplici.

X.

Ad vitia capitis, neruorumq; stomachi item cruditatem conferunt. Ha-  
bent cinamomi, spicæ nardi, croci, floris iunci odorati, asari, castæ lignæ,  
xylobalsami, carpobalsami, violarũ, absinthij, epithymi, agarici, rosarum, tur-  
peti, mastiches, colocynthidis pulpæ, añ drach. dimidiam. Aloes flauæ, quan-  
tum omnium aliarum specierũ. Cum stillaticio Intybi liquore formetur massa.

## CATAPOTIA HIERÆ CVM AGARICO.

XI.

Succurrunt stomachicis, asthmaticis, alijsq; stomachi, & thoracis vitijs, a  
Serasis & pituitosis humoribus natis. Capiunt specierum Hieræ simplicis  
Galenii, agarici recens in pastillorum formam redacti, añ vnc. dimidiam. Aloes  
flauæ, añ vnc. vnam. Cum rosaceo melle excipiuntur, & fingitur massa.

CATAPOTIA <sup>a</sup>OPTICA <sup>b</sup>MAIORA.

Mesuræ filij.

XII.

Visum roborant & conseruant, excrementa vacuant a cerebro & oculis pi-  
tuitosa. Accipiunt rosarum, violarum, absinthij, colocynthidis, turpeti,  
cubebæ, calami odorati, nucis moschatae, spicæ, epithymi, carpobalsami, xylo-  
balsami, scelios, seminis, rutæ, floris iunci odorati, asari, mastiches, caryophyl-  
lorum, cinamomi, anisi, sceniculi, apij, castæ lignæ, croci, macis, añ drach. du-  
as. Myrobalanorum flauorum, cepulorum, indorum, bellericorum, emblichorũ,  
rheibarbari, añ drach. quatuor. Agarici, senæ, añ drach. quinque. Euphrasie,  
drach. septem. Aloes flauæ pondus omnium. Excipe succo aut stillaticio liquo-  
re sceniculi, & formato massam.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Optica.) ὀπτικά, id est, visoria: quod visorium spiritum roborent, purioremq; reddant, *Optica.*  
ac visionem mirabiliter iuuent, dicta sunt. Vulgus medicorum & pharmacopœorum Lu- *Catapotia*  
cis nominant. Sunt a quibus ocularia vocentur. *lucis.*

<sup>b</sup> Maiora.) Quod pluribus constat simplicibus, appellata sunt: ad differentiam mino- *Ocularia.*  
rum, quorum compositionem iam subiiciemus. *Maiora cur*  
*dicta.*

CATAPOTIA OPTICA <sup>a</sup>MINORA.

Mesuræ filij.

XIII.

Idem quod maiora possunt, viribus tamen valentiora sunt, magisq; melan-  
cholicum humorem quam pituita purgant. Recipiunt xylobalsami, carpo-  
balsami, añ drach. vnam. Chelidonij, drach. quinque. Rosarum, violarum, absin-  
thij, euphrasie, añ drach. tres. Senæ, epithymi, myrobalanorum flauorum, ce-  
pulum,

X iij

pulum,

pulorum, indorum, bellericorum, emblichorum, agarici, colocynthidos, floris iunci odorati, lycij, lapidis <sup>b</sup> cyanei, añ drach. duas, & dimidiam. Aloes pondus omnium. Cum succo fœniculi, aut chelidonij fingatur massa.

## ANNOTATIONES.

*Minora quare vocata.* <sup>a</sup> *Minora.*) Vocata sunt, quòd paucioribus simplicibus constant. Nam quum operosa sit præcedentium compositio, factum est, vt nonnulli hanc in pauciora contraxerint simplicia.

*Cyaneus.* <sup>b</sup> *Cyanei.*) Lapidem lazuli appellant, quemadmodum lib. i. diximus. Maiores, quod lapidem lazuli non accipiant, tutiores sunt.

## CATAPOTIA ARTHRITICA.

\* Nicolai.

XIII.

**V**alent ad podagram, aliosq; articulorum dolores à frigidis crasis & pituitosis humoribus natos. Habent hermodactylorum, turpeti, agarici, añ vnc. dimidiam. Cassia lignea, spica nardi, caryophyllorum, xylobalsami, carpobalsami, zingiberis, mastiches, fœniculi, anisi, saxifragæ, seminis asparagi, rusci, rosarum, granorum solis, salis gemmei, añ <sup>b</sup> drach. dimidiam. Aloes flauæ pondus omnium. Succus fœniculi quod satis est, fiat massa.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Nicolai.*) Non Myrepsi illius, cuius nos opus de Compositione medicamentorum in Latinum conuertimus sermonem: sed eius qui vulgò Præpositus dicitur. Nam ille truncatam ex ἀτρογγάφω Nicolai Myrepsi describit: vt ex eiusdem compositione, quam paulo post subiiciemus, liquidò apparebit.

<sup>b</sup> *Drach. dimidiam.*) Latinus codex Nicolai Præpositi habet drach. duas, & statim subiicit, Scammonij vnc. vnam, vt hinc quoq; perspicuum fiat, neq; eam descriptionem quæ hactenus in officinis vsitata fuit, & quæ iam recensuimus, per omnia respondere ei quam Nicolaus Præpositus decurtauit: quia minus pondus habet, & Scammoniam omisit. Ita, quod sæpe antea monuimus, nulla ferè integra & legitima est hactenus vsitata & vsurpata officinis compositio.

## CATAPOTIA ARTHRITICA VERA.

Nicolai Myrepsici.

XV.

**A**d podagricos & arthriticos valde probata. Capiunt hermodactyli, turpeti, añ vnc. vnã, & dimidiam. <sup>a</sup> Myrobalani indici, cepuli & citrini, agarici, <sup>b</sup> colocynthidis, anisi, <sup>c</sup> caryophyllorum, spica, zingiberis, saxifragi, <sup>d</sup> piperis longi, seminis apiij, dauci, rosarum, amomi, salis gemmei, mastiches, granorum solis, seminum asparagi, fœniculi, singulorum drach. dimidiam. Aloes flauæ, drach. dimidiam. <sup>e</sup> Dacrydij, vnc. vnam. Succus absinthij quantum sufficit, fingatur massa.

## ANNOTATIONES.

Hæc est legitima, & ad verbum à Nicolao græco transcripta compositio: nisi quod ad pondera attinet, dimidiam tantum eorundem partem vsurpauimus, nempe vnc. vnã, & dimidiam, quum ipse habeat vncias tres, & ita deinceps.

<sup>a</sup> *Myrobalani indici.*) Omnes Nicolaus Præpositus compilator omisit Myrobalanos.

<sup>b</sup> *Colocynthidis.*) Et hanc silentio transiuit.

<sup>c</sup> *Caryophyllorum.*) Post Caryophylla inseruit suæ compositioni xylobalsamum & carpobalsamum Nicolaus Præpositus, superstitione magis quàm iudicio ductus, quum horum nulla sit facta in ἀτρογγάφω mentio, nec legitima haberi possint, in nostris maximè regionibus. Fuit autem haud dubiè in ea opinione cum multis alijs, vt nullum medicamentum sine Balsami accessione efficax esse crederet.

<sup>d</sup> *Piperis longi.*) Et illud à decurtatore eius compositionis est præteritum.

<sup>e</sup> *Dacrydij.*

*e Dactylis, vnt. vnam.*) Eius eodem pondere in Nicolao Præposito vocato, vt diximus, mentio fit. Sed in hætenus vſitata compositione horum catapotiorum omiſſum.

## CATAPOTIA EX HERMODACTYLO.

Meſuræ filij <sup>a</sup> maiora.

XVI.

**A**Duerſus podagram, & dolores <sup>b</sup> frigidos articularum profunt. Accipiunt <sup>c</sup> hermodactylorum, myrobalanorum flauorum, aloes, turpeti, colocynthidis, bdellij, ſagapeni, añ drach. ſex. Caſtorij, ſarcocollæ, euphorbij, opopanacis, rutæ ſylueſtris, & apij ſeminum, añ drach. tres. Croci, drach. vnam, & dimidiam. Cum ſucco braſſicæ formetur maſſa.

## ANNOTATIONES.

*a Maiora.*) Quod pluribus ſimplicibus conſtent, ſinētq; magis compoſita.

*b Dolores frigidos.*) Craſſos enim & lentos frigidosq; humores educunt, atq; è longinquioribus partibus trahunt.

*c Hermodactylorum.*) Quid de vniuerſo hermodactylorum genere ſentiendum ſit, tomo noſtrorum de ſtirpium hiſtoria commentarijs perſpicuè, & luculenter explicauimus. Vt mirum ſit Rondeletium, virum doctiſſimum, per hermodactylos vulgares, non tamen ſine magno errore, vulgares, præcipuè in compoſitionibus Arabum intelligere.

CATAPOTIA <sup>a</sup> FOETIDA <sup>b</sup> MAIORA,

Meſuræ filij.

XVII.

**V**acuant humores craſſos, & pituitoſos, ob id conueniunt affectibus indetatis, articularum, pedum & neruorum doloribus. Colicis item cruciati- bus, vteri, & ſpine ſuccurrunt: nec non ventriculi, alphis, elephantia, alijsq; cutis vitijs opitulantur. Recipiunt ſagapeni, hammoniæ, opopanacis, bdellij, colocynthidis, ſeminis rutæ ſylueſtris, aloes, epithymi, añ drach. quinq;. Hermodactylorum, eſulæ, añ drach. duas. Scammonij, drach. tres. Cinamomi, ſpicæ, croci, caſtorij, añ drach. vnam. Turbit, drach. quatuor. Zingiberis drach. vnam, & dimidiam. Euphorbij, ſcrup. duos. Cum ſucco porri prius diſſolutis lachrymis, finge maſſam.

## ANNOTATIONES.

*a Foetida.*) Ita vocantur propter grauem odorem, quem illis Sagapenum, hammoniacum, caſtorium, & alia graueolentia conciliant. Sunt etiam valentia admodum, quod minimè reſpreſſa ſit purgantium vis, ideoq; parum tuta.

*b Maiora.*) Ad differentiam minorum, quæ itidem à Meſue deſcribuntur, ſic cognominata ſunt.

*c Ruta ſylueſtris.*) Si haberi non poteſt, pro ea uſurpetur Ruta hortenſis: quod ſemel hinc nos monuiſſe ſatis ſit. Semen nanq; Cicutæ, quod imperiti pharmacopei facere ſolent, planè hoc in loco abijciendum.

## CATAPOTIA EX EUPHORBIO.

Meſuræ filij.

XVIII.

**P**ituitam frigidã ac craſſam ad neruos decumbentem vacuant. Quapropter opem ferunt reſolutioni, lumborum doloribus, & podagræ à pituita concitata. Sunt valida: ideoq; illis, niſi magna vrgeat neceſſitas, vtendum non eſt. Habent euphorbij, colocynthidis, agarici, bdellij, ſagapeni, añ drachmas duas, Aloes, drach. quinq;. Succu porri quod ſatis eſt: <sup>a</sup> fingatur maſſa.

## ANNOTATIO.

*a Fingatur maſſa.*) Ad hunc quidem modum Euphorbium prudenter tritum, cribratus agaricus, læuigata & concifa colocynthis, cum gummis vino diſſolutis, piſtillo calido & mortario tantisper ſubiguntur, dum in maſſam coeant. Catapotia ſunt valentiſſima non niſi in maximis & contumacibus morbis uſurpanda.

X iij

CATA

LEONHARTI FVCHSII  
CATAPOTIA EX SARCOCOLLA.

Mesuræ filij.

XIX.

**P**ituitam vacuant, ob id pituitosis affectibus commodant. Capiunt sarco-  
collæ, drach. tres. Turpeti, drach. quatuor. Colocynthidos, zingiberis, añ  
drach. vnam, & dimidiam. Salis gemmei, drach. vnam. Cum aqua stillaticia ro-  
sarum formetur massa.

CATAPOTIA <sup>a</sup>INDA.

<sup>b</sup> Hali.

XX.

**A**dvitia ex melancholico humore procreata, cancrum nimirum, elephan-  
tiam, alphas nigros curatu difficiles, melancholiam, & inde ortum timo-  
rem ac mœrorem, quartanā, icterum nigrum, ex vitio lienis procreatum, eius-  
demq; dolorem profunt. Accipiunt myrobalanorum nigrorū, ellebori nigri,  
polypodij, añ drach. quinç. Epithymi, stichadis, añ drach. sex. Agarici, lapidis  
cyanei loti, colocynthidis, <sup>c</sup> salis Indi, añ drach. quatuor. Succu eupatorii, spicæ,  
añ drach. duas. Caryophyllorum, drach. vnam. Hieræ picræ, drach. duodecim.  
Fiat massa cum succo apij.

ANNOTATIONES.

*Indaquare  
dicta.*

<sup>a</sup> *Inda.*) Cur ita dicta sint, facile animam attendentibus constat. Non enim alia de cau-  
sa, quàm quòd myrobalanos nigros, quos alio nomine Indos appellant, vel salem Indum  
recipiunt. Pleriq; hic mirè ineptiunt, ita esse nominata putantes, quòd eorum vsus apud  
Indos potissimum sit, & in India celebrentur.

*Hali.*

<sup>b</sup> *Hali.*) Ad hunc sanè autorem horum & præcedentium catapotiorum compositio-  
nem Mesuræ filius refert. Quis autem is Hali fuerit, non satis constat.

*Sal Indus.*

<sup>c</sup> *Salis Indi.*) Per salem Indum minimè in audiendus erit ille quem Paulus & Auicenna  
ita nominant: qui certè non est nisi mellis concreti genus, in India in arundinibus inuen-  
tum, salis modo coactum, dentibus, vt sal, friabile, vt libro primo huius Operis fufius di-  
ximus. Verùm sal Indus hoc loco non est, nisi is qui inter omnes alias salis species maximè  
salsus est: qualis certè in India reperitur. Is quia hodie non affertur, pro eo vsurpandus erit  
sal fossilis, quem Gemmeum hodie vocant. Caueant igitur pharmacopei, ne pro sale In-  
do, vt multi hætenus fecerunt, saccharum candum appellatum, in horum catapotiorum  
constructione vsurpent.

*Salis Indi  
succedaneum*

*§ E lapide  
lazuli.*

CATAPOTIA <sup>§</sup>E LAPIDE CYANEO.

Mesuræ filij.

XXI.

**A**dvitia è melancholico humore nata conferunt, cancrum nimirum, ele-  
phantiam, & quartanam. Recipiunt lapidis cyanei <sup>a</sup> loti, drach. sex. Epi-  
thymi, polypodij, añ drach. octo. Scamoniij, ellebori nigri, salis indi, añ drach.  
duas, & dimidiam. Agarici, drach. octo. Caryophyllorum, anisi, añ drach. qua-  
tuor. Hieræ picræ, drach. quindecim. Cum succo Intybi latifolij formet massa.

ANNOTATIO.

<sup>a</sup> *Loti.*) Scilicet duodecies, vt vult Trallianus, in liquore stillaticio violarum, vel bor-  
raginis. Sic enim aliquo modo acrimoniam suam deponit, hocq; nomine catapotia illa  
minus noxia & ventriculo infesta fiunt. Quum itaq; olim illorum vsus damnauerim, de  
ijs quæ illotum lapidem cyaneum accipiunt loquutus sum. In mollibus tamen & imbe-  
cillioribus corporibus neutro vtendum erit.

CATAPOTIA E LAPIDE ARMENO.

Mesuræ filij.

XXII.

**M**elancholicum humorem, & bilem vstam sine molestia vacuant: ideoq;  
vitijs inde natis conducunt. Habent lapidis Armeni <sup>a</sup> loti ac preparati,  
hieræ picræ, añ drach. quinç. Epithymi, <sup>b</sup> polypodij, añ drach. octo. Scammo-  
nij in cydonio cocti, drach. tres. Caryophyllorū, drach. duas. Salis indi, drach.  
vnam, & dimidiam, Cum succo intybi latifolij fingatur massa.

ANNO.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Loti.) Ex liquore stillaticio lupuli, vel intybi, aut decocto polypodij.

<sup>b</sup> Polypodij.) Actuarius, qui itidem horum Catapotiorum compositionem tradit, pro Polypodio, agarici drachmas quatuor habet. Alexander Trallianus etiam Agarici meminit, & eius scrupulos quatuor inferendos esse docet. Ita ut euidentissimum sit, Græcos omnes Agaricum, omisso Polypodio, recensuisse.

## CATAPOTIA E LAPIDE ARMENO.

Alexandri Tralliani.

XXIII.

**P**Ræterquam quod stomachum roborant, simul etiã varios humores, præfertim terreum & melancholicum humorem citra molestiam purgant. Capiunt hieræ picræ, vnc. dimidiam. Epithymi, vnc. dimidiam. Agarici, scrup. quatuor. Armeniaci lapidis, scrup. quatuor. Scammonia, vnc. vnam. Caryophyllorum, granaviginti. Contusa excipiuntur melle rosaceo, aut succo citrij: & formetur massa.

## ANNOTATIONES.

Hanc Alexandri Tralliani compositionem referre placuit, quod illã miris efferat laudibus, nec antè eius usum opus esse dicat ægros ut medicamentis præparemus, quod ab eiusdem assumptione nec suffocationis, nec syncopes imminet periculum. Quibus omnibus verbis innuit, hanc mitissimè, & citra omnem molestiam purgare. Quapropter præstat hæc deinceps pro ea quam Mesues affert uti, utpote meliore: & quæ cum ea quæ ab Actuario refertur, demptis duntaxat ponderibus, planè conueniat.

<sup>a</sup> Vnciam vnam.) Ita enim græcus Alexandri codex habet ὀ ἄ. Sed ut ex veteri interprete liquet, qui legit lapidis Armeni loti drachmas quatuor, Scammonia scrupulos quatuor, videntur pondera esse transposita, adeoque ita potius scribendum esse Scammonia π ε δ, id est, scrupulos quatuor, & lapidis Armenij ζ δ, hoc est, drach, quatuor.

## CATAPOTIA AZAIARETH.

Auscennæ.

XXIII.

**F**lauabilem & pituitam sine molestia, è ventriculo potissimum, vacuant. Quapropter ijs <sup>a</sup> qui caput è ventriculo dolent, conueniunt. Accipiunt hieræ picræ, vnc. vnam. Mastiches, <sup>b</sup> myrobalanorum flauorum, añ vnc. dimidiam. Aloes optimæ, vnc. duas. Cum serapio è stichade formetur massa.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Qui caput è ventriculo.) Non igitur simpliciter capitis doloribus & affectibus conueniunt, sed ijs tantum qui à ventriculo impuro orti sunt.

<sup>b</sup> Myrobalanorum.) Qui biliosos & calidos vapores sursum à ventriculo in caput elatos argent.

## CATAPOTIA AROMATICA.

Ioannis Damasceni.

XXV.

**V**entriculum, cerebrum, & sensoria omnia, à crassis ac pituitosis humoribus <sup>\*</sup> purgant, indeque natum dolorem dissipant. Ventriculum roborant, concoctionem eius iurant, & appetentiam excitant. Recipiunt cinamomi, cubebæ, ligni aloes, calami odorati, macis, nucis moschata, cardamomi, caryophyllorum, asari, mastiches, flores iunci odorati, spicæ, carpobalsami, añ <sup>b</sup> vnc. vnam. <sup>c</sup> Absinthij sicci, rosarum, añ drach. quinq;. Trita <sup>d</sup> crassiuscule coquantur in aquæ libris duodecim, ad duarum partium consumptionem: fricantur manibus, colantur, & exprimuntur. In colati libris duabus maceratur, aloes in vase lapideo vitreato, cum aqua pluuia lotæ, & iterum <sup>e</sup> siccata, libra vna. Dein ipsi affunduntur decocti prædicti circiter libræ duæ, & teruntur in sole: ipsi que aloæ

\* Eos scilicet desiccandos.

aloæ

aloæ miscentur myrrhæ, mastiches, añ f drach. quinq. Croci, drach. tres. Teruntur curiosè, & postea prædicti decocti reliquum ipsis affunditur, terunturq̄ donec siccantur: formantur catapotia ciceris magnitudine.

## ANNOTATIONES.

*Aromatica  
cur vocata.  
Alephangina*

*a Aromatica.)* Aut ex aromatibus dicta sunt, propterea quod è multis constant aromatis: hoc est, rebus odoratis. Hodie imitatione Mauritanorum Alephangina nominantur, quod illis, vt nonnulli interpretantur, Alephangin, odoramenta, siue species, pulueris odoratos significet. Nos tamen de lingua nobis incognita nihil temerè affirmamus. In confesso autem est, hæc catapotia roborare potius ventriculum, quàm aluum ducere, propter aloen lotam, quæ vim purgatoriam lotionem deponit & exuit.

*b Vnciam vnam.)* Nicolaus Myrepsus, qui itidem catapotia hæc describit, habet vnciam dimidiam.

*c Absinthij, &c.)* Nicolaus pro Absinthio & Rosis, habet Croci grana quindecim. Paulo quoq̄ aliter conficienda esse hæc catapotia docet, vt cap. 10. Sect. 32. videre licet.

*d Crassius culè.)* Quum enim coquenda sint odoramenta, non est cur in exquisitum puluerem teri debeant: sed satis est, si crasso modo terantur, ita enim coctionem facilius sustinebunt.

*e Iterum siccata.)* Id quod quatuor aut quinq, potissimùm sub Caniculæ æstu, dierum spacio fieri solet.

*f Drachmæ quinq.)* Hic Franciscus Alexander me & Cordum, atqui falsò, nec sine magna calumnia, notat, ac perperâ drachmas, pro vncias quinq legere nugatur. Nam omnia Mesues exemplaria habent tantum drachmas quinq, & rectè quidem: quod maiore copia, respectu præcedentium, minime opus sit. Sed semper Franciscus voluntas, nationis loco esse solet.

## CATAPOTIA STOMACHICA.

Mesuæ filij.

XXVI.

**B**liosus ac pituitosos humores, eos præsertim qui caput, iecur, & ventriculum obsident, vacuant. Præterea ventriculum roborant, concoctionem iurant, appetentiam excitant. Habent hieræ picræ, drach. septem. Trium myrobalanorum, añ drach. tres. Agarici, drach. duas. Turpeti boni, drach. decem. Epithymi cretensis, anisi, añ drach. duas, & dimidiam. Salis indi, drach. duas. Absinthij, scammonij, añ drach. tres. Cum penidiorum, drach. tres, & succo scariolarum, formetur massa.

## ANNOTATIO.

Quum hæc catapotia, vt etiam sequentia satis magnam Turpeti copiam, quod stomachum mirum in modum offendit, accipiant, diligenter medicis cauendum erit, ne temerè ijs catapotijs vtantur, quod non solum turpetum, verum etiam agaricum, ventriculum admodum subuertentem recipiant: sed tum solum, quum flauam bilem & pituitam valenter ex ventriculo educere volent. Cæterùm quum variæ, sex nimirum, sint Catapotiorum stomachicorum apud Mesuæ filium compositiones, adeoq̄ pharmacopœi nunc hanc, nunc illam constructam, sub vnica tamen inscriptione, habeant: præstat illas aliqua ratione discernere, hac scilicet, vt præsentem compositionem simpliciter Catapotia stomachica: alteram quæ mox sequitur cum adiectione Maiora, quod pluribus: & tertiam, minora, quia paucioribus constat simplicibus, nominemus. Hac enim distinctione efficiemus, vt medici cognoscant qua illis compositione sit vtendum. Franciscus Alexander vt ab alijs dissentire videatur, simplicium ordinem mutat, ponderibus retentis.

## CATAPOTIA STOMACHICA MAIORA.

Ioannis Damasceni.

XXVII.

**I**dem quod priora possunt. Capiunt hieræ picræ, drach. decem. Trium myrobalanorum, absinthij. añ drach. duas. Mastiches, anisi, bellirici, emblici, agarici, añ drach. tres, & dimidiam. Zingiberis, drach. duas. Caryophyllorum, salis gemmei, floris iunci odorati, añ drach. vnam, Turbit, drach. duodecim. Cum succo absinthij fingatur massa.

CATA.

DE COMPOS. MED. LIB. II.  
CATAPOTIA STOMACHICA MINORA.

251

Ioannis Damasceni.  
XXVIII.

**A**ccipiunt myrobalanorum flauorum, aloes, turpeti, añ drach. decem. Rosarum, spicæ, mastiches, añ drach. duas, & dimidiam. Anisi, drach. vnam, & dimidiam. Salis Indi, croci, añ drach. vnam. Cum succo absinthij formetur massa.

CATAPOTIA POLYCHRESTA.

Aggregatiua

Ioannis Damasceni.  
XXIX.

**A**D varios capitis, ventriculi, iecorisq; affectus sunt efficacia. Purgant enim exijs & sensorijs pituitam, & bilem vtranq;. Quapropter ad diuturnas febres & complicatas, vitia capitis, ventriculi, & iecoris plurimum valent. Recipiunt myrobalanorum flauorum, rhei barbari, añ drach. quatuor. Succu cupatorij, succi absinthij, añ drach. tres. Dacrydij, drach. sex. Cepulorum, Indorū, agarici, colocynthidis, polypodij, drach. duas. Turpeti, aloes, añ drach. septem. Mastiches, rosarū, salis gemmei, epithymi, anisi, zingiberis, añ drach. vnam. <sup>b</sup> Electuarij rosati, quantum sufficit ad excipiendum.

ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Polychresta.) Ob id sic sunt appellata, quod ad multos affectus corporis præter naturam sint vtilia, & omnes humores purgent. Vulgus medicorum & pharmacopœorū Aggregatiua vocant. Et sunt optima, & digna quæ in frequenti sint medicorum vsu, quod absq; difficultate educunt, & maxime sunt efficacia.

<sup>b</sup> Electuarij rosati.) A Mesue, non Nicolao, descripti. Inuenies eius compositionem inter Antidota purgantia.

CATAPOTIA E FVMARIA.

Auicennæ.  
XXX.

**H**umores biliosos, acres & salios e corpore educunt: ideoq; pruritus & scabiei, atq; id genus alijs cutis vitijs conferunt. Habent myrobalanorum flauorum, cepulorū, nigrorū, scammonij, añ drach. quinq;. Aloes, drach. septem. Omnia <sup>b</sup> ter imbuantur succo fumarie depurato, & toties siccentur: postremo fingatur massa.

ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Auicennæ.) Fen. 7. Canonis quarti, de Curatione scabiei atq; pruritus, cap. septimo. Affinia sunt catapotijs Indis suprâ descriptis, sed imbecillius purgant.

<sup>b</sup> Ter imbuantur.) Nam vbi primò fuerit siccata massa, plus succi est adijciendum, & rursus exiccanda: idq; tertio faciendum erit.

CATAPOTIA SINE QVIBVS ESSE NOLO.

Nicolai Præpositi.  
XXXI.

**M**irificè pituitam, bilem, & melancholicum humorem à capite ducunt, & ad oculorum claritatem conducunt, visumq; conseruant. Suffusionibus auxiliantur, aurium doloribus, atq; tinnitui. Ileolis quoq; non sine magna vtilitate dantur. Capiunt aloes optimæ lotæ, drach. quatuordecim. Myrobalanorum flauorum, cepulorum, bellericorum, emblicorum, indorum, rhei barbari, mastiches, absinthij, rosarum, violarum, seneg, agarici, cassuthæ, añ drach. vnam. Scammonij, berte triti, drach. sex, & dimidiam, dissoluantur in succo fœniculi, & per pannum tantum de eo traiciatur, quantum ad catapotiorum confectio-

\* Manibus  
oleo violarum,  
vel communis  
inunctis.

CATA-

LEONHARTI FUCHSII  
CATAPOTIA E BENEDICTA.Nicolai Myreplici.  
XXXII.

**H**umores maximè pituitosos, & ad articulos decumbentes, eliciunt. Obstructiones, quæ sunt in instrumentis nutritionis, tollunt. Auxiliantur etiam ijs qui lapide renum & vesicæ molestantur. Accipiunt specierum benedictæ laxatiuæ, drach. sex. Mellis rosati, quod satis est. Formetur massa.

## CATAPOTIA MASTICHINA.

Conciliatoris.  
XXXIII.

**V**entriculum ab omni morbo præseruant, leuiter purgant: cerebrum, & reliqua viscera, item oculos, & vterum à putridis humoribus liberant & tuentur. Recipiunt mastiches, drach. quatuor. Agarici optimi, drach. tres. Aloes selectæ, drachmas decem. Cum succo artemisiæ, aut serapio è stechade, fingatur massa.

## CATAPOTIA EX ALOE ET MASTICHE.

Nicolai Præpositi.  
XXXIII.

**S**ine molestia ventriculum purgant, & ex eo bilem ac pituitam eliciunt. Habent aloes, vnc. vnam. Mastiches, vnc. dimidiã. Caryophyllorum, rosarum rubearum, añ drach. vnam. Croci, dacrydij, añ scrup. duos. Cum succo fœniculi aut absinthij formetur massa.

## CATAPOTIA EX ALOE LOTA.

Incerti autoris.  
XXXV.

**C**erebrum, ventriculum, vterum, & alia viscera à putridis humoribus purgant. Capiunt aloes cum succo rosarum rubearum lotæ, vnc. vnam. Agarici in pastillos redacti, drach. tres. Mastiches, drach. duas. Specierum diamofchi dulcis, drachmam dimidiã. Cum vino Chio, quod vulgò Maluaticum nominatur, fingatur massa.

## CATAPOTIA ARABICA.

Nicolai Præpositi.  
XXXVI.

**O**mnes humores mirificè purgant, læticiam generant, tristitiamq; depellunt, mentis vigorem conseruant: visum acuunt, auditum amissum reparant, memoriam roborant, vertigini, hemicranie, ac dolori capitis succurrunt. Accipiunt aloes selectæ, vnc. quatuor. Radicis bryoniæ, myrobalanorum flauorum, cepulorum, indorum, bellericorum, emblicorum, mastiches, dacrydij, afari, rosarum, añ vnc. vnam. Castorij, drach. tres. Croci, drach. vnam. Succu fœniculi quod satis est, formetur massa.

## ANNOTATIO.

Saluberrima sunt, ac tutissima, omnibusq; expurgandis humoribus idonea. Aloë namq; dacrydium, myrobalani flaui, bilem: emblici, bellirici, cepuli pituitam. Bryonia, Dioscoride teste, pituitam & aquosos humores euocat. Cætera robur firman, & medicamento- rum violentiam retundunt.

(*a Vncias quatuor.*) Et hoc loco falsò me perstringit Franciscus Alexander, quasi drachmas tres, mutilus, vt verbo eius vtar, legam: quum disertè dixerim vncias quatuor aloës sumendas esse. O immensum reprehendendi alios temerè pruricum.

## CATAPOTIA E CYNOGLOSSO.

Nicolai Præpositi.  
XXXVII.

Alj



**A**lij nominant, Catapotia ad omnes destillationum morbos. Magnam enim vim obtinent in tenuibus sistendis destillationibus, & sedandis ac mitigandis omnis generis doloribus. Recipiunt <sup>a</sup>Cynoglossi, opij, feminis hyoscyami, añ drach. quatuor. Myrrhæ troglodyticæ, drach. sex. Thuris masculi, drach. quinç. Caryophyllorum, drach. duas. Cinamomi, <sup>b</sup>styracis calamitis, añ drach. duas. Cum stillaticio rosarum liquore, fingatur massa.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Cynoglossi.) Ridiculū planè est quod Rondeletius, vir eruditione clarus, Cynoglossum nostrum non esse verum scribit, sed potius glastum aggreffe; non enim edit caulem, neq; florem: quod si verum est glastum hoc esse non poterit, quod vtrunq; ferat. Cynoglossum autem nostrum esse verum, & à glastro syluestri diuersum in nostris de Stirpium historia luculentissimè monstrauius.

<sup>b</sup> Styracis calamitis.) Ita conuertendum erit, quod in quibusdam codicibus Cozumbri scribatur, & à Simone Ianuense, Arabicarum vocum fido interprete, pro Styrace exponatur. Conducit verò, vt Dioscorides testatur, destillationibus.

## CATAPOTIA E CYNOGLOSSO.

Nicolai Myrepsici. numero 22.

XXXVIII.

**A**domnem defluxionem capitis, thoracis, & pulmonis mirabiles: & dolorem dentium sanant. Habent myrrhæ, drach. sex. Thuris masculi, drach. quinç. Opij, hyoscyami, radicis cynoglossi aridi, añ drach. quatuor. Stillaticij rosarum liquoris, quod satis est: finge pilulas, & dato dormituris.

## ANNOTATIO.

Hæc est legitima catapotiorum de Cynoglosso descriptio: quæ à priori, quod ad pondera attinet, nihil distat, nisi quod Climacis rationem habet. Accesserunt autem præcedenti tria simplicia, quæ ab alio Nicolao Præposito vocato adiecta sunt, haud dubiè vt opij & hyoscyami vires nonnihil frangant. Franciscus autem Alexander pondera, præter Myrepsi sententiam, mutat, atque Opij & Hyoscyami tantum drachmam mediam inserit. Myrepsi verò ratione composita, sæpenumero felici successu dedi catapotia. Non tamen vndecim, 12. aut 15. vt in Myrepsi codice scribitur, sed ex drachma vna sex pilulis confectis, vnam ante cubitum deuorandam exhibui. Atque sic vtendo, pondera Myrepsi mutanda non sunt, quod aliàs dolorem haud mitigent.

## CATAPOTIA E QVINQVE MYROBALANIS.

Nicolai Myrepsici.

XXXIX.

**C**onferunt stomachicis, melancholicis, lienosis, & inflatis, sanguinemq; purificant. Capiunt quinç. myrobalanorum generum, agarici, dacrydij, colocynthidis, fenæ, añ drach. duas, scrup. vnum, & dimidium. Epithymi, turpeti, anisi, <sup>b</sup>mastiches, lapidis lazuli, añ <sup>c</sup>drach. vnam, grana sedecim. <sup>d</sup>Rhei barbari, drach. vnam, scrup. vnum. Aloes flauæ, <sup>e</sup>vnc. dimidiam. Cum succo fœniculi formetur massa.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Drach. duas, scrup. vnum, & dimidium.) Variant in alijs codicibus pondera. Nam Nicolai Præpositi codex habet vnciam dimidiam. Cordi medicamentarius liber drachmam Cordus. dimidiam. Nicolai autem Myrepsi, vnde compositionem hanc ad verbum transcripsimus, manuscriptum exemplar legit, drach. duas, & dimidiam. Atque hoc sanè pondus legitimum est, quod medium sit inter vtraq; iam dicta. quorum alterum, nimium: alterum verò minus existit.

<sup>b</sup> Mastiches.) In alijs codicibus ante Mastichen, fœniculum insertum est: quod tamen in Græco desideratur. Neq; vtiq; temerè, quòd catapotia hæc subinde fœniculi succo excipiantur.

<sup>c</sup> Drachmam vnam, grana sedecim.) Et hic variant pondera. Nam & Nicolai Præpositi exemplar habet drachmas duas, & dimidiam, & grana quinç. Quod secutus est etiam

Y Cordus.

*Cordus.*

Cordus. Sed pondus quod nos expressimus, est legitimum. Siquidem quum Cyaneus lapis erodendi etiam facultatem obtineat, satis erit si de eo drachma vna, & grana sedecim accipiamus.

*d Rhei barbari.*) In alijs omnibus codicibus omisum est Rheum barbarum. Quapropter præfens descriptio cæteris melior est, atq; à pharmacopœis vsurpanda, quod moderatius & longè tutius vacuet quàm ea quæ à Præposito est proposita, ob Turpeti, & lapidis Lazurij parciolem copiam. Purgant autem catapotia illa vtramq; bilem & pituitam: Cerebrum expurgant etiam, & visionem acunt.

*e Vnciam dimidiam.*) Alij codices integram vnciam habent. Sed quia accessit Rheum barbarum, quod illi omiserunt, sufficit vnciam dimidiam accepisse.

## CATAPOTIA BECHICA.

Ioannis Damasceni.

XL.

**A**Duersus tussim veterem & siccam, gutturisq; & faucium asperitatem pollent. Accipiunt succi glycyrrhizæ, sacchari, añ drach. decem. Amyli, tragacanthæ, amygdalarũ dulcium, añ drach. quinq;. Cum lento seminis psyllij, aut cydoniorum succo fingatur massa. Quod si rubea vocata catapotia revolueris, adde Boli armenij præparati, drach. sex.

*Bechica rubra.*

ANNOTATIO.

*Bechica.*

*Bechica.*  
*Bechica.*  
*Sub lingua*  
*Barbaris nominantur.*

*a Bechica.*) Græcè βηχικὰ, quod aduersus tussim plurimum valeant, dicta sunt. Siquidem Græcè βηχὶς tussim sonat: Barbari ineptè admodum Bichichia nominant.

## CATAPOTIA LINGVAE SVBDITA.

Nicolai Myrepsici.

XLI.

**A**d asthmaticos, tussientes, & stomachi imbecillitatem admodum probata. Conferunt cardiacis, & non nisi recta ceruice spirantibus. Recipiunt feminum cucumeris, cucurbitæ, citruli, melonum, añ drach. dimidiam. Radicis glycyrrhizæ, scrup. duos. Succi glycyrrhizæ, drach. vnam. Galangæ, tragacanthæ, gummi Arabici, añ scrup. vnum. Zingiberis, iridis, ambaris, styraçis calamitæ, margaritarum, ligni aloes, añ scrup. vnum. Cinamomi, caryophylli, nucis moschatae, papaueris albi, boraginis, ocimi, añ scrup. vnum. Penidiorum, drachmam vnam. Moschi, gran. sex. Nucum pinearum, scrup. vnum. Stillaticij rosarum liquoris, quod satis est: cui tragacantha sit intrita. Formantur catapotia, quæ sub lingua contineantur.

## CATAPOTIA SEBELLIA.

Ioannis Damasceni.

XLII.

**O**bstructiones ventriculi, iecoris, lienisq; sanant, & hydropem, materiamq; biliosam, pituitosam, & melancholicam etiam dictis partibus obstructis vacuant. Habent spicæ Indæ, drach. quinq;. Spicæ romanæ, drach. duas. Rhabarbari, agarici, epithymi, añ drach. quatuor. Costi, mastiches, chamædryos, amomi, añ drach. tres. Croci, drach. duas. Myrrhæ, cinamomi, caryophyllorum, iunci odorati, añ drach. vnam. Aloes, drach. decem. Cum veteri vino fingatur massa.

## CATAPOTIA EX COLOCYNTHIDE.

Ioannis Damasceni.

XLIII.

**A**d affectus pituitosos & melancholicos, vt alphas curatu difficiles, & articulorum dolores. Capiunt colocynthidis, drach. sex. Myrobalanorum nigrorum, & flauorum, sagapeni, bdellij, sarcocollæ, añ drach. quinque. Aloes, drach. septem. Melanthij, cumini<sup>a</sup> Carmani, origani<sup>b</sup> Persici, nasturtij albi, salis gemmei, absinthij Romani, añ drach. vnam. Cum succo porri formetur massa.

ANNO-

*a Carmani.*) Ex Carmania, India regione.  
*b Persici.*) Ex Perside allatum. Cretense bonitate illi respondet.  
*c Nasturtij albi.*) Satiuum intelligit: quod album vocat, ab albis floribus, canescentibus folijs, & radice alba.

*Carmanum.*  
*Persicum.*  
*Nasturtium album.*  
*Mezereon.*

CATAPOTIA EX THYMELAEAE.

Ioannis Damasceni.

XLVIII.

Serosum excrementum valenter purgant, seu aquas: ob id hydropem, ascitem & anasarcam iuuant. Accipiunt foliorum thymelaeae aceto per noctem maceratorum & siccatorum, drach. quinq;. *b* Myrobalanorum flauorum, drach. quatuor. Cepulorum, drach. tres. Cum manna, vel tamarindis aqua intybi dissolutis, fingatur massa.

ANNOTATIONES.

*a Thymelaea.*) Mezereon Arabes nominant. Quanquam sub Mezereon appellatione Thymelaeam & Chamaeleam, vt alibi diximus, confundunt.  
*b Myrobalanorum.*) Ad reprimendam vim acrem, & supra modum purgatricem thymelaeae.

*Thymelaea.*  
*Mezereon.*

CATAPOTIA E SARCOCOLLA.

Ioannis Damasceni.

XLV.

Pituitam vacuant, ob id pituitosis affectibus commodant. Recipiunt sarcocollae, drach. tres. Turpeti, drach. quatuor. Pulpaecolocynthidis, zingiberis, añ drach. vnam, & dimidiam. Salis gemmei, drach. vnam. Cum stillatio rosarum liquore formetur massa.

CATAPOTIA E SAGAPENO.

Ioannis Damasceni.

XLVI.

Valent ad ischiadem, podagram, & reliquorum articularum dolorem, atque vteri. Menses eliciunt. Habent sagapeni, hammoniacci, opopanacis, bdellij, añ drach. duas, & dimidiam. Seminis apij, ammeos, rutae syluestris, anisi, añ drach. vnam. Acori, *b* lepidij Indi, calaminthes, folij, centaurij, polij, costi, salis gemmei, añ drach. dimidiam. Aloes, drach. sex. Colocynthidis, drach. quinq;. Cogantur cum succo artemisiae, aut porri, in massam.

ANNOTATIONES.

*a Sagapeno.*) Serapinum deprauata voce hodie appellant medici, quod veteres Graeci Sagapenum. Sagapenum nominant.  
*b Lepidij Indi.*) Mesuae filius, Ioannes Damascenus, habet Seitaragi: quam vocem Cordus, & alij falsò pro Casia lignea interpretantur. Nam non est, nisi Lepidium: quod deprehendet manifestè, qui volet ea quae Serapio de Seitaragi scribit, conferre cum ijs quae Dioscorides, & Galenus de Lepidio tradunt. Per Lepidium autem intelligunt herbam quae alio nomine Iberis dicitur, ischiadicis conuenientissima.

*Sagapenum.*

*Seitaragi.*  
*Cordus errat.*

CATAPOTIA EX OPOPANACE.

Ioannis Damasceni.

XLVII.

Ad resolutionem, conuulsionem caninam, genu, pedum & aliorum articularum dolores, morbosque neruorum partium frigidos. Capiunt opopanacis, hermodactyli, sagapeni, bdellij, hammoniacci, colocynthidis, añ drach. quinq;. Croci, castorij, myrrhae, zingiberis, piperis nigri, piperis longi, casiae, myrobalanorum flauorum, belliricorum, emblicorum, añ drach. vnam. Scammonij, drach. duas. Turpeti, drach. quatuor. Aloes, drach. duodecim. Cum succo brassicae maceratis in eo prius lachrymis, fingatur massa.

Y ij CATA.

LEONHARTI FVCHSII  
CATAPOTIA E BDELLIO MAIORA.

Ioannis Damasceni.

XLVIII.

**A**D fluxum hæmorrhoidum, & vlcera in eis, & ad menses immodicos. Accipiunt bdellij, drach. duodecim. Ammeos, drach. tres. <sup>a</sup>Cepulorum, indorum, belliricorum, emblicorum, <sup>b</sup>concharum venerearum, vstarum, succini, añ drach. duas, & dimidiam. Maceretur bdellium in succo porri, & formetur massa.

ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Cepulorum, indorum.) Quorum ope humor melancholicus & vltus per aluum vacuatur, & materia hæmorrhoidibus detrahitur.

<sup>b</sup> Concharum venerearum, vstarum.) Codices alij Ioannis Damasceni, habent atqui parum rectè, concharum vstarum genus pro specie. Venerearum autem, seu Veneris dictionem variè interpretantur. Alij enim pro radice acori, alij pro auellanis vltis, vt Cordus. Neutri tamen rectè. Non significat enim hoc loco, nisi conchas venereas vltas. Venereæ autem dictæ sunt, quemadmodum Rondeletius censet, quod hæc apud Gnidiorem venerem colebantur. Nonnullis verò ita nominatæ esse videntur, quod hæc Conchæ non modo Veneri gratæ, sed etiam cognatæ sint, ob communem è mari originè, & quod celebris sit eius deæ effigies concham pede premens. Quibusdam verò à pulchritudine & splendore, læuoreq; quæ dotes veneri formosiq; corporis præcipuæ sunt. Conchæ istæ oui figura sunt, Purpura maiores & latiores, testa læui, in cuius extremo utroq; foramen est, alterum cibi capessendi gratia non asperum, non rotundum, sed parum prominens, non tamen in angulos procurrens: alterum ad excrementa reiicienda, concha simplice atq; vna utrinq; sese colligente, vt fusius lib. 2. de testaceis cap. 34. Rondeletius memoriæ prodidit. Concharum autem mentionem hic rectè fieri venerearum vstarum primùm ex alia compositione, tertia nimirum catapotiorum de Bdellio, satis liquet, in qua disertè conchularum venerearum vstarum fit mentio. Dein satis constat Conchas venereas ad alui fluxus constringendos, & intestinorum atq; vteri vlcera, quemadmodum etiam testas concharum quæ peculiariter Ostrea nominantur, vltas, vt testis est lib. 11. Galenus, implendis cicatriceq; claudendis vlcibus humidis esse vtilis, siquidem insignem reliccandi vim citra calorem, habent vt hoc nomine ad præsentem compositionem apta sit Concha venerea. Cæterùm vulgus pharmacopœorum pro Concha venerea Pestines, atqui parum rectè, vsurpat, quod Pestines specie à Conchis differant, & detergendi quoq; facultatem habeant, adeoq; ad fluxus constringendos nequaquam conducant.

CATAPOTIA IMPERIALIA.

Incertiautoris.

XLIX.

**P**Arumadmodum purgant, & plurimùm roborant ventriculū, & omnia viscerarefrigerata. Conseruant facultates naturales, sanguinem, & spiritus purificant. Recipiunt cinamomi, amomi, anisi, mastiches, cardamomi, zingiberis, zedoaria, maceris, nucis moschata, caryophyllorum, croci, cubebæ, lignialoes, turpeti, manna, agarici, foliculorum senæ, spicæ nardi, myrobalanorum flauorum, cepulorum, indorum, belliricorum, emblicorum, añ scrup. vnum. Rhei barbari, vnciam vnam. Aloes, vncias duas. Cum serapio rosaceo aut violaceo fingatur massa.

CATAPOTIA EX OCTO REBUS.

Nicolai Præpositi.

L.

**P**Vrgant humores crassos à capite, visum acuunt, & suffusionem arcēt. Habent aloes, dacrydij, añ drach. duas. Pulpæ colocynthidis, epithymi, agarici, mastiches, dauci cretici, myrobalanorum cepulorum, absinthij, añ drach. vnam. Cum succo solani formetur massa.

ANNOTATIO.

<sup>a</sup> Ex octo rebus.) Græcè ὀκτώμερα dicuntur. Nam aloë in formandis catapotijs numerum tenere non videtur, vt neq; mel, neq; saccharum in Electuarijs, alias ex nouem constarent rebus.

CATA-

Galení.

L I.

**B**liosofos & acres humores, pituitamq̄ salſam à capite purgant, eiusq̄ deſtil-  
lationes fiſtunt, tuſſientibus profunt, & aſperitates faucium leniūt, ſuntq̄  
omnium præſtantiffima, & ob id in uſum quotidianum reuocanda. Accipiunt  
aloes, ſcammonia, añ vnc. dimidiam. Colocynthidis, agarici, añ drach. duas.  
Bdellij, gummiarabici, añ drach. vnā. Cum ſucco abſinthij fingat̄ maſſa. Alijs  
ita componit̄. Pulpæ colocynthidis, drach. vnā. Aloes, ſcammonia, añ drach.  
duas. Maſtiches, drach. dimidiam. Cum ſucco abſinthij formetur maſſa.

CATAPOTIA GENITALE SEMEN ARGENTIA.

Incerti autoris.

L II.

**H**Abent ſeminis erucæ, teſticulorum vulpis, ſeminis vrticæ, ſatureiæ, cau-  
darum ſcinci, pudendi tauri, añ vnc. dimidiam. Cum cerebello paſſerum  
fingantur catapotia.

DE SACCHARIS, ET CONDITIS.

SECTIO SEPTIMA.

DE SACCHAR.

I.



Saccharum violaceum ſeu violatum bilis feruorem miti-  
gat, ſitim extinguit, aluum lenit: thoracis vitijſ calidis,  
faucium & gutturis aſperitati ac ſiccitati auxiliatur: fit  
hoc modo. Florum violarum nigrarum recentium, cau-  
da pediculoſe & viridi, ceu caliculo, purgatarum, in mor-  
tario lapideo tritarum, duplo ſaccharo miſcentur, & vaſe  
vitreo aut vitrato reponuntur. Meſuræ filius c̄ triplum  
ſacchari miſcet.

ANNOTATIONES.

*a Saccharis.*) Ita cum recentioribus Græcis, & iunioribus medicis appellare placuit. *Sacchara.*  
Quamquam ij Conſeruas etiam vocent, flores ſaccharo conditos.

*b Iofacchar.*) Saccharum violaceum ſonat. Reſtius viola ſaccharata. *Iofacchar.*

*c Triplum.*) Quæ ratio condiendi non probatur, quòd minima Sacchari mole viola-  
rum facultas obruatur. Hodie flores minutim inciduntur, & ſingulis libris florum, ſac-  
chari libræ duæ permifcetur: niſi flores ſicciores fuerint, tum enim ſingulis libris florum,  
Sacchari albiſſimi libræ duæ, & dimidia adijciuntur.

SACCHARVM ROSACEVM ROSATVMVE.

II.

**V**entriculum & cor, reliquaq̄ viſcera refrigerat, firmat, repentesq̄ in ar-  
cem cerebri vapores reprimit. Tabidis, & ſanguinem reiicientibus vetus  
plurimum confert. Fit verò ſic. Foliorum roſarum rubrarum nondum perfe-  
ctarum, recentium, exunguatorum, tritorum in mortario lapideo, libra vna  
duplo ſaccharo permifcetur: & in vaſe vitreo, aut vitrato, non tamen omnino  
repleto, vt feruenti ſit locus, nec foràs exiliat, recòduntur. Hodie, vt diximus,  
minutim tantum inciduntur roſarum folia, & in vmbra prius, vt eorundem ex-  
crementoſa humiditas reſoluatur, à nonnullis exiccantur.

SACCHARVM BVGLOSSATVM.

III.

**C**oripſum roborat, eiusq̄ tremorem, & ſyncopen ſanat, manicos & me-  
lancholicos iuuat. Fit, vt violaceum, nempe floribus pediculo purgatis,  
in pila tritis, addito ſaccharo duplo.

ANNOTATIO.

X iij a Saccha

*a* Saccharum buglossatum non est, nisi Borriginis saccharum. Siquidem veterum Buglossum non est, nisi Borrigo recentioribus vocata herba, vt alibi fulius monstrauius.

## SACCHARVM NYMPHEAE.

IIII.

**V**ehementioribus febribus subuenit, & doloribus quos bilis creat. Capitis ardores feruoresq; sopit, ac somnum accersit. Fit, vt violaceum.

ANNOTATIO.

*a Nymphaea.*) Nenufaris, hodie facientes medicinam & pharmacopœi nominant.

## SACCHARVM CICHORII.

V.

**V**aleat aduersus iecoris calorem, & viscerum obstructiones. Fit, vt prædicta.

*\* Acetosa.*

## SACCHARVM OXALIDIS.

VI.

**C**ontra ventriculi & iecoris calorem auxilio est. Fit, vt præcedentia.

## SACCHARVM PRVNELLAE.

VII.

**I**rrepentes in cerebrū vapores calidos reprimit, & ad omnia oris gutturisq; vitia utile est. Fit, vt priora.

## SACCHARVM BECHII.

VIII.

**C**ommorsis à serpente auxiliatur, & præsumentes percuti non patitur. Lumborum dolores sedat. Fit, vt prædicta.

ANNOTATIO.

*b Echij.*) Buglossum recentiores vocant, quemadmodum alibi ostendimus.

## SACCHARVM ROSMARINI.

IX.

*Anthos.*

**A**nthos, hodie facientes medicinam vocant. Cerebrum refrigeratum ac humectum firmat, itemq; omnes corporis partes neruosas. Flatus denique dissipat. Fit alijs similiter.

## SACCHARVM LAVENDVLAE.

X.

**A**dversus morbum comitalem, apoplexiam, & id genus alia frigida cerebri & neruorum vitia valet. Fit, vt ea quæ præcedunt.

## SACCHARVM SALVIAE.

XI.

**V**terum firmat, & alia quæ saccharum præcedens potest. Fit vt priora.

## SACCHARVM BETONICAE.

XII.

**F**rigidis capitis malis confert, ventriculum & vterum purgat, calculosis renibus auxilio est, conceptionemq; iuuat. Fit, instar aliorum.

## SACCHARVM PAEONIAE.

XIII.

**C**omitiali morbo aduersatur, & ea quæ præcedens efficere potest. Fit, vt alia.

## SACCHARVM MAIORANAE.

XIII.

**S**corpionum ictibus aduersatur. Menses euocat. Vrinæ difficultati, & hydropicis succurrit. Fit aliorum modo.

*c Melissa.*

## SACCHARVM MELISSOPHYLLI.

XV.

Eadem,

EAdem, quod præcedens efficit. Præterea articulorum dolores mitigat. Fit, vt priora. Hæc saccharata medicamenta commemorasse, satis sit. nam magna ex parte omnibus in officinis parata habentur. Sunt tamen, qui pluribus alijs vtuntur. vt est:

- 16 Scabiosæ
- 17 Sambuci
- 18 Menthæ
- 19 Fumariæ
- 20 Eufrafiæ
- 21\* Verbasculi
- 22 Tiliæ florum
- 23\* Ephemerion lethalis
- 24 Cardui benedicti
- 25 Persicæ floribus, bilem & aquam educit
- 26 Genistæ floribus, ad renum & lienis obstructions

} Saccharum.

\* Primula  
veris.\* Lilij con-  
uallij.

Conficiuntur autem omnia, instar eorum quæ antea dicta sunt: easq; habent, quas herbæ quæ saccharo condiuntur, facultates. Ad condita igitur transcun- dum erit.

## DE CONDITIS.



Condiuntur hodie magna ex parte radices, cortices, & fru-  
ctus quarundam stirpium, & arborum. Condiendi verò  
vocabulum recentioribus medicis in angustum sic est  
coactum, vt Conditio appellacione ea solum veniant, quæ  
melle aut saccharo, vt vocant, clarificato excepta conser-  
uantur, ac condiuntur. Sunt verò vsitata hodie condita,  
quæ sequuntur.

## ZINGIBER CONDITVM.

Intemperiem ventriculi frigidam & humidiam sanat, & ab ea tardam ac de-  
prauatam concoctionem, quæ cibos in acidam cruditatē corrumpit. Visce-  
rum lubricitatem corrigit, flatus dissipat, alimentū in iecur & vniuersum cor-  
pus distributionem accelerat. Senibus, aut natura, aut ex morbo frigidis, &  
hyeme vtile. Fit hoc modo. Zingiberis recentis, si haberi potest, aut saltem ar-  
te humectati, pars vna, cum Sacchari partibus tribus coquitur. Sunt qui zin-  
giber humectatum cum mellis partibus tribus, & sacchari parte vna coquunt:  
alii verò cum saccharo clarificato triplo condiunt. Humectandum autem zin-  
giber album, purum, recens, aqua frigida affusa, qua biduo maceratur.

## ANNOTATIO.

*a Aqua frigida affusa.*) Hac ratione non solum radices, sed & fructus sicciore recentis  
bus similes redduntur. Biduo enim sine etiam coctione, in aqua frigida macerata hæc om-  
nia intumescunt. Atq; hæc se prodit error eorum qui aridas radices Zingiberis longo  
tempore, nunc cum acerrimo lixiuio, calce, quernoūe cinere: nunc muria macerant hu-  
meccantq; donec mollescant. Siquidem hac ratione magnā acrimoniam, & calorem illis  
conciliant, vt parum tutus sit illarum subinde vsus nisi in ijs, qui frigido admodum ven-  
triculo sunt præditi. Sunt qui zingiberis & aliarum radicum libram vnā coquunt in  
aqua, donec tenescant, dein tritas per cribrum setaceum traiciunt, & denuò cum sac-  
chari libris tribus ad mellis consistentiam coquunt. Porrò Zingiber viride hodie dici-  
tur, quod recens conditum saccharo, ex alieno orbe ad nos affertur.

## ACORVS CONDITVS.

II.

Y iij Cere-

**C**erebrum & nervos roborat, malisq; eorundem frigidis auxilio est. Conditur autem, radicibus prius in frusta dissectis: vt zingiber humectatus, cumq; Saccharo triplo coctus.

## ANNOTATIO.

Acorus.

a Acorus.) Indicus, Galanga maior dictus, fumendus; non nostras palustris. Hic enim ad nervorum & cerebri frigidos affectus plane inutilis est. Quocirca vsus eius in iam dictis malis damnandus est, atq; abijciendus, neq; post hac eius vsu egri perdendi, ac in sumptus non necessarios conijciendi, vt libro quoq; primo monuimus: vt non sit necesse, ea de re hoc in loco verbosiores esse. Calamus aromaticus officinarum, eodem quo Acorus modo condiri debet.

## PIMPINELLA CONDITA.

III.

**C**alculosis renibus auxiliatur, mulieres a partu purgat, regio morbo laborantibus succurrit, & a pestilentiae contagione incolumes atq; immunes feruat. Fit, vt zingiber conditum.

Condiuntur & aliae quaedam radices, quas nominatim tantum recensuisse satis erit.

5 Calamus Maoticus conditus.

6 Galanga maior condita.

7 Helenium conditum. Helenij autem conditum nonnulli ita parant. Radix probe purgata, & in frusta vel taleolas dissecta, in aqua donec mollescat coquitur. Cocta subinde tunditur, & per colū traicitur, vniq; parti radicis, mellis despumati, aut sacchari clarificati, partes duae miscentur. Stomacho confert, obstructa referat, pestilentiae resistit.

8 Sifarum fatium, loco Secacul, quod hodie incognitum est conditur, quod eius radices stomacho vtilis sint, vrinam & venerem ciet, flatu ventriculi dissipent, conualescentibus conducant, eademq; quae Secacul praestant. Radices eius a cortice cineritio & nervo interno purgatae, in frusta secantur pollicem equantia, intus, vnde nervus extractus vno caryophyllo humectato, & particula zingiberis itidem humectati factae. Deinde coquuntur vt tenerescant, & cum saccharo & melle, aut triplo saccharo solo, vt caeterae, condiuntur.

Quae sane omnia condita eam facultatem obtinent, quae radicibus illis a probatis autoribus tribuuntur.

## CITRIA CONDITA.

IIII.

**C**or & ventriculum firmant, concoctionem iuuant, orisq; halitum commendant. Condiuntur hoc modo. Poma citria frustatim secta, saccharo clarificato condiuntur. Ioannes Damascenus aliam habet condiendi rationem, quam sane, quae ea vt volent, in Sectione de conditis apud eundem inuenient. Condiuntur etiam cortices Citri ad eum modum. Hi carne purgati lixiuio clare merguntur diebus nouem, mutato ad diem quintum: post merguntur aqua clara, donec amaritudine deposita dulcescant. Tunc aqua fontis plurima in vase mundo coquuntur donec tenerescant. Aquosa de in substantia ab his expressa, in vase lapideo merguntur horis 24. Iulebo sufficienti ex saccharo albo & aqua tripla constante, post coquuntur igne lento ad penidiorum consistentiam. Extracti ex hoc Iulebo cortices, vase vitreo reponunt, superfuso singulis vicissim Iulebo rosato ad mediocrem ceu sacchari candefacti crassiciem cocto.

## MYROBALANI CEPVLI CONDITI.

V.

**V**entriculum firmant, appetentiam inuitant, concoctionem promouent, rationalem animae partem vegetam reddunt, & sensificam. Quapropter visum quoq; acuum, & vsu crebro iuuentutem & vniuersi corporis vires tuentur. Condiuntur integri, industria idonea prius humectati,

MYRO-



## MYROBALANI EMPELITICI CONDITI.

VI.

**V**entriculum roborant, nimiamque eius humiditatem corrigunt, mentis aciem exacuunt, sitimque restinguunt. Condiuntur, ut priores.

## CYDONIA CONDITA.

VII.

**A**lii fluorem vomitumque sistunt, ventriculum roborant: ob id & concoctionem iuuant, appetentiam inuitant: iecur & cor, corpusque vniuersum refrigerant. Hac intus a seminibus & foris a cortice purgata, quadripartito diuisa, saccharo clarificato condiuntur. Aliqui ita diuisa ex aqua coquunt, donec tenerascunt, dein saccharo condunt.

Hactenus magis vsitata recensuimus condita fructuum. Sunt autem complures alij fructus qui tam recentes quam sicci condiri consueuerunt: ut sunt qui sequuntur.

8 Aurantia, seu, ut vulgus nominat, arantia integra, & horum cortices.

9 Limones

10 Nuces moschatae

11 Iuglandes

12 Bellericae

Myrobalani.

13 Cepulae

14 Emblicae.

Purgant minus, nutritioni autem inseruientes partes magis roborant, concoctionem promouent, cerebri actiones omnes vegetant, visumque clariorem reddere creduntur, obstructionsque tollunt. Datur vna singulis diebus. Cerebrum, neruos, cor, hepar, ventriculum, & partes laxas constringendo roborant, & intemperiem humidam corrigunt. Tremor cordis conferunt, appetentiam inuitant, vomitum sistunt,

15 Mespila

16 Pira

17 Poma

18 Pruna syluestria

19 Cerasa

20 Baccaribes.

Condiuntur autem ij fructus aut saccharo, aut melle, aut ambobus. Conditae autem melle, magis calent, & tergent, minusque ventriculo iucundi sunt: cum saccharo contra. Condiuntur vero interdum integri & cum seminibus, interdum seminibus purgati. Fructus sicci recentibus similes redduntur, velut pruna, & vuae passae, si modice compunctae in aqua frigida macerentur. Sic enim statim timent, & pleniores redduntur.

## DIA CYDONIVM SIMPLEX.

XX.

**V**entriculum, iecur, & caetera viscera roborat, appetentiam excitat, concoctionem iuuat, vomitum & lienteriam sedat, ac alui fluorem cohibet. Ad vomitum autem compescendum post, ad fluorem vero alui suppressendum ante cibum datur. Recipit carniū cydoniorum, vapore aquae calidae dulcis coctorum ad spissitudinem vsque. Sacchari albissimi despumati, & ad iustam consistentiam cocti, añ lib. octo. Coquantur vna ad solidam consistentiam, & massa adhuc feruens super tabulam extenditur, & refrigerata in partes disseccatur. Quidam octo libris carniū cydoniorum, libras sex clarificati sacchari adijciunt. Nonnulli in eum modum parant. Accipiunt cydoniorum decorticatorum, & a nucleis repurgatorum, lib. octo. Sacchari clarificati, lib. quatuor.

Coquuntur.

Coquantur cydonia per vaporem aquæ dulcis, dein vnâ cum saccharo ad iustam consistentiam coquantur.

DIA CYDONIVM COMPOSITVM.

Nicolai Præpositi.

XXI.

**A**D frigidam ventriculi intemperiem facit, appetentiam languentem excitat, ventriculum & iecur roborat, concoctionem & retentionem iuuat: flatus dissoluit, foetorem corporis remouet, & bonum odorem, pristinumque eiusdem colorem restituit. Habet carniū cydoniorum in aqua coctorum, lib. tres. Mellis despumati, lib. quatuor, & dimidiam. Coquantur simul igne lento, ad iustam consistentiam: & postquam ab igne deponuntur, priusquam refrigerentur, inspergantur subsequentes species in puluerem tenuissimum triti: nempe cinamomi, vnc. vna, & dimidia. Zingiberis, vnc. vna. Galangæ, piperis, añ vnc. dimidia. Caryophyllorum, nucis moschatae, añ drach. tres. Spicæ, ligni aloes, macis, cardamomi, añ drach. dua. Zedoariæ, drach. vna. Extendatur tota massa in tabula marmorea, prius stillatio rosarum liquore, in quo aliquid moschi solutum est, illita. Refrigerata cultello frustatim secetur. Quod si purgatorium efficere volueris, priusquam in marmorea tabula extendatur, in singulas libras inijecto scammonia probe trita, vnciam dimidiam. Subacta, in vasculum recondantur.

DIA CYDONIVM COMPOSITVM.

Nicolai Myrepsici.

XXII.

**O**Mnia potest, quæ præcedens. Capit carniū cydoniorum emundatorū, lib. tres, & dimidiam. Zingiberis, mastiches, añ drach. duas. Cardamomi magni & parui, cinamomi, croci, añ vnc. dimidiam. Caryophylli, drach. tres. Moschi, drach. dimidiam. Ligni aloes crudi, galliæ moschatae, añ drach. vnam. Maceris, drach. vnam, & dimidiam. Spicæ, nucis moschatae, añ drach. dimidiam. Mellis optimi, lib. sex. Aut sacchari, quantum sufficit.

DIA CYDONIVM, E SVCCO CYDONIORVM.

Incerti autoris.

XXIII.

**I**dem potest, quod præcedens. Accipit succi cydoniorum despumati, lib. duodecim. Mellis optimi despumati. Sacchari albissimi clarificati, añ lib. duas. Coquantur simul ad iustam consistentiam, dein ab igne remotis, & adhuc tepentibus inspergantur subsequentium specierum pulueres minutissime triti, & per cribrum excussi: nempe cinamomi, nucis moschatae, añ vnc. quatuor. Caryophyllorum, zingiberis, galangæ, añ vnc. dua. Radicularum nardi celticæ, piperis nigri, ligni aloes, macis, zedoariæ, cubearum, cardamomi, añ vnc. vna. Subacta omnia, simulque mixta in vas recondantur.

DIA CYDONIVM, E SVCCO CYDONIORVM.

Galeni.

XXIII.

**A**D excitandam appetentiam, ijs quibus ea languet, tum ad concoctionem ciborum vtile est, ventriculoque robur conciliat. Recipit succi matorum cydoniorum <sup>a</sup>struthiorum, <sup>b</sup>sextarios Romanos duos. Mellis optimi tantundem: aceti sextarium vnum, & semissem. Coctis super prunas modice, & spuma detracta, immittuntur zingiberis, vnc. tres. Piperis albi, vnciæ dua. Dein rursus simili igni recoquantur, donec mellis crassitudinem consequantur.

ANNO.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Struthiorū.*) Struthia cydonia sunt ea, quæ dulciora & maiora sunt, minusq; acerba. *Struthia.*  
<sup>b</sup> *Sextarios Romanos duos.*) Hoc est, uncias quadraginta mensurales. Nam sextarius Ro- *Sextarius*  
 manus capit libram vnam & dimidiam, & sextami eius partem: id est, uncias mensurales *Romanus.*  
 viginti. Est etiam Atticus, qui uncias decem & octo habet, vt alibi fusius diximus. *Atticus.*

DE ECLEGMATIS,  
SECTIO OCTAVA.

## ECLEGMA SANVM ET EXPERTVM.

Ioannis Damasceni.

I.



Vsi, vocisq; asperitati, & raucedini, à frigiditate natæ au-  
 xilio est: crassos in thorace & pulmone humores exte-  
 nuat, & incidit. Habet cinamomi, hyssopi aridi, glycyrr-  
 rhizæ, añ vnc. dimidiam. Zizyphorum, myxorum, añ  
 numero triginta. Vuarum passarum à nucleis purgatarū,  
 ficuum aridarum, palmularum pinguium, añ vnc. duas.  
 Fœnigræci, drach. quinq;. Adianti, manisp. vnum. Semi-  
 num anisi, fœniculi, lini, iridis, calaminthæ, añ drachmas  
 quatuor. Coquantur omnia in aquæ purissimæ lib. quatuor, ad duarum libra-  
 rum consumptionem. Colatum cum penidiorū lib. duabus, coquatur ad mel-  
 lis crassitudinem. Postea adijciatur, minutissimè incisorum & tritorum pinea-  
 rum nucum repurgatarum, drach. quinq;. Amygdalarum dulcium mundata-  
 rum, glycyrrhizæ, tragacanthæ, gummi Arabici, amyli, añ drach. tres. Iridis,  
 drach. duæ. Misceantur subiganturq; omnia simul celerrimè, donec albescat  
 medicamentum.

## ANNOTATIO.

<sup>a</sup> *Eclegmatis.*) Eclegmata Latinis sunt linctus, medicamenta quæ linguuntur ac lam- *Eclegmata.*  
 buntur verius, quàm deuorantur. Arabibus Loch & Lohoch nominantur, vt libro tertio *Loch.*  
 fusius dicemus. Veteres arteriacas compositiones vocarunt. Coctura quidem quàm Ele-  
 ctuario solido vel liquido parcior, vt consistetia ipsa diluitor sit: præcipuè si pus crassum,  
 aut pituita lenta è pulmone educenda est.

## ECLEGMA E SCILLA.

Ioannis Damasceni.

II.

CRassos & lentos humores, quiq; in thorace difficulter concoquuntur, in-  
 cidit & extenuat: ideoq; asthmaticis & difficile spirantibus auxiliatur,  
 thoracisq; dolorem leuat. Capit succi scillæ, mellis despumati, añ lib. vnam.  
 Coquantur ad eclegmatis consistentiam.

## ANNOTATIO.

<sup>a</sup> *Succi scillæ.*) Is verò succus à nonnullis ita colligitur. Scillas crudas tres aut quatuor *Scilla succis.*  
 in partes eburneo cultello secant, dein in pila marmorea vel lapidea terunt, cum pistillo è  
 ligno Guaiaco constructo: & dein succum, linteo raro eas immitentes, exprimunt.

## ECLEGMA E PINEIS.

Ioannis Damasceni.

III.

Dluturnæ tussis, difficultati spiritus, & asthmatis succurrit. Humores in tho-  
 race crassos incidit & extenuat. Accipit nucū pinearum, drach. triginta.  
 Amygdalæ

LEONHARTI FVCHSII

Amygdalarum dulcium, auellanarum affatarum, tragacanthæ, gummi Arabici, glycyrrhizæ & succi eius, amyli, capilli veneris, iridis, añ drach. quatuor. Carnis palmularum fuluarum, drach. trigintaquinç. Amygdalarum amararum, <sup>a</sup> drach. tres. \* Mellis passularum, sacchari albi, butyri recentis, añ <sup>b</sup> vncias quatuor. Mellis optimi sincerissimi & odoratissimi, quod fatis est.

ANNOTATIONES.

*a Drachmas tres.*) Ita omnes quos vidimus codices legunt. Quare typographi errore factum esse iudico, vt in Cordi medicamentario libro scriptū sit, vncias tres. Facilis enim à 3 in 3 lapsus est.

*Mel passularum.*

\* *Mel passularum.*) Est in quo passule donec liquentur bulliunt. Sunt qui passulas enucleatas viginti quatuor horis maceratas probè concoquunt atq; exprimunt, ac dein colant, colatasq; ad mellis lentorem percoquunt.

*b Vncias quatuor.*) Ioannis Damasceni ferè omnes codices habent, drachmas quatuor. Nam exigua fatis quantitas esset aliorum respectu, drachmę tres. Quapropter pro drachma substituere vnciam placuit. Franciscus Alexander metuuit ne butyrum rancorem induat, atqui temerè, quum alia multa ei admista haud ferant, vt corrumpatur. Senibus maximè familiare est hoc eclegma. Peripneumoniam & pleuritidem iuuat, inclinante iam febre.

ECLEGMA E PVLNONE VVLPIS.

Ioannis Damasceni.

IIII.

**E**iusdem cum præcedentibus facultatis, tabidis verò potissimùm confert. Recipit pulmonis vulpis siccati, & <sup>a</sup> præparati, succi glycyrrhizæ, adiantii, feminis fœniculi, anisi, añ vnc. vnā. Sacchari clarificati, vnc. quindecim. Trita omnia tenuissimè, cum saccharo excipiuntur.

ANNOTATIO.

*a Præparati.*) Præparatur autem hoc modo. Recens ex vulpe iuvene venatu capta sanguine, venis & arterijs purgatur, vino albo odorato tepido sape abluitur, clibano siccat, exiccatus puluere absinthij reponitur.

\*ECLEGMA E PAPAVERE.

Ioannis Damasceni.

V.

**I**uuat tussim, & gutturis asperitatem, à destillatione calida ac tenui ortas. Hanc enim sistit, & crassiolem reddit. Confert etiam febribus ardentibus, dolenti thoraci, & pleuritidi. Habet papaueris albi, drach. viginti quinque. Amygdalarum dulcium repurgatarum, nucleorum pineorum, gummi Arabici, tragacanthæ, succi glycyrrhizæ, añ drach. decem. Amyli, seminum portulacæ, lactucæ, & cydoniorum, añ drach. quatuor. Croci, drach. vnam. Penidiorum alborum, vnc. quatuor. <sup>b</sup> Serapij è papauere, præsertim albi & nigri, cum semine lactucæ & violis facti, quod fatis est.

ANNOTATIONES.

*a Eclegma è papauere.*) Sunt qui Dia papaueris appellant. Sed est eius alia apud Nicolaum descriptio.

*Serapium è papauere.*

*b Serapij è papauere.*) Eius compositio sic habet. Recipe Caput papauerum alborum & nigrorum, vnā cum semine ipsorum, añ vncias sex. Seminis lactucę, florum violarum, añ vnc. vnam. Bulliant in aqua iustę quantitatis, quoad capita papauerum percocta fuerint. dein exprimantur: & cum sacchari & penidiorum, añ lib. vnam fiat Serapium.

ECLEGMA AD ASTHMA.

Ioannis Damasceni.

VI.

**A**d asthma & diurnam tussim valet: humorem enim crassum extenuat. Capit scillæ affatæ, <sup>a</sup> drach. tres. Radicis iridis, drach. duas. Hyssopi, marubij, añ drach. vnam. Myrrhæ, croci, añ drach. dimid, Melle sufficienti excipiuntur.

ANNO-

Validissimum quidem ad incidendos ac dissecandos crassos humores hoc est Eclegma: sed ob multa amara, quæ eius constituunt compositionem, medicamenta, vehementer ingratum.

*a* Drachmas tres.) Dessennius, secutus exemplaria mendosa, legit drachmas quatuor. Nam quum sit Climax, non potest lectio illa non esse falsa. Proinde ut climacis ratio constet, tres tantum drachmæ substituendæ erunt, ut nos legimus.

ECLEGMA AD VOCEM AMISSAM.  
Nicolai Myreplici.

VII.

**A**ccipit feminis lini tosti, drach. duas. Vuarum passarum pinguium exemptis acinis, nucleorum pinearum nucum tostorum, añ drach. sex. Glycyrrhizæ, drach. tres. Palmularum pinguium, vnc. vnam, & dimidiam. Tragacanthæ, drach. vnam. Seminis vrticæ, drach. dimidiam, grana septem. Styracis calamitæ, drach. dimidiam. Penidiorum & sacchari, añ vnc. vnam. Cum succo tusilaginis formetur Eclegma.

DE ZVLAPIIS, ET SVCCIS MEDICATIS, SECTIO NONA.

ZVLAPIVM VIOLACEVM.

I.



**H**ebribus acutis, iecoris & cordis caloribus, asperitati gutturis, tussi aridæ, affectibus thoracis calidis & siccis succurrit. Sitim restinguit, aluumque emollit. Recipit *b* stillaticij violarum recentium liquoris, lib. tres. Sacchari clarificati, lib. duas. Coquuntur ex præscripto artis, lento igne.

ANNOTATIONES.

*a* Zulapium.) Ita cum recentioribus Græcis vocamus, quod hodie facientibus medicinam Iulebum: aut magis barbarè, Iuleb nominatur.

Zulapium.  
Iulebum.

*b* Scillaticij violarum, &c.) Is parandi modus hodie est vsitatissimus, magisque laudatus, quam is qui fit ex violis siccis aqua maceratis: cui saccharum incoquitur, ad hunc modum. Capie violarum siccarum, vncias tres. Macerantur in sextarijs tribus, hoc est, lib. quinque aqua, 24. horis. Colatum, cum sacchari tribus libris coquitur. Id Iulebum priori minus efficax est, & tamè hodie sub Serapij violati nomine frequentissimè ita paratur. Præstantissimum autem, quod ex violarum succo conficitur, & Actuarius ἰούραξ, id est, violarum succus saccharatus appellatur: utpote quod violarum in se substantiam recipit. Parum aut nihil differt à Serapio violato simplici. Paratur ex præscripto Ioannis Damasceni ad hunc modum. Recipit Succo violarum, lib. tres. Sacchari clarificati, lib. duas. Coquuntur, ut dictum est. Et debent etiam hæc tria genera Zulapiorum à medicis, certis appellationibus discerni. Primum enim Zulapium, ex stillaticio violarum liquore: alterum Serapium violatum, ex infusione violarum: tertium Zulapium è succo violarum fit, minus tamen iucundum quam alia duo. Iucundius enim est quod ex floribus violarum fit, quam maceratio: atqui minus, ut comprehensum est, efficax, nisi multiplex fiat maceratio, & hodie loquuntur, paratur. Quum igitur hodie tum medici, tum pharmacopœi id vnum maximè studeant, ut iucunda sint agrotantibus medicamenta: id quod est iucundissimum Iulebum, & maximè imbecillum, potius quam id quod est parum iucundum, efficacissimum tamen, conficiunt.

Alter Iulebi  
parandi mo-  
dus.  
Tertius.

Zulapium ex  
stillaticio li-  
quore viola-  
rum.

Serapium  
violatum.  
Zulapium  
è succo vio-  
larum.

ZVLAPIVM ROSACEVM.

II.

Z

Febr-

**F**ebriantium acutè sitim in expletam restinguit. Ventriculi, cordis, & iecoris æstum mitigat: putredini febrium adueriatur, propterea in pestilentibus febribus, quòd veneno aërisq; corruptelæ siccitate subamara, & aromatica qualitate resistat, præstantissimum est. Habet<sup>a</sup> stillaticij rosarum liquoris, lib. tres. Sacchari repurgati, lib. duas. Coquantur igni lentò.

## ANNOTATIO.

*Alij modi  
Iulebi rosa-  
cei parandi.  
Serapium  
rosatum  
simplex.  
Zulapium è  
succo rosaceo.  
\* Iuinbinum  
hodie Sera-  
pii simplex.*

<sup>a</sup> *Styllaticij.*) Paratur autem Iulebum rosaceum alijs quoq; duabus, perinde atq; viola-  
ceum, rationibus: nempe ex aqua in qua rosæ sunt maceratae, & è succo rosarum. Priore  
ita. Recipit aquæ in qua rosæ maceratae sunt, lib. quinque, cum sacchari repurgati, lib. qua-  
tuor, igni lento coquantur. idq; Serapium rosatum simplex, vt infra latius dicitur, appel-  
latur. Altero in hunc modum. Recipit succi rosarum, lib. tres. Coquantur cum saccha-  
ri clarificati, lib. duabus. Potentius est hoc postremum, quod certioris discriminis gratia,  
Zulapium è succo rosaceo vocari debet.

## ZVLAPIVM \* ZIZYPHORVM.

## III.

**A**speritatem gutturis iuuat: sputum tenue quia incrassat, facilius vt educa-  
tur efficit. Raucitati & pleuritidi confert. Contra arduas febres valet.  
Tussis & destillationi quam calor mouit, auxilio est, ac sanguinem purgat. Fit  
hoc modo: Zizyphamagna & pinguis centum in lib. aquæ pluuialis quatuor  
ad dimidias coquantur. Libræ duæ relicte, cum sacchari lib. vna percoquantur  
in Iulebi consistentiam.

## DE SVCCIS MEDICATIS.

\* SVCCVS MEDICATVS <sup>b</sup> RIBES,

Simplex.

## I.



Ventriculum firmat, vomitum biliosum reprimat, sitim restin-  
guit, & biliosas alui excretiones sistit. Accipit succi ribes lib.  
decem. Coquantur lento igne ad tertiæ partis consumptio-  
nem, colantur: subsidere permittuntur, donec clarescant. Cla-  
rum dein lento igni percoquitur, ad mellis crassitudinem: aut  
insolatur, & reconditur.

## ANNOTATIONES.

*Succus me-  
dicatus.  
Rob.  
Sapa.*

<sup>a</sup> *Succus medicatus.*) Sic nominamus eos qui purgati ac defecati, solis aut ignis calore  
densantur. Arabes, & huius temporis medici, Rob & Robub vocant. Quum vinum ad ter-  
tias coquitur, Sapa nuncupatur.

<sup>b</sup> *Ribes.*) Nostratis, non Arabum, quod in Germaniâ haud deportetur. Nascitur enim  
Syriæ montanis, vt tomo tertio historiæ stirpium latius diximus.

## SVCCVS MEDICATVS RIBES,

Compositus.

## II.

**I**dem quod simplex potest. Habet succi ribes, lib. tres. Sacchari optimi, lib.  
duas. Coquantur lento igne ad iustam crassitudinem.

*\* Berberis.*

## SVCCVS MEDICATVS \* EX VVA VRSL.

Simplex.

## III.

**I**dem quod præcedens efficit. Caput succi vuae vrsi, lib. decem. Coquantur ad  
tertias, colantur, & subsidere permittuntur, donec clarescant. Clarum subin-  
de ad iustam crassitudinem percoquitur.

COM-

III.

**R**ecipit succi vruæ vrsi, lib. tres. Sacchari optimi & purgati, lib. duas. Coquuntur ad mellis crassitudinem.

DIACARYON, SIMPLEX.

V.

**D**estillationi tenuium & acrium humorum à capite, & phlegmonem excitantium confert. Habet succi corticum viridium iuglandium diebus canicularibus extracti, lib. quatuor. Mellis optimi, lib. duas. Coquuntur ad iustam crassitudinem.

ANNOTATIO.

*a Diacaryon.*) Latinis non sonat, nisi compositionem è nucibus. Veteribus autem genera fuit, simplex & composita. Simplex hodie medicinam facientibus, & pharmacopœis vocatur Rob nucum viridium. Compositum describitur à Paulo lib. 7. cap. 14. Simplici enim miscet per initia quidè, & in vigore phlegmonum, Croci & aluminis añ drachmam vna. Myrrhæ, drach. duas. In inclinatione verò ad discutiendū, nitri, sulphuris, añ drach. vnam. Ioannes Damascenus ex Galeni lib. 6. de Compos. medic. local. cap. 2. in phlegmonis initio adstringentium aliquid miscendum esse tradit, vt est rosa, balauitium: in vigore, crocum & myrrham: in declinatione, nitrum, salem hammoniacum, & similia.

*Diacaryon.*

*Simplex.*

*Rob nucum*

*viridium.*

*Compositum.*

DIA CARYON.

Nicolai Myrepfici.

VI.

**C**onfectio è nucibus est omnibus stomaticis medicamentis efficacior: non tamen, vt alia, stomacho grata. Capit exterioris corticis nucum iuglandium, quo etiam tinctorum vtuntur, adhuc viridis, in mortario contusi, & per linteam expressi succi, lib. quinq;. Mellis optimi, lib. vnam. Glycyrrhizæ, vncias viginti. Coquitur succus cum glycyrrhiza ad mellis crassitudinem, & per colum traicitur: adiecto melle, iterum coquitur.

ANNOTATIO.

Hanc Nicolai compositionem referre placuit, quòd propter adiectam Glycyrrhizam mirificè ad faucium ac gutturis asperitatem conferre videatur. Et si igitur vilitata non est, tamen in vsum reuocari posset. Refert autem hanc ad Galenū autorem, quòd is primus, quem admodum metipse loco paulo antè citato, ex historia cuiusdam hortulani testatur, illam inuenerit. Adiecit autem è suo Glycyrrhizam Nicolaus, vt videre licet Galenum legenti.

DIAMORON SIMPLEX.

Pauli.

VII.

**C**ontra depascentia oris vlcera, ad dentium affectus, & gingiuarum noxas, atq; ad omnia pris vitia efficax est. Accipit succi mororum domesticorū, lib. quinq;. Coquuntur ad tertias, adiecto mellis optimi lib. vna, rursus percoquuntur ad mellis consistentiam.

DIAMORON COMPOSITVM.

VIII.

**R**ecipit succi mororum, lib. quinq;. Coquuntur ad mellis crassitudinem. Adiecitur croci, myrrhæ, b omphacij, añ drach. vna. Mellis, lib. vna. Percoquuntur ad iustam crassitudinem.

ANNOTATIONES.

Hæ duæ Diamorôn compositiones extant etiam apud Nicolaum Myrepsum. Atq; ex eiusdem sententia est confecta, compositi Diamoron, quod nunc retulimus, compositio.

Z. ij Nam

Nam Paulus ab eo nonnihil variat, ut qui habet, Croci, drach. vnam. Myrrhe, drach. duas. Omphacij, obolum vnum, aluminis scissi, obolos tres. Paulum Ioannes Damascenus sequitur. Miscet Galenus eadem lib. 6. de Compos. medic. local. cap. 1. & ijs etiam plura: nempe balauftium, rōsas, malicorium, & id genus alia, ut illic videre licet.

*Omphacium.* *b Omphacij.*) Græcè est, *ὀμφακίς*. Omphacium verò non est, nisi vix acerbæ & immaturæ succus, quem officinæ Agrestam vocant. Perperam igitur in Paulo legitur, *ὀμφακίς*, pro *ὀμφακίς*. Succum enim vix acerbæ, non vnam ipsam Galenus admiscet. Cæterum hic me Franciscus Alexander perstringit, ut cui videor perfunctoriè Galenum legisse, quod Omphacij tantum drachmam vnam adijciam, quum tamen de Galeni sententia, si circa vitum Diamoron paretur, plus de Omphacio adijcere conueniat. Quasi verò ipse Galeni hoc loco compositionem, & non Myrepi referam, qui non nisi drachmam vnam, ut bona fide conuerti, habet. An non Paulus in sua compositione, eius non nisi obolum vnum adijcit? Accedit, quod succus Omphacij nō eo nomine ut iusta concoctio fiat, addatur: quum ad eam succi mororum, & mellis quantitas, sufficiat: sed tantum ut totius compositionis vires augeantur. Deniq; hoc Francisco solenne est, quod tamen calumnia non caret, ut mihi adscribat, quæ ego de Myrepi, quem in latinum sermonem conuerti, sententia refero. Quare consideret diligenter num hac in parte quod crebro in Matthiolo reprehendit, ipse quoq; faciat.

## DIAMORON VSITATVM.

Nicolai Præpositi.

IX.

**V**Alet, ut priora. Præcipue autem ad faucium ardores, serpentia oris vlcera, gulæ, columellæ, & tonsillarum phlegmones. Habet succi mororum <sup>a</sup> domesticorum, lib. dimidiam. Succi mororum <sup>b</sup> batinatorum, lib. vnam. Mellis, lib. dimidiam. Sapæ, vnc. tres. Coquuntur lento igne, ad mellis spissitudinem.

## ANNOTATIONES.

*a Domesticorum.* Mora sunt, quæ ex arbore decerpuntur. Celsi mora hodie vocant.

*Mora batina.* *b Batinatorum.*) Non sunt nisi mora rubi, humi nascentis, Batina, ut alibi diffusè admodum monstrauimus.

Præter iam dictos succos medicatos, sunt & alij quidam officinis medicorum vsitati, quos nominatiuè etiam percensuimus.

## SVCCVS ACIDVS CITRII.

X.

**I**dem quod succus Ribes potest. Fit, ut præcedentes simplices. Officinæ succum acetositis Citri nominant.

## SVCCVS VVÆ IMMATVRAE.

XI.

*Agresta.**Rob.*

**E**Arundem est virium, & palpitationem cordis cohibet. Fit eodem modo. Officinis Agresta vocatur, Græcis omphacium. Ad hunc modum complures alij succi parari possunt: nempe sine melle & saccharo, igne vel sole incassati: & appellantur hodie Rob. Quum verò succus prunorum syluestrium valde sit frequens, & Acaciæ loco hodie vsurpetur, illum etiam iam dictis adijcere conuenit.

## SVCCVS PRVNORVM SYLVESTRIVM.

XII.

*Acacia officinarum nostratum.*

**E**Ardem, quas priores, facultates habet. Sic paratur. Baccæ pruni syluestris aqua in vase pauca aliquot diebus macerata, coquuntur, colantur, recoquuntur, donec crassescant. Seruatur, qualibet figura.

## \*HYDROMELVM SIMPLEX.

Pauli.

XIII.

Aduer.



**A**Duersus alui profluuiā biliosa valet. Venterculum firmat, & vomitum cohibet. Habet succi cydoniorū, exemptis nucleis contusorum, lib. tres. vncias quatuor. Mellis, lib. quinq;. Aquæ, lib. decem. Coquantur despumando ad tertias.

## ANNOTATIO.

*a Hydromelum.*) Græcis, Paulo præsertim lib. 7. cap. 15. ὑδρομελον vocatur, quod Mauritanis Miua cydoniorum. Nam ipsis Miua non significat nisi succum fructuum, aded coctum, vt in consistentiam sapæ, aut crassitudinem mellis abierit. Hydromalum itaq; quod iam recensuimus, veterum fuit Miua cydoniorum; biliosis ventriculi affectibus magis, quàm ea quæ hodie vsitata est, & vinum accipit, vt paulo post dicemus, conuenit. Quanto enim Miua simplicior fuerit, tanto calidis vitijs magis confert. Quòd si igitur pro melle saccharum vsurpabimus, minus quoq; tum calefaciet, iucundiorq; erit. Præstat itaq; veterum, quàm hodie vsitatam Miua vsurpare.

*Hydromeli.*  
*Miua cydo-*  
*niorum.*

## MIVA CYDONIORVM SIMPLEX

*a vsitata.*

XIII.

**E**Adem potest, quod prior: nisi quòd vini ratione magis calefaciat. Capit succi cydoniorum acidorum, lib. *b* duodecim. Coquantur lento igni, semper despumando ad dimidiæ partis consumptionem. Colatum, horis circiter tribus residendo clarescit. Claro adduntur vini antiqui *c* lib. quinq;. *d* Sacchari, *e* lib. tres. Iterum coquantur despumando, ad iustam consistentiam.

## ANNOTATIONES.

*a vsitata.*) Est autem Ioannis Damasceni, vt Cordus quoq; in suo medicamentario libro indicauit. Quamquam ponderum rationem non obseruauit, vt iam ostendemus.

*b Lib. duodecim.*) Mesuæ filius habet, libras centum: immensam prorsus mensuram. Quare cum Cordo lib. duodecim sufficere putamus. Etsi arbitrio pharmacopœorum plus aut minus, seruata tamen legitima proportione, accipi possit.

*c Lib. quinq;.*) Cordus habet, lib. octo, non obseruata proportione. Siquidem Ioannes Damascenus accipit libras quadraginta. Quam autem proportionem obtinent quadraginta ad centum, eandem quinq; ad duodecim habent. Vt hoc nomine vini quinq;, non octo, Cordi exemplo, libræ sumendæ sint.

*Cordus errat.*

*d Sacchari.*) Mesuæ filius liberum permittit, vt vel mel, vel saccharum vsurpemus.

*e Lib. tres.*) Cordus hic quoq; legitimam excedens proportionem, habet lib. duodecim. Nam Ioannes Damascenus accipit de melle vel saccharo lib. sex. Quam igitur proportionem sex habent ad decem, eandem tres habeant ad quinq; oportet. Tres igitur non duodecim libræ sacchari sunt accipiendæ.

*Cordi erratū.*

MIVA CYDONIORVM COMPOSITA, SEV  
Aromatica. Ioannis Damasceni.

XV.

**V**entriculum, iecur, & cætera viscera frige facta roborat, appetentiam excitat, concoctionem iuuat, vomitum, & lienteriam ex humore frigido & pituitoso ortam reprimit. Accipit succi cydoniorum aridorum, lib. viginti. Vini antiqui boni, lib. decem. Coquantur igni lento, semper despumando, ad tertias. Colatum residendo clarescat. Claro adduntur mellis boni & despumati, lib. sex. Iterum coquitur despumando, & in eo suspenduntur nodulo ligata hæc aromata: nempe cinamomi electi, cardamomi, añ drach. tres. Caryophyllorum, drach. duæ. Zingiberis, macis, ligni aloes, mastiches, añ drach. vna, & dimidia. Croci, drach. duæ. Moschi, scrup. vñus. Galliæ moschatae, drach. duæ. Omnia, præter crocum, parum terantur, & suspendantur in linteum colligata pannum.

Z ij DE



**P**RIVSquàm ad Serapiorum compositionem veniamus, notandum erit, horum alia esse simplicia, quæ scilicet ex unius simplicis decocto, vel succo fiunt, vt violaceum, rosaceum, è limonibus, è succo acido citrij mali. Alia composita, quæ ex varijs pluribusq; conficiuntur, vt Serapium è quinque radicibus, & alia quædam. Variè autem parantur. Sunt enim qui decocta à simplicibus medicamentis effundunt, & colant, adiectoq; saccharo vel melle quantum satis est coquunt. Alij decoctum manibus vel prælo exprimunt, expressumq; donec clarum efficiatur purificat, postea ad perfectionem coquunt. Alij materias in liquore præscripto macerant, & calidum superfundunt non nimis multum, sed quantum tegendis materijs sufficit. Dein tanquam recentes prælo subiiciunt, & succum exprimunt, atq; vt decet percoquunt, ne recoquendo, & diutius ebulliendo exijs multum exhalet, & quod in illis tenuius est pereat. Ceterum quæ ex succis construuntur Serapia, alia merum accipiunt succum, alij aqua mistum, vt Serapium ex infusione violarum, rosarum, &c. Quædam materia cum melle coquuntur, quod rarius fit. Quibusdam Serapijs materia exactissimè trita, & panniculum lineum raræ texture, vel sericum inclusè dum adhuc feruent imponuntur, itidemq; quoad totus absumatur, relinquuntur, vt fit in Serapijs ex stœchade, ex cichorio, cum rheo barbaro. Rectius autem facerent si materias illas vel dissolutas, vel laxius inclusas medio decoctionis tempore inijcerent, atq; aliquantisper simul feruere sinerent, ita enim illarum vis melius in Serapium transfret. Porro Serapia quo diutius durent, eò ad crassiorum consistentiam coquendi sunt. Sic æstate quoq; quam hyeme spissiores sint necesse est. Non satis cocti vel acescunt, vel situm contrahunt, vel alioqui corrumpuntur atq; putrescunt. Nimum verò cocti, in fundo sacchari candi vocati modo concresecunt.

**⁊ SERAPIVM VIOLATVM.**

*⁊ Simplex.*

*I.*

**B**llis acrimoniam frangit, ac thoracis vitijs calidis cõfert. Recipit succi<sup>c</sup> violarum recentium, in mortario marmoreo tritarum, lib. tres. Sacchari clarificati, lib. duas. Coquuntur<sup>d</sup> despumando ad crassitudinem iustam.

**ANNOTATIONES.**

*Serapium:  
Syrupus.*

*Serapia cur  
inuenta.*

*Rosatum.  
Zulapium.  
Iulebum.*

*a Serapium.)* Cum Actuarius *σιεράπιον* vocamus id, quod hodie Syrupum nominant, medicamentum forma liquidum, ex succis, vel alijs stirpium partibus cum liquore aliquo percoctis & mellitis, vel saccharatis ad saporis gratiam, & custodia diuturnitatem. Serapia enim Arabibus nulla alia de causa inuenta sunt, quàm vt vis stirpium alioqui euanida & lubrica, efficax diu seruetur: vtq; huiusmodi remedia è succis cõstructa ad manum sint, quoties vtendi necessitas inciderit, sintq; vtentibus iucundiora. Nicolaus Myrepsus nouo, & alijs inusitato vocabulo, *δρῶσα* nominauit.

*b Simplex.)* Hoc recentiores quidam Græci *ῥόσαχος*, & *ῥοζουλάπιον*, & *ῥοζοχύλισμα*; Mauriani tulapium, Iulepum, vel Iulebum appellant, vt supra etiam monstratum est. Fit autem ex infusione seu materatione duplici violarum recentium, ad Rosati exemplum. Quo in febribus biliosis & acutis morbis, viscerum phlegmonibus, & immodica siti vtimur. Gutturis asperitates lenit, bilisq; acrimoniam retundit. Alterum ex violarum aqua stillatica paratur, vsu quidem crebrius, quia gratius, sed viribus inferius.

*c Violarum recentium.)* Quia ex aridis, aut parum recentibus succus exprimi non potest. Suntq; ad eam rem tantum purpurea florum foliola, abiectis viridibus cauliculis & calycibus, pediculisq; herbaceis vsurpanda.

*d Despu-*

d. Despumando.) Sunt qui spumam non auferunt, ne scilicet color pereat. Sed coloris hic ratio nulla haberi debet: quia repositum cum spuma Serapium hoc, citò corrumpitur.

## SERAPIVM VIOLATVM COMPOSITVM.

Ioannis Damasceni.

## II.

**P**leuritidi, tussi à calore natae prodest: easdemq̄, quas zupapium violatum, facultates obtinet. Nam excretioni promouendae idoneum est, materiae tenuitate densando, & leuiter incrassando. Tussim siccam sedat humectando, & faucium asperitatem leniendo. Recipit violarum, vnc. duas. Seminis cydonij, & maluae, añ drach. septem: alias vnciam vnam: Zizyphorum, myxorum, añ numero viginti. Cum succi cucurbitae, lib. sex, coquuntur ad tertiae partis consumptionem, & adijcitur sacchari, lib. vna, & dimidia, sitq̄ Serapium.

## ANNOTATIO.

Præter iam dicta, tertium est Serapium violatum, quod infusionis violarum vocant. Verum hoc non distat à Zulapio violaceo alterius generis, vt supra, nempe Sectione nona, diximus. Quum itaq̄ tria sunt genera Serapiorum violatorum, decet certè medicos vt nō simpliciter in suis formulis Serapij violati mentionem faciant, sed primi generis violatum simplex, alterius compositum, tertij infusionis violarum nominent. Ita enim fiet, vt pharmacopœa non vnum pro altero in compositiones medicamentarias permisceant.

Serapium infusionis violarum.  
Serapiorum violatorum tria genera.  
Simplex.  
Compositum.  
Infusionis violarum.

## SERAPIVM ROSATVM SIMPLEX.

## III.

**I**n febris calore extinguit: ob id sitim quoq̄ sedat, & ventriculum roborat. In febris autem pestilentibus præstantissimum, quod putredini, venenis, & aeris vitio subamara & aromatica sua qualitate resistit. Habet aquæ in qua macerata sunt folia rosarum, lib. quinq̄. Sacchari clarificati, lib. quatuor. Coquuntur lento igne ad Serapij consistentiam.

## ANNOTATIONES.

*a Simplex.*) Hoc trifariam fieri solet. Vno quidem modo, ex succi rosarum libris tribus coctis igni lento, cum sacchari libris duabus. Hoc Zulapium potius, euitandae confusionis gratia, è succo rosarum vocetur. Estq̄ cæteris, vt diximus, efficacius. Altero modo ex stillicidio rosarum liquore, & simpliciter Zulapium rosatum nominatur, paruorumq̄ est virium. Tertio modo ex infusione, vt hodie loquuntur, rosarum recentium, vel harum penuria aridarum: & Serapium rosatum simplex appellatur. Atq̄ hoc est, quod hic ex sententia Ioannis Damasceni describimus. Est verò hæc differentia à medicis diligenter in suis formulis exprimenda, ne pharmacopœi vnum pro alio vsurpent.

Zulapium è succo rosarum.  
Zulapium rosatum.  
Serapium rosatum simplex.  
Modus infusionis rosarum.  
Nicolai improbat.  
Modus infusionis rosarum optimus.  
Mucharum.  
Serapium rosatum simplex purgatoriu.

*b Aquæ in quam macerata sunt, &c.*) Pharmacopœi hætenus ferè omnes Nicolai Præpositi, macerationis: vel (vt ipsi loquuntur) infusionis modum secuti sunt. Nec alium in suo medicamentario libro præscribit Cordus. Mihi tamen non probatur, quòd in eo neq̄ rosarum, neq̄ aquæ mensura & quantitas exprimat. Præstat igitur Ioannis Damasceni modum amplecti, qui est eiusmodi. Foliorum rosarum recentium libra sex, horis octo in vase terreo vitrato, stricti oris, & operculato macerentur in libris quindecim aquæ calidæ, postea colantur. Eidem aquæ iterum calidæ rosarum recentium tantundem immittitur, & tam diu, vt antea, macerantur, colantur. Id si velis seruare, oleo affuso, & vase eodem bene operculato, dies quadraginta insolato: vocaturq̄ id Mucharum, id est, infusio rosarum. Atq̄ hinc perspicuum euadit, quòd Serapium hoc ex præscripto filij Mesuræ duabus infusionibus fiat, & Rosatum simplex absolutè dicatur. Nicolaus ex multis infusionibus componit Serapium suum rosatum simplex. Sed si frequentius, quinquies maxime, rosæ macerantur, purgatorium serapium rosarum efficitur. Ad purgatorij verò Serapij compositionem accipiendæ sunt Rosæ pallidæ recentes, quas incarnatas aliqui nominant. Nam non solum omnium sunt odoratissimæ, sed & maxime purgantes. Quapropter tum non absolutè simplex, sed cum adiectione Purgatorium nuncupatur. Siquidem si ab vncijs duabus ad vncias quatuor sumatur, bilem purgat. Tres quidem abundè, quatuor verò exquisitè admodum purgant. Simplex autem purgatorium nominatur, ad differentiam alterius Serapij purgatorij compositi, de quo paulo post dicemus. Cæterum,

Z iij ne id

*Serapiū purgatorium ex floribus Persici.* ne id silentio transeamus, fit etiam Serapium purgatorium ex quatuor, quinque aut sex infusionibus florum recentium persici. Febribus utile, biliosos & tenues humores educens. Hic in locum Serapij de succo Persicorum substitui potest, datur mensura trium unciarū. Præterea ex iisdem floribus saccharatis, seu cum saccharo contulis, Conferua, vt nominant, purgatoria, præsertim recens. Vis enim ignea & purgatrix ab ijs omnibus facile euaporat & vanescit. Validè tamen purgant Persicæ flores, & fumentes non rarò plurimis incommodis, quod compertum habeo, afficiunt, nempe intestinorum torminibus, crebris vomitionibus, tum alui deiectionibus. Quare robustis tantum conueniunt. Porro in penuria recentium rosarum fit etiam à recentioribus serapium ex rosarum aridarum infusionibus, in hunc modum. Recipit rosarum siccarum, uncias quatuor, quæ singulis aquæ colandæ libris iniiciuntur. Id valenter adstringit, & ventriculum roborat, fluxionesq; sistit.

SERAPIVM ROSATVM PURGATORIVM  
compositum. Auicennæ.

III.

**F**lavam bilem purgat. Caput succi rosarum, lib. duas. Mellis optimi, lib. quatuor. Scammonij tosti, vnc. vnam. Coquantur lento igne ad spissitudinem.

SERAPIVM ROSATVM PURGATORIVM  
compositum. Nicolai Myrepsici.

V.

**C**onfert ijs qui malo corporis habitu præditi sunt, iocinerosis, lienosis, & malè coloratis. Purgat quoq; ventrè. Accipit, radicis apij, fœniculi, <sup>b</sup>hipposelini, asparagi, & borraginis, añ vnc. duas. <sup>c</sup>Succi apij, intybi latifolij, añ vnciam vnam. Radicis <sup>d</sup>echij, vnc. vnam, & dimidiã. Eupatorij, vnc. vnam. Senæ, cuscutæ, asari, añ vnc. dimidiã. Santali rubei & albi, añ vnc. dimidiã. Rosarum, violarū, iridis, añ vnc. vnam. Florum borraginis, vnc. dimidiã. Adianti, <sup>e</sup>scolopendrij, añ Manipulū vnum. Spicæ, ammeos, añ drach. vnam, scrupulum vnum. Seminum quatuor frigidorum, añ vnc. dimidiã. Polypodij, vnc. duas. Seminis apij, anisi, & fœniculi, añ drach. vnam, scrup. vnum. Agarici, drach. duas, scrup. duos. Aquæ quod satis est. Sacchari albissimi, rhei barbari, turpeti, añ vnc. dimidiã. Coquantur lento igne ad consistentiam Serapij.

ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Nicolai Myrepsici.) Inusitatum quidem, vtile tamen in prædictis vitijs. Quare in malo corporis habitu, καχεξία Græci nominant, vtendum esse eo puto. Posset itaq; ob egregias suas vires in vsum reuocari: efficax namq; in tollendis iecoris obstructionibus existit.

*Hipposelinū.*

<sup>b</sup> Hipposelini.) Officinis Petroselinum macedonicum vocatur, vt lib. 1. dictum est.

<sup>c</sup> Succi apij.) Nicolaus habet decocti. Nam illi solenne est, vt in Drosatorum, sic enim Serapia vocat, compositionem permisceat decocta. Siue verò succos, siue decocta vsurpes, parum refert.

*Buglossum.*

<sup>d</sup> Echij.) Nicolaus habet, Buglosi. Intelligit autem dubio procul Buglossum recentiorum, quod non est nisi Echium. Veterū enim Buglossum est Borrago, cuius antè meminit.

*Scolopendrium.*

<sup>e</sup> Scolopendrij.) Ceterach officinis dicitur, vt alibi monstrauius.

*\* Nenupharinus.*

SERAPIVM \* NYMPHEAE SIMPLEX.

VI.

*\* Alij libras tres & dimidiã addunt.*

*\* In curatione intemperiei iecoris simplicis & composita.*

**B**illis flauæ feruorem extinguit, ideoq; mirificè ardentibus, alijsq; febribus acutis auxiliatur. Somnum quoq; conciliat. Fit hoc modo. Florum nymphaeæ, lib. duas, vna decoctione in aqua fontana coquantur, dein exprimuntur: expresso adiiciuntur sacchari, <sup>z</sup> lib. duæ, & coquantur ad Serapij consistentiam.

SERAPIVM NYMPHEAE COMPOSITVM.

\* Francisci Pedemontani.

VII.

Idem

Idem quod præcedens potest, estq; eo validius. Habet florum nymphæ, vncias duas. <sup>a</sup> Vngulæ caballinæ aquaticæ, psyllij integri, acetosæ, añ vnc. vnam. Seminum quatuor frigidorum maiorum, añ vnc. dimidiam. Seminum lactuce, endiuicæ, scariolæ, portulacæ, añ drach. duas. Radicum fœniculi, vnciam vnam. Bulliant in aqua hordei sufficienti, & addantur sacchari, lib. vna. Aceti albi, succi granatorum acidorum, añ vnc. duæ. Cocis ad syrupi consistentiam iniiciuntur, santali rubei, spodij, añ drachma vna. Spicæ, drachma dimidia.

## ANNOTATIONES.

Duas Serapij nymphæ compositiones attulimus, simplicis & compositi. Simplex vltimè existit, & magna ex parte ad eum quem diximus modum paratur. Nicolai Myrepsi abbreviator, Præpositum vocant, illud instar violatū ex floribus maceratis in aqua conficiendum esse docet. Parum verò refert, hanc vel aliam sequantur pharmacopœi parandi rationem.

Serapium  
nymphæ  
simplex.

<sup>a</sup> Vngulæ caballinæ.) Cordus censet autorem huius compositi Serapij per Vngulam caballinam aquaticam alteram luteam nimirum, intelligere Nymphæam. Sed quum Serapium hoc tussientibus conferat, nihil refert, si etiam in propria significatione vsurpemus Vngulam caballinam, pro Tussilagine: cuius sanè folia viridia illita erysipelatis, & omnibus plegmonibus, Dioscoride & Galeno testibus, profunt, & tusses mirificè iuuât. Atq; hæc rectè quoq; aquatica, quòd in aquis, aut iuxta aquas verius copiosè proueniat, appellatur.

Cordus.  
Vngula ca-  
ballina aqua-  
tica.

## SERAPIVM ACIDVM SIMPLEX.

Ioannis Damasceni.

VIII.

Affectibus, ac febribus maxime biliosis auxiliatur: quia bilem tenuitate & caliditate furiosam frangit, retundit, extinguit, adeoq; sitim sedat. Humores quoq; crassos tenuat, incidit, obstructions tollit, vrinas mouet, ac sudores. Putredini resistit, ob id pestilentibus febribus est saluberrimum. Capit aquæ fontanæ, lib. quatuor. Sacchari, lib. quinque. Coquuntur in vase lapideo carbonibus accensis, aut flamma exigua, citra fumum, semper despumando ad dimidias. Dein adijciuntur aceti albi clari, lib. duæ. Si autè valentissimum vis, lib. quatuor. Si viribus mediocre, lib. tres, & percoque in Serapij consistentiam.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Ioannis Damasceni.) Nec aliter conficit illud Nicolaus Myrepsus Sectione octava, de Drosatis cap. 39. nisi quòd minus de singulis accipit, nempe aquæ lib. tres. Sacchari, lib. quatuor. Aceti, lib. vnam. Coquit autem hæc omnia, ad mellis crassitudinem.

Serapium  
acidum sim-  
plex Nicolai  
In lapideo  
vase cur co-  
quendum.  
Acetum  
album.

<sup>b</sup> Lapideo.) Aut terreo vitrato. Non ab re autem in tali vase coquit. Nam acetum à vase æneo æruginosum aliquid, & corrodens contrahit.

<sup>c</sup> Aceti albi.) Hoc enim tenuius & potentius est alio. Et caueant pharmacopœi ne plus aceti adijciant, quòd ita integrum sit medico, vbi ita expedire videbitur, eius quantitatem augere.

## SERAPIVM ACIDVM COMPOSITVM.

Ioannis Damasceni.

IX.

Alias de radicibus, humores crassos, pituitosos, & eradicatu difficiles incidit, terget, extenuat. Obstructions, quæ sunt in iecore, liene, & renibus tollit. Accipit radicem apij, fœniculi, & intybi latifolij, añ vnc. tres. Seminum apij, fœniculi, anisi, añ vnc. vnam. Seminis intybi latifolij, vnc. dimidiam. Coquuntur igne lento hæc omnia in aquæ fontanæ lib. decem ad dimidias. Dein vbi expressum est, addantur sacchari lib. tres, & clarificetur: postea aceti iniicitur quantum libet, prout in Serapio acido simplici est expressum.

SERA.

LEONHARTI FVCHSII  
SERAPIVM E DVABVS RADICIBVS.

X.

**I**dem, quod præcedens, potest. Recipit radicum petroselinæ, & fœniculi, añ vncias quatuor. Coquuntur in aquæ fontanæ lib. quinq;, ad tertiæ partis consumptionem. Expressum percoquitur cum sacchari lib. duabus, donec ad Serapij crassitudinem redeant.

## SERAPIVM E QVINQVE RADICIBVS.

Incerti autoris.

XI.

**A**d febres putridas, biliosas, ac pituitosas solutu contumaces confert. Habet radicum apij, fœniculi, petroselinæ, asparagi, rusci, añ<sup>a</sup> vnc. duas. Coquuntur in libris sex aquæ fontis, ad tertiæ partis consumptionem. Expressum percoquitur cum sacchari<sup>b</sup> libris tribus, addendo sub finem acetî, vncias octo. Alij radicibus prædictis addunt feminis apij, petroselinæ, fœniculi, añ vnciam vnam, & in libris decem aquæ coquunt, ad dimidiâs. Expressum percoquunt, cum mellis lib. quatuor, & sub finem adijciunt acetî lib. vnam.

## ANNOTATIONES.

*Cordus errat.* <sup>a</sup> Ana vncias duas.) Cordus contra omnium codicum, quos viderim, fidem, in suo Medicamentario libro habet vncias quatuor.

<sup>b</sup> Lib. tres.) Et hic dissentientibus omnibus codicibus, Cordus legit, lib. quatuor. Ita multis in locis Cordi compositionibus non satis fidendum erit, utpote vel typographorum culpa corruptis, vel Cordi studio immutatis.

\* Acetostasis citri.

## SERAPIVM \*EX ACIDO CITRII SVCCO.

Ioannis Damasceni.

XII.

**A**estum & feruorem bilis flauæ, febriumq; ardentium & pestilentialium, præsertim æstatis constitutione pestilente, ac vehementem sitim potenter restinguit. Cor, ventriculum, & alia viscera ab intemperie calida infirma, roborat. Ebrietati resistit, vertiginemq; iuuat. Fit hoc modo. Succu citriorum acidi lib. duodecim, in vase vitrato coquuntur igni prunarum lento, ad tertiæ partis consumptionem. Dein per linteum rarum<sup>a</sup> sine expressione colatur, & residere, donec clarescat, permittitur. Clari succi<sup>b</sup> lib. septem, percoquuntur ad iustam crassitudinem, cum<sup>c</sup> Iulebi clari & purgati<sup>d</sup> lib. quinq;. Aut si æstas est, in sola, donec aquosa eius substantia consumatur.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Sine expressione.) Nisi enim sine vlla vi aut expressione coletur, vbi refrixerit, Serapium coagulatur. Nam hæc est Serapiorum ferè simplicium ratio, ut succi residentia, aut coctione purgati, cum sacchari certa portione clarificati & percocti in vsum condiantur.

*Cordus notatus.*

<sup>b</sup> Lib. septem.) Cordus hic in medicamentario suo libro, præter omnium codicum fidem habet lib. sex, & tamen hoc Serapium nihilominus ad Mesuæ filium autorem refert. Ut mirari satis non possim, cur ad præscriptum ipsius illud non conficiendum esse docuerit. Sed est hoc ipsum ei familiare, ut ad Mesuæ filium referat compositiones, nec ad illius præscriptum conficiat.

*Iulebum clarum & purgatum.*

<sup>c</sup> Iulebi clari & purgati.) Per hoc ipsum non intelligit, nisi saccharum in aqua competenti pura dissolutum, ac cum albis ouorum clarificatum, & instar Iulebi coctum. Id enim verè est Iulebum clarum & purgatum.

*Cordus notatus.*

<sup>d</sup> Lib. quinq;. ) Et hoc loco Cordus à præscripto Ioannis Damasceni, cui tamen acceptu hoc Serapium, ut diximus, refert, discedens, Sacchari lib. tres duntaxat recipit, quu iuxta proportionem ad lib. sex succi, recipiendæ erant sacchari lib. quatuor.

\* De limonibus.

## SERAPIVM \*EX ACIDO LIMO-

num succo,

XIII.

Prædicto

**P**Rædictio non multo inferius, magis tamen refrigerans & penetrans. Cor & stomachum roborat, & spiritus resolui prohibet, putrefactioni resistit. Capit succi limonum instar citriorum cocti, & per linteum colati, ac clarificati, lib. septem. Sacchari clarificati, lib. quinq;. Percoquantur ad iustam consistentiam.

## ANNOTATIONES.

*a Ex acido limonum succo.*) Sunt qui Serapium hoc præcedenti præferant, quòd scilicet Limonũ maior copia haberi possit, & potentius Citrijs propriè dictis malis refrigeret.

Instar huius Serapij, etiam ex acido Arantiorum seu Aurantiorũ malorum, item etiam è dulci succo, cum saccharo clarificato, Serapia confici possunt: vt non sit opus seorsim eorundem referre compositiones.

*Serapia ex acido, vel dulci Aurantiorum succo.  
\* Agrestis*

## SERAPIVM EX \*OMPHACIO.

Ioannis Damasceni.

XIII.

**I**N magnis æstibus ad sitim restinguendam mirificè confert, vomitum & alui profluuium biliosum sistit, febribus succurrit. Grauidarum etiam vomitum reprimit, ac earundem ventriculum firmat, venenisq; aduersatur. Fit vt Serapium è succo citriorum: nempe ex Omphacij, coctione & residentia purgati, lib. septem, & sacchari clarificati, lib. quinq;, ad consistentiam iustam percoctis.

## SERAPIVM E POMIS.

Ioannis Damasceni.

XV.

**C**OR imbecillum roborat: ob id syncopen, & cordis palpitationem sanat. Accipit<sup>a</sup> pomorum dulcium, & acidorum succi, añ lib. quinq;. Coquantur despumando ad dimidij consumptionem: dein biduo residere permittuntur, donec clarescant: postea colantur, & cum sacchari lib. tribus, fiat Serapium.

## ANNOTATIO.

*a Pomorum.*) E dulcibus eligenda sunt nostratia sapidissima. Ex acidis, quæ Weinling/ id est, vinosa, Germani nostri nominant. Efficacius erit, si poma dulcia augeas, quòd illa odore cor magis roborant, & gustui longè gratiora sint. Acida ventriculum magis confirmant, sitimq; sedant. Sunt qui huic succo nondum per residentiam purgato, immergunt sericum crudum è recentissimo grano tinctorio (Chermes Mauri vocant) infectum, donec is rubescat, & cocci ac serici facultatem recipiat, quòd vtrunq;, sericum nimirum, & granum tinctorium: Arabibus vim cordis roborandi obtinere credatur. Errant autem plurimum, qui pannum sericum ab infectoribus tinctum in Chermes accipiunt, propter aluminis, gallarum, arsenici, & aliorum venenatorũ tincturæ panni huius necessariorum mistam malignitatem. Accipitur autem interdum Chermes libra vna, & redacta in puluerem in libras quinq; aquæ in æneo lebere igni suspenso priusquam feruere incipiat, inijcitur. Dein facta vna ebullitione ab igne remouetur, & libra vna serici crudi imponitur, vbi tantisper relinquitur, donec succum probe imbiberit. Postea exprimitur, eaq; aqua in usum adhibetur.

*Chermes.*

## SERAPIVM E GRANATIS ACIDIS.

Ioannis Damasceni.

XVI.

**F**Ebres biliosas, & quæ ex pituitosis flammam multam inuehunt, iuuat. Fit vt præcedentia: ita vt non sit opus conficiendi modum separatim referre.

## SERAPIVM E GRANATIS DVLCIBVS.

Ioannis Damasceni.

XVII.

**S**itim, tussim, pleuritidem iuuat. Fit vt præcedens.

## ANNOTATIO.

Parum rectè faciunt, qui Serapiũ è Granatis parantes, dulcia cum acidis miscent: quum separatim iam ex dulcibus, nunc ex acidis tantum, vt ostendimus, conficiendum sit: quòd acido.

*acido.*

acidorum, quàm dulcium, alia sit facultas. Nam Granatorum acidus succus refrigerat, & humectat, ideoq; febribus biliosis plurimum conducit. Dulcium autem succus tussim inhibet, & humectando sitim restinguit.

\* *Endivia.*

SERAPIVM EX \*INTYBO SATIVO, Simplex.

XVIII.

**V**aleat ad immodicum iecoris & aliorum nutritioni seruientium instrumentorum calorem, ac laterali maxime morbo conuenit. Habet succi intybi fatiui latifolij vna feruefactione, dein residentia purgati, lib. octo. Sacchari albissimi, lib. quinque, & dimidiam. Affunditur paulatim saccharo, si purum est, clarificato. Si vero purum non est, succo dissolutum coquitur, cumq; albuminibus purgatur, colatur, percoquitur in Serapium.

SERAPIVM EX INTYBO SATIVO compositum. Gentilis.

XIX.

**V**aleat ad immodicum iecoris, cordis, & aliorum nutritioni famulantium instrumentorum calorem, & in summa ad omnem calidam intemperiem. Soluit obstructions, & partes a calore debilitatas roborat. Caput succi intybi fatiui latifolij, succi \*lichenis, añ lib. tres. Clarificentur prædicti succi ad ignem, vt expedit. Rosarum, violarum, lenticulæ aquaticæ, florum nymphææ, <sup>b</sup> polytrichi, añ vnc. dimidiam. <sup>c</sup> Capillorum veneris, hordei repurgati, seminum frigidorum maiorum, añ vnc. vnam. Cum saccharo quod satis est, fiat serapium: & aromatizetur cum santalorum alborum, rubeorum, berberis, seminum cydoniorum, ligni aloes, cinamomi, corticum citri, añ scrup. vnum.

## ANNOTATIONES.

Etsi non admodum mihi probetur hoc Gentilis Serapium, aded vt facile omitti à nobis potuerit: tamen quum non desint fortè qui illo vti velint, non fuit profus nobis Medicamentarium librum scribentibus prætereundum.

*Lichen.**Polytrichum**Capillus veneris.**a Lichenis.*) Hepaticam officinæ vocant, vt alibi fufius ostendimus.*b Polytrichi.*) Per Polytrichum intelligit herbam, Trichomanes Dioscoridi dictam.*c Capillorum veneris.*) Adiantum inaudire oportet, Dioscoridi & alijs veteribus appellatum.

## SERAPIVM EX INTYBO SATIVO COMPOSITVM.

Incerti autoris.

XX.

\* *Buglossæ.*

**I**dem quod præcedens potest. Accipit intybi fatiui latifolij viridis, intybi fatiui angustifolij, lichenis, borraginis, \*echij, melissophylli, lactucæ, eupatorij, añ Manipulum vnum. Seminum frigidorum maiorum, añ vnc. vnam. Santali albi & rubei, añ drach. vnam. Florum borraginis, melissophylli, rosarum, añ drach. tres. Coquantur in aqua sufficienti, colato adijciatur succi intybi fatiui latifolij residentia purgati, lib. vna. Succu granatorum, vnciæ tres. Sacchari, lib. quatuor. Percoquantur ad Serapij consistentiam.

\* *Cichorio.*

SERAPIVM EX \*INTYBO SYLVESTRI, cum Rheobarbaro. Nicolai Florentini.

XXI.

**C**onfert maxime ictero laborantibus ex obstructione, lienosis, & nephriticis: in summa, ad iecoris & lienis obstructions tollendas efficax, aduersus



fus omnem materiam venenatam, & in febre pestilentiali. Corroborat cor, & instrumenta nutritioni famulantia, expurgat per vrinas, & defectionem alui, excitat appetentiam, & inducit somnum, refrigerat non nihil, & obstructions citra vehementem calefactionem aperit. Recipit Intybi<sup>a</sup> fatiui & syluestris, Cichorij, <sup>b</sup>Taraxacon, añ manipulos duos. <sup>c</sup>Cicerbitæ, hepaticæ, scariolæ, lactucæ, fumi terræ, lupulorum, añ manip. vnum. Hordei<sup>x</sup> integri, halicacabi, añ vncias quatuor. Glycyrrhizæ, <sup>d</sup>capillorum veneris, <sup>e</sup>aspleni, polytrichi, adiantij, cassuthæ, añ drach. sex. Radicum fœniculi, apij, asparagi, añ vncias duas. Coquantur in aqua sufficienti, & colentur: dein cum Saccharo albo clarificato fiat Serapium, & pro vnaquaq; eius libra inter coquendum adijciantur Rhei barbari selecti, drach. quatuor. Spicæ nardi, scrup. quatuor. Colligato in linteolo raro, quod crebrò, dum consistentiam iustam nanciscatur Serapium, exprimatur.

Hac compositione pharmaco-  
copæi uti nõ  
debent, sed ea  
quam ad finẽ  
Annotationis  
subijciemus.

## ANNOTATIONES.

Et si Serapium hoc constat ex multis simplicibus medicamentis, nec auctori ipsi, vt arbitror, nec pharmacopœis satis cognitis, nullaq; methodo constructum est, tamen nihilominus hodie à multis paratur. Verùm quàm rectè, facile prudẽtes iudicare possunt. Præstaret, in tanta præsertim serapiorum, quæ in omnibus officinis prostant, copia, hoc & similia prorsus desiderari, quàm consueto more parata habere. Vt igitur imperiti simplicium pharmacopœi in hoc conficiendo Serapio non errent, de quibusdam simplicibus nostram subijciamus censuram oportet.

<sup>a</sup> Intybi fatiui & syluestris.) Hic principio omnibus apparet, Nicolum hunc Florentinum nullam prorsus simplicium cognitionem habuisse. Siquidem nemo vnquam aliorum recentiorum Endiuia syluestrem, vt ille, nominauit. Hoc verò secutus Græcos fecit, qui Intybum vocant, quam Barbari Endiuia. Vox enim est corrupta, & ex Intybo voce deprauata nata. Sed quum Intybum fatium, vel, vt Niculus loquitur, Endiuia domestica sit gemina: latifolia, quæ non est nisi Endiuia hodie nominata: & angustifolia, quæ à medicis nunc Scariola vocatur: melius erat Nicolaum dixisse, Endiuia domestica vtriusq; & postea Scariolæ nullam fecisse mentionem. Quamquam suspicio est, illum per Scariolam intellexisse Lactucam syluestrem. Præterea quum Endiuia syluestris non sit nisi Cichorium, bis vnus simplicis, tanquam diuersi, non sine risu eruditorum, & magna pharmacopœorum confusione, mentio ab eo facta est. Atque is primus est Nicoli in hoc Serapio error.

Nicolus Flo-  
rentinus sim-  
plicium im-  
peritus.

<sup>b</sup> Taraxacon.) Species est Seridis syluestris, aut Hedypnoidis Plinij: Dens leonis, & Rotifrum porcinum vulgò vocatur.

<sup>c</sup> Cicerbita.) Ita cum Cordo legendum esse puto: non Cucurbitæ, vt nonnulli codices habent, nam non est verisimile inter herbas Nicolum connumerasse fructus. Est autem Cicerbita non nisi Sonchus, quo hætenus officinæ nonnullæ pro Endiuia vsæ sunt: vt alibi fufius docuimus. Ita multis hætenus erroribus implicatæ officinæ fuerunt.

Taraxacon.

<sup>x</sup> Hordei integri.) Quia magis detergit.  
<sup>d</sup> Capillorum veneris.) Capillum veneris non esse nisi Adiantum, alibi monstrauius. Hic tamen Niculus, non sine magna cõfusione pharmacopœorum, diuersum ab Adiantum facit. nam paulo pòst eius tanquam diuersi meminit. Et ne quispiam dicat, per Adiantum, nigrum: per capillum verò veneris album intellexisse Nicolum, impedit quod in plurali dixit Capillorum: hac ratione vtrunq; capillum veneris innuens, adeoq; sibijpli memorandi deinceps Adianti occasionem præcidens. Vt is sit alter Nicoli error non leuis.

Capillus ve-  
neris.

<sup>e</sup> Aspleni, polytrichi.) Per asplenum, Ceterach officinis: per Polytrichum autem Trichomanes Dioiscoridi appellatum, inaudiendum esse, antea monuimus.

Asplenum.  
Polytrichũ.

<sup>f</sup> Adiantij.) Abundat in compositione, quod antea vtriusque capilli veneris facta sit mentio. Nisi quòd fortè per Adiantum, Rutam murariam dictam intellexerit. Erit igitur huius Serapij hæc legitima compositio. Recipit Intybi fatiui vtriusq;, cichorij, taraxaconis, añ manip. duos: Cicerbitæ, lichenis, siue hepaticæ vocatæ, lactucæ fatiue & syluestris, fumariæ, lupulorum, añ manip. vnum. Hordei integri, halicacabi, añ vncias quatuor. Glycyrrhizæ, adiantij albi & nigri, aspleni, trichomanis, saxifragi Plinij siue rutæ murariæ, cassuthæ, añ drach. sex. Radicum fœniculi, apij, asparagi, añ vncias duas. Polytrichum, podij, vnciam vnam. Passularum, prunorum damascenorum, añ vnciam vnam. Florum Buglossi, echij, violarum, añ pugillum vnum, Seminum cucumeris, cucurbitæ, melonum,

Legitima Se-  
rapij ex Ci-  
chorio cum  
Rhabarbaro  
compositio.

a num,

num, añ drach. duas. Coquuntur in aqua sufficienti, colantur cum saccharo clarificato: & rursus colatum percoquitur in Serapium, confricando in singulis eius libris inter coquendum Rhei barbari selecti, drach. quatuor, ligatas in linteolo raro, cum Spicæ nardi scrupulis quatuor. Præstaret tamen vniuersam Serapij huius structurâ in hunc modum digerere. Accipit radicem fœniculi, apij, asparagi, añ vnc. duas. Glycyrrhiæ, vnc. vnam. Intybi satiui vtriusq; cichorij, taraxaconis, añ manip. duos. Cicerbitæ, lichenis siue hepaticæ, lactucæ satiucæ & syluestris, fumaricæ, lupulorum, añ manip. vnum. Hordei integri, feminis halicacabi, añ vnc. quatuor. Adiantum vtriusq; aspleni, trichomanis, saxifragi Plinij, cassuthæ, añ drach. sex. Cæterum vt hoc etiam adijciamus, rhabarbarum in linteolo raro ligatum leuiter decoquendum, vel in calido serapio infundendum, exprimendumq; leuiter. Alijs prædicta omnia coquuntur in aquæ fontanæ mensuris duabus, vsq; ad alterius consumptionem. In qua per noctem maceratur Rheibarbari selecti, drachmæ decem. Spicæ nardi, drach. vna in linteolo raro colligatæ. In alio linteolo foliorum Senæ Alexandrinæ, vnciæ duæ, & rursus in alio linteolo Agarici optimi, vnc. vna. Zingiberis, drach. dimid. Manè exprimuntur, & adijciuntur Sacchari albissimi libræ duæ, & coquuntur rursus ad Serapij consistentiâ. Sunt, vt obiter moneâ, qui semina frigida maiora dicta adijciunt.

## SERAPIVM E CICHORIO.

Guilielmi Placentini.

## XXII.

**E**iusdem cum priore facultatis. Habet cichorij, manip. duos. Foliorum borraginis, echij, lactucæ, violarum, intybi satiui, angustifolij, oxalidis, taraxaconis, añ manip. vnum. Rheibarbari selecti, drach. duas. Herbarum tritæ coquuntur in lib. duabus aquæ, ad tertie partis consumptionem: colantur. Adduntur expresso sacchari lib. duæ. Clarificatur, & iterum colatur. Redditur igni, & adijciuntur Rheibarbarum in puluerem tritum, in linteolum rarum ligatum, & sæpe confricatur, donec percoctum Serapium erit.

## ANNOTATIONES.

Et hoc adijcere placuit superioribus, veluti simplicius: vt si quis hoc nomine eo magis uti vellet, in promptu compositionem haberet.

*a Taraxaconis.*) Alij Batifosæ legunt, herbam hoc nomine intelligentes quæ vulgò Batifosæ, & Flos frumentorum dicitur. De qua in historia Cyani tomo 2. nostrorum de Stirp. historia comment. multa diximus. Nihil autem refert vtram ex ijs herbam huius Serapij compositionem indas. Ambæ enim refrigerant.

## OXOSACCHARVM SIMPLEX.

Nicolai Myrepsici.

## XXIII.

**C**onfert<sup>a</sup> ad febres tertianas, duplices tertianas, ardentes, lypurias, & hecticas. Capitacetivncias quatuor. Succimali puniciacidi, vnc. octo. Sacchari albi & puri, lib. vna. Coquuntur lento igne ad Serapij consistentiam.

## ANNOTATIO.

*a Ad febres tertianas.*) Bilis enim feruorem & ferociam extinguit, eamq; euincit ac concoquit.

## OXOSACCHARVM COMPOSITVM.

<sup>a</sup> Actuarij.

## XXIII.

**C**oncalesceta corpora potum iuuat: longis iam febribus, quas sanguis aut bilis creauit, & calori iocineris auxilio est, & lienem ab obstructione liberat. Accipit corticum radicem fœniculi, apij, intybi satiui vtriusq; añ vnc. duas. Coquuntur in acetilib. tribus, ad lib. vnus consumptionem: deinde expressum cum sacchari, lib. duabus percoquitur, dum Serapij crassamentum consequatur.

## ANNOTATIO.

*a Actuarij.*) Hoc, quia simplicius est, quam id quod ex Nicolao (quanquam nec in Latinis nec in Græcis codicibus habetur,) afferunt: placuit hoc loco, altero omisso, referre, vt deinceps pharmacopœi, præterito eo quod ad Nicolaum defertur, hoc potius composito oxosaccharo vtantur,

SERA-

Ioannis Damasceni.  
XXV.

\* De Iuiubis.

CONFERTRAUCITATI, tussī, pleuritidī. Recipit zizyphorum numero <sup>b</sup> sexaginta. Violarum, seminis maluæ, añ <sup>c</sup> drach. quinq. Capilli veneris, vnciam vnam. Seminis cydoniorum, papaueris, melonis, lactuæ, tragacanthæ, añ drach. tres. Glycyrrhizæ, <sup>d</sup> hordei mundati, añ drach. octo, coquuntur cum aquæ fontanæ lib. <sup>e</sup> quatuor, & sacchari lib. <sup>f</sup> duabus ad Serapij consistentiam.

ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Zizyphorum.) Iuiubinum vulgus medicorum & pharmacopœorum appellat: illisq; *Serapium Iuiubinum duplex* existit, simplex & compositum. Simplex, supra inter Zulapia recensuimus: Compositum est, quod iam describimus.

<sup>b</sup> Sexaginta.) Ita planè legendum: & non, vt nonnulli codices habent, lib. decem. Nam fieri haud posset, vt decem Zizyphorū libræ in aquæ libris quatuor commodè coquerentur. Atq; is error ex imperitia librariorum irrepit, qui ex numero lx. qui sexaginta denotat, fecerunt lib. x. inter l & x interponentes coma, in hunc modum, l. x. & legerunt lib. x. Ita ex notis ponderum & numerorum plures promanare errores solent, vt præstaret tum veteres, tum recentiores medicos suas compositiones non per notas ponderum & mensurarum, sed potius integris verbis exarasse, vt nos fecimus.

<sup>c</sup> Drachmas quinq.) Et hoc in loco nonnulli codices falso legunt vncias quinq.

<sup>d</sup> Hordei mundati.) Ita vocant, quòd à suis corticibus est repurgatum, aut cortice suo nudatum. Hoc enim abstergendi facultatem cum suo cortice exuisse, ac leniendi aut lubricandi aluum vim retinuisse putant.

<sup>e</sup> Lib. quatuor.) Quæ ad dimidias, vt in alijs quoq; Serapijs fieri solet, coquuntur. Præstat autem aquæ fontanæ libras sex accipere, vt Serapio gratia addatur. Aqua enim aucta, facilius colatur, colatumq; decoctione ipsa minus mucilaginosum, crassumq; adeoq; gratius redditur.

<sup>f</sup> Libris duabus.) Colatum rectius & expeditius ad Serapij consistentiã cum vna, quàm duabus libris, percoquitur

SERAPIVM E PAPAVERE 4 SIMPLEX.

Ioannis Damasceni.

XXVI.

A DVERSUS tenuis humoris, à capite in thoracem & pulmonem, destillationem: frigore enim suo sistit, humoremq; incrassatum fluxioni ineptum reddit, & simul cogendo expuitioni abdem. tussim siccam, gutturis & faucium asperitatem confert. Sitim restinguit, somnumq; conciliat. Habet <sup>b</sup> capitum papaueris albi & nigri, añ drach. sexaginta. Coquuntur in lib. quatuor aquæ <sup>c</sup> pluuiialis, ad consumptionem lib. <sup>d</sup> vnius & dimidiæ, & cum sacchari albi, & penidiorum añ <sup>e</sup> vncijs quatuor, ad Serapij crassitudinem percoquuntur.

ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Simplex.) Quo frequentius vtuntur, quàm sequenti composito. Rectè autem simplex appellatur, quòd præter capita papauerum nihil recipiat.

<sup>b</sup> Capitum papaueris.) Recentiorum scilicet, quia frigidiora sunt, & diu minus coqui desiderant quàm sicca.

<sup>c</sup> Pluuiialis.) Quæ certè, Galeno lib. 7. de compo. medica. local. cap. 2. teste, aliquid in se adstringens habet, adeoq; ad sistendas destillationes commodior existit.

<sup>d</sup> Libræ vnius & dimidiæ.) Codices nonnulli legunt lib. duabus. Verùm quum recentia esse debeant capita, satis erit si ad consumptionem vnius libræ, vel vnius & dimidiæ coquantur. Sicca tamen si fuerint, ad dimidias, id est, duarum librarum consumptionem coqui possunt.

<sup>e</sup> Vncijs quatuor.) Falso quidam codices legunt, drach. quatuor. Nam si largo saccharo, nempe libra vna: aut etiam maiore mensura condias, gratius erit diutiusq; suas vires seruabit, licet cum pauciore saccharo sit efficacius.

SERAPIVM E PAPAVERE COMPOSITVM.

Ioannis Damasceni.

XXVII.

a ij

AD

**A**Dtussim siccam, tabem, destillationem in somniæ causam, in summa ad prædicta efficacius. Capit papaueris albi & <sup>a</sup> nigri, añ drach. quinquaginta. <sup>b</sup> Adianti albi, drach. quindecim. Glycyrrhizæ, drach. quinque. Zizyphorum, numero triginta. Seminis lactucæ, drach. quadraginta. Seminum maluæ & cydoniorum, añ drach. sex. Coque in lib. quatuor aquæ ad dimidij consumptionem, colatum cum sacchari & penidiorum <sup>c</sup> vncijs octo percoquito in Serapium.

## ANNOTATIONES.

Rubrum papauer.

Adiantum album.

<sup>a</sup> Nigri.) Quidam codices, rubri pro nigri legunt, nullo discrimine. Quanquã enim nigri legitima sit lectio: tamen si rubrum quis papauer, quod non est nisi Rheas papauer apud Dioscoridem, accipiat, nihil delinquet: quod illi quoque sit refrigerandi & somnum conciliandi facultas.

<sup>b</sup> Adianti albi.) Capillum veneris nominat filius Mesuræ.

<sup>c</sup> Vncijs octo.) Et hic nonnulli codices perperam habent, drach. octo. Cæterum, ne id silentio transeam, utimur his Serapijs papauerinis ad alui profluuium & dysenteriam, quæ ex bilioso humoris & acris fluxione excitatur.

## SERAPIVM MYRTINVM SIMPLEX.

Ioannis Damasceni.

## XXVIII.

**V**entriculum, atq; omnia alia viscera firmat. Contra ventris profluuiã & dysenteriam valet, menstrua supprimit, tussimq; à calidis & tenuibus humoribus excitatam sanat. Accipit <sup>a</sup> succi baccarum myrti, lib. duodecim. Coquantur in vase vitrato, lento igne ad tertiæ partis consumptionem, dein colantur: & residere, donec clarescant permittuntur. Clari succi <sup>b</sup> lib. septem affunduntur sacchari clarificati <sup>c</sup> lib. quinque. Percoquantur lento igni in Serapium. Vel si aestas fuerit, insolatur, quoad aquosa pars consumatur.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Succi baccarum myrti.) Qui utiq; in Germania nostra, ut in ijs quibus Myrtus provenit regionibus, haberi non potest. Quapropter ut Serapiũ hoc nostri pharmacopœi è bacca myrtis in aqua maceratis & coctis, parent necesse est. Sed hac ratione paratum sit imbecillius. Sunt tamen qui ad præsentis Serapij compositionem succo baccarum sylvestris Germanici myrti vtuntur. De quo tomo altero nostrorum de stirpium historia commentariorum diximus.

Cordus notatus.

<sup>b</sup> Lib. septem.) Ita omnia Ioannis Damasceni exemplaria legunt: ut mirum sit, Valerium Cordum contra horum omnium fidem legere, lib. octo.

<sup>c</sup> Lib. quinque.) Ut antea plus, nempe octo, non septem libras vsurpavit Cordus: ita nunc minus, libras videlicet quatuor, præter omnium codicum fidem, accipit.

## SERAPIVM MYRTINVM COMPOSITVM.

Incerti autoris.

## XXIX.

**P**rofluuium ventris sistit, etiam diuturnũ, & sanguinis excreationem compefcit. Recipit baccarum myrti, drach. viginti. Rosarum rubearum, santalorum rubeorum & alborum, sumachij, balauftiorũ, oxyacanthæ, añ <sup>a</sup> drach. quindecim. Mespilorum, drach. quinquaginta. Aquæ fontanæ, lib. octo. Coquantur omnia ad consumptionem medietatis. Colato adijciuntur succi granatorum, succi cydoniorum, añ <sup>b</sup> vnciæ sex. Sacchari clarificati, lib. <sup>d</sup> tres. Percoquantur ad Serapij consistentiam.

## ANNOTATIONES.

Et si incerti autoris sit hoc Serapium, tamen in dictis vitijs magnæ est efficacix: ideoq; parari à pharmacopœis debet, præsertim eo tempore, quo dysenteria populariter vagat.

Cordus errat.

<sup>a</sup> Ana drach. quindecim.) Hic Cordus geminat pondus, contra fidem omnium codicum: nec eius rei ullam rationem reddit.

<sup>b</sup> Drach.

*b Drach. quinquaginta.*) Et hic duplicato pondere, Cordus centum accipit drachmas.  
*c Vncias sex.*) Cordus hoc in loco quadruplum pondus accipiendum esse docet, nempe vnus cuiusq; succi libras duas.  
*d Lib. tres.*) Cordus lib. quinque habet. Quod monendum esse duxi, propter pharmacopœos, qui ex præscripto eius hodie omnia ferè conficiunt medicamenta.

## SERAPIVM E SVCCO OXALIDIS.

Ioannis Damasceni.

XXX.

**F**Ebribus biliosis, & pestilentibus salubre est. Cordis & ventriculi flammæ igneumque calorem extinguit, ipsaq; roborat. Habet succi oxalidis purgati, lib. tres. Sacchari clarificati, lib. duas. Coquuntur in Serapij consistentiam.

## SERAPIVM E SVCCO BORRAGINIS.

XXXI.

**C**or roborat, laticiam generat, syncopi confert: & idem quod saccharum borraginatum potest. Capit succi borraginis per linteum colati & clarificati, lib. tres. Sacchari, lib. duas. Coquuntur despumando in Serapium.

## ANNOTATIO.

Alij aliter componunt. Nam quidam etiam adijciunt florum borraginis recentium contusorum, & eos in aqua sufficienti coquunt, atq; colatum prædictis affundunt, & in Serapij consistentiam percoquunt.

## SERAPIVM E SVCCO \*ECHII.

XXXII.

**C**or roborare, laticiamq; generare<sup>b</sup> creditur. Fit, vt præcedens.

\* Buglossæ.

## ANNOTATIONES.

*a Succo Echij.*) Buglossum officinæ vocant. Difficulus autem ex Echio tufo succus exprimitur, vt pote qui lentus est: quapropter integra nocte in frigido loco collocandus, & postmodum tandem exprimendus, & cum oui albuminibus clarificandus.

Echium.

*b Creditur.*) Nam reuera eam facultatem non habet, sed illam potius, quam supra in Saccharo Echij indicauimus.

## \* OXYMELI SIMPLEX.

\* Galeni.

XXXIII.

**H**VMores crassos, lentos ac pituitosos in ventriculo & venis incidit, extenuat, & abstergit: atq; adeo obstructions tollit. Sputum educit, spiritumq; faciliorem reddit. Si tamen eo immodicè vtaris, intestina radit, nervosa lædit, tussimq; excitat. Fit ex aceti<sup>e</sup> parte vna, mellis optimi<sup>d</sup> despumati partibus duabus, aquæ partibus quatuor. Primum autem mel & aqua<sup>e</sup> simul coquuntur, vbi probe despumata sunt, addito aceto percoquuntur, semper quoq; despumando, ad Serapij crassitudinem.

\* Lib. 4. de tuen. sanitate.

## ANNOTATIONES.

*a Oxymeli.*) Latinis Plinio nimirum lib. 14. cap. 17. sonat acetum mulfum, quod ex aceto, melle, & aqua fit compositum.

Oxymeli.

*b Intestinaradit.*) Quod Hippocrates etiam lib. 3. de victus rat. acutorum morb. apho. 33. indicauit.

*c Parte vna.*) Verbi gratia, aceti acerrimi lib. vna. Mellis optimi, lib. duabus. Aquæ fontanæ, lib. quatuor. Actuarius accipit aceti lib. viginti. Mellis, lib. quadraginta. Aquæ, lib. sexaginta. Quod planè in idem recidit, nisi quòd maior omnium trium sit quantitas. Hæc autem componendi ratio optima est. Nam quòd vna omnibus mensura non placeat, quia hi acetosius, illi mellitius magis ament, vt pro cuiusq; palato misceri possit, præstat imbecillius, quale est præsens, paratum habere: cui medicus vtendi tempore, si opus erit, plus aceti addere potest: tantum nimirum, quantum mellis.

*d Despumati.*) Optimum quidem mel, minimum spumæ euomit, & breuissimo tempore coquitur: malum verò, multam egerit spumam, quo etiam diutius coqui debet.

*e Simul coquuntur.*) Quousq; duæ scilicet libræ fuerint absumptæ.

a ij OXYME

\* Aliàs diu-  
reticum.

Oxymeli è  
quinq, ra-  
dicibus.

LEONHARTI FVCHSII  
OXYMELI \*COMPOSITVM.

Incertiautoris.

XXXIII.

Aliàs, è quinque radicibus. Humores crassos & pituitosos incidit, extergit: Ob id iecoris, lienis, & renum obstructiones auferit. Vrinam mouet, sudoremque euocat. Accipit corticum radicem apij, fœniculi, petroselinî, ruscî, asparagi, añ vncias duas. Seminis apij, & fœniculi, añ vnciam vnâ. Omnia hæc in aqua lib. duodecim, & ac eti lib. vna macerantur, & ad dimidias coquantur. Expressum post cum mellis optimi lib. duabus, ad Serapij consistentiam percoquitur.

ANNOTATIO.

Hoc est officinis vsurpatum Oxymeli compositum, & valentius est quam Oxymeli de duabus radicibus.

ACETVM SCILLITICVM.

XXXV.

Efficax ad incidendos ac discutendos crassos & lentos humores, gingiua humore laxas & putrescentes sanat: eas enim reprimat, & firmat. Dentes mobiles stabilizat. Oris putredines compefcit, eiusque odorem commendat, foetore illius dissipato. Solidescit potu eius guttur, callum faucibus obducit, validioremque vocem & clariorem efficit. Datur stomachicis, ægre cibum concoquentibus: concoctionem enim iuuat. Comitialibus, vertiginosis, melancholicis, calculosis: item vuluarum strangulationibus, lieni tumescenti, & ischiadicis prodest. Admodum imbecillos recreat, & corpus sanum reddit, bonumque colorem præbet. Visum acuit, & difficilem auditum, instillatum iuuat. In summa, ad omnia efficax est, demptis internis exulcerationibus, doloribus capitis, & neruorum vitij. Conficitur hoc modo. Scilla candida repurgata, in taleolos seu<sup>a</sup> laminas ligneo cultello conciditur, & filo<sup>b</sup> traiecta<sup>c</sup> segmenta modicis interuallis, ne se contingant, <sup>d</sup>quadraginta diebus in umbra siccantur. Sumitur deinde <sup>e</sup>ex calib. vna, & in optimi aceti lib. octo, in vase vitrato stricti orificij bene obstructo demittitur, & septenis diebus in sole madescit. Post id tempus scilla eximitur, & expressa abijcitur. Defecatum acetum transfunditur, & reponitur.

ANNOTATIONES.

Cor.  
Cortex.

<sup>a</sup> Laminas.) Ioannes Damascenus filius Mesuæ eligit eas quæ inter centrum siue cor & corticem externum, seu superficiem mediæ sunt: propterea, vt quidam arbitrantur, quod partes in superficie constitutæ sint nimis siccae. ad centrum verò sitæ, nimis humidae. Et verum certè est, quod aridae tunicae (ita enim Plinius lib. 20. cap. 9. appellat) in superficie positæ, tanquam nullius momenti sint abijciendæ: & sumendum reliquum, quod è viuo est. Centrum etiam seu medium Scillæ, vnde germen enascitur, etiam abijciendum erit.

<sup>b</sup> Filo traiecta.) Acule lignea Ioannes Damascenus traiecit, ne ferrum tangat, quo venenari opinatur. Nam contrahit à ferro venenatam quandam rubiginem. Quo nomine, ligneo quoque cultro in laminas, seu taleolos concidendam scilla erit.

<sup>c</sup> Segmenta.) filo scilicet suspensa.

<sup>d</sup> Quadraginta diebus.) Non enim ob tenacem succum, quem habent, situmque facile contrahunt, præsertim si se contingunt, in umbra facile siccantur.

<sup>e</sup> Demde ex ea.) Scillæ arida frustra intellige pendentia.

OXYMELI SCILLITICVM SIMPLEX.

Ioannis Damasceni,

XXXVI.

Humo-

**H**vmores crassos, lentos, frigidos, eradicatu difficiles extenuat, incidit, & abstergit: ideoq̄ ad ciendum vomitum efficax. Dentes vacillantes ac mobiles firmat, & oris suauitatem efficit. Ab illius vsu caueant tabidi, & febribus acutis laborantes. Fit ex aceti scillitici, lib. duabus. Mellis despumati, lib. tribus. Percoquantur despumando ad Serapij consistentiam.

## OXYMELI SCILLITICVM COMPOSITVM.

Eiusdem.

XXXVII.

**I**D potētius multo incidit, tenuat, terget, obstructa aperit, in diuturnis quartanis, & quotidianis, quam oxymeli de radicibus. Recipit radicem apij, foeniculi, petroselinij, rusci, asparagi, añ vncias duas. Seminum apij, foeniculi, añ vnciam vnam. Omnia hæc in aquæ lib. duodecim, & aceti scillitici lib. vna macerantur, & ad dimidias coquantur. Expressum post cum mellis optimilibris duabus, ad Serapij consistentiam percoquitur.

## SERAPIVM E STICHADE SIMPLEX.

Ioannis Damasceni.

XXXVIII.

**I**Vuat omnes cerebri & neruorum affectus frigidos, nempe neruorum resolutionem, epilepsiam, conuulsionem, tremorem, & similes. Destillationibus à capite in thoracem, quas frigidus excitauit humor, conducit, ventriculūq̄ firmat. Habet florum stichadis, drach. triginta. Thymi, calaminthæ, origani, añ drach. decem. Anisi, drach. septem. Passarum vuarum repurgatarum, vnc. quatuor. Coquantur in lib. octo aquæ, ad duarum consumptionem. Colato mellis optimi lib. quinque adijciuntur, & iterum coquantur ad Serapij crassitudinem: quod conditur cum cinamomi, calami odorati, zingiberis, añ drach. vna, & dimidia. Ligata in panno raro, in Serapio appenduntur.

## SERAPIVM E STICHADE COMPOSITVM.

Eiusdem.

XXXIX.

**I**dem quod præcedens efficit. Capit florum stichadis, drach. triginta. Thymi, calaminthes, origani, añ drach. decem. Anisi, pyrethri, añ drachmas septem. Piperis longi, drach. tres. Zingiberis, drach. duas. Vuarum passarum repurgatarum, vncias quatuor. Coquantur in lib. octo aquæ, ad duarum consumptionem. Colato adduntur mellis puri lib. quinque, & rursus coquantur ad Serapij consistentiam. Id conditur cinamomi, calami odorati, spicæ nardi, croci, zingiberis, piperis nigri, & longi, añ drach. vna, & dimidia. Ligata in panno raro serico uel in Serapio crassiuscule contusa appenduntur.

## SERAPIVM BIZANTINVM, SINE \*ACETO.

Ioannis Damasceni.

XL.

\* Alias simplex.

**H**vmores crassos & lentos incidit atque extenuat, obstructionem aufert, hæc morbo regio succurrit. Accipit succi intybi satiu latifolij, & apij, añ lib. duas. Succilupi salictarij, & echij hortensis vel syluestris, añ lib. vnam. Feruefiant semel, despumentur, & purgentur. Eius succi clarificati lib. quatuor, igne lento coquantur, cum sacchari lib. duabus & dimidia in Serapio.

a iij SERA

LEONHARTI FVCHSII  
SERAPIVM BIZANTINVM \*CVM ACETO.Eiusdem.  
XLI.

**E**fficacius est priori. Recipit succi intybi fatiui latifolij, & apij, añ lib. duas. Succilupi salictarij, & echij fatiui vel syluestris, añ lib. vnã. Iam dictis succis incoquuntur, Rosarũ, vnciã duã. Glycyrrhizã, vnc. dimidia. Spicã nardi, drach. duã. Seminum anisi, fœniculi, apij, añ drach. tres. Colantur & clarificantur. Claro adduntur aceti lib. duã. Sacchari albissimi, lib. duã, & dimidia. Percoquuntur in Serapium.

## SERAPIVM EX EVPATORIO.

Eiusdem.  
XLII.

**V**entriculum & iecur roborat, ac frigidis iecoris vitijs, & eiusdem obstructionibus, aquã inter cutem incipienti, maloq; corporis habitui succurrit. Humores crassos incidit & extenuat, & per vrinas expurgat, flatus dissipat, & hypochondriorum tensionem demolitur. Habet radicũ apij, fœniculi, intybi fatiui latifolij, añ vncias duas. Glycyrrhizã, florum iunci odorati, cassuthã, absinthij, rosarum, añ drach. sex. Adiantũ, <sup>a</sup> spinã albã, & <sup>b</sup> Arabicã, florum aut radicũ echij, anisi, fœniculi, eupatorij, añ drach. quinq;. Rhei barbari, mastiches, añ drach. tres. Spicã nardi, asari, folij, añ drach. duas. Coquuntur in aquã lib. octo, ad terciã partis consumptionem, & cum sacchari clarificati lib. quatuor, & succorum apij & intybi fatiui latifolij, añ lib. duabus. Percoquuntur in Serapium.

## ANNOTATIONES.

*Spina alba.*

<sup>a</sup> *Spina alba.*) Officinã hactenus barbara voce vsã, Bedeguar appellarunt. Debent autem, vt lib. i. dictum est, in penuria verã spinã albã vti nostrate, quam tomo primo nostrorum de Stirpium historia commentariorum descripsimus, & pinximus.

*Spina Arabica.*

<sup>b</sup> *Arabica.*) Suchaham itidem barbara appellatione nominant officinã. Quum verò hodie incognita sit Arabica spina, pro ea albã vsurpare oportet. Geminandum igitur hoc in loco eius pondus, & accipiendã drachmã decem.

*Eupatorium.*

<sup>c</sup> *Eupatorij.*) Ioannis nimirum Damasceni, filij Mesur. Quanquam si etiam Græcorum, quod iecoris roborandi, & tollendi obstructiones facultatem obtinet, vsurpetur in alterius penuria, nihilo deterius Serapium futurum est. Mesur tamen Eupatorium ad tollendas obstructiones multo est efficacius, & bilem magis per inferna deturbat, præsertim si Graciola vocata herba pro Eupatorio vsurpetur, quã Centaurij minoris species est. Verum autem Mesur Eupatorium, est Ageratum Dioscoridis, vt in nostris de Stirp. historia commentarijs demonstraui.

## SERAPIVM E GLYCYRRHIZA.

Eiusdem.  
XLIII.

**T**vsim antiquam iuuat, thoracem & pulmones expurgat, pleuritidicq; auxiliatur. Calefacit, incidit, tenuat, terget, expurgat, lenit, siccit. Capis glycyrrhizã, vncias duas. Adiantũ, vnciam vnã. Hyslopi, vnc. dimidiam. Horis 24. in aquã lib. quatuor macerantur, dein coquuntur ad dimidias. Expresso adijciuntur mellis optimi, sacchari, <sup>a</sup> penidiorum, añ vnciã octo. Stillaticij rosarum liquoris, drach. sex. Percoquuntur in Serapij consistentiam.

## ANNOTATIO.

<sup>a</sup> *Penidiorum.*) Penidia ex purissimo saccharo esse debent, ne colaturã negotium facessant. Hoc est, saccharum in penidiorum consistentiam percoctum, & pistillo ligneo probe tritum immisceri debet.

SERA.



DE COMPOS. MED. LIB. II.  
SERAPIVM EX HYSSOPO.

287

Eiusdem.

XLIII.

**A**sthma, tussim, aliaq; thoracis vitia efficax est, humoresq; excreatu  
difficiles extenuat, & educit. Potenter obstructiones liberat, & hypochō-  
driorū dolores lenit. Accipit hyssopi, radicū apij, fœniculi, petroselini, gly-  
cyrrhizæ, añ drach. decem. Hordei repurgati, vnciam dimidiam. Seminū  
maluæ, & cydoniorum, tragacanthæ, añ drach. tres. Adianti, drach. sex. Zi-  
ziphorum, myxorum, añ numero triginta. Vuarum passarum purgatarum,  
drachmas duodecim. Ficum siccarum, palmularum pinguium, añ numero  
decem. Coquantur omnia in lib. octo aquæ, quoad quinq; supersint. Expres-  
sum cum <sup>a</sup> penidiorum alborum lib. duabus percoquatur in Serapium.

ANNOTATIO.

<sup>a</sup> Penidiorum alborum.) Sic autem vocat, quæ ex saccharo albissimo & purissimo facta  
sunt: non ex crasso & pingui, vel rubro cum amylo, & sublito marmore butyro. Nam sic  
facta penidia ægrè, vt dictum est, colantur, & impurum ingratumq; Serapium reddunt.

Penidia  
alba.

SERAPIVM E PRASSIO.

Eiusdem.

XLV.

**T**horacem & pulmonem expurgat: ideoq; earundem diuturnis vitijs, & a  
frigido tenaciq; humore excitatis, atque eradicatu difficilibus succurrit.  
Hinc senibus & asthmaticis plurimum conducit. Recipit prassij, vncias duas.  
Hyssopi, adianti, añ drach. sex. <sup>b</sup> Glycyrrhizæ, vnciam vnam. Calaminthes,  
anisi, radicū apij, & fœniculi, añ drach. quinq;. Iridis, seminum maluæ & fœ-  
nigræci, añ drach. tres. Seminū lini & cydoniorum, añ drach. duas. Vuarum  
passarum purgatarum, <sup>c</sup> vncias duas. Ficum siccarum pinguium, numero  
quindecim. Coquantur in lib. decem aquæ ad dimidias. Expressum percoqui-  
tur cum <sup>d</sup> penidiorum & mellis despumati, añ lib. duabus in Serapium

ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Prassio.) Græca voce ita hodie etiam appellant officinæ, quum illis potius Serapium  
è marrubio nominandum esset. Viride autem maxime accipiendum.

<sup>b</sup> Glycyrrhizæ.) In nonnullis codicibus desideratur. Tamen quum ad affectus thoracis  
plurimum conferat, rectè cum alijs huius Serapij compositionem ingreditur. Qui gly-  
cyrrhizam omittunt codices, legunt, hyssopi, adianti, siue capilli veneris, añ vnc. vnam.

<sup>c</sup> Vncias duas.) In quibusdam exemplaribus est vnciæ quinq;. Sed nos plurium codi-  
cum lectionem secuti sumus.

<sup>d</sup> Penidiorum.) In aliquibus codicibus separatim legitur, Penidiorum, lib. vna. Mellis  
despumati, libris duabus.

SERAPIVM E CALAMINTHA.

Eiusdem.

XLVI.

**L**ienosis, & alijs qui ex humoribus crassis ac lentis obstructione laborant,  
asthmaticis, & diutina tussi affectis, retentisq; menibus succurrit. Senes  
quoq; & durū lienē iuuat. Habet calaminthæ <sup>a</sup> domesticæ & syluestris, añ vnc.  
duas. Ligustici, dauci, floris iunci odorati, añ drach. quinq;. Vuarum passarum  
purgatarum, lib. dimidiam. Coquantur in lib. sex aquæ ad dimidias. Expressum  
percoquitur cum mellis optimi lib. duabus ad Serapij consistentiam.

ANNO

Calamintha  
domestica &  
sylvestris.

*a* Domestica & sylvestris.) Per domesticam, vel eam quæ nobis peregrina est, & in hortis iam plantatur, & cultis in locis prouenit: per syluestrem autem, montanam nostram, quæ in incultis nascitur, aut certè eam quæ alio nomine pulegium syluestre dicitur, intelligendam esse censemus. Vtriusq; effigiem, & aliorum quoq; generum in commentarijs nostris de Stirpium historia offendent studiosi.

## SERAPIVM E MENTHA MAIVS.

Eiusdem.

XLVII.

**V**entriculum frigidum roborat, eiusq; concoctione iuuat, vomitum nau-  
seamq; reprimat, singultum sanat, alui fluorem à frigidis humoribus natū  
sistit. Capit succi cydoniorum *b* vinosorum, siue acidodulcium, & dulcium,  
succu granatorum acidodulcium, & dulcium, añ lib. vnam, & dimidiam. *c* In illis  
horas xxiiij. macerantur *d* menthæ siccæ lib. vna & dimidia. Foliorum rosarū,  
vnciæ duæ. Coquuntur igne lento, ad medietatis consumptionem. Colatum  
cum mellis vel sacchari lib. duab. percoquitur in Serapium: quod cum Galliæ  
moschatae tritæ, & in panno raro ligatæ drachmis duabus aromatizatur.

## ANNOTATIONES.

*a* Maius.) Hoc Serapium posteriori siue minori valentius est, & vsitatum: idq; merito, quod suo calore blando, & leuicula adstrictione ventriculum imbecillum & dissolutum roborat.

Vinosa.  
Muza.

*b* Vinosorum, siue acidodulcium.) Sic vocamus, quæ in vini odorem aceseunt. Barbari Muza nominant, non sine risu eruditorum: quum *μύσα* illis erant appellanda, quod media sint inter acida & dulcia, adeoq; vtrunq; saporem participant, atq; de dulcedine & aciditate aliquid habeant. Hinc aliqui acidodulcia vocant. Nos Dioscoridem imitati, vinosa diximus. Is enim *ὄνωδος* punica nominat, quæ mediam inter dulcia & acida naturam habent: id est, quæ neq; planè dulcia, neq; profus acida sunt, sed de vtroq; sapore aliquid participant.

ὄνωδος  
punica.

*c* In illis.) Sole scilicet, aut residentia purgatis.

*d* Menthæ.) Parum scilicet siccatæ, quæ superuacaneam humiditatem nonnihil deposuerit.

## SERAPIVM E MENTHA MINVS.

Eiusdem.

XLVIII.

**E**andem propemodum cum præcedente facultatem obtinet. Accipit succi  
menthæ depuratæ, lib. vnam. Succu punicorū dulcium, & acidorum ad di-  
midias cocti, lib. duas. Cum mellis vel sacchari lib. vna, percoquuntur in Sera-  
pium.

Serapium ex  
absinthio  
simplex.

## SERAPIVM EX ABSINTHIO.

Eiusdem.

XLIX.

**V**entriculum & iecur roborat, aliâq; nutritionis organa: appetentiam ex-  
citât, ac vim retentricem firmat. Aduersus regium morbum prodest. Fla-  
tus discutit, humoresq; per vrinam pellit. Recipit absinthij *b* Romani, lib. di-  
midiam. Foliorū rosarum, vncias duas. Spicæ nardi, drach. tres. Vini albi, ve-  
teris, boni, odori, succi cydoniorum, añ lib. duas, & dimidiam. Prædicta in ijs  
macerantur in vase marmoreo horas viginti quatuor, dein igni lento coquan-  
tur ad dimidias. Colata cum mellis aut sacchari lib. duabus percoquuntur in  
Serapij crassitudinem,

## ANNOTATIO.

*a* Ex absin-

*a Ex absinthio.*) Sunt qui compositum nominant, ad alterius differentiam, quod simplex illis non immerito vocatur. Hoc ut Mesuae filius refert, accipit absinthij Romani drach. centum. Coquitur in aqua lib. tribus, vsq; ad tertias. Dein manibus fricatur, ac colatur, atq; cum mellis & vini, añ lib. vna, fit Serapium. Magna vis eius est ad iecoris affectus, qui solum absinthium requirunt, vel ad vacuandam bilem ex ventriculo.

*b Romani.*) Romanum absinthium est, quod alio nomine ponticum dicitur, ut è Ioanne Damasceno, in capite de absinthio manifestè colligitur: in deturbanda flaua bile ex ventriculo, & eodem atq; iecore roborando efficac. Errant Monachi, qui in Mesuae filium annotationes scripserunt, dum rusticum & vulgare accipiendum esse censent.

*Absinthium Romanum. Monachi errant.*

## SERAPIVM E FVMARIA.

Eiusdem.

L.

**V**entriculum & iecur roborat, obstructionsq; tollit. Vitia cutis ex falsis & perulstis humoribus excitata, uerbi gratia, scabiem & impetiginem, emendat. Habet myrobalanorum flauorum, cepulorum, añ numero viginti. Florum borraginis & echij, violarũ, absinthij, cassuthæ, añ vnc. vnam. Glycyrrhizæ, rosarum, añ vnc. dimidiam. Epithymi, polipodij, añ drach. septem. Prunorum, passarum vuarum purgatarum, añ lib. dimidia. Tamarindorum, castæ fistulæ, añ vnc. duas. Coquuntur in lib. decem aquæ, ad librarum septem consumptionem. Expressum cum succi fumarizæ cocti & depurati, & sacchari, añ lib. tribus in Serapij consistentiam percoquitur.

## ANNOTATIO.

Operosa est huius Serapij, & iniucunda confectio, efficax tamen ad ea quæ pollicetur. Decoquenda verò primum Polypodium, pruna, passulæ, glycyrrhiza, absinthium, rosa, cuscuta, flores borraginis, echij siue ut hodie vocant buglossæ, violarum, myrobalani, dein epithymus, tandem tamarindi & castæ fistularis pulpa. Simplicium facta decoctione succus fumarizæ cum saccharo clarificato in Serapium percoquitur. Vim habet etiam leuiter aluũ soluentem ac lenientè. Sumptus pondere trium vnciarũ. vsq; ad quinq; vel sex purgat salisam pituitam, & bilem vtrunq; lèterum vtrunq; depellit. Sunt qui hodie succum fumarizæ coctum, residentia purgatum cum saccharo æquali in Serapium condiunt.

## SERAPIVM EX EPITHYMO.

Eiusdem.

L I.

**A**trabilem, & alios humores vstos vacuat: ob id morbos ex ijs nascentes, scabiem, lepram, elephantiam, cancrum, vlcera maligna, fistulosaq; præcauet, curatq;. Capit epithymi boni Cretensis, drach. viginti. Myrobalanorum flauorum, indorum, añ drach. quindecim. Cassuthæ, fumarizæ, añ drach. decem. Thymi, calaminthæ, buglossi, myrobalanorum emblicorum, & belliricorum, glycyrrhizæ, polypodij, agarici, stichadis, añ drach. sex. Rosarum, feminis foeniculi, anisi, añ drach. duas, & dimidiam. Prunorum, numero viginti. Vuarum passarum purgatarum, vnc. quatuor. Thamar Indorum, vnc. duas, & dimidiam. Coquuntur in lib. octo aquæ ad dimidias, dein remota ab igne macerantur noctem vnam. Recalefacta exprimuntur. Expressum cum sacchari clarificati, lib. quatuor. Sapæ, lib. duabus percoquuntur in Serapium,

## SERAPIVM EX ARTHEMISIA.

Matthæi Gradi.

L II.

**M**edei vitij vteri, & pferim eius pfoctioni, flatus & dolores dissoluit, & ad ciēdos mēses apicēdasq; obstructiōes ex crasis & lētis humorib. natas magnam

magnam efficaciam habet. Accipit arthemisiæ, manip. duos. Pulegij, calamintha, origani, melissophylli, perlicariæ, sabinae, sampfuchi, chamædryos, hyperici, chamæpityos, matricariæ cum flore, centaurij minoris, rutæ, betonicæ, buglosi, añ manipul. vnum. Radicum fœniculi, apij, petroselini, asparagi, rufci, <sup>a</sup> saxifragiæ, helenij, <sup>b</sup> dictamni, cyperi, rubiæ, iridis, pæoniæ, añ manipul. vnum. Seminis iuniperi, libystici, petroselini, apij, anisi, nigellæ, carpobalsami, costi, asari, pyrethri, casisæ lignæ, cardamomi, calami odorati, phu, añ vnciam dimidiam. Quassata macerantur in <sup>c</sup> aqua fluuiali sufficienti horas 24. Post coquuntur ad aquæ dimidiæ consumptionem. Tunc aufertur igni, dum aqua tepuerit: fricantur manibus omnia, & colantur. Expressum cum mellis aut sacchari lib. quatuor, percoquitur in Serapij consistentiam.

## ANNOTATIONES.

*Serapia magistralia.*

Hoc Serapium ex numero eorum est, quæ à recentioribus Magistralia nominantur: quod scilicet magna arte & industria, si dijs placet, composita sint. Quum tamen rectè illa expendentibus, non sint nisi quædam ex catalogo Simplicium nullo iudicio descriptæ coaceruationes. Nam quid rogo hoc præfens Matthæi Gradi Serapium aliud est, nisi confusum quoddam chaos ex catalogo Simplicium menses mouentium contextum? Quapropter quum singula, vel horum saltem pauca ad menses euocandos sufficerent, non est cur à nobis tam prolixa & operosa compositio probari debeat. Cæterùm habent etiam eiusdem farinæ compositionem aliam Serapij de Matricaria nominati: quam lubens prætereo, quod antea satis magna in officinis nostris Serapiorum sit copia: & quod præfens ei per omnia ferè simile sit, idemq; possit.

*Saxifragia.*

<sup>a</sup> *Saxifragia.*) Quum Itali, è quorum grege autorem huius Serapij fuisse constat, Saxifragiam nominent herbam, quæ nobis Pimpinella dicitur: eius radix ad Serapij præfentis compositionem vsurpanda erit.

*Dictamnus.*

<sup>b</sup> *Dictamni, cyperi, rubiæ.*) Non Cretensem intelligit, utpote cuius radix inusitata hodie est: sed eius, quam hodie Dictamnium, vel (ut ipsi loquuntur) Diptamum album vocant. Quum enim radix illa admodum amara sit, ad tollendas vteri obstructions, & meatus extergendos, adeoq; menses eliciendos efficax sit oportet. Tamen non prohibemus, si quis etiam veri seu Cretensis dictamni folia vsurpet, quod eandem habeat facultatem.

<sup>c</sup> *Aqua sufficienti.*) Libris nimirum octo, in quibus primum radices, post semina, dein herbæ, tandem aromata bulliant, ad dimidiæ partis consumptionem. Expressum cum sacchari & mellis singulorum libra vna & dimidia fiat Serapium.

## AQVA MVLSA.

## LIII.

**M**agnarum est virium, ex maiorum nostrorum sententia. Siquidem sitim sedat: <sup>b</sup> affectus frigidus, præsertim cerebri, neruorum & articulorum iuuat. Loco vini pota tussim humidam, eo quod asperitatem faucium & gutturis mitiget ac leniat, puris & pituitæ crassæ ac lentæ excreationem promouet: lauat, tergit, purgat intestina, viscera, meatus vrinarios. Quapropter colicis prodest, ac aluum subducit, & calculum in vijs vrinæ gigni prohibet. Fit ex mellis <sup>c</sup> boni, lib. vna. Aquæ fontanæ dulcis & claræ, lib. octo. Coquuntur in vase lapideo vel vitrato, igni lento ad partis <sup>d</sup> quartæ consumptionem: & continenter despumantur, dein colantur per densum pannum, & reconduntur.

## ANNOTATIONES.

*Aquamulsa.*

<sup>a</sup> *Aquamulsa.*) Græcis μελίκερατορ, & ὑδρομέλι dicitur, hoc quidem recens, illud verò inueteratum. Veteribus id genus potionis vsitatissimum fuit.

<sup>b</sup> *Affectus frigidus.*) Biliosis namq; naturis, & morbis calidioribus, & ijs quibus tumida & eleuata sunt viscera, quos Græci μεγαλοπλάγχερ vocant nocet. Dulcedine enim sua promptissimè in bilem vertitur mel.

*Mel bonum.*

<sup>c</sup> *Mellis boni.*) Quod colore pallidum est, odore iucundo, sapore modicè acri & dulci, consistentia inter crassum & tenue media, non vetus.

<sup>d</sup> *Quartæ.*) Variant hic autores. siquidè alij ad tertiam, alij ad quartam, nonnulli ad quintam partis consumptionem coquunt. Nos mediam viam, veluti tutissimam, amplexi sumus. De facultatibus aquæ mulsæ, plura Dioscorides habet.

MEL

## MEL ROSATVM.

Ioannis Damasceni.

## LIIII.

**V**entriculum roborat, & in partibus nutritioni famulantibus pituitam extergit, concoctionemq̄ iuuat. Sic fit. Foliorum rosarum rubearum nondum explicatarum contusorum, lib. duę. Mellis boni & despumati, lib. sex. Coquuntur lento igni, quantum oportet. Vel ita. Succı rosarum, mellis optimi, añ vnc. quatuor. Coquuntur, vt antea. Aut hoc modo. Foliorum rosarum, & succı earundem, añ vncıa vna, & dimidia. Mellis, vnc. tres.

## ANNOTATIO.

Tres modi compositionis mellis Rosati à filio Mesuę traduntur. Primum nonnulli appellant Mel rosatum cum folijs, seu non colatum. Et ita paratum habere debent pharmacopolę. Alterum, ex succo scilicet, & melle, mel rosatum colatum nominatur. Tertium ex succo, folijsq̄ rosarum, & melle constat. Hodie primum genus ex tritis folijs, non desiccatis in vmbra, & remotis vnguibus, vt iubet filius Mesuę, sed recentibus paratur. Id verò postea igni liquatum, linteoq̄ percolatum, mel rosatum colatum, vocatur, ad potiones, & alia medicamenta liquida paranda vtile. Rectius autem ex infusionis multiplicis rosarum recentium, & mellis pari mensura, in Serapij cōsistentiam, mel rosatum colatum coquunt nonnulli. Et quo plures sunt infusiones, eo valentius fit. Paratum autem mel rosatum vase vitreo, vel terreo vitreato excipitur, & soli exponitur, & tertio quoq̄ die mouetur, vt vndiquaq̄ incalescant, & diligenter obturentur.

*Mel rosatum cum folijs, seu non colatum.*  
*Mel rosatum colatum.*

## MEL ROSATVM ALIVD.

Efficacius,

## LV.

**H**abet rosarum rubearum nondum explicatarum foliorũ recentium contusorum, lib. duas. Coquuntur in aqua cœlestis lib. quatuor, vsq̄ ad quartę partis consumptionem. Expresso adduntur succı rosarum rubearum deputati, mellis optimi despumati, añ lib. tres. Percoquuntur ad iustam consistentiã.

## MEL VIOLACEVM.

## LVI.

**C**onfert leuiter febricitantibus. refrigerat enim, & humectat. Fit, vt rosatum, estq̄ duplex colatum, & non colatum. Eius vsus frequentissimus est ad clysteres, quoties intestina detergenda, lubricanda, & refrigeranda. Sunt qui in eius confectıone accipiunt mellis optimi nec veteris libras tres. Florum violarum leniter desiccatarum, lib. vnam. Ponuntur in vase ad solem.

## MEL ANACARDINVM.

## LVII.

**M**emorıę iacturam refarcit, labantes sensus refricat, obliuionem discutit, & mentem exacuit, morbis cerebri frigidis & humidis confert, nervorumq̄ resolutioni opitulatur. Fit hoc modo. Anacardiã recentia teruntur, & in aqua coquuntur, donec melliginem quandam in rubeo colore fuscã remittant. Ea aqua innatans aufertur, & reconditur. Quidam anacardiã recentia trita diebus septem in aceto macerata coquunt ad dimidias, & colant. Expressum melle ad spissitudinem coquunt. Alij mel Anacardinum vocant, in quo Anacardiã sunt condita, & seruantur. Quod certè ab omnibus parari potest: prius non nisi ab ijs, apud quos Anacardiã proueniunt.

## MEL EMBLICORVM.

## LVIII.

**B**isariam fit. Vno modo, quando myrobalani emblici melle condiuntur, & seruantur. Alio, quando emblicorum decoctum ad mellis spissitudinem aut consistentiam reducitur.

b MEL

## LIX.

**F**lt in hunc modum. Vuarum passarum intus purgatarum lib. quatuor, macerantur in aquæ lib. duodecim, horas viginti quatuor. Dein coquuntur, quoad tertia pars remanserit. Colatum ad mellis crassitiem recoquitur.

## MEL MYRTINVM.

## LX.

**F**lt ex succi myrtorum libra vna, & mellis libræ duabus, igne lento simul percoctis.

## ANNOTATIO.

Nunc reliquum esset vt decocta subijceremus. Verum quum intelligam hæc nõ diu in corrupta posse conseruari, & præstare vt quiuis medicus pro re nata noua & affectui congruentia componat, non putauit esse faciendum vt in decoctis describendis non necessariam operam nauarem.

## APPENDIX.

## DE DECOCTIS.

*Decocta noua faciendi.*

**D**Ecoctis per se vtimur, aut medicamentis quibusdam admiscemus, ad eorum compositionem, aut dissolutionem, vt facilius assumi possint. Decocta verò multa sunt in Mestræ antidotario, quæ hoc loco commemorare nihil attinet, quod perinde atq; alia decocta quæ à medicis pro morborum varietate parantur, confici soleant, & nos lib. 3. huius operis cap. 16. de ijs abundè agemus. Nos tria tantum subijciemus, quorum vsus in medicorum officinis frequens est.

## DECOCTVM COMMVNIS CLYSTERIS.

**R**ecipit betæ, maluæ, parietariæ, attriPLICIS, mercurialis, añ manipul. vnum. Decoquantur in sufficiente aquæ quantitate. Sunt qui adijciunt seminum anisi & fœniculi, añ drachmas duas.

## DECOCTVM COMMVNE PVRGANTIBVS.

*Decocta communia curatiua.*

**H**abet hordei integri, vnc. vnam. Prunorum numero xiiij. Passularum, vnciam vnam. Glycyrrhizæ rasæ, drach. tres. Violæ foliorum, manipulum vnum. Seminis anisi, drach. vnam, & dimidiam. Decoquantur vt præcedentia. Vocantur verò vtraq; decocta communia, quod nulli parti corporis, nec certo alicui humori sint destinata.

## DECOCTVM PECTORALE.

**S**ic dictum quod commune alijs partibus non sit, sed pectori siue thoraci potius destinatum. Accipit hordei integri, vnc. vnam. Glycyrrhizæ rasæ, vnc. dimidiam. Adianti, capillum veneris vocant: hysopi, singulorum manipulum vnum. Ficuum, palmularum dactylorum uel emundatorum. Passularum nuculeatarum, sebestæ, singulorum numero sex. Florum violarũ, borraginis, vtriusq; pugillum vnum. Anisi, drach. duas. Decoquantur vt oportet. Vt erit maxime ad medicameta quæ in thoracis morbis curandis exhibentur dissoluenda.

DE PVLVERIBVS, ET SPECIEBVS,  
SECTIO VNDECIMA.

## PVLVIS PRO EPITHEMATE

cordis,

℞

Accipit



ACCIPIT fantali rubei, vnc. vnam. Corticum citrij mali, fantali albi, rosarum rubearum, corallij albi & rubei, succini, eboris vsti, añ vnc. dimidiam. Florum borraginis, daronici Romani, añ drach. vnam. Ofsis cordis ceruini, croci, añ drach. vnam. Specierum lætitiæ Galeni, & electuarij de gemmis & diamargariton, añ scrup. quatuor. Florum semperuiui, scrup. vnum. Terantur omnia in puluerem tenuissimum, & commisceantur.

## PVLVIS PRO EPITHEMATE IECORIS.

II.

RECIPIT rosarum, fantalorū albi & rubei, absinthij pontici, floris iunci odorati, eboris vsti, spicæ nardi, spodij, seminis intybi fatiui latifolij, añ vnc. dimidiam. Trita in puluerem permiscetur, & reconduntur.

## PVLVIS ADVERSVS CALCVLVM.

Nofter.

III.

HABET radicem fœniculi, asparagi, filipendulæ, añ drach. duas. Radicis rubeæ tinctorum, scrup. duos. Radicis aristolochiæ rotundæ appellatæ, & altheæ, añ drach. vnam, & dimidiam. Glycyrrhizæ rasæ, drach. septem. Seminum genistæ, ammeos, apij, anisi, fœniculi, dauci, cumini, saxifragi, milij solis, añ drach. vnam. Seminum melonum & citruli excorticorum, añ drach. tres. Seminis halicacabi, drach. vnam. Lapidis spongijs marinis, & iudaici, añ scrupulos duos. Parietariæ, maluræ, añ drach. duas. Polij montani, adiantij, asari, pullegij, betonicæ purpureæ, añ drach. vnam. Caryophyllorum, galangæ, sanguinis hircini arefacti, & præparati, añ drach. duas. Bdellij, ammoniaci, añ drach. vnam. Oculorum cancri, cinamomi selecti, iunci odorati, añ drach. vnam, & dimidiam. Sacchari, vnc. quinque. Contusa & redacta in puluerem minutissimum permiscetur. Optimus hic puluis non tantum ad excutiendum calculum, verum etiam ad cauendum ne is vel in renibus vel vesica procreetur. Pondus exhibitionis eius in stillatio Saxifragæ vel Trichomanis decocto.

\* *Rectius fumarie prima Plinij.*

## PVLVIS ADVERSVS PESTEM.

Nofter.

III.

CAPIT radicem tormentillæ, betonicæ altilis, pimpinellæ, dictamni vulgaris, siue albi vocati, añ drach. vnam. Seminum citrij mali, portulacæ, oxalidis, añ drach. vnam, & dimidiam. Specierum diamargariton frigidarum, teræ lemnis, boli armenij, añ drachmas duas. Coralliorum rubeorū, fantalorum rubeorum, alborum, ofsis cordis ceruini, añ drach. vnam. Croci, ligni aloës, ramentorum eboris, añ drach. dimidiam. Scabiosæ, cardui benedicti, foliorum dictamni Cretenis, añ drach. tres. Myrrhæ selectæ, aloës iecorariæ, añ drach. duas. Radicum buglosi, gentiana, añ drach. duas, & dimidiam. Coriandri præparati, drach. vnam. Tritis omnibus commixtis, fiat puluis. Datur drachma vna, aut sesquidrachma pro ætatis ratione.

## PVLVIS ADVERSVS LVMBRICOS.

Nofter.

V.

b ij Accipit

**A**ccipit seminis fantonici, quod lumbricorum vocant, vnciam vnā. Centaurij minoris, stichadis citrinae vocatae, radicis dictamni albi, absinthij vulgaris, calaminthæ, scordij, añ drach. duas. Pulegij, origani, eupatorij Auicennæ, \* abrotoni, menthæ, añ drach. vnam, & dimidiā. Lupinorum, foliorum aristolochiæ rotundæ, añ drach. duas, & dimidiā. Aloës, drach. duas. Myrrhæ, drach. vnam. Cornu ceruini vsti, drach. vnam, & dimidiā. Radicis gentianæ, Achilleæ luteæ quam Tanacetum nominant, florum, añ drach. duas. Trita in puluerem tenuissimum misceantur. Datur quantum de precedenti ex vino, aut Serapio glycyrrhizæ.

Herbam Kunigundis vocant.

## PVLVIS VEL DRANGEA LAXATIVA.

VI.

**R**ecipit turpeti, vnc. vnam. Macis, cinamomi, mastiches, galangæ, cardamomi, caryophyllorum, anisi, hermodactylorum, dacrydij, añ vnc. dimidiā. Foliorum senæ, vnc. duas. Sacchari, vnc. quatuor. Contrita in puluerem commisceantur.

## PVLVIS MEDICAMENTI TURPETI.

Auicennæ.

VII.

**P**urgat humores pituitosos: & de sententia Auicennæ, datur pueris, mulieribus, senibus, humidis, delicatis, & ociosis. Habet cinamomi, mastiches, turpeti albi, añ drach. decem. Sacchari albisissimi, pondere omnium. Trita, in puluerem subtilissimum redacta, permisceantur.

## ANNOTATIO.

a Cinamomi.) Auicenna habet Zingiberis albi. Nos autem substituiimus cinamomum, propter causam cap. 88. primi libri expositam. Sunt qui puluerem pituitam purgantem eiusmodi componunt. Accipit Turpeti, drach. vnam. Hermodactylorum, drach. dimidiā. Cinamomi, scrupulum vnum. Sacchari, semunciam. Misceantur, terantur, & fiat puluis. Vfus eius est in articulorum, & coxæ doloribus, atq; in podagræ cruciatibus. Pituitam ex corporis penetralibus, atq; articulorum cavitatibus potenter elicit, ieiuno ex pulli iusculo datus.

## PVLVIS SENÆ PRAEPARATAE.

Montagnanæ.

VIII.

**C**aput purgat mirabiliter. Adustos & retorridos humores, melancholicumq; succum, pituitam item falsam vacuat. Cutis foeditatem, scabiem, lepram, aliaq; cutis vitia sanat. Caput folliculorum senæ, drach. duodecim. Zingiberis, maceris, añ drach. tres. Cinamomi, \* tartari, añ drach. vnam, & dimidiā. In puluerem redacta comisceantur. Dantur in iusculo, drach. tres, aut quatuor.

\* Tartarum barbari fecem vini induratam, & dolijs vinarijs vini optimi & generosi adhaerentem nominant. Vulgò weinstein. Senæ ingratitudinem obtundit. Odorata flatulentam & torminosam Senæ naturā corrigunt.

## PVLVIS AD GLANDES VALIDAS

conficiendas.

IX.

**A**ccipiunt ellebori albi, nucleorum colocynthidis, añ vnc. vnam, & dimidiā. Esulæ præparatae, hermodactylorum, añ vnc. vnam. Specierum hieræ simplicis Galeni, drach. duas. Trita in puluerem permisceantur.

## PVLVIS STERNVTATORIVS,

Noster,

X.

Recipit



**R**ecipit maioranæ, nigellæ, añ drach. duas. Radicum pyrethri, drach. tres, \* *Condisi.*  
& dimidiã. \* Struthij, piperis albi, añ vnc. dimidiã. Ellebori albi, drach.  
sex. Cubebarum, drach. vnam. Zingiberis, castorij, añ drach. tres. Trita in pul-  
uerem miscentur. Egregie sternutamenta mouet.

## PVLVIS SANGVINEM SISTENS.

Noster.

XI.

**H**abet thuris, drach. duas. Aloes, drach. vnam. Sanguinis draconis, boli  
armenij, terræ lemnia, añ drach. vnam, & dimidiã. Mumia, drachmam  
vnam. Seminis plantaginis, drach. vnam, & dimidiã. Baccarum myrti, balau-  
stiarum, añ drach. dimidiã. Radicis bistortæ, & symphyti maioris, añ drach.  
duas. Gallarum, drach. vnam. Coralliorum rubeorum, lapidis hæmatitis, añ  
drach. vnam, & dimidiã. Gypsi, drach. duas. Trita in puluerem permiscentur.

## ANNOTATIO.

Galenus lib. 5. thera. methodi cap. 4. puluerem sanguinis eruptionem supprimentem  
tantum ex thuris parte vna, & aloes dimidia componit, & cui candido subigit, vt illic vi-  
dere licet. Plurimum illum commendat ad membranarum cerebri hæmorrhagiam, ve-  
narum vulnera, & ad alias sanguinis vndecunq; eruptiones.

## PVLVIS \* ALEXIPHARMACVS.

XII.

\* *Bezeardicus.*

**C**apit boli armenij cum aceto præparati, vncias duas. Rosarum rubearum,  
drach. vnam. Seminis oxalidis, citrij mali, & rutæ, doronici Romani, suc-  
cini, seminis cardui benedicti, añ scrup. quatuor. Corallij vtriusq; ligni aloes,  
serici crudi, radicis tormentille, añ drach. vnam. Dictamni Cretensis, betonica  
altilis radicis, scabiosæ, terræ Lemniæ, añ drachmã vnam, & dimidiã. Croci,  
scrup. duos. Margaritarum perforatarum, santalorum omnium, añ drach. vnã.  
Ambra, scrup. vnum. Moschi, scrup. duos. Redacta in puluerem misceantur.  
Ex vino odore & grato, aut cum serapio è citro sumitur. Venenis, alijsq; medi-  
camentis deleterijs, & viscera tentantibus aduersatur. Vitales spiritus, & cor-  
dis robur deiectum confirmat.

## PVLVIS VIOLARVM ODORVS.

XIII.

**A**ccipit radicis iridis Florentina, lib. vnam. Rosarum, violarum, añ vnc.  
vnam, & dimidiã. Maioranæ arida, vnc. vnam. Caryophyllorum, drach.  
tres, & dimidiã. Santali albi, vnc. vnam, & dimidiã. Moschi, drach. dimidiã.  
am. Terantur in puluerem.

## SPECIES MIXTAE.

XIII.

**H**abent cinamomi, zingiberis, añ vnc. duas. Nucis moschata, vnc. vnam.  
Caryophyllorum, macis, añ vnc. dimidiã. Granorum paradyfi, piperis  
nigri, añ vnc. vnam. Permisceantur.

## SPECIES BERTHOLDI.

XV.

**C**apiunt cinamomi selecti, lib. dimidiã. Zingiberis albi, q̄. vnam. Pipe-  
ris longi, galangæ, granorum paradyfi, añ vnc. vnam. Cardamomi, vnc.  
dimidiã. Caryophyllorum, macis, nucis moschata, añ drach. tres, & dimidiã.  
am. Croci orientalis, vnc. vnam, & dimidiã. Sacchari albi, lib. tres. Fiat puluis.

## SPECIES INCISAE.

XVI.

b iij

Accipiunt

**A**ccipiunt feminis anisi, glycyrrhizæ purgatæ, añ lib. dimidiã. Coriari<sup>2</sup> dri præparati, feminis fœniculi, carei, zingiberis, añ q̄r. vnam. Calami odorati, vnc. duas. Galangæ, zedoariæ, añ vnc. vnã. Incidantur, & misceantur.

## TRAGAEA COMMVNIS.

XVII.

**R**ecipit cinamomi, vnc. duas. Caryophyllorum, macis, nucis moschatae, añ vnc. vnam. Zingiberis, vnc. vnam, & dimidiã. Sacchari albi, lib. tres. Speciebus in crassio rem puluerem redactis misceantur, & fiat tragæa.

## SAL SACERDOTALIS.

XVIII.

**H**abet zingiberis, radicis acori veri, pyrethri, feminis cumini, ammeos, piperis nigri, feseleos, hyssopi, fatureig, origani Cretensis, pulegij, añ drach. vnam. Cinamomi, vnc. dimidiã. Salis cõmunis, drach. duodecim. Fiat puluis.

## SAL MARCELLINVS.

XIX.

**C**apit fals ammoniaci, costi radicis, añ drachmas vndecim. Piperis nigri, drach. duas. Cinamomi selecti, piperis albi, caryophyllorum, galangæ, zedoariæ, añ vnc. vnam, & dimidiã. Hyssopi, thymi, origani, carei, anisi, apij, petroselinii, leuistici, añ drach. sex. Misceantur, & fiat puluis.

## PVLVIS \* CEPHALICVS.

XX.

**V**sus eius est in cranij ossẽ nudato & abrafo, eiusdemq̄ fracturis. Accipit Sarcocollæ, thuris, iridis, sanguinis draconis, myrrhæ, aristolochiæ longæ, ana partes æquales. Fiat puluis subtilissimus.

## ANNOTATIO.

*Cephalicus.  
Catagmaticus.*

\* Cephalicus dictus est à capite, cui inspergitur. Alio nomine catagmaticus, quod caluarie fracturis adhibeatur. Componuntur ex ijs quæ abstergunt, siccant, & adstringunt medicamentis eiusmodi pulueres. Galenus lib. 3. de medendi ratione cap. 2. erui farinam, & mannam thuris addit. Præstat hunc in officinis paratum habere propter Chirurgos, & medicos qui chirurgiam exercent, qui hoc ipso crebro vtuntur, quemadmodum etiam alijs qui sequuntur.

## PVLVIS SARCOTICVS.

XXI.

**H**oc vtuntur ad vlcera caua implenda, carnem gignendã, & profunda vulnera æquanda. Habet sarcocollæ, massiches, sanguinis draconis, boli armeni, corticum thuris, myrrhæ, lithargyri, aloës, ana pares portiones. Terantur omnia subtilissimè.

## PVLVIS DETERSORIVS.

XXII.

**V**lceribus omnium partium fordidis, putridis, cuniculosis, fistulosis, & maleficis confert. Sordes enim detergit, putrilaginem vindicat, ac virus serpens eluit. Recipit aluminis diligenter triti, drach. duas. Salis, drach. vnam. Mellis, vnc. tres. Omnia simul mixta cremantur olla, vstis, tritisq̄ iridis drach. mæ tres tritæ miscentur.

## ANNOTATIO.

Sunt

Sunt qui vitriolo vsto ad easdem sordidorum & malignorum vlcera quærelas vtuntur. Hoc enim ab illis vritur, diuq; ex aceto tritum circumagitur, deinde siccatur. Puluis autem is ex vitriolo citra morsum siccatur, & putredines sanat. *Puluis ex vitriolo.*

## PVLVIS CICATRICES INDVENS.

XXIII.

**D**Vris corporibus, contumacibus vicijis, & humidis admodum vtilis est, ideoq; desiccando cicatrice vlcera inducit. Accipit balauftiorum, sanguinis draconis, <sup>a</sup> cadmiæ argenti, aeris vsti, loti ana partes æquales. Fiat puluis subtilissimus.

## ANNOTATIO.

<sup>a</sup> *Cadmiæ argenti.*) Quæ in argenti fornacibus fit, candidior, & minus ponderosa, Plinio lib. 34. cap. 10. teste, existit. *Cadmiæ argenti.*

PVLVIS AD EOS QUI EX ALTO  
cecidierunt.

XXIII.

**C**onfert ruptis, contusis, fractis, ijs qui sanguinem expiunt, & præcipitatis. Habet <sup>a</sup> Rhubarbari optimi, drach. vnam. <sup>b</sup> Momia, <sup>c</sup> rubiæ vtriusq; drach. dimidiam. Terræ lemnia, boli armenij, vtriusq; drach. vnam. Sanguinis draconis, balauftiorum, vtriusq; scrup. duos. Radicis symphyti maioris, drach. vnam, & dimidiam. Terantur omnia subtilissimè in pollinem.

## ANNOTATIO.

<sup>a</sup> *Rhabarbari.*) Veterum nimirum, quod Dioscoride & Galeno testibus, ad prædicta omnia præstantissimum existit.

<sup>b</sup> *Momia.*) Ita cum Nicolao Myrepsa appellare libet. Hodie mutatione o in u, Mumi- am appellant. Alij medicatum funus. Præstat autem pro ea vsurpare Pissasphaltum, quod iam affertur, paulo antè medicis incognitum. *Momia. Pissasphaltum.*

<sup>c</sup> *Rubiæ.*) Cuius radix acerba & amara, Galeno etiam attestante, est. Ratione igitur acerbæ qualitatis prædictis vitijs conducit. Quia verò non leuem abstergendi facultatem obtinet, idè præstabit fortè pro ea vsurpare in hoc puluere radicem Heptaphylli siue Tormentillæ. Puluis iste ex vino adstringente fumitur.

DE PASTILLIS, SECTIO  
DVODECIMA.

\* Trochiscis

## \*PASTILLVS EX EUPATORIO.

Ioannis Damasceni.

I



**C**ONSTRUCTIONEM & tumorem præter naturam iecoris & lienis sanat, ac inde natas febres diuturnas, & harum rigorem. Morbum regium, hydropem incipientem demulcet. Habet manna, succi <sup>b</sup> eupatorii, añ vñc. vnam. Rosarum, vñciam dimidiam. Spicæ nardi, drach. tres. Rheubarbari, asari, anisi, añ drach. duas. <sup>c</sup> Spodij, drach. tres, & dimidiam. Cum stillatio catluthæ liquore fingantur pastilli, & in loco vmbroso, & ventis perflato resiccentur.

## ANNOTATIONES.

b iij

a Pastil-

Pastillus.  
Trochiscus.

*a Pastillus.*) Græcis  $\tau\rho\acute{o}\chi\iota\sigma\kappa\omicron\varsigma$  dicitur, qua voce hodie officinæ uti malunt quàm Latina pastilli, aut orbiculi, aut rotulæ. ita enim Græca vox interpretari potest. Eodem autem modo quo catapotia formantur, sed forma differunt pastilli. Et si enim instar catapotiorum rotundi sunt, tamen compremuntur. Alij etiam quadrata finguntur forma. Species tenuius teruntur quàm ad catapotia. Ponderant magna ex parte drachmam vnam, vel duas.

*b Eupatorium.*) Filij Mesuræ, utpote huius pastilli autoris, utendum, si haberi potest. Est autem nunc multis cognitum, & in hortis ferè omnibus plantatur.

Spodium.

*c Spodij.*) Arabum spodium nequaquam accipiendum: quod quale sit, libro primo indicauimus: sed potius officinarum siue Platearij, quod non est nisi ebur vltum. Quod in omnibus quoque reliquis pastillis obseruandum erit, ne sit opus ut id crebrius repetamus.

### PASTILLVS \*E VIPERA.

Andromachi.

II.

**A**ccipit *b* carnis viperinæ in cacabo nouo cum aqua pura, viridi anetho & modico sale bene *c* coctæ, vnc. octo. Hæc in mortarium coniecta validè, paulatim instillato *d* iusculo, teritur. Vbi autem quàm tenuissimè fuerit trita, panis triticeus purissimus aridi triti & cribrati, vnc. duæ adduntur: & rursus iusculi quod satis est affunditur, & in conterendo diligentissimè vniuntur, ac modico *e* opobalsamo adhibito finguntur tenues pastilli, & in vmbra desiccantur.

#### ANNOTATIONES.

Vipera.

Tirus.

Nota vipera

*a Vipera.*) Vipera, serpens est, quem barbari & recentiores medici Tirus vocant. Hinc est, quod præsentem pastillum è Tiro inscribant. Eius serpentis copia in Germania haberi non potest, sed ex Italia peti debet. Est autem vipera, animal colore sufflauum, admodum agile, Galeno in libello de Theriaca ad Pisonem teste, collo maximè protenso, oculis subrubentibus, inuerecundis trucibus & feroci aspectu, capite latiore, corpore vniuerso & ventre crassiore, cauda aceruatim in tenuitatem abeunte. A masculo foemina ijs rebus dissidet, & quod dentes caninos plures duobus exerit.

Caro vipera  
vt paranda.

*b Carnis viperinae.*) Qua ratione autem caro hæc parari debeat, Galenus & alij Græci medici ex Andromacho docent. Viperæ foemina notandæ magnitudinis viginti, aut paulo plures pro totius confecturæ quantitate non quouis anni tempore, sed iam desinente vere, nondum autè inchoata æstate, accipiendæ, & primum ipsarum capita & caudæ præcidendæ. Nam præterquam quod hæc partes virulentiores esse videntur, etiam duræ & modicæ carnis cōpotes existunt. Sufficit autem in magnis viperis id quod aufertur utrobique quatuor digitos æquare. Reliquum verò totum corpus cute detracta, adipe, utpote inutili, & intestinis ademptis, aqua perlutum in fictile nouum, & probè exterius conijciendum.

*c Bene cocta.*) Quod cognoscitur, vbi spinæ & ossa à carnibus separantur.

*d Iusculo.*) Scilicet in quo viperarum carnes decoctæ fuerunt.

Opobalsamū.  
Matthioli  
mordacitas  
retrusa.

*e Opobalsamo.*) Pro succo balsami sumatur succus Leucoij, quod Cheiri officinæ vocant. Et hoc loco Matthiolus me pungit, quod opobalsamum addiderim præter Andromachi institutum, medicamentum quo iam penitus destituimur. Fateor quidem Opobalsamo nos hodie carere, tamen quum eius in horum pastillorum compositione non solum Paulus, verum etiā Aëtius mentionem faciat, quid est cur reprehendere audeat Matthiolus, quod tantorum autorum exemplo motus feci? Nihil profecto quàm ut me Germanum hominem insectetur, errorumque suspectum reddat, & in se Italum, omnium oculos cōuertat. Quum igitur me passim sine meo merito errorum insimulet, faciam & ego, ut vicissim omnes intelligant, Matthiolum potius Matæolum, quasi  $\mu\acute{\alpha}\tau\alpha\omicron\rho\ \delta\lambda\omicron\rho$ , nominandum esse.

### PASTILLVS \*SCILLITICVS,

Andromachi.

III.

**R**ecipit *b* scillæ assepartium internarum, *c* lib. vnam. Farinæ erui, vnc. octo. Teruntur hæc simul validè in mortario, & excepta in pastillos digeruntur, & in vmbra siccantur.

ANNO-

*a Scilliticus.*) Quodd ex scilla præparetur, ita dictus.  
*b Scilla affa.*) Assatur autem hoc modo. Scilla recens bonæ habitudinis ex terra sumitur, quum folia ipsius & caules exactè inaruerint. Cortice autè adempto, fermento mundo aut massa farinacea circumlinitur: postea in calido cinere, aut furno torrefit, vsq; dum farinacea massa obducta, in crustam indurescit. Quod si fornax aliquis habeatur, in illum simul cum pane immittitur. Dein extracta, per ambitum, massa farinacea cōsticcata adempta purgatur, & internæ partes teneriores acceptæ probè teruntur.

*Scilliticus.*  
*Scilla vsq;*  
*assatur.*

*c Libram vnam.*) Aëtius accipit lib. tres. Scillæ, lib. duas, farinæ eruinæ. Nicolaus scillæ, drachmas sexaginta. Farinæ eruorum, drach. quadraginta. Quod sanè in idem recidit. Nam vterq; Scillam pondere farinæ eruinæ sesquialteram esse vult: id est, tres partes Scillæ, duas autem farinæ. Quam ponderis rationem nos etiam obseruauimus: sunt enim, Scillæ vnciæ duodecim quæ ad vncias octo, sesquialteræ proportionem habent.

*d Excepta.*) Aëtius in ijs conformandis rosaceum oleum adhibet.

PASTILLVS HEDYCHROI.

Andromachi.

III.

**H**abet <sup>a</sup> mari, amaraci, asari, aspalathi, añ drach. duas. Iunci odorati, calami odorati, phu, <sup>b</sup> xylobalsami, opobalsami, colti, cinamomi, añ drach. tres. Myrrhæ, folij, spice nardi, croci, calix, añ drach. sex. Amomi, drach. duodecim. Mastiches, drach. vna. Cum vino veteri odorato dulci, finguntur pastilli.

ANNOTATIONES.

Hæc est legitima Hedychroi, quod Arabes corrupta voce Alin daracaron nominant, Andromachi descriptio. Aliæ autem diuersæ ab illa descriptiones sunt, quemadmodum Galenus lib. 1. de Antidotis fusius monstrat. Actuarius eadem medicamenta è quibus constituitur Hedychroum, simplicia recenset, ne vno quidem vel adiecto, vel omisso. In pondere, tamen variat, quemadmodum etiam Aëtius: qui tamen in numero simplicium Hedychroum constituentium consentit.

*a Mari.*) Ita legit Galenus loco iam citato, & Actuarius: vt non sine maximo errore Cornarius, mendosum græcum codicem secutus, in Aëtio, Ari pro Mari conuerterit. Marum autem, Galeno & Plinio testibus, peregrina est herba, vt in Germania illam prouenire vix crediderim. Quapropter eius succedaneo vtendum, quod non est nisi Sifymbrium: cui, Dioscoride attestante, æquales vires habet. Balsamita igitur vocata, pro Maro pharmacopœi vtantur.

*Cornarij lapsus.*  
*Marum, &*  
*eius succedaneum.*

*b* Quid pro Opobalsamo, xylobalsamo, folio, & amomo sit accipiendum, libro primo, & in quibusdam compositionibus præcedentibus est monstratum.

PASTILLVS GALLIÆ MOSCHATAE.

Ioannis Damasceni.

V.

**C**erebrum & cor roborat, oris atq; adeò totius corporis odorem commendat. Capit ligni aloës crudi, boni, selecti, drach. quinq;. Ambaris, drach. tres. Moschi, drach. vnam. <sup>a</sup> Glutinis tragacanthæ cum stillaticio rosarum liquore extracti, quantum ad ea comprehendenda sufficit. Fingantur pastilli magnitudine folij myrtei, sigillentur, & in vase vitreo reponantur.

ANNOTATIO.

*a Glutinis tragacanthæ.*) Intelligit lentum eius cremorem, mucilaginem barbaris dictum: aptum ad excipienda medicamenta, pastillum hunc ingredientia.

*Gluten tragacantha.*

PASTILLVS ALIPTÆ MOSCHATAE.

Nicolai Myrepsici.

VI.

**V**alet pueris laborantibus asthmate, & ijs qui angustis sunt thoracè, nè lac hauustum retinent: præstatq; vsu optimi & odoriferi suffitus. Accipit ladanii purissimi, vnc. tres. Styracis calamitis, vnc. vnam, & dimidiam. Styracis rubri, vnc. vnam. Ligni aloës boni, drach. duas. Ambaris, drach. vnâ. Caphuræ, <sup>b</sup> scrupul. vnum. Moschi, scrupul. dimidium. Cum stillaticio rosarum liquore finguntur pastilli.

ANNO-

LEONHARTI FVCHSII  
ANNOTATIONES.

Delicata est compositio, & ad delicias suo odore maximè accommodata, suffitu, & vaporatione grata. Cor & cerebrum roborat, & imbecillum puerorum ventriculorum. Dicta est alipta moschata fortè, quod in vnguenta & emplastra ad odoris gratiam conciliandam veniat.

*b* *Scrupulum vnum.*) Ita quidem manuscriptus græcus codex habet. Latini verò codices legunt, scrupulum vnum & dimidium. Mihi Græci codicis lectio magis arridet, quod Caphuræ odor grauis admodum sit, & quod hic magis vt citius medicamentum ignem concipiat indita esse videatur. Quare scrupuli vnus pondus sufficere potest.

PASTILLVS E RHEOBARBARO.

Ioannis Damasceni.

VII.

**A**Duersus iecoris & lienis obstructionem, malum corporis habitum, & aquam inter cutem prodest. Ad frigidos & pituitosos, ac biliosos etiam iecoris affectus, & icterum utilis est. Recipit rhei barbari boni, drach. decem. Succii eupatorii, drach. quatuor. Amygdalarum amararum, drach. duas, & dimidiam. Rosarum, drach. tres. Spicæ nardi, anisi, rubiæ, absinthij, asari, seminis apij, añ drach. vnam. Cum stillatio cassuthæ liquore formentur pastilli, pondere vnus aurei.

PASTILLVS EX ABSINTHIO.

Eiusdem.

VIII.

**V**entriculi, iecoris & lienis obstructiones tollit, appetentiam excitat, diurnis febribus succurrit. Ventriculorum, iecur, & lienem roborat. Habet rosarum, absinthij, anisi, añ drach. duas. Rhabarbari, succii eupatorii, asari, apij, amygdalarum amararum, spicæ nardi, mastiches, <sup>a</sup> folij, añ drach. vnam. Cum succo intybi fatiui latifolij finguntur pastilli.

ANNOTATIO.

<sup>a</sup> Pro eo succedaneo vtendum, quod quale sit suo monstrauius loco. Nardi igitur drachmæ duæ accipiantur.

PASTILLVS <sup>a</sup>E SPODIO.

Nicolai Myrepsici.

IX.

**E**fficacissimus ad febres acutas ventriculi, & iecoris phlegmonem, sitimq; vehementem. Capit spodij, drach. quatuor. Rosarum rubearum, drachmas septem. Seminis portulacæ, succii glycyrrhiæ, añ drachmas duas. Cum <sup>a</sup>lento <sup>b</sup>psyllij succo finguntur pastilli ponderis drachmæ vnus. Sunt qui addunt, seminum quatuor frigidorum maiorum, gummi Arabici, tragacanthæ, croci, añ drach. vnam, & dimidiam.

ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *E spodio.*) Simpliciter nominatur, vt scilicet distinguatur à pastillo è spodio cum adiectione, Cum semine oxalidis, appellato, quem mox subiiciemus. Et hic, quod antea sæpe monuimus, Arabum spodium non intelligendum erit. Siquidem hoc ex harundinis radicibus vltis constat, quod Auicenna scribit, ac erodendi facultatem habet, quapropter huic pastillo nõ inferendum: immò potius officinarum nostrarum, quod non est nisi ebur vltum, adstringendi facultate præditum. Qua de re lib. i. huius operis copiosè diximus. Cæterum quum non solum Mesues, sed & Nicolaus hunc pastillum describat, ad illum autorem potius quàm Mesuæ filium referre voluimus: melioris nimirum distinctionis gratia, vt scilicet præsens Nicolai, sequens Ioannis Damasceni inscriberetur.

<sup>b</sup> *Psyllij.*) Nicolaus habet, Lini.

PASTILLVS E SPODIO CVM SEMINE OXALIDIS.

Ioannis Damasceni,

X.

Aduer-

**A**Duersus febres acutas & biliosas cum alui fluore valet: ventriculi & iecoris excalefactionem, & sitim, quæ continenter excruciat, restinguit. Accipit rosarum rubearum, drach. duodecim. <sup>a</sup> Spodij, drachmas decem. Seminis oxalidis, drach. sex. Seminis portulacæ, seminis coriandri aceto macerati, & torrefacti, pulpæ <sup>\*</sup> rhois, añ drach. duas, & dimidiam. Amyliasi, balaustiorum, <sup>\*</sup> Sumachs, baccarum oxyacanthæ, añ drach. duas. Gummi Arabici asii, drach. vnam, & dimidiam. Cum <sup>\*</sup> omphacio formantur pastilli. <sup>\*</sup> Agrestis

## ANNOTATIO.

<sup>a</sup> Spodij.) Spodium Arabum, vt sæpe antea monuimus, hic intelligendum non venit, neq; Græcorum spodium è fornacibus ærarijs petitum, interaneis nocentissimum: sed ebur potius vltum, vt dictum est.

## PASTILLVS E MYRRHÆ.

Rhazis.

XI.

**M**enses potenter admodum euocat, ita vt foetum etiã excutiat. Vitijs è retentis mensibus natis succurrit. Recipit myrrhæ, drach. tres. Lupinorum optimè tritorum, drach. quinq;. Foliorum rutæ, mentastri, pulegij, cumini, rubiæ, <sup>\*</sup> succi medici, sagapeni, opoponacis, añ <sup>a</sup> drach. duas. Cum succo arthemisiæ finguntur pastilli. <sup>\*</sup> Asa fetida.

## ANNOTATIONES.

Descripti sunt ex Rhaze lib. 9. ad Mansorem. Exhibentur ex feminis Iuniperi decocto, idq; efficacissimè.

<sup>a</sup> Drachmas duas.) In priore editione pro drach. duas, typographus magno errore reposuit uncias duas.

## PASTILLVS EX ABSINTHIO.

Nicolai Myrepsici.

XII.

**A**D eos quibus ventriculus refrigeratus est, iocinerosos, lienosos, & tumorem in iecore habentes, bonus. Habet absinthij, fœniculi, anisi, rosarum, amygdalarum amararum, añ drach. tres. Asari, spicæ, floris iunci odorati, apij, añ drach. duas. Rhei barbari, succi eupatorij, añ drach. vnam. Trita cum succo intybi latifolij, redigantur in pastillos.

## ANNOTATIO.

Quum pastillus ille ex absinthio descriptus à Nicolao, ei qui à filio Mesuræ refertur, præferendus videatur: ideo vt hic quoq; inter pastillos vltimos suum, obtineret locum, voluit, vt si quis eo vti mallet quàm Ioannis Damasceni, in promptu haberet compositionem.

## PASTILLVS E LACHÆ.

Ioannis Damasceni.

XIII.

**A**D obstructions iecoris, lienis, & inde natas febres varias diuturnas, & ascitem valet: item vrinas mouet. Capit lachæmundatæ, succi glycyrrhiæ, absinthij, <sup>a</sup> oxyacanthæ, succi eupatorij, rhei barbari, aristolochiæ longæ, costi, asari, amygdalarum amararum, rubiæ, anisi, apij, iunci odorati, añ drach. vnam. Cum stillatio eupatorij liquore formantur pastilli ponderis drachmæ vnius.

## ANNOTATIO.

<sup>a</sup> Oxyacantha.) Berberim officinæ nō rectè vocant. Est enim Oxyacantha diuersa à Berberi planta, vt alibi copiosè ostendimus. Ingreditur autem hunc pastillum vt obstructio- nes eximat, quandoquidem, Galeno teste, sit tenuium paruum, & parum incidat. Habet verò facultatem etiam roborandi iecur. Nicolaus Myrepsus, qui itidem hos pastillos describit, aliam, & à præfenti nonnihil variantem habet, quam mox subiiciemus: vt si quis ea vti mallet, haberet in promptu compositionem.

PASTIL-

LEONHARTI FVCHSII  
PASTILLVS E LACHA.

Nicolai Myrepfici.  
XIII.

**A**Diocinerosos, lienosos & stomachicos. Accipit lachæ quæ tingunt fullo-  
nes, rosarum, spodij, absinthij, sacchari, succi eupatorij, añ drachmas tres.  
Rhei barbari, drach. quatuor. Floris iunci odorati, drach. duas. Trita cum suc-  
co scœniculi, aut intybi fatiui latifolij, digerantur in pastillos.

PASTILLVS E CAPPARIBVS.

Ioannis Damasceni.  
XV.

**A**Duersus lienis duritiem valet, & flatus in eo dissipat. Recipit corticum  
radicis capparidis, feminis agni, añ drach. sex. Seminis nigellæ, calaminthæ,  
acori, amygdalarum amararum, nasturtij, hammoniæ, foliorum rutæ, aristo-  
lochiæ rotundæ, succi eupatorij, añ drach. duas. Cyperi, <sup>a</sup>scolopendrij, añ drach.  
vnam. Trita omnia, cum hammoniaco in aceto dissoluto excipiuntur, & in pa-  
stillos rediguntur.

ANNOTATIONES.

*Cordus.*

Huius pastilli compositio in medicamentario libro Valerij Cordi nõ est integra, ideoq;  
ad illius præscriptum confici nõ debet.

*Scolopendrij*

<sup>a</sup> Scolopendrij.) Per Scolopendrium non linguam ceruinam, sed Ceterachium officinis  
appellatam, intelligit. Nã ad lienis obstructiones tollendas, utilis admodum est, hæc herba.

PASTILLVS EX AGARICO.

Incerti autoris.  
XVI.

**P**luitam è cerebro & capite elicit. Crassos quoq; humores & lentos è thora-  
ce educit. Habet agarici selecti, vnc. tres. Salis fossilis, quem gemmæ no-  
minant, vnc. vnam. Cum serapio acido simplici finguntur pastilli, & loco sicco  
reponuntur.

AGARICVM TROCHISCATVM:

Hoc est, in pastilli formam redactum.  
XVII.

**C**apit agarici selecti, vncias quatuor. Redactum in puluerem cum vino, in  
quo Zingiber maceratum est, in pastillos digeritur. Efficax est ad purgan-  
dos crassos & lentos humores minori noxa ventriculi, quam si Agaricus solus  
propinetur. Agaricus enim quum leuitate sua, & permeationis tarditate ven-  
triculum turbet, merito acria vt est Zingiber, & penetrãtia admittit, ad virium  
transitusq; per viscera obstructa celeritatem.

PASTILLVS E <sup>a</sup>COLOCYNTHIDE.

Ioannis Damasceni.  
XVIII.

**A**Ccipit pulpæ colocynthidis albæ & leuis, seminibusq; purgatæ, <sup>b</sup> drach.  
decem. <sup>c</sup> Forficibus incidantur, & fricentur cum olei rosacei, vncia vna.  
Cum lento succo seu mucagine tragacanthæ, gummi Arabici, bdellij, añ drach.  
sex, stillaticio rosarum liquore dies quatuor maceratis, finguntur pastilli, & sic-  
cantur in umbra. Siccati iterum minutissimè teruntur, & cum eadem mucagine  
rursus formantur pastilli, qui in vsum reconduntur.

ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Ecolocyn-



*a* *Ecocynthide.*) Non est autem, nisi pastillus qui officinis hodie barbaro, & ipsis in- *Pastilli al-*  
cognito nomine, Alhandal appellatur. Ingreditur Hieræ Hermetis apud filium Mesuæ *bandal.*  
compositionem. Alijs quoq; inijcitur compositionibus. Vfus eius pastilli tum erit, vbi pi-  
tuitam & humores alios crassos ac glutinosos ex profundo corporis, & partibus longè  
distantibus, vt cerebro, neruis, musculis, articulis, pulmone, thorace euellere confilium  
est. Quare in cephalalgia, hemicrania contumaci, epilepsia, apoplexia, vertigine, asthma-  
te, ischiade, morbis articularum frigidis, item in acuendis clysteribus huius pastillum  
hunc vsurpare licebit. Hodie vsus eius maximus est in acuendis catapotijs pro colocyn-  
thide non ineptè, quòd salubrior sit quàm ipsa Colocynthis, quæ per hos pastillos quan-  
dam veluti emendationem, & vitiorum correctionem accipit.

*b* *Drachmas decem.*) In omnibus propemodum codicibus filij Mesuæ legitur drachmas  
decem. Sunt tamen qui mendosam esse hanc lectionem, putent, quod olei rosacei quanti-  
tas satis magna sit, cum decem drachmis collata. Sed parum firma hæc est ipsorum ratio,  
quod decem illæ drachmæ facillè alijs quæ adijciuntur, & in quibus macerantur, in pastil-  
li formam fingi possint. Accedit, quod decem vnciæ colocynthidis cum vna vncia olei  
rosacei vix, immò multo difficilius, quam decem drachmæ, in pastilli formam redigi que-  
ant, quicquid cucullati illi Monachi garriant. Deniq; haud satis tutum est tantam colo-  
cynthidis copiam pastillo huic indere, de quo vltra scrupulum vnum per se assumi pa-  
rum tutum est.

*c* *Forficibus incidantur.*) Et tenuissimè etiam terantur, ne asperæ eius partes intera-  
neis adhærentes ea exulcerent.

## PASTILLVS RAMICH.

Ioannis Damasceni.

XIX.

Ventriculum cor, secur, imbecilla firmat: & lubrica viscera ac intestina ro-  
boratae constringit, choleram morbum reprimat, acrimoniam obtun-  
dit, animum reddit tranquillum, omnem sanguinis eruptionem cohibet: qua-  
propter sanguine è naribus profluente insufflando impellitur, alijsq; medica-  
mentis admiscetur. Recipit succi oxalidis, vncias sedecim. Rosarum, vnciam  
vnam. Baccarum myrti, vncias duas. Coquantur parum, & colantur. His mi-  
scentur gallarum recentium curiosè tritarum, vnciæ tres. Coquantur iterum.  
Deinde sequentiâ in puluerem trita inspergantur, nempe foliorum rosarum,  
vnc. vna. Santali flaui, vnc. vna, & drachmæ duæ. Gummi Arabici, vnc. vna, &  
dimidia. Carnium \*rhois, & spodij, añ drach. octo. Omphacij, drach. septem. \*Sumachi.  
Succi baccarum myrti multum tritarum, vnciæ quatuor. Lignialoes, caryo-  
phyllorum, macis, nucis moschatae, añ drach. quatuor. Miscentur omnia simul,  
& extenduntur in scurella lapidea, donec siccantur. Exiccata teruntur in tenu-  
issimum puluerem, & cum succo semperuiui, atq; stillaticio rosarum liquore  
formantur pastilli parui, & exiccati in vmbra reponuntur.

## ANNOTATIONES.

*a* *Ramich.*) Hanc vocem nonnulli interpretantur compositionem, ex adstringentibus *Ramich.*  
paratam. Quæ quidem interpretatio huic compositioni, quæ ex eiusmodi rebus constat,  
bene quadrat. Alij Ramich ex Rumicæ latina voce corruptam esse putant, quòd scilicet  
largissimam oxa'idem, quæ est Rumicis species, recipiat. Vt pastillus Ramich non sit nisi  
is, qui ex Rumice oxalide constat. Mihi posterior sententia magis arridet, etsi temerè de  
lingua mihi ignota nihil prononciem. Arabum enim inuentum est. Alij mixturam ex  
Gallis significare tradunt.

*γ* *Spodij.*) Hoc est, eboris vsti, vt iam sæpissimè monuimus.

*b* *Cum succo semperuiui.*) Filius Mesuæ habet Caphuræ. Verùm quum calidam esse con-  
flet, pro ea succum Semperuiui substituyimus.

## PASTILLVS EX \* OXYACANTHA.

Eiusdem,

XX.

\* Terboris.  
Arabum.

c AD

**A**D calidam intemperiem prodest, alui fluorem, & iccoris dolorem. Habet baccarū oxyacanthæ, drach. duas. Spodij, masticæ, ligni aloes, gallicæ moschatae, spicæ, seminis oxalidis, añ drach. vnam. Rosarū, drach. quinque. Gummi Arabici, drach. tres. Cum stillaticio rosarū liquore finguntur pastilli.

## ANNOTATIO.

*a Oxyacantha.*) Per oxyacantham, quam Arabes Berberim vocant, non eam quæ sic hodie officinis nominatur intelligere oportet: Berberis enim officinarum ab oxyacantha diuersa est: sed eam quam Dioscorides sub oxyacantha nomine pingit, cuius effigiem, & totam historiam tomo altero nostrorum de stirpium historia commentariorum dedimus.

## PASTILLVS EX OXYACANTA,

Nicolai Myrepsici.

XXI.

**A**D iccoris calorem, immodicam sitim, linguæ ariditatem, & febres arden-tes. Capit baccarum oxyacanthæ, spodij, succi glycyrrhizæ, seminis portulacæ, añ drachmas tres. Rosarum, drach. sex. *a* Spicæ, amyli, tragacanthæ, añ drach. vnam. Seminis citruli, *b* drach. vnam, & dimidiam. *c* Seminis portulacæ, drach. dimidiam. Cum aqua vel stillaticio rosarum liquore formantur pastilli.

## ANNOTATIONES.

Hoc pastillo è Berberis Mauritanorum, hoc est, oxyacantha Aegyptia, Nicolao interprete, nonnulli vtuntur crebrius, quàm superiore. Et describitur etiam à Ioanne Damasceno, sed nonnihil variatis ponderibus, & adiecto croco. Debent autem pharmacopœi vsurpare ad huius medicamenti compositionem baccas veræ oxyacanthæ.

*a Spicæ.*) Post spicam filij Mesuræ crocum, cuius nulla fit in Nicolai manuscripto codice mentio. subiicit.

*b Drachmam vnam, & dimidiam.*) Ioannes Damascenus habet drach. tres, & dimidiam. Parum autem refert, vtrum ex ijs pondus arripias: quia alterum validiorem reddit pastillum, alterum minus validum.

*c Seminis portulacæ.*) Nicolaus, & filius Mesuræ, habent Caphuræ. Nam Arabum, Caphuram refrigerare putantium, opinionem amplectitur Nicolaus. Quare pro ea semina portulacæ substituimus, licebit etiam vsurpare pro Caphura semperuiui succum.

## PASTILLVS EX HALICACABO,

Ioannis Mesuræ.

XXII.

**C**ontra renum & vesicæ exulcerationem, & natam inde vrinæ difficultatem: mictumq; sanguinis pollet. Accipit baccarum halicacabi, drach. tres. Seminis citruli, *b* melonis, cucurbitæ, añ drach. tres, & dimidiã. Boli Armenij, gummi Arabici, thuris, sanguinis draconis, papaueris albi, amygdalarū amararum succi glycyrrhizæ, tragacanthæ, amyli, nucleorum pinearum, añ drach. sex. Seminis apij, succini, *c* terræ lemnis, hyoscyami, *d* opij, añ drachmas duas. Cum succo halicacabi finguntur pastilli.

## ANNOTATIONES.

*Pastillus Al-*  
*chachengi.*

*a* Hic pastillus non solum ex Halicacabo, vel, vt corrupta voce Alchachengi hodie nominant: sed etiam *δύο φασάδες*, id est, E vesicaria, appellatur. Vsu tritissimus ad vrinæ ardorem exulcerata vrinaria fistula, vesicæ, renibus, & vteribus. Pluribus namq; diebus ex aqua mulla, zulapio rosato, aut vino austero sumpti vlcera detergent, glutinât, & cicatrice tegunt, vrinæ acrimoniam mitigant, eiusq; strigmenta mucosa, aspera & dolorifica complanant, & leniunt.

*Albatecha.*

*b Melonis.*) In Ioannis Damasceni codicibus legitur, Albatecha. Qua quidem voce non intelligit Melonem magnum, viridem, subnigrum & Indum. vt omnes ferè interpretantur: sed communem potius, vt ex Serapione & Auicenna satis liquet, qui Batecha, quæ eadem est

dem est Albatechæ, eadem tribuunt, quæ Dioscorides Meloni. Imò Batecham Serapio interpretatur Melonem.

*c Terra lemnia.*) In Mesuræ filij codice est, Boli simpliciter. Interpretantur autem omnes rubricam Sinopicam, ut quæ medicis magis in usu sit. Verùm quum hodie ad nos non afferatur, pro ea substituiamus terram Lemniam, quam sigillatam hodie vocant, quæ non est nisi bolus officinarum.

Bolus.

*d Opij.*) Paratur etiam hic pastillus sine opio. Quapropter oportet medicos in usu huius pastilli diserte in suis formulis exprimere, num pastillum hunc cum opio, vel sine opio medicamenti permiscendum velint.

## PASTILLVS E \* SVCCINO.

Eiusdem.

XXIII.

**A**Vxiliatur sanguinem excreantibus, tabidis, purulenta expuentibus, ecclesiasticis, & dysentericis: in summa, sanguinem vndecunq; emanantem sistit, ac supprimit. Recipit succini, aur. sex. Cornu cerui vsti, *b* gummi arabici assisi, corallij rubri vsti, tragacanthæ, acaciæ, *c* hypocistidis, balaustrorum, mastiches, lachæ, papaueris nigri assisi, añ aur. duos. Thuris, croci, opij, añ aur. vnum, & dimidium. Cum lento *\*psyllij* succo formantur pastilli.

\* mucagine.

## ANNOTATIONES.

*a Esuccino.*) Officinæ è Charabe Pastillum hunc nominant.

E charabe.

*b Gummi Arabici.*) In nonnullis codicibus desideratur: tamen quum ad spissandum & refrigerandum sit aptum, non video quomodo omitti possit, aut debeat.

*c Hypocystidis.*) Quum in codice filij Mesuræ sit Henfistidis, quidam succum Cisthi foliorum inaudiendum esse putant. Sed nihil refert succum foliorum, aut eius quod instar fungi est, germinis, quod hypocystis vocatur, accipiamus, propterea quòd eiusdem sint facultatis. Henfistidis autem esse vocem deprauatam ex hypocystidis, omnibus notum est, & id ipsum paulo post pluribus ostendemus.

## PASTILLVS E \* LEMNIO SIGILLO.

Ioannis Damasceni.

XXIII.

\* Terra sigillata.

**C**Ruenta spuentibus, & omni sanguinis profluuiò succurrit, ut præcedens. Habet sanguinis draconis, gummi Arabici tostii, pastillorum Ramich, rosarum rubrarum, seminis rosarum, amyli assisi, spodij, acaciæ, hypocystidis, lapidis hæmatitis, *a* succi foliorum Cisthi, balaustrij, boli armenij, terre lemnia, *b* seminis canabis, corallij, succini, añ drach. duas. Margaritarum, tragacanthæ, papaueris nigri, añ drach. vnam, & dimidiam. Seminis portulacæ tostii, cornu cerui vsti, thuris, nucum cupressi, croci, añ drach. duas. Cum stillaticio plantaginis liquore finguntur pastilli.

## ANNOTATIONES.

*a Succi foliorum Cisthi.*) In codice Ioannis Damasceni legitur Henfistides. Nemo autem est qui hanc vocem non esse corruptam videt, & è dictione Cisthi deriuatam. Non significare autem nisi succum foliorum Cisthi, in primis Auicenna testatur, qui lib. 2. cap. 334. ita scriptum reliquit. Henfistides est succus plantæ quæ dicitur Barba Hircina. Quid verò sit Barba Hircina indicat Serapio cap. 115. sui libri de simplicibus inscripti. Nam sub hoc nomine Dioscoridis Cistum describit, ut ex collatione vtriusq; loci luce meridiana clarius sit. Diuersas igitur res hypocystidis & Henfistidis nominibus intelligit Ioannes Damascenus. Hoc succum, ut diximus, foliorum Cisti: illo autem id quod iuxta Cisti radices nascitur. Merito autem succus foliorum Cisti huius pastilli compositione ingreditur, ut cui insignis sit adstringendi, Dioscoride teste, facultas.

*b Seminis canabis.*) In Damasceni codice est Sedeneji, quæ sanè dicitio Mauritanis, Serapione cap. 207. autore, Canabim denotat. Ingreditur autem hunc Pastillum propter

c ij immensam

immer sam suam exiccandi facultatem. Nec metuendus eius calor erit, quod is à tot frigidis medicamentis nonnihil frangatur. Ceterum ut id quoque adijciam, liberale ex naribus sanguinis profluuium sistunt cum succo polygoni, plantaginis, & ouorum candido fronti & temporibus illiti.

## PASTILLVS \* EX PORTVLACA.

Eiusdem.

XXV.

**F**Ebribus ardentibus, feruoribus sanguinis & flauæ bilis, ventriculi deniq; & iecoris intemperiei calidæ, & heclicæ confert. Capít rosarum, vnc. dimidiam. Spodij, glycyrrhizæ, añ drach. duas. Seminum cucurbitæ, citruli, cucumeris, & melonum, tragacanthæ, croci, gummi Arabici, spicæ nardi, añ drach. vnâ. Santali flauí, drach. duas, & dimidiã. <sup>b</sup> Ligni aloes, cardamomi, amyli, feminis portulacæ, añ scrup. duos. Sacchari albissimi, mannæ, añ drachmas tres. Cum lento psyllij succo funguntur pastilli.

## ANNOTATIONES.

*Inscriptionis pastilli ratio. Caphura.* <sup>a</sup> *Ex Portulaca.*) Noua hæc est eius pastilli inscriptio. Nam apud filium Mesuæ dicitur pastillus è Caphura. Quum verò Caphura, vel ut hodie loquuntur, Camphora nostra, quod inter Arabes Auerroes vnus testatur (quum ceteri omnes, quanquam falso, frigidam esse affirmant) abundè calida sit, huic pastillo qui ardentibus febribus maximè conuenire debet, parum rectè inseritur. Quapropter nos, ut aliàs semper, & hic pro Caphura, semen portulacæ, vel semperuiui succum, substituimus.

<sup>b</sup> *Ligni aloes & c.*) Neq; lignum aloes, neq; spica nardi, maximè autem cardamomum, quod impense calidum est, huic pastillo rectè inditum esse videtur. Sed Mesuæ filius haud dubiè hanc compositionem ex Auicenna mutuatus est, qui Canone quinto, vbi quinque Pastillorum è Caphura descriptionem refert, vnã habet, nempe primã, quæ huic per omnia respondet: nisi quòd pro feminibus citruli, cucumeris, & melonum, semen maluæ & portulacæ substituit. Secutus est igitur hic, ut alibi sæpe, Ioannes Damascenus errorem Auicennæ, è quo ferè omnia sua ad verbum transcripsit. Atqui nihil mirum, Auicennam interdum calida medicamenta Caphuræ copulasse, quum hanc ipsam iam calidã, (quanquam testè, aut inscienter) appellet & innuat. Nam loco iam citato tria Electuaria de Caphura recenset, ad concoctionem ventriculi & iecoris roborandam, & pituitam crassam incidendã, ac flatus discutiendos vtilia. Vnde omnibus perspicuum euadit, eum Caphura non ut frigido, sed potius ut calido medicamento vsum esse. Quomodo enim frigidum medicamentum pituitam crassam extenuaret, aut flatus discuteret? Et ut calido vsum esse illic Auicennam medicamento Caphura, abundè testantur medicamenta quæ ei coniunxit: quæ Santalis exceptis, omnia sunt calida. Quin etiam Canone secundo, vbi ex professo de viribus Caphuræ tractat hanc parere vigilias, memoriæ prodidit. Si vigilias excitat, quo pacto frigida esse possit nõ video. Quæ commemoranda nobis hoc loco esse duxi, ut illorum impudentiam retunderemus: qui ne hodie quidem desinunt vociferari, sine Arabum commentarijs neminem facere medicinam posse. Sed ut ad institutum redeam, quum hæc Mesuæ filij compositio mihi parum arrideat, statui aliam hac meliorem subijcere, quæ est Nicolai: ut posthabita priore, pharmacopœi sequentem deinceps in suis officinis paratam habeant.

## PASTILLVS \* E NYMPHAEA.

Nicolai Myrepsici.

XXVI.

**A**D calorem iecoris confert. Accipit rosarum, gummi Arabici, tragacanthæ, spodij, añ vnc. dimidiam. Seminum quatuor frigidorum maiorum, feminis portulacæ, glycyrrhizæ, añ vnciam vnã. Croci, drach. duas. Amyli, drach. tres. <sup>b</sup> Semperuiui succi, drach. dimidiam. Trita cum succo psyllij digeruntur in pastillos.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *ENymphæa.*) Et huius pastilli, propter causam suprã expositam, immutauimus inscriptionem. Nam Nicolao è Caphura nominatur, ut qui hac in parte Mauritanorum, Caphuram frigidam esse putantium, sequi errorem voluit,

<sup>b</sup> *Succi*

*b Succisemperuiui.*) Nicolaus Caphura habet, pro qua nos succum semperuiui substi- *Pro Caphura*  
tuimus, non certè temerè: quòd Caphura calefaciendi, haud refrigerandi facultatem ha- *floribus*  
beat, vt alibi copiosè ostendimus. Auicennà, qui loco paulo antè indicato, in tertij pastilli *Nymphææ*  
de Caphura descriptione, vtriusq; etiam Nymphææ seu Nenufaris florum meminit. *vtendum.*

## PASTILLVS E VIOLIS.

Nicolai Alexandrini.

XXVII.

**E**Xcalefactiones mitigat, aluumq; emollit. Recipit florum violarum re-  
centium, drach. quindécim. Amyli, drach. nouè. Seminis papaueris albi,  
drach. septem. Rhei barbari, drach. quinq;. Seminis plantaginis, drach. tres.  
Balsami, drach. vnam. Cum stillaticio rosarum liquore fingantur pastilli.

## PASTILLVS E VIOLIS.

\* Nicolai Myrepsici.

XXVIII.

**H**abet florum violarum recentium, drach. quinq;. Amyli, drach. tres. Se-  
minis papaueris albi, drach. duas, scrup. vnum. Rhei barbari, *b* scrupulos  
quinq;. Seminis plantaginis minoris, drach. vnam. Balsami, scrup. vnum. Tri-  
ta cum stillaticio rosarum liquore, digeruntur in pastillos.

## ANNOTATIONES.

*a E violis.*) Nicolai codex græcus, vt Latinus etiam, corruptè admodum legit  $\delta \sigma \acute{\iota} \alpha \beta \lambda \eta \epsilon$ ,  
pro  $\delta \sigma \acute{\iota} \tau \omega \rho$ : hoc est, è violis. Atq; ita quoq; legitur in Latino codice, qui Ingolstadij est edi-  
tus. Et quum hunc pastillum ingrediantur violæ (quomodo enim aliàs ab illis denomi-  
naretur (liquet primò, compositionè hanc in manuscripto codice, quo nos vsi sumus, mu-  
tilà esse. Nulla enim in ea fit violarum mentio. Desunt igitur violæ, & amyli, Dein palàm  
est, accipiendas esse violas Martias (nam illæ à Græcis  $\acute{\iota} \alpha$  vocantur) non albas, quæ iisdem  
 $\lambda \epsilon \upsilon \kappa \acute{\iota} \alpha$ , & nostris Cheiri nominantur, vt putat Cordus & eum secutus Rondeletius. Si e-  
nim de ijs locutus fuisset Nicolaus, non  $\delta \sigma \acute{\iota} \tau \omega \rho$  sed  $\delta \sigma \acute{\iota} \alpha \lambda \epsilon \upsilon \kappa \acute{\iota} \omega \rho$  inscripsisset hunc pastillum.  
Ardores internos mitigant, aluumq; emolliunt, gutturis asperitates leniunt. Vt & hinc  
palàm fiat, violas Martias, vtpote refrigerantes, magis esse huic compositioni indendas.

Cordus errat.

*b Scrupulos quinq;.*) Errat igitur Cordus, qui contra fidem omnium codicum, habet  
in suo medicamentario libro, scrupulum vnum.

Cordi errat.

## PASTILLVS \* E ROSIS.

Nicolai Myrepsici.

XXIX.

**C**apit rosarum viridium, drach. tres. Spodij, drachmas duas. Santali rubri,  
drach. vnâ, & dimidiâ, grana septè. Santali albi, drach. vnam, grana duo-  
decim. Croci, scrup. duos, grana viginti. *b* Seminis plantaginis, scrup. dimidiû.  
Trita cum stillaticio rosarum liquore digeruntur in pastillos.

## ANNOTATIONES.

*a Erosis.*) Officinæ Græca appellatione Diarhodôn magis vtuntur. Non fuit autem à *Pastillus di-*  
nobis hic pastillus temerè pretereundus, quòd multas magnas vocatas Nicolai confectio- *arhodôn.*  
nes ingrediatur. Confert etiam dysentericis, cæliacis, iocinerosis, & stomachicis. Pondera  
nonnihil ab aliorum descriptionibus variant. sunt enim legitima, & è Græco codice de-  
scripta.

*b Seminis plantaginis.*) Caphuræ, habet Nicolaus. Mutationis causam iam antea sæpe  
indicauius. Liceret etiam pro Caphura vsurpare succum semperuiui.

c iij

PASTIL-

LEONHARTI FVCHSII  
PASTILLI E ROSIS.

Rhazis.

XXX.

**A**D ventriculi dolores valent, concoctionem iuuant, febribus diuturnis, aquæ inter cutem incipienti succurrunt. Accipiunt rosarum, vnc. dimidiam. Ligni aloes, drach. duas. Mastiches, drach. vnam, & dimidiam. Absinthij Pontici, cinamomi, spicæ nardi, castæ lignæ, florū iunci odorati, añ drach. vnam. Cum vino veteri formantur pastilli.

PASTILLVS \* BECHIVS ALBVS.

Incerti autoris.

XXXI.

**A**Vxiliatur tussientibus, & difficulter spirantibus, fauciumq; asperitatem lenit. Recipit sacchari albisimi, lib. vnam. Sacchari candefacti optimi, sacchari penidij, añ vnc. quatuor. Radicis iridis Florentinæ, vnc. vnam, drach. septem. Amyli, vnc. duas, & dimidiam. Cum succo lento tragacanthæ in stillaticio rosarum liquore maceratae finguntur pastilli parui, & signantur.

ANNOTATIO.

*Bechius.  
Pectoralis  
pastillus.  
Alia compo-  
sitio.*

*a Bechius albus.*) Non sonat, nisi tussicularis albus. Ita enim Græcè appellatur, quod ad tussim efficax sit. Officinæ pectoralē nominant. Sunt qui hunc aliter componant, hoc scilicet modo. Recipiunt Sacchari albisimi, sacchari candi, añ lib. dimidiam. Amyli, vnc. duas. Cum succis lentis, seu mucaginibus gummi Arabici, & tragacanthæ, in stillaticio rosarum liquore maceratorum formantur pastilli.

PASTILLVS BECHIVS NIGER.

XXXII.

**A**bscessam vocem recuperat, tussi sicæ succurrit, asperitatem faucium lenit, & excreationem sputi accelerat. Habet succi glycyrrhizæ, vnc. quatuor. Styracis calamitis, vnc. vnam, & dimidiam. Sacchari candefacti, vnc. duas, & dimidiam. Specierum diaridis Salomonis, specierum \* eclegmatis sani & experti, añ vnc. dimidiam. Sacchari penidij, lib. dimidiam. Sacchari albisimi, lib. duas, vnc. tres. Cum mucagine tragacanthæ in stillaticio hyssopili liquore maceratae finguntur pastilli, & signantur.

\* Lohoc.

PASTILLVS PRO LAVANDO

Capite.

XXXIII.

**C**apit saluæ, rosmarini, maioranæ, lauendulæ, betonicae, añ drach. dimidiam. Stichadis Arabicae, asari, caryophyllorum, spicæ nardi, nucis moschatae, foliorum lauri, meliloti, añ drach. vnam. Ligni aloes, scrup. duos. Mastiches, thuris, gummi iuniperi, añ drach. vnam. Alistæ moschatae, galliæ moschatae, añ drach. vnam, & dimidiam. Rosarum rubearum, chamameli, origani, foliorum senæ, añ pugillum vnum. Saponis, lib. vnam. Formentur pastilli ponderis drachmarum duarum.

PASTILLVS SVFFVMIGABILIS.

Noster.

XXXIII.

\* Thymiana  
non esse nisi  
exteriorem

**A**ccipit ladani purissimi, styracis calamitæ, myrrhæ, mastiches, thuris, añ vnc. vnam. Rosarum rubearum, cinamomi, caryophyllorum, macis, nucis moschatae, añ drach. duas, \* Thymiamatis, vnc. duas. Maioranæ, rosmarini,

rini, spicæ nardī, añ drach. vnā. Aſæ dulcis, vnc. dimidiā. Santali rubei, & ci-  
trini, añ drach. duas. Corticis citrij, drach. vnam. Foliorum lauri, drach. vnam,  
& dimidiā. Seminis nigellæ, ocimi, añ drach. dimidiā. Carbonum tilia,  
vnc. quatuor. Cum stillaticio roſarum liquore, & mucagine tragacanthæ for-  
mantur paſtilli, vel candelæ.

## CANDELA SVFFVMIGABILIS.

XXXV.

**R**ecipit ſtyracis calamitæ, vnc. quatuor. Ladani, vnc. tres. Thuris, maſti-  
ches, myrrhæ, añ vnc. dimidiā. Cinamomi, garyophyllorū, macis, nu-  
cis moſchata, añ drach. duas. Santiali albi, & flauī, añ drach. duas, & dimidiā.  
Aſæ dulcis, drachmas tres. Thymiamatis, vnc. duas, & dimidiā. Ligni aloes,  
drach. vnam, & dimidiā. Carbonum tilia, vnc. quatuor. Styracis liquidi, vnc.  
duas. Terebinthinæ lotæ, & liquoris ſtillaticij roſarum quadrantem dimidi-  
am finguntur candelæ.

ſtyracis cōf-  
ticem, qui  
poſt expreſ-  
ſam lachry-  
mam rema-  
net libro pri-  
mo eſt dictū.

DE \* COLLYRIIS, SECTIO  
DECIMA QVARTA.

## COLLYRIVM ARIDVM ALBVM.

Rhazis.

I.



Lutinandi facultatem habet. Caput ceruffæ lotæ, drach. ſex.  
Sarcocollæ in lacte muliebris macerata, drach. duas. Traga-  
canthæ, drach. tres. Opij, ſcrupulum vnum. Cum albumine  
oui ſiant collyria arida, vel Sieff.

## COLLYRIVM ARIDVM RVBEVM.

Eiuſdem.

II.

**I**dem quod præcedens poteſt. Accipit lapidis hæmatitis, ceruffæ lotæ, añ  
drach. tres. Aeris vſti, drach. duas. Myrrhæ, croci, añ drach. vnam. Cum vi-  
no veteri formantur Sieff.

## COLLYRIVM ARIDVM VIRIDE.

Eiuſdem.

III.

**E**rodendi vim obtinet. Recipit floris æris, drachmas tres. Atramenti ſuto-  
rij vſti, drach. ſex. Arſenici rubei, nitri, ſpumæ maris, añ drach. vnam. Sa-  
lis hammoniaci, drachmam dimidiā. Ammoniaci, drachmas duas. Cum ſuc-  
co rutæ finguntur Sieff.

## COLLYRIVM ARIDVM E PLVMBO.

Eiuſdem.

III.

**G**lutinandi vim obtinet. Habet plumbi vſti, ſtibij, thutia lotæ, æris vſti,  
gummi Arabici, tragacanthæ, añ drachmas octo. Opij, drachmam dimi-  
diā. Trita cum aqua pluuiali redigantur in formam Sieff.

## COLLYRIVM ARIDVM E THVRE.

Eiuſdem.

V.

**I**dem quod præcedens poteſt. Caput thuris, drachmas decem. Ammoniaci,  
ſarcocollæ, añ drachmas quinque. Croci, drachmas duas. Cum mucagine  
ſcœnigræci formantur Sieff.

c iiij

COLLY.

\* Sieff.

LEONHARTI FVCHSII  
COLLYRIVM ARIDVM E MYRRHA.

Incerti autoris.

VI.

**A**D tenuissimas & acris fluxiones, & eas quæ sunt cum exulceratione, valet. Accipit myrrhæ, lycij, añ drach. duas. Cadmiæ lotæ, drach. tres. Terræ lemnix, lapidis hæmatitis, gummi Arabici, añ drach. vnam. Opij, drach. dimidiam. Aloes bonæ, drach. vnam, & dimidiam, Cum vino veteri odorato adstringente finguntur Sieff.

COLLYRIVM CYGNVS ALBVS.

Nicolai Myrepsi.

VII.

**A**D incipientes lippitudines, defluxionem acrem, ætus, vlcera caua & fordidâ, pustulasq; confert. Recipit <sup>b</sup> pompholygis lotæ, vnciam dimidiâ. <sup>c</sup> Cadmiæ vsta, & lotæ, drach. duas, & dimidiam. Cerussæ, drach. quinq;. <sup>d</sup> Samij asteris, drach. dimidiam, grana septem. Opij, grana quindecim. Amyli, drach. duas, & dimidiam. Acaciæ, drach. dimidiâ. Tragacanthæ, drach. vnam. Gummi, drach. duas, & dimidiam. Trita cum aqua pluuiali, digeruntur in collyria arida, seu <sup>e</sup> Sieff.

ANNOTATIONES.

*Cygnus.*

<sup>a</sup> *Cygnus.*) Hoc collyrium præ cæteris è Nicolao referre voluimus, quòd veteribus fuerit vtilatissimum. Et posset hodie paratum in officinis haberi.

*Pompholyx.*  
*Thutia officinarum.*

<sup>b</sup> *Pompholygis.*) Sic veteres, quod Arabes Thutiam appellant, nominare consueverunt. hodie Nil album officinæ vocant: vt lib. 1. copiosè diximus. Thutia verò officinarum, est Cadmia botryites.

*Cadmia.*

<sup>c</sup> *Cadmia.*) Lapide calaminari vocato, pro ea hodie vtitur: aut thutia officinarum.

*Samius aster.*

<sup>d</sup> *Samij asteris.*) Samiam terram alij nuncupant. Quum hodie non afferatur, pro ea Lemnia seu sigillata vtetur terra.

*Sieff.*

<sup>e</sup> *Sieff.*) Sic barbari vocant Collyria arida, quæ Græcis *Ξηροκολλούγια* peculiari voce appellantur. Accipiunt autem hæc pyramidis ferè formam, & in nonnullis officinis hæc forma parata prostant. Cæterum aridorum collyriorum sylua est apud Aëtium & Nicolaum. Iam vnam & item alteram liquidorum collyriorum formulam producemus.

COLLYRIVM LIQVIDVM E POMPHOLYGE.

Incerti autoris.

VIII.

**V**isum acuit. Habet stillaticij liquorum eufrasix, rosarum, chelidonij, foeniculi, añ vnc. vnam. Pompholygis lotæ, drach. tres, & dimidiam. Aloes, drach. vnam, & dimidiam. Sacchari candi, drach. duas. Cadmiæ lotæ, drach. vnam. Commistis omnibus fiat collyrium liquidum.

COLLYRIVM LIQVIDVM E CADMIA.

Incerti autoris.

IX.

**G**lutinandi vim habet. Caput cadmiæ lotæ, drachmas duas. Pompholygis præparatæ, drach. vnam. Cerussæ, drach. vnam, & dimidiam. Sarcocollæ in lacte muliebri maceratæ, tragacanthæ, añ drach. dimidiam. Gummi Arabici, scrup. vnum. Stillaticij liquoris rosarum, vnciam vnam, & dimidiam. Stillaticij liquoris foeniculi, eufrasix, chelidonij, añ vnciam vnam. Miscentur, & fit collyrium.

\* *Poma ambræ barbari vocant.*

DE \*PILIS ODORATIS, SECTIO  
DECIMA QVARTA.

PILA ODORATA AESTIVA.

Noftra.

I.

Acci-





CCIPIT florum nymphaeae, violarum, rosarum, borraginis, añ drach. duas. Spodij de canna, drach. vnam, & dimidiam. Corticum citrij, drach. duas. Santali albi & rubei, añ drach. vnam. Croci, scrup. dimidium. Macis, nucis moschatae, maioranae, ligni aloes, cubearum, mastiches, ocimi caryophyllati, añ drach. dimidiam. Succini, styracis calamitae, añ drach. vnā. Galliae moschatae, drach. dimidiam. Ambaris, scrup. vnum. Moschi, scrup. dimidium. Ladani depurati, vncias duas. Cum stillaticio rosarum liquore singantur pilae iustae magnitudinis.

## PILA ODORATA HYEMALIS.

Nostra.

II.

REcipit styracis calamitae, vnciam dimidiam. Ligni aloes, caryophyllorū, cinamomi, cardamomi, añ drach. vnam. Macis, nucis moschatae, zedoariae, nigellae, añ drach. vnam, & dimidiam. Ocimi, maioranae, añ drach. dimidiam. Asae dulcis, drach. duas. Aliptae moschatae, drach. duas, & dimidiam. Melissophylli, drach. duas. Ladani, vnciam dimidiam. Ambræ, scrup. vnum. Cum stillaticio menthae liquore singantur pilae odoratae.

## PILA ODORATA ALIA.

Nostra.

III.

HAbet styracis calamitae, drach. tres. Ladani purissimi, vnc. dimidiā. Caryophyllorum, cinamomi, añ drach. duas. Ligni aloes, nucis moschatae, macis, añ scrup. duos. Rosarum rubearum, lauandulae, añ drach. vnam. Galliae moschatae, drach. vnam, & dimidiam. Maioranae, melissophylli, añ drach. vnam. Ambaris, scrup. vnum. Moschi, scrup. dimidium. Teruntur omnia, & cum stillaticio rosarum liquore formantur pilae.

## LIQVOR MOSCHATVS

Odoratus.

III.

CAPit stillaticij liquoris rosarum, vnc. tres. Stillaticij liquoris nymphaeae, vnc. vnā. Stillaticij liquoris borraginis, vnc. dimidiam. Cinamomi, caryophyllorum, añ scrup. dimidium. Ambaris, granum vnum. Moschi, granum dimidium. Succij semperuiui, scrupulum dimidium. Santali flauī, grana sex. Miscentur.

## DE OLEIS, SECTIO

DECIMA QVINTA.

## OLEVM ROSACEVM.

I.



REFRIGERAT & adstringit, adeoq̄ repellit, phlegmonibus praesidio est, aestuantem ventriculum restringit, erosiones intestinorum clysteribus inditum: & dentium dolores, si eo colluantur, sanat. Fit hoc modo. Folia rosarum rubearum, nondum penitus explicatarum, forpice <sup>a</sup> incisa, & contusa, <sup>b</sup> quantitate sufficienti in vitreum vas conijciuntur: & affunditur olei omphacij, hoc est, ex oliuis immaturis expressi, quod satis est: & vase obturato, illic macerantur ad solem, aut in loco aliquo calido, diebus <sup>c</sup> quindecim. Dein in <sup>d</sup> duplici vase <sup>e</sup> tribus horis coquuntur. Expressis folijs & abiectis, noua iniijciuntur, & iterum quindecim diebus macerantur & insolantur: postea vt prius, coquuntur, & exprimuntur. Tertio idem fit, & tandem excolatur.

## ANNOTATIONES.

Is modus

Is modus hodie vsitatus est, & nihil ferè abest ab eo quem secundo loco Dioscorides, item Paulus, Nicolaus, & Actuarius recensent.

*a Incisa & contusa.*) Sunt tamen qui forpicibus tantum incidunt, alij duntaxat tundunt.

*b Quantitate sufficienti.*) Paulus vncias tres rosarum rubearum exunguarum, sextario olei omphacini immittit, Nicolaus eandem vsurpat mensuram. Sunt qui vncias quatuor accipiant violarum, & lib. duas olei.

*c Quindecim.*) Actuarius & alij, quadraginta dies insolant, Nicolaus triginta. Filius Mesuæ septem dies. Nos mediam rationem sequi maluimus. Cæterum sunt etiam qui non insolant, sed urnam in puteum demittunt, vt ex frigore eius odoris gratia, & virium efficacitas conferuetur. Alij sub terra defodiunt totidem diebus. Nostra ratio componendi veteribus magis accedit.

*Vas duplex.* *d Duplici vase.*) Vt scilicet alterum alteri incumbat. Verbi gratia: vas vitreum, cui rosæ & oleum iniecta sunt, vasi alteri aquam calentem continenti infideat & incumbat, ne videlicet ignis aut aquæ contactu, & mistione oleum vitietur.

*e Tribus horis.*) Hodie minus diu coquunt, ideoq; minus etiam efficax oleum efficiunt. Tempus à nobis expressum filius Mesuæ constituit.

## OLEVM VIOLACEVM.

## II.

**R**efrigerat calidam intemperiem, ob id phlegmones omnes remittit: ac inde pleuriticis iuuat, asperitatē arteriæ, pulmonis & thoracis lenit. Tabidus, consumptis & hecticis præsentem remedio est inuncto thorace. Iecoris & renum immodicum calorem compefcit. Fit è floribus violarum nigrarum, & oleo rudii, id est, omphacino, vt rosaceum.

\* Nenufaris.

## OLEVM \* NYMPHEATVM.

## III.

**I**dem ferè quod violaceum potest, magis tamen refrigerat, adeò vt somnum etiam conciliet. Capitis dolores ex februm incendio natos mitigat, vrinæ ardori confert. Veneris insomnia arceat. Fit è floribus Nymphææ albæ, & omphacino, vt præcedentia.

\* Cydoniorum.

## OLEVM \* MELINVM.

Ioannis Damasceni.

## III.

**R**efrigerat & adstringit: ideo ventriculi, & iecoris imbecillitatibus, ventrisq; fluxionibus lientericæ nimirum, diarrhææ, ac dysentericæ, accommodatum est. Sudorem item plus iusto emanantem cohibet. Fit hoc modo. Caro cydoniorum \* præmaturorū<sup>d</sup> cum cortice tritorum, abiectis granis, *b* sufficienti quantitate, & succus eorum æquali portione in olei omphacini modo sufficienti, in vase vitreo bene obturato diebus quindecim insolatur. Dein horis quatuor in *c* vase duplici coquitur: posthæc abijciuntur cydonia, & recentia immittuntur, & rursus insolantur, & coquuntur. Dein tertio recentia injciuntur, & vt prædictum est, insolantur & coquuntur. Tandem in vase diligenter obturato, ne expiret, reconditur oleum.

\* id est, non perfectè maturorum.

## ANNOTATIONES.

Pauci, aut ferè nulli sunt, qui oleum hoc ea diligentia parant: ideoq; nihil mirandum, si quæ illi tribuuntur, non efficiat. Quapropter curent deinceps pharmacopœi, vt ad eum struant modum.

*a Cum cortice.*) Quod, Nicolao attestante, in eo sit odor, & adstrictio.

Sextarius Italicus.

*b Sufficienti quantitate.*) Paulus & Nicolaus Cydoniorum vncias tres, olei omphacini sextarium Italicum, id est, vncias viginti mensurales esse volunt, id est, lib. vnam & dimidiam, & vncias duas.

*c Duplici vase.*) Ne vires cydoniorum empyreuma vitiet.

OLEVM

## OLEVM MYRTINVM.

Nicolai Myrepfici.

V.

**R**Efrigerat & adstringit, ideoq; cœliaciis affectibus vtile. Sanat igneam busta, pustulas erumpentes illitu emendat. Attritus hyeme concitatos, & intertrigines illitum corrigit. Sedis rimas, condylomata, laxatos artus perfanat, & sudores coerces. Fit ex folijs myrti <sup>a</sup> viridibus, & <sup>b</sup> oleo omphacino, & <sup>c</sup> vino odorato adstringente: quæ omnia coquuntur ad lentas prunas ad vini consumptionem, dein per colum traiciuntur, & oleum purum in vas vitreum reponitur.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Viridibus.*) Quum apud nos viridia myrti folia haberi nequeant, ideo arida vino veteri odorato sunt aspergenda, & postea tundenda. Quæ autem foliorum esse debeat quantitas, Nicolaus itidem indicat, nempe vnciæ duæ. Actuarius vnciam vnam accipiendam esse docet.

Foliorum  
myrti quan-  
titas.

<sup>b</sup> *Oleo omphacino.*) Cuius quantitas & mensura, vtriusq; iam nominatis autoribus fit sextarius Italicus, hoc est, vnciæ viginti.

Olei ompha-  
cini.

<sup>c</sup> *Vino odorato.*) Cuius mensura, Nicolao teste, fit sextarij Italici quarta pars, id est, vnc. quinq;. Alij sic parant. Recipit Foliorum myrti viridium, lib. vnâ. Olei omphacij, lib. tres. Vini odorati adstringentis, lib. duas. Coquuntur vsq; ad vini consumptionem, dein colo traicitur, & reconditur. Prior ratio veterum est, ideoq; præferenda. Cæterum codices filij Mesuræ, quomodo hoc oleum confici debeat, non exprimunt: idq; non sine magna confusione, quando quidem in sequentibus oleis non raro legatur, fiat quemadmodum oleum myrtinum.

Vini odorati.  
Alius parandi  
modus.

## OLEVM E MYRTI BACCIS.

VI.

**I**dem quod præcedens potest. Fit è viridibus recentibusue baccis, & oleo omphacino, vt rosaceum.

## ANNOTATIO.

<sup>a</sup> *E Myrti baccis.*) Omnes ferè pharmacopœi hoc modo hodie parant oleum illud, ac Myrtillorum nominant. Discernendum igitur ipsam à Myrtino erit, vt pote quod non è baccis, quas illi Myrtillos, sed è folijs fiat. Et qui ex vtriusq; parant oleum, Plinij auctoritate ac testimonio quod faciunt confirmare possunt, qm libro 15. capite 7. & ex folijs, & ex baccis Myrti oleum fieri, scriptum reliquit. Porro quum recentes baccas non habeamus, vino odorato adstringente conspergi possunt. Aut in earum inopia, baccas syluestrium & nostratum Myrtorum vsurpare licet.

Oleum  
Myr-  
tillo-  
rum.  
Myr-  
tinum.

## OLEVM PAPAVERINVM.

Ioannis Damasceni.

VII.

**I**ntemperiem calidam sanat, & indenatum dolorem: somnum quòque conciliat. Fit bifariam. Vno modo ex semine vtriusq; papaueris, tam albi quam nigri, vt <sup>a</sup> sesaminum, de quo infra. Alio <sup>b</sup> modo ex floribus, capitibus, & folijs vtriusq; papaueris, vt violaceum.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Vt sesaminum.*) Semen enim papaueris ab excrementis purgatum, aqua parum salsa irrigatur, & manibus fricatur, iterumq; irrigatur, donec madefiat. Postea ex passum sic tatur, modicè assatur, sacco impositum multum diuq; fricando excorticatur, corticibusq; purgatur: molitur in farinam, oleumq; exprimitur. Discriminis gratia, oleum è semine papaueris vocetur.

Oleum è se-  
mine papa-  
ueris.

<sup>b</sup> *Alio modo.*) Qui priore est vsitatior. Oleum è floribus papaueris inscribatur

## OLEVM HYOSCYAMINVM.

VIII.

Oleum è flo-  
ribus papa-  
ueris.

Idem

**I**dem quod papauerinum potest, & ad aurium dolores efficax est. In pefsis ad emolliendū vtilius. Exprimitur ex hyofcyami semine, albo, recente vel sicco, calida aqua asperso, insolato, trito, eodem quo ex papauere modo.

## OLEVM E MANDRAGORA.

Nicolai Myreplici.

IX.

**P**hreniticis, febricitantibus, & vigilantibus confert. Inflammationem omnem extinguit, somnum conciliat, \*carpo & plantis pedum illitū. Habet olei cōmunis, lib. duas. <sup>a</sup>Succi mali punici acidi, succi pomorum <sup>b</sup> vel radiceis mandragoræ, añ vncias quatuor. Succihyofcyami, vnc. duas. Succipapa-ueris hortensis nigri, vncias tres. Succifoliorum violæ, succi <sup>d</sup> cicutæ tenerimæ, añ vnciam vnam. <sup>e</sup> Opij boni, styracis calamitæ, añ vnciam dimidiam. Omnia simul cum oleo mixta reponuntur in <sup>f</sup> vase vitreo, & sub æstu caniculari insolantur diebus decem: dein <sup>g</sup> coquuntur ad aqueorum consumptionē, vt solum oleum remaneat. Colatum reconditur in vase.

\*Fronti, tēporibus & naribus quoque illitum.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Succimali punici.) In Latinis codicibus desideratur. Quum autem Græco in codice sic legatur, omittendum esse non putauimus.

<sup>b</sup> Vel radiceis.) Quum ad nos rarè admodum, aut ferè nunquam mandragoræ poma afferantur, præstat vsurpare radiceis succum, cuius etiam folius in manuscripto Nicolai codice fit mentio. Verum quia & hæc ipsa recens rarè habetur, oportet vt eius libra vna contundatur, & in aqua sufficienti coquatur, colatiq; decocti vnciæ quatuor, aut plus etiam, alijs succis adijciantur.

<sup>c</sup> Succipapaueis.) Latini codices, & rectè quidem, addunt Caputum. Et adijcitur Hortensis, vt syluestre excludatur.

<sup>d</sup> Cicutæ tenerimæ.) Ita in omnibus Latinis codicibus legitur. In manuscripto autem græco Nicolai codice, canchryos falsò scribitur, pro κακήριος.

Nicolai codex emendatus.

<sup>e</sup> Opij.) Hoc quia integrum in oleo dissolui nequit, idè terendum erit, & tritum oleo inspergendum, ac sæpe permiscendum.

<sup>f</sup> Vase vitreo.) Bene obturato scilicet, vt sæpe numero hætenus est dictum.

<sup>g</sup> Coquuntur.) Scilicet in vase duplici.

## OLEVM CHAMAEMELINVM.

X.

**M**eatus rarefacit, & vapores discutit, atq; acrimonias contemperat. Quia verò modicè adstringit, ideo fluxiones inhibet moderatas. Febres non admodum calidas & diurnas quæq; citra visceris alicuius phlegmonem infestant discutit, lassitudines, vt liquid aliud, cum primis iuuat, & dolores mitigat, tensiones remittit, & laxat, quæq; mediocriter dura sunt emollit. Fit ex floribus chamæmeli, & oleo è maturis oliuis expresso, vt rosaceum.

## ANNOTATIO.

Paulus, Actuarius, & Nicolaus Myreplicus florum Chamæmeli sine folijs in ambitu disci candidis, qui antea diem vnum tabuerint, vncias duas accipiunt, & in sextarium olei communis dulcis demergunt, ac vas linteum simplici & tenui tegunt, vt oleum transpiret. Nam iniucundum odorem quendam garo similem oleum hoc assumit, si non transpiret, & soli quadraginta diebus exponunt, colatum dein vase bene obturato reponunt. Hoc parandi modo pharmacopœi etiam nostri vti possunt. Alij accipiunt florum Chamæmeli lib. vnam, quos tribus diebus macerant in olei communis lib. duas, vnc. quatuor. Quarto die igne lento modicè coquunt, & flores extractos abijciunt. Dein iterum iniiciunt florum Chamæmeli vncias tres, & insolant. Sed modus is quo paratur, vt rosaceum vel melinum, est præstantior.

## OLEVM ANETHINVM.

XI.

CAle-

**C**Alescit & discutit: ob id dolores sedat, & horroribus certo circūture-  
meantibus spinæ & nervosis partibus illitum accessions initio, medetur.  
Venarū spiracula laxat, & capitis dolorem mitigat. Convulsionibus amicum.  
Lassitudinem, tumores crudos, ac scirrhus discutit, articulorum dolores suble-  
uat, vteri duricies emollit, & somnum conciliat. Fit eodem quo chamæmeli-  
num modo, vase tamen optimè obturato.

## ANNOTATIO.

Actuarius & Nicolaus comam anethi viridem adhuc existentem, priusquam semen  
solidum fiat, & acre, accipiendam esse docent, pondere vnciæ vnius, & in olei dulcis sexta-  
rium Italicum coniiciendam, atq; vasis ore exquisitè obturato dies quadraginta insolan-  
dam. Vnde perspicuum euadit, non per omnia vt chamæmelinum, in quo vas linteo te-  
nui vt transpiret obturatur, esse parandum.

## OLEVM LILIACEVM.

## XII.

**M**Vliebribus vitijs congruit, calescit, discutit: ob id dolores thoracis  
ventriculi, colli, vteri, renum & vesicæ frigidos sedat, lenit, & coquit.  
Solvit duricies. grauidis facilem efficit partum, estq; in vniuersum fœminarum  
mensibus eliciendis maximè accommodatum. Cicatrices celerrimè illitum ad  
colores reducit. Sudoribus euocandis vtile. Fit ex lilij albi floribus, abiectio eo  
quod in illis croceum est, pondere vnciarum duarum. Olei dulcissimi, sexta-  
rio Italico, hoc est, lib. vna, vncijs octo. Vase vitreo<sup>b</sup> diligenter obturato, tri-  
bus insolantur diebus. Deinde prioribus eiectis, noua iniiciuntur folia: mox  
iterum exacto triduo induntur alia. ter hoc faciendū, & colatum reponendum.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Liliaceum.*) Aut Lilinum, aut Susinum nominatur. Hic quem ostendimus modus, *Susinum*  
ab Actuario & Nicolao est præscriptus, & à pharmacopœis obseruandus. *oleum.*

<sup>b</sup> *Diligenter obturato.*) Ne scilicet quid euaporet.

## OLEVM SAMBVCINVM.

## XIII.

**L**enit, abstergit, cutem expurgat, ictero medetur, & iecori obstructo, arti-  
culorum & neruorum doloribus confert. Fit ex floribus Sambuci in oleo  
veteri clarissimo maceratis, vt Chamæmelinum.

## OLEVM NARDINVM SIMPLEX.

Eiusdem.

## XIII.

**C**Alescit, tenuat, discutit, ac modicè adstringit: proinde affectus omnes  
frigidos & flatulentos cerebri, ventriculi, iecoris, lienis, renum, vesicæ, v-  
teri magnoperè iuuat: naribus iniectū caput purgat, corporis colorem & odo-  
rem commendat. Recipit spicæ nardi, vncias tres. Vini, aquæ, añ vncias duas,  
& dimidiam. Olei<sup>a</sup> sesamini, lib. dimidiam. Coquuntur in vase duplici lento  
igne horis circiter quatuor, frequenter mouendo.

## ANNOTATIONES.

Hæc compositio frequens & vsitata est: ideoq; alias magis varias, quas filius Mesuæ &  
Nicolaus Myrepsus recensent, non referemus. Poterit, qui illis vti velit, ex iam dictis au-  
toribus describere.

<sup>a</sup> *Sesamini.*) Pro eo, dulci oleo vti licebit. Quia filius Mesuæ illud non rarè pro Sesamino  
substituit, dum ait, Sesamini olei, vel dulcis.

## OLEVM SESAMINVM.

Eiusdem.

## XV.

d Impin-

**I**mpinguat, semen genitale auget, asperam arteriam lenit: & ob id vocem clāram reddit, aurium dolores sanat, multorumq; aliorum oleorum materia est, caloremq; mediocrem obtinet. Thoraci, tussi & pleuritidi confert. Puerorum tussim sedat, huius olei cochlear cum saccharo candefacto paulatim transglutitum. Fit hoc modo. Sefami semen ab excrementis purgatum, aqua parum salsa irrigatur, manibus fricatur, iterum irrigatur, donec madefiat. Siccat, modice assatur, sacco impositum aspero multū diuq; confricando excorticatur, corticibus expurgatum molitur in farinam: oleumq; exprimitur, vt ex amygdalis.

## ANNOTATIO.

*Olei sesami succedaneum.*

Pauci hodie pharmacopolæ oleum hoc parant. Affertur autem ex Alexandria Aegypti Venetias, sincerum hinc ad nos. Emendum sincerum, quod oleo nucum non est adulteratum. Verum odor & sapor, dolum patefaciunt. Quod si delideretur, pro eo substituendum oleum amygdalarum dulcium.

## OLEVM AMYGDALARVM DVLCIVM.

Eiusdem.

XVI.

**A**speritatem gutturis, pulmonis, & cæterarū partium etiam externarum lenit: duriciem omnem, & articulorum siccitatē, aliarumq; partiū emendat. Impinguat, & reficit defectū corpus, heceticis confert, genitale semē auget, ardoriq; vuluæ & vrinæ iniectū commodat. Fit hoc modo. Amygdalæ dulcēs cortice lignoso, & cutē membranosa<sup>a</sup> purgata, <sup>b</sup> plurimū teruntur, in<sup>c</sup> offas coguntur, horis circiter quin<sup>d</sup> loco calido continent: vel in<sup>e</sup> vase duplici hora vna coquuntur: aut sub calente arena, aut cinere, sacco inuoluta & pannis, aliquandiu fouentur. Postea rursus teruntur, & sacco inclusa torculari exprimuntur. Vel amygdalæ dulces trita in vase, vt maza, in aere & loco calido subiguntur, pauca calidā identidem affusa, postea prælo exprimuntur. Torcular verò quo oleum exprimitur sit ex assere inferne cauato, & decliui colum versus & emissarium: supernè autem pro cavitatis subiectæ magnitudine, & forma educto, protenso, & gibboso, vt vndiq; cavitare expleta, æqualiter amygdalæ exprimantur.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Purgata.) Vt purius & sincerius fiat oleum.

<sup>b</sup> Plurimū teruntur.) Vt intus merfa humiditas oleosa promptius in apertum proferratur.

*Offa.*

<sup>c</sup> Offas.) Græci μάζα. Latini massas, barbari pastones vocant. Offam igitur Latini vocant, quicquid est in pulvis modum redactum.

<sup>d</sup> Loco calido.) Aërem calidum intelligit. Calefaciendæ autem amygdalæ, vt copiosius exprimantur. Nam calore tenuata, liquata, fluxilisq; magis reddita, foras tracta oleosa humiditas, expeditius & largius exprimitur.

<sup>e</sup> Duplici vase.) In quo sanè calefecisse fuerit satius, quod hoc modo empyreuma minus misceri possit. Accedit, quod vitrum resudantem ex amygdalis calefactis succum non ebibat, vt sacculus, panni, arena, cineres, vt quæ bibula sunt omnia. Præterea tutius est, vt calor intendatur in vase duplici, quàm cineribus aut arenis, calore sicco magis vrentibus & consummentibus. Denique per vitrum & aquam, corpora perspicua coniectare licet, quando satis incaluerunt, & oleosæ sunt redditæ amygdalæ: quod iudicium, conuolutis & sepultis in cinere & arena amygdalis, habere non potes, nisi recluseris. Neque tunc in offas cogere oportet, sed mox à mortario, vt trita sunt, in vitrum transferuntur. Quapropter vase duplici calefaciendæ potius sunt, quàm igni ipso, quàm aëre, quàm affusa calente aqua. Optimus igitur is parandi modus, vt amygdalæ, ea qua diximus ratione purgata, plurimū terantur: & dein in vase duplici hora vna coquantur, postea rursus terantur, & sacco inclusa exprimantur.

*Optimus olei amygdalarū dulcium parandi modus.*

propter vase duplici calefaciendæ potius sunt, quàm igni ipso, quàm aëre, quàm affusa calente aqua. Optimus igitur is parandi modus, vt amygdalæ, ea qua diximus ratione purgata, plurimū terantur: & dein in vase duplici hora vna coquantur, postea rursus terantur, & sacco inclusa exprimantur.

OLEVM

## OLEVM AMYGDALARVM AMARARVM.

XVII.

**O**bstructa aperit, flatus resoluit, & dissipat: auditus difficultatem, sonitus aurium, & sibilos discutit, vermes in auribus occidit. Renum vitio & vrinæ difficultate laborantibus, calculosis, viscerum cruciatibus, iecinerosis, spiriosis, lienosis subuenit. Næuos & maculas faciei tollit, & cutem erugat: oculorum abolet hebetudinem, & furfures detergit. Fit eodem quo ex amygdalis dulcibus modo.

## OLEVM \*BALANINVM.

\* E ben.

XVIII.

**E**xtergit & repurgat maculas, varos, lentigines, cicatrices nigras, alphas, & reliqua fœda cutis vitia. Dolores aurium, surditatem, & tinnitum sanat, iecoris & lienis scirrhum mollit, & discutit. Affectibus neruorū & iuncturarum frigidis medetur. Alum potu soluit, sed stomacho aduersatur. Fit ex balano myrepfica, id est, glande vnguentaria, quam Arabes Ben vocant, tusa, affataq̃, affusa aqua calida, & expressa.

## OLEVM \*RICININVM.

\* E Cherna.

XIX.

**P**rodest scabiei, vlceribus capitis manantibus & erumpentibus, vuluis quæ occlusæ conuersæq̃ strangulant, maculis faciei, lentiginibus, cicatricibus fœdis, aurium doloribus. Potu alum ciet, quæ aquis grauatur: lumbricos eicit. Flatus crassos dissipat, pituitam crassam & lentam tenuat & incidit: dolentiq̃ ab ijs ventriculo, tenuibus intestinis, & colo confert. Hydropem non solum potu, sed & clysteri iniectum, & illitum iuuat. Fit ex semine Ricini repurgato, trito, & in sartagine aut duplici vase torrefacto & cocto, saccoq̃ incluso, & tandem expresso.

## OLEVM E SEMINE LINI.

XX.

**C**onuulsione, duriciæ musculorum, neruorum & articularum, sedis phlegmonis & rimis confert, & hæmorrhoidum dolores sedat. Fit, vt oleum Sesaminum: sed lini semen non excorticatur. Mola trusatiliab olearijs exprimitur ad vsum lucernarum.

## OLEVM LAVRINVM.

XXI.

**E**xcalefacit vehementer, & emollit: ideoq̃ partibus corporis admodum refrigeratis vtile est. Scabiosis, & impetiginibus asperis laborantibus in balneo illitum medetur. Sed eo abstinere conuenit ijs qui inflammatis impetiginibus infestantur, calidis temperamentis, & biliolis. Siquidem frigidis, humidis, ac pituitosis congruit. Item ijs omnibus, quorum articuli à frigore affliguntur, & ischiadicis. Vermes, pediculos, culicesq̃ enecat. Furfures capitis, alopecias, & ophias es emendat. Vtile præterea cerebri, neruorum, & omnium partiū frigidis affectibus, ideoq̃ eius potentiā in colli dolore si infundatur quotidie experimur. Fit in hunc modum. Baccæ lauri maturæ & recentes teruntur in pila, & ex aqua in lebetæ coquuntur: post torculari plano, non cauo, exprimuntur in vas subiectum, in quo aquæ supernatans oleum colligitur. Affusa calenti aqua iterum teruntur, & exprimuntur torculari cauato: colligitur oleum, & reponitur. Sunt qui baccas lauri citra omnē aliam mitionem molliunt, & ita prælo oleum exprimunt.

d ij OLEVM

LEONHARTI FVCHSII  
OLEVM E IVGLANDIBVS.

XXII.

**F**latus crassos dissipat, tumores discutit, nervis attritis vel punctis confert. Iniectum cum vino generoso, aut potum, potenter in colico à flatibus procreato dolore, flatus discutit, & dolore liberat. Fit similiter amygdalino.

## OLEVM RVTACEVM.

XXIII.

**C**alefacit, tenuat, discutit: ob id laterum, vesicæ, renum, & vteri dolores à causa frigida excitatos sedat. Destillationibus auxiliatur, & obstructiones tollit. Fit hoc modo. Foliorum rutæ viridium, & succi corundem, añ vncias tres. Olei omphacij, lib. tres in vase vitreo bene obturato dies quindecim insolantur, post in vase duplici horis quatuor coquuntur: & rutæ folijs expressis & abiectis, recentia inijciuntur: & iterum totidem dies macerantur, dein similiter coquuntur, exprimuntur & abijciuntur. Tertio iterum recentia inijciuntur, insolantur, coquuntur, colantur, & oleum reponitur. Hodie paratur ex folijs Rutæ recentibus oleo veteri maceratis, & æstate tota insolatis, qua exacta coquitur, exprimitur, reponitur.

## OLEVM LENTISCINVM.

XXIII.

**S**tomachum, partes nervosas, articulos & musculos roborat. Scabiem iumentorum canumq; sanat, & sudores cohibet. Fit, vt laurinum.

## OLEVM MASTICHINVM.

Ioannis Mesuæ filij.

XXV.

**C**erebrum, nervos, articulos, ventriculum, iecur corroborat, tumores duros lenit, dolores sedat. Habet mastiches, vncias tres. Vini odoriferi, vncias octo. Olei rosacei, lib. vnam. Coquuntur in duplici vase, ad vini consumptionem.

## OLEVM COSTINVM.

Eiusdem.

XXVI.

**C**alefacit, obstructa aperit, nervosum genus roborat, adeoq; resolutioni nervorū confert, ventriculo & iecori prodest, capillos fouet, caniciemq; remoratur, calorem deniq; & odorem corporis commendat. Capit costi amari, vñc. duas. Cassiæ, vnciam vnam. Summitatū sampsychi, vñc. octo. Vini odori quantum sufficit, vt biduo in eo macerentur. Olei sesamini, lib. duas. Coquantur horis sex in vase duplici, vt nardinum.

## OLEVM ABSINTHINVM.

XXVII.

**C**alefacit, roborat ea quæ sunt refrigerata, potissimum verò ventriculum. Excitat appetentiam, obstructiones tollit, lumbricosq; enecat. Accipit summitatū ablinthij Pontici, & succi eius, añ vncias quatuor. Olei communis, lib. tres. Hæc omnia in vase vitreo bene obturato dies quindecim insolantur: dein in vase duplici horis quatuor, vt rutaceo in oleo dictum est, coquuntur.

## OLEVM MENTHACEVM.

XXVIII.

Ventricu-



**V**entriculum refrigeratum & imbecillum calefacit, firmat, nauseam vomitumque reprimat, appetentiam excitat, concoctionemque iuuat. Recipit menthae crispae sativae, & succi eius, añ vncias quatuor. Olei communis, lib. tres. Reponuntur in vas vitreum, vt de Absinthino est expositum.

## OLEVM \* LEVCOINVM.

XXIX.

\* Cheirimum.

**D**olores nervorum, aliarumque partium corporis articulorum praesertim mitigat: & quae in thorace, renibus & vesica sunt, discutit. Fit e floribus leuconij lutei saepius maceratis, madefactis, & permutatis, & oleo communi clario, vt rutaceum.

## OLEVM E CASTOREO.

Simplex.

XXX.

**V**aleat ad omnia vitia frigida, praesertim nervorum, & articulorum. Resolutioni, convulsioni medetur, & vehementissimos in febribus rigores illitum spinæ compescit. Fit hoc pacto. Castorij vnciam vnam in olei libra vna coquitur ad tertias. Oleum in vase vitreo reponitur.

## OLEVM E CASTORIO.

Compositum.

XXXI.

**I**dem quod praecedens potest, sed validius est. Habet castorij, bdellij, styra-  
cis calamitæ, galbani, opopanacis, sagapeni, croci, casia lignæ, cinamomi, costi, añ drachmas duas. Salviae, lauendulae, \* verbasculi lutei odorati, cyperi, \* Primulae  
iunci odorati floris, piperis longi & nigri, sabinae, pyrethri, iridis, añ drachmas  
duas, & dimidiam. Vini odoriferi, lib. duas. Olei, lib. tres. Gummi seorsim in  
vino dissoluuntur, reliqua omnia tusa macerantur in vino trib. diebus. Quarto  
cum oleo & vino in duplici vase coquuntur ad vini consumptionem: postea  
colatur, exprimitur, & reponitur.

## OLEVM EUPHORBIVM \* SIMPLEX.

Ioannis Damasceni.

XXXII.

**M**irifice frigidus cerebri & nervorum affectus iuuat, cephalalgiam, hemi-  
craniam, lethargum, naribus immissum: articulorum quoque & iecoris,  
& lienis doloribus illitum succurrit. In alopecijs, & capillorum defluuijs vi-  
tium dissipat, attrahitque quod ad capillos producendos vtile sit. Capit euphor-  
bij, vnciam dimidiam. Olei \* leuconij, vini odori, añ vncias quinque. Coquuntur \* Cheirimum  
ad vini consumptionem.

## ANNOTATIO.

Galenus lib. 2. de Compositione medicamentorum localium, ex oleo communi, & so-  
lo euphorbio parat: & accipit olei libram vnam, atque ei immittit Euphorbij validi vnciam  
dimidiam, augetque ac minuit pro vario scopo, Euphorbij quantitatem.

Oleum Euphorbium Galeni.

\* Simplex. ) Quo hodie omnes propemodum vtuntur. Quod si verò compositio quis  
vti velit, compositionem eius in Ioanne Damasceno reperiet, aut Auicenna, vnde suam  
Mesuae filius sumpsit.

## OLEVM E \* PIPERIBVS.

Eiusdem.

XXXIII.

d iij Iuuat

**I**uat morbos neruorum frigidos, resolutionem, conuulsionem, tremo-  
rem, epilepsiam, ideò magnam calefaciendí vim habet: adhæc tenuat, dis-  
cutit, & foras educit, ac proinde ischiadem, & reliquos articulorum dolores:  
Vteri, coli, renum, vesicæ frigida vitia sanat, obstructions aperit, calcu-  
lum frangit. Accipit trium piperum, añ<sup>b</sup> drach. tres. Myrobalanorum ce-  
pulorum, belliricorum, emblicorum, indorum, añ drach. quinque. Radí-  
cum apij, fœniculi, añ drach. tres, & dimidiam. Sagapeni, opopanacis, <sup>c</sup> am-  
moniaci, drach. duas, & dimidiam. Turpeti bonialbi, <sup>d</sup> drach. duas. Zingibe-  
ris, drach. tres. Brasicæ recentis, hyssopi viridis, foliorum rutæ virentium,  
añ manipulum vnum. Parum trita coquuntur ad <sup>e</sup> tertiam, in aquæ lib. viginti  
quatuor. Colantur, & adiiciuntur olei ricinini lib. duæ percoquuntur ad aquæ  
consumptionem. Alij addunt iridis, drach. sex. Casiæ, <sup>f</sup> drach. duas. Anisi, car-  
damomi, añ drach. vnam, & dimidiã. Calami odorati, drach. duas, & dimidiam.  
Spicæ nardí, drach. vnã. Expressioni tribuli terrestris, sextarios tres. Poni po-  
test loco ricinini, oleum irinum, vel leucoinum, vel amygdalarum amararum.

## ANNOTATIONES.

*a E piperibus.*) Hoc oleum etiam ab Auicenna, è quo filius Mesuæ, vt omnia ferè alia,  
mutuatus est, & ad verbum transcripsit, sed sub nomine olei Alchechengi, describitur.  
*Auicennæ  
locus emen-  
datus.* Deprouatam verò ab interprete, aut potius librario, esse hanc dictionem, hinc fit manife-  
stum, quòd præsentem compositionem Alchechengi, vel vt latinè dicam, Halicacabum,  
non ingrediatur. Legendum igitur, vt ex Serapione (è quo, vtpote qui illum ætate ante-  
cessit, Auicenna hanc mutuatus est cõpositionem) liquet, Alchelengi, id est, plurimi vsus.  
*Alchelengi.*

*b Añ drachmas tres.*) In omnibus Mesuæ filij codicibus maximo errore legitur vncias  
tres, quem etiam Cordus in suo medicamentario libro secutus est. Scribendum autem es-  
se drach. tres, palàm sit tum ex Serapione, tum etiam Auicenna ipso, quorum vterq; habet  
*Cordus errat.* drach. sex. Quum verò Mesuæ filius per vniuersam hanc compositionem, dimidiam dun-  
taxat partem ponderum vsurpet, vt ex collatione omnes deprehendunt, in confesso est,  
legendum esse drach. tres, vt quod sit dimidium drachmarum sex pondus. Scio quidem  
hoc loco meæ sententiæ refragari Franciscum Alexandrum, sed, more suo, præteritis à me  
adductis rationibus. Quare quæ ille assert facillè ab omnibus contemnuntur, quum co-  
dicem mendosum efficacissimis rationibus anteferat.

*c Ammoniaci.*) Sic esse legendum ex Serapione constat, qui habet Opopanacis, sagape-  
ni, ammoniaci. Quod non temerè monemus, quia in omnibus codicibus filij Mesuæ falso  
legitur Hyoscyami. Is aut error acceptus referendus est Auicennæ, vnde Mesuæ filius hanc  
*Cordus errat.* cõpositionem in suas retulit, vel certè eius interpreti. què Cordus etiã secutus est. Nemo  
autem non intelligit, nullum esse prorsus locum Hyoscyami in hac compositione, quæ  
ad frigida vitia sananda utilis est, non calida: ad quæ Hyoscyamus rectè accommodatur.

*d Turpeti, drach. duas.*) Et hoc loco in omnibus Mesuæ filij codicibus mendose, & non  
sine maximo errore legitur, drach. duodecim. Quem itidem errorem Cordus in suo me-  
*Cordi error.* dicamentario libro sequitur. Scribendum autem esse drach. duas, & non drach. duode-  
cim, vt in Mesuæ filio legitur, ex Serapione liquet, qui habet drach. quatuor. Diximus au-  
tem paulo antè, Mesuæ filium duntaxat dimidiam ponderum partem vsurpare: ideoq;  
quum Serapio drach. quatuor accipiat, consequitur, Mesuæ filium duntaxat drach. duas  
vsurpare. Non est autè silentio transeundum, in Auicenna perperã legi sextaria quatuor pro  
*Auicennæ  
locus emen-  
datus.* drach. quatuor. Sciunt enim omnes, sextariũ non aridorũ, sed liquidorum mensurã esse.

*e Ad tertias.*) Auicenna habet, Donec medietas consumatur. Suspicio igit est, hęc quæ-  
dam desiderari, & locũ vniuersum ita esse legendũ: parum trita coquuntur in lib. viginti  
quatuor aquæ ad dimidias, dein adiiciuntur olei ricinini lib. duæ, & coquuntur ad aquæ  
consumptionem.

*f Casiæ.*) In Auicenna, vt multis alijs locis, mendosissimè legitur Casiæ, vel tasiæ.

*Auicennæ  
locus alius  
restitutus.*

OLEVM VVLPINVM.

Eiusdem.

XXXIII.

**M**orbis neruorum & articulorum frigidis aduersatur, itemq; renum &  
dorsi doloribus succurrit. Potenter admodum discutit, & excalefacit.  
Fit hoc modo. Vulpes detracta pelle <sup>a</sup> integra exenterata, in aquæ fontanæ &  
<sup>b</sup> marinæ,

*b* marinæ, añ<sup>o</sup> sextario vno, olei veteris clari sextarijs duobus & dimidio, & salis vncijs tribus coquitur ad aquæ consumptionem, & artuum vulpis dissolutionem. Postea aqua dulcis, cui hyslopi & anethi<sup>d</sup> herbarum, añ Manipulus vnus incoctus sit, affunditur vasi, & cum dictarum herbarum añ lib. vna, recoquitur ad huius aquæ consumptionem. Dein colatum oleum, ad vsum reponit.

## ANNOTATIONES.

*a Integra.*) Ita vt omnes suas partes, præter intestina, habeat: potest in partes secari tres, aut quatuor, quo rectius vasi, in quo coquitur, imponi queat. Paulus viam aut mortuam totam oleo incoquit. Id quod hodie nonnulli faciunt, qui vbi illam exenterarunt, semispirantem adhuc oleo incoquunt. Sunt etiam qui non detrahant pellem, sed tantum, quod ita statuere videatur filius Mesuræ, exenterant, quod sanè melius est. Quid enim attinet stercorea incoqui? Vulpes etiam benè habita & vegeta, non strigosa, qualis per vindemias vis nutrita & impingua capitur, ætatis mediæ.

*b Marina.*) Qui prope mare minimè habitant, ij sumant aquam salinam, siue aquam fontium salorum, vbi scilicet salinæ fuerint.

*c Sextario vno.*) Filius Mesuræ habet Kist vno. Est autem Kist, ea mensura quam Romani sextarium nominant. Id quod ex Serapione liquet, qui ita scriptum reliquit: Kist apud Romanos capit libram vnã cum dimidia, & duas tertias, id est, sextam partem, vt Auicenna etiam interpretatur. Quapropter est vnciarum viginti, hoc est, lib. vna dimidia, & vnciæ duæ. Ita vt vtriusque aquæ, fontanæ scilicet ac marinæ, vniuersa mensura sit lib. tres, vnciæ quatuor. Quæ certè quantitas ad integram vulpem, præsertim grandiolem, coquendam non sufficit. Suspicio igitur est locum hunc deprauatum esse, & legendum potius esse Kist duo, seu sextarijs duobus, id est, lib. sex, & vncijs octo. Quod si nec illa mensura suffecerit, accipe tantum de ijs aquis, quantum abundè ad coquendam vulpem satis erit.

*d Herbarum.*) Fit efficacius vbi præter has origanum, salua, betonica, serpyllum, rosamarinus, stæchas, maiorana, melilotus, & lauri folia incoquantur.

*Aqua marina succedanea.*  
*Kist.*

## OLEVM E CAPPARIBVS.

XXXIII.

**V**aleat ad duritiem, obstructionem, dolorem, & omnia vitia lienis. Recipit corticum radicum capparum, vnciam vnã. Corticum tamaricis, & foliorum eiusdem, seminis agni, aspleni, cyperi, añ drach. duas. Rutæ, drach. vnã. Aceti, vini albi, clari, odori, añ vnc. duas. Olei maturi, lib. vnã. Coquuntur in duplici vase, ad acetum & vini consumptionem. Simplicissimum est quod ex solo oleo & radice capparum paratur. Radix tusa in oleum conijcitur cum acetum momento, mense integro insolatur, dein percoquitur, vt acetum expiret, colatur & reponitur.

## ANNOTATIO.

*a Foliorum eiusdem.*) Notat me Franciscus Alexander quod folia Tamaricis, præterita aride, adiecerim, quum ramen constet Tamaricem vitij lienis, ad quæ oleum hoc confert, mirificè succurrere. Quum verò Iris etiam lienosis auxilietur, non prohibeo, si cui ita visum fuerit, quin illam admisceat.

## OLEVM E SPICA NOSTRATE.

XXXV.

**A**d caput roborandum, & vnguentis odorem gratum conciliandum confert. Fit è nostrate spica per destillationem. Stillaticio namq; illius liquoris innat.

## OLEVM E SPICA NOSTRATE.

Compositum.

XXXVI.

**H**abet spicæ nostratis vnc. vnã. Styracis, caryophyllorum, añ drachmas sex. Nucis moschatae, drach. vndecim. Olei, lib. vnã. Vini odori, vnc. duas. Coquuntur in duplici vase, ad vini consumptionem.

## OLEVM E SARMAMENTIS IVNIPERI.

Ioannis Damasceni.

XXXVII.

d iij

Emen-

\* Terra figurari.

**E**Mendat cutis foeditatem, serpiginem, cancrum, vlcera maligna, qualia que in tibijs quorundam, & cruribus existunt. Fit hoc pacto. Sarmentis iuniperi pinguis, succosi, non squalidi, obducti situ aut carioli tenuibus, aut minutim incilis, vas vitratum angusti oris imple, & laminam ferream tenuem multis foraminibus cribri in modum pertusam toti ori applica, vt per eam oleum destillet: & ne sarmenta delabantur, hanc cum ore tum dicti vasis superioris, tum alterius minoris & inferioris etiam vitrati oleum excepturi \* luto sapientum siue Chymicorum: hoc enim nomine, si Dñs placet, illi nominantur, non quidem ab alijs, sed à seipsis: probè, ne quidquam exspiraret, obturato & munito. Vbi minus & inferius vas vsq; ad os superioris terræ infoderis, igne luculento maius alterum vas iuniperi frustula capiens, circunda horis duabus: sicq; oleum in vas minus destillabit, quod in vsus reponitur.

## ANNOTATIO.

‡ *E Sarmentis.*) Nam fit etiam oleum Iuniperinum è baccis, idq; dupliciter, nempe vel per expressionem, quod crassius & impurius est, vt amygdalarum: vel per artem destillandi vel sublimationem.

## OLEVM E SCORPIONIBVS, SIMPLEX.

Eiusdem.

XXXVIII.

**L**apidem renum, & vesicæ frangit & expellit, pubi, perinæo, & lumbis in solij egressu illitum, aut per vrinarium meatum iniectum. Fit ex scorpionibus viginti, vel paulo pluribus, aut paucioribus, in olei amygdalarum amararum lib. duabus, in vase vitreo probè obstructo triginta diebus insolatis, & dein oleo colato in vsus reposito.

## OLEVM E SCORPIONIBVS, COMPOSITVM.

Eiusdem.

XXXIX.

**H**abet radicis aristolochiæ rotundæ, gentianæ, cyperi, corticum radicum capparis, añ vnc. vnam. In olei amygdalarum amararum sextario vno diebus viginti insolantur, in vase vitreo accuratè operculato: deinde aliquantulum in vase duplici coquantur, postea scorpiones à decem ad quindecim oleo iniiciuntur: obturatur vas, & iterum mense vno insolatur, postremò excolatum oleum reponitur.

## ANNOTATIO.

Silentio transire non possum, quod hoc loco Manardus memoriæ prodidit. Parari nunc, inquit, etiam ex oleo veteri Scorpionum oleum, adiectis multis simplicibus medicamentis ad venena laudatis: esseq; mirabile in pestilentia, & venenis omnibus. Scire se hominem, qui hoc solo munitus, sæuissimam quantumuis pestilentiam nihili fecit: nec solum seipsum, sed & famulos secum ad visendos pestilentia affectos accedentes, incolumes conseruauit. Præterea scire se, & ex sola inunctione aliquos esse liberatos, qui sæuissima biberant venena.

## OLEVM E LVMBRICIS TERRESTRIBVS.

XL.

**N**ervos refrigeratos roborat, eorumq; vulnera, conuulsiones, ac resolutiones iuuat, & doloribus articulorum vtile est. Capit lumbricorum, seu vermium terræ, vino albo diligenter lotorum, lib. dimidiam. Olei oliuarum maturarum, lib. duas. Vini, vnc. duas. Coquantur in duplici vase omnia simul, ad vini consumptionem, dein colatum oleum ad vsus reconditur.

## OLEVM E ALATERIBVS.

Ioannis Damasceni,

XLI.

Cale-

**C**alefacit, discutit: essentia<sup>b</sup> tenuitate in altū penetrat: proinde excrementosam materiam omnem consumit. Igitur comitiali morbo: nam eo laborantes & humi prostratos naribus subditū subito excitat: vertigini, obliuioni, resolutioni, dolori lienis, renum, vesicæ, vteri, neruorum, articulorum, & reliquarum partium à frigiditate nato medetur, & vrinam ciet. Sic fit. Lateres aut tegulas ex terra lutoūe rubente confectos, <sup>c</sup> multum antiquatos, in <sup>d</sup> frustra comminutos, carbonibus nō fumantibus accende, donec candescant & igniti rubeant: dein è carbonibus exempta fragmenta in concha oleo veteri claro plena restinguito, & illic donec oleo probè imbuantur dimittito: postea oleo exempta probè siccato & per se in casulis, & minutissimè terito: & <sup>e</sup> vasi per sublimationē vitreo destillanda indito, & luto chymistarum capitellum claudito, & subtus in fornace carbonibus accensis oleum elicito, & in phiala exactè obstructa recondito.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Elateribus.*) Habet multa quoq; alia nomina. siquidem dicitur Oleum philosophorum, scilicet chymistarum, qui se suis scriptis vbiq; & quotidiano sermone philosophos appellant, & oleum hoc sua industria è lateribus seu tegulis eliciunt. Non autem temerè dictum est Chymistarum, quia est aliud etiam oleum philosophorum naturale, quod Babylonij Naphtha, hodie verò Petroleum nominatur, de quo libro primo diximus. Appellatur etiam Oleum sapientiæ, quod à sapientibus Chymistis nimirum, si Dijs placet, paretur, & perfecti magisterij, & benedictum, & diuinum, & sanctum. Tamen tria postrema magis Petroleo conueniunt, vtpote quod Monachi, impostores pessimi, è diuorum sepulchris promanare nugati sunt.

Oleum philosophorum.

Naphtha.

Petroleum.

Oleum sapientiæ.

Perfecti magisterij.

<sup>b</sup> *Essentia tenuitate.*) Nam ita tenue est, vt momento latissimè spargatur: siq; manui infundatur, eam citò penetret. Atq; hinc est, quod vrinam moueat, lapidem frangat, vermes enecet, aurium tinnitui à statu crasso conferat.

<sup>c</sup> *Multum antiquatos.*) Sunt qui novos lateres, & eos qui aquam nondū senserunt, præferunt: propterea quod oleum melius imbibant.

<sup>d</sup> *Frusta.*) Vnciæ vnus Albuchasis, vel vt rectius dicam Bulcasis, esse præcipit. Alij nucis Iuglandis magnitudine.

<sup>e</sup> *Kasi.*) Quod Chymistæ hodie Retortam, aut Cucurbitam appellant.

## OLEVM TARTARI.

## XLII.

**A**d tergendam & erugendam faciem & cutem confert. Scabiem & impetiginem sanat. Fit ita. Tartari fœcarij dolij lateribus adhærenti<sup>a</sup> puri lib. quatuor coniiciuntur in vas figulinū ollamūe, & vruntur in <sup>b</sup> fornace cum lateribus aut tegulis, aut fictilibus: vel per se, quoad tartarum omne <sup>c</sup> candidum reddatur. dein imponantur sacco elaneo panno facto, & infernè acuto, cui parum <sup>d</sup> vini & aceti superinfunditur, & in cella vinaria suspenditur: atq; ex eo clarus quidam <sup>e</sup> liquor destillat in vitrum, quod suppositum est, ad vsum reponendus.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Puri.*) Quod album potius est, quàm rubrum.

<sup>b</sup> *In fornacè.*) In furno, maximè figulino.

<sup>c</sup> *Candidum reddatur.*) Et profus albescat.

<sup>d</sup> *Vini & aceti.*) Nonnulli nihil horum affundunt.

<sup>e</sup> *Liquor.*) Ita enim rectius quàm oleum nominatur. reuera enim oleum non est, sed acerrimus liquor. Porrò alij oleum aut liquorem hunc ita parant. Tartarum lateribus doliorum adhærens album, ex vino generoso tritum, linteolo inuolutum, aceto albo fortiter maceratur, sub cineribus calidis coquitur, dum nigrescat: iterum teritur, & vasi inclinato decliuuie diebus octo loco frigido imponitur, donec in oleum aut liquorem resoluatur. Id si non fit, exprimitur.

Alius parandi modus olei tartari.

Oleum

LEONHARTI FVCHSII  
OLEVM TEREBINTHINVM.

Simplex.

XLIII.

**C**onfert morbis frigidis omnibus, neruorum maximè. Asthmaticis, & suppuratis confert. Colicis cruciatibus vtile, internoscq; flatus potenter discutit. Cicatricibus gratiam addit, earumq; maculas exterit. Calculum educit, & arenas promouet. Fit hoc modo. Terebinthinæ, aut laricinæ resinæ, lib. quatuor, ponuntur in vas vitreum (Retortam, aut Cucurbitam appellatum) & Chymistarum more oleū elicitur: ita nimirum, vt vas prædictum arenæ imponatur, à sordibus probe mundatæ: atq; tum primùm cum aqua elicietur oleum tenue & clarum limpidumue, secundò aurei coloris fuluumue, vltimò fuscum & crassum. horum vnumquodq; per se auferitur, & reponitur. Tertium autem quod effluit optimum est.

OLEVM <sup>a</sup> BALSAMI.

Ioannis Damasceni.

XLIIII.

**C**alefacit, desiccatur, tenuat, discutit, tergit, glutinat. Fit cortice eius arboris, orientem spectante, sub caniculæ ardoribus scarificato & vulnerato. *Opobalsamū.* tum enim pinguis lachryma destillat, quam recentiores oleū, Græci Opobalsamum nominant. Alij arboris huius surculos vere ineunte in pila terunt, dein in aqua coquunt, torculari exprimunt, oleumq; Balsami vocant. Sunt qui surculos tritos in oleo veteri dies quadraginta insolant, in vase duplici coquunt, exprimunt, surculos novos tritos immittunt, secundò, & tertio, colant & recondunt.

ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Oleum Balsami.* ) Hoc non est nisi liquor Balsami, quem Opobalsamum tum Græci, tum officinæ medicorum appellant. Rarissimum hodie, præfertim in nostris regionibus. neq; enim hoc modo nisi in ijs locis, vbi Balsamum nascitur, parari potest. Quod quum prioris seculi medici Petrus de Ebano, Guilielmus Platearius, Bartholomæus Montagnana animaduertissent, olea Balsami, quæ viribus vero balsamo nihil cedere dixerunt, composuerunt: quæ ordine subiiciemus.

OLEVM BALSAMI.

Petri de Ebano.

XLV.

*Balsamum artificiale chirurgorū.*

**I**dem quod opobalsamum potest. Tenuiū nanq; est partium, calefacit, exiccatur, terget, ac glutinat, quæ omnia vulnerarijs medicis in sanandis vulneribus expetuntur. Cordis palpitationem & syncopen illitū curat. Recipit myrrhæ selectæ, aloës iecorariæ, spicæ nardi, sanguinis draconis, thuris, momiæ, opopanacis, bdellij, carpobalsami, ammoniaci, sarcocollæ, croci, mastiches, gummi Arabici, styracis liquidij, añ vnc. duas. Ladani electi, siue castorei, vnc. duas, & dimidiā. Moschi, drach. vnā, & dimidiā. Terebinthinæ pondere omnium tritis miscet, alembico destillat, vt rosarū stillatitius liquor, & reconditur.

ANNOTATIO.

Balsamum artificiale, veri Balsami penuriam substituit. Viribus enim propemodum ad singulares Balsami facultates accedit, atq; id potissimum quod ab Aponeniū descriptum est, ab omnibus ferè chirurgis vulgò vsurpatur, vt infra fufius dicetur.

OLEVM BALSAMI.

Guilielmi Placentini.

XLVI.

**V**aleat ad lapidis vitia, cicatrices eminentes applanat, & balsami loco vsurpatur. Habet myrrhæ, carpobalsami, nucis Indicæ, añ vnc. dimidiā. Hyperici, & drach. duas. Teruntur leniter, & miscentur olei vnc. quinque. Terebinthinæ,

thina, vnc. vna, & dimidia, & in fine, moschi, grana tria. Olei de lateribus, vnc. vna. Destillatur, vt præcedens.

## OLEVM BALSAMI.

Montagnana.

XLVII.

**A**ccipit terebinthina, lib. vnam. Thuris albi, vnc. quatuor. Gummi oleæ, vnc. sex. Baccarum lauri, vnc. quatuor. Mastiches, galangæ, caryophyllorum, cinamomi, zedoaria, nucis moschata, cubebæ, ligni aloës benetruti, añ vnc. vnam. Omnia commista alembico destillantur lento igne, & quod primò elicitur, aqua balsami dicitur: quod secundò, oleum balsami, quod tertio, balsamus artificialis.

## OLEVM BALSAMI.

Guilielmi Placentini.

XLVIII.

**M**elius est eo quod præcedit. Recipit olei, lib. vnam, & dimidiam. Myrrha, xylobalsami, opopanacis, bdellij, aloës, carpobalsami, ammoniaci, sagapeni, nucis Indæ, hyperici, macis, gummi Arabici, thuris, tragacanthæ, añ vnc. vnam. Laterum quos aqua nunquam attigit ignitorum, & communi in oleo restinctorum, vnc. tres. Terebinthina puræ, vncias septem. Trita omnia simul, & in pila inuicem subacta, in alembico destillantur.

## ANNOTATIO.

Haecenus varia olea Balsami, vt hodie nominant, artificialis commemorauimus. Sed etiam postremum hoc multis est vsitatum, tamen primum quod à Petro de Ebano descriptum est, cæteris omnibus præferendum videtur, quòd viribus Balsamo nihil cedat. Habet enim in se medicamenta complura calefacientia, & exiccantia, itè extergentia, & glutinantia: quæ sanè omnes facultates in curandis vulneribus maximè requiruntur. Hinc est, quòd nostrates chirurgi, in omnibus sanandis vulneribus, Balsamo hoc artificiali ab ipsis nominato, prospero successu vtantur. Etiam verò non desunt, qui huic descriptioni adijciant galangam, garyophyllos, cinamomum, zingiber, grana paradyfi, & alia quædam: tamen quum metuendum sit, ne ex illis admodum calidis medicamentis intemperies aut phlegmone aliqua laboranti parti accersatur, præstat illa omittere, & Petri de Ebano descriptione, quæ sanè optima est, contentos esse, atque eam pro artificiali Balsamo à Chirurgis vsurpari.

*Cur chirurgi Balsamo artificiali in omnibus sanandis vulneribus vtantur.*

## OLEVM SAMPVCHINVM.

XLIX.

**C**alefacit, roborat caput, & neruosum genus omne: ideoque lassitudinè vtile, & morbis cerebri ac neruorum frigidis. Ob id spina in balneo illitum, reuolutioni, conuulsioniq; succurrit. Auribus iniectum, torturam oris vocatam sanat: immissum verò auribus, à flatu tinnitum dissipat. Aduersus vuluæ occlusiones ac strangultus efficax, menses, secundas, & foetus extrahit, scorpionumq; moribus medetur. Habet comarum sampsychi, Manipulos quatuor. Serpylli, Manipulos duos. Foliorum myrti, Manipulum vnum. Abrotoni, silybrii, añ Manipulum dimidium. Casia lignæ, vnc. duas. Olei omphacini, quod fatis est. Contusa omnia coniunguntur in vas vitreum, & affunditur oleum ea quantitatè, vt cæteris supernatet: vase bene obturato, diebus octo infusantur, dein exprimuntur, & express oleum nouis specibus affunditur. hocq; tertio faciendum. Alij, vt filius quoque Mesuæ, ex solis sampsychi comis ter quaterue mutatis, inq; vase duplici coctis, veluti rosaceum conficiunt: quæ sanè conficiendi sampsychini olei ratio melior, vt pote magis simplex, existit.

## OLEVM EX HYPERICO.

Incerti auctoris,

L.

*Melior conficiendi sampsychini olei ratio.*

CAle-

**C**Alefacit, siccatur, roboratur, discutit, & attenuatur: ideoque vulnera etiam grandia glutinat, maxime neruorum. Ambusta sanat, dolores siue summitatum femoris, & vesicæ mitigat. Caput comarum dentium hyperici, vnc. tres. Macerantur triduo in vino odorifero, quod satis est. post coquantur in vase duplici, bene obturato. valide exprimuntur: & hyperici nouæ comæ pari pondere similiter macerantur, coquantur, exprimuntur: hocque tertio faciendum. postea adduntur terebinthina, vnciæ tres. Olei veteris clari, vnciæ sex. Croci, scrup. vnus. Coquantur in duplici vase, quoad vinum consumatur: dein exprimuntur, & colatum oleum reponitur. Alij hyperici flores iam maturos oleo macerant, & insolant, eoque modo parant quo anethinum.

## OLEVM DE OVIS.

L I.

**E**Xperientia comprobatum est, cutim, præsertim faciei, exterere & expurgare, cicatricibus decorem addere, impetiginem, herpetem, & alia cutis vitia persanare, capillos regnere, ulcera maligna & fistulosa curare. Doloribus præterea dentium & aurium succurrit. Fissuras manuum, pedum, & ani sanat. Ambustis vtile. Fit hoc modo. Oua recentia numero \*centum elixantur, quoad durantur. Dein vitelli eorundem exempti & supra mediocrem ignem ligneo aut ferreo cochleari comminuti in sartagine ferrea, vel terrea plumbata friguntur, donec rubescant, & pinguedinem remittant: postea massa feruens in sacculum pilis contextum inditur, & exprimitur, interdum vero alij torculari exprimere malunt. Oleum expressum reponitur.

## ANNOTATIO.

*Tres conficiendi olei de ouis modi.*

*Primus.*  
*Secundus.*

*Tertius.*

*Quartus.*

Mesux filius tres olei de ouis conficiendi modos recenset. Primus ex Serapione acceptus, non multum ab eo quem iam diximus distat, estque eiusmodi. Vitelli ouorum elixando duratorum triginta aut circiter manibus friati, in sartagine terrea plumbata friguntur igni mediocri, mouendo cochleari ligneo, donec rubescant, & oleum ab ijs resoluatur, quod pressi cochleari largius remittent. Alter modus est, vt vitelli ouorum elixando indurati mola frangantur, dein in offas massamue tundantur, & torculari exprimantur, vt in oleo amygdalarum est dictum. Tertius ex Auicenna sumptus est, vt scilicet vitelli vasi imponantur, oleumque ignis violentia eliciatur, vt in oleo de lateribus est dictum. Sunt qui quartum adijciunt minimè contemnendum. Oua in cineribus coquantur quoad dura euadant, dein exempti vitelli leuiter in pila tunduntur, tusi in sacculum lineum reponuntur probe colligatum ac oclusum, qui tandem torculari suppositus valide comprimitur, donec ab eo oleum resoluatur.

## OLEVM IRINVM.

Ioannis Damasceni.

L II.

**T**erget, tenuat, coquit, discutit potenter: ob id frigidos dolores aurium, iecoris, lienis, vteri, & articularum sedat. Humores in thorace ac pulmone crassos tenuat, strumas discutit, tumores duos emollit, conuulsioni succurrit, & aurium ac narium foetorem emendat. Sic fit. Accipit radicem iridis, lib. vnam. Florum eiusdem, lib. duas. Aquæ cui alia iridis radices incoctæ sunt, lib. tres. Olei dulcis, vel sesamini, lib. sex. Coquantur in vase duplici, radices & florum folia noua immittuntur, prioribus expressis & abiectis, vt in oleo rosaceo, coquantur denuo ad perfectionem.

## OLEVM IRINVM.

\* Nicolai Myrepsici,

L III.

Vis



**V**iscius excalefaciens, verum minimè acris. Ideo refrigeratis partibus utile. Roborat etiam, & emollit. Recipit radicis iridis, <sup>b</sup> aspalathi, cyperi, helenij, añ lib. duas, & dimidiam. Opopanacis, vnciam vnam, & dimidiam. Anchusæ, vnciam vnam. <sup>d</sup> Iunci odorati, <sup>e</sup> casia xylobalsami, nardi Celticæ, añ vncias tres. Olei puri, sextarios quindecim. Aquæ, sextarios duos, & dimidium. Contunduntur singula crassiuscule, & diebus duobus macerantur: dein duplici in vase horis sex coquuntur, & postea iniicitur opopanax, in vino maceratus & liquatus. Colatum dein oleum in vsus reponito.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Nicolai Myrepsici.) Nam compositio à Cordo, sub Alexandrini nomine producta, erroribus non vacat. Variat etiam à iam dicta ponderum ratione, vt ex vtriusq; collatione patebit. Cordus.

<sup>b</sup> Aspalathi.) In Latinis exemplaribus desideratur, qui pro eo radicem Lilij satiui substituit: & rectè quidem, quòd hæc iridem vt iridis calefaciat, tenuet, atq; emolliat. Iudico itaq; lectionem in manuscripto codice Nicolai corruptam esse, & pro ἀσπαλάθης legendum esse κείνης ῥίζης. Nicolai locus expensus.

<sup>c</sup> Opopanacis.) Et hoc in Latinis desideratur medicamentum.

<sup>d</sup> Iunci odorati.) Latini codices Cinamomum pro eo substituit.

<sup>e</sup> Casia.) Falsò in Latinis exemplaribus Afæ legitur, pro Casia. Quum itaq; multa sit in hac compositione varietas, præstat vt simplici irino oleo, quale à Mesue est descriptum.

OLEVM <sup>a</sup> MOSCHATVM.

## LIIII.

**P**illis pomisue odoratis cogendis est aptissimum: adhæc roborat, calefacit, discutit. Valet ad frigidum ventriculum, colicum, & renum dolorem. Lateris quoq; illitu sanat. Neruorum omnibus propemodum vitijs confert. Habet olei communis, libras sex. Folij spicæ nardi, costi, mastiches, añ vnciam vnam, & dimidiam. Styrcis calamitæ, croci, myrrhæ, casia lignæ, xylobalsami, añ drach. sex. Caryophyllorū, carpobalsami, bdellij, añ vnc. dimidiã. <sup>b</sup> Nucis Indicæ, drach. duas. Moschi, drach. vnam. <sup>c</sup> Vini odori, vncias sex. Trita leuiter omnia, coquuntur in vase duplici lento igne, ad vini consumptionem.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Moschatum.) Barbaram sectantes medicinã Muscellinum, itidem à Moscho, quem illi inepre admodum Muscum appellant, oleū hoc nominare solent. Nicolaus, si nō corrupta est uox, μουσέλαιον vocant. Puto autè, μουσχέλαιον esse legendum, id est, oleū moschatum. Muscellinū.

<sup>b</sup> Nucis Indicæ.) Cordus hic significari per Indicam nucem, eam quæ Moschata, vel vt hodie loquuntur, muscata nominatur, annotauit: quòd hanc ipsam veteres Græci Caryon Indicon etiam appellauerint. Mirari autem satis non possum, cur in eam venerit sententiam, quòd constet, veteribus Græcis hanc nucem prorsus incognitam fuisse. Recentiores autem Græci Caryon Indicon non aliam nominarunt nucem, nisi eam quæ adhuc hodie in officinis Nux Indica nuncupatur. Cordus.

<sup>c</sup> Vini odori.) Cordus aquam pro vino vsurpat, quod mihi non probatur. Nam constat, hoc oleum ad frigidos maximè affectus adhiberi: ideo præstat, vinum quàm aquam illi indere. Cordus errat.

## OLEVM NVCVM MOSCHATARVM.

## LV.

**C**alefacit, siccatur, roborat. Frigido & humido ventriculo præditis maximè confert. Illitum os ventriculi mirè corroborat, venerisq; tentiginem excitat. Deglutitum anhelitum commendat. Accipit nucem moschatarum pinguium, libram dimidiam. Caryophyllorum, vnc. dimidiã. Contunduntur & inter contundendum paulatim stillaticius absinthij liquor affundit, assidueq; in mortario donec probe emolliantur agitantur. Dein permiscetur olei mastichini,

<sup>e</sup> chini,

chini, menthacei, añ vnc. nouem. Vini chij, vnc. dua. Macerata diebus septem in duplici vase ad lentum ignem placidissime eo vndiq; obturato ad vini vsq; consumptionem bulliunt. Post exprimuntur, & quod expressum est, vitreo in vase conseruatur. Sunt qui per alembicum vocatum oleum elicere malunt. Alij nucum moschatarum fere quinq; per noctem in vino crassiusculè tritarum, in vase vitreo, vt vinum emineat, macerant. Postridie sacco lineo includunt, prius tamen in farragine mediocriter calefactas obligant, & filis passim obductis, ne simul coeant, constringunt, ac torculari exprimunt ligneo, paruo, cum lacu exiguo vt deorsum vergat.

\* De alcanna.

## OLEVM \* LIGVSTRINVM.

LVI.

**C**Alefacit, & modicè adstringit, ideoq; partes nervosas roborat, pleuriticis succurrit, & ijs quibus ceruix in scapulas conuellitur, itē angina laborantibus confert, & capillos à canicie vindicat. Fit ex florum ligustri foliorum vncijs quatuor, coctis in olei veteris vncijs decem vt rosaceum.

## OLEVM POPVLINVM.

Nicolai Myrepsi.

LVII.

**E**Mollit, tenuium est partium, & calidum: arthriticis & podagricis utile. Accipit gemmarum populi nigrae, veris initio collectarum, vncias quatuor. Olei dulcis, sextarium Italicum vnum, Gemmae tusae in oleo macerantur, & insolantur diebus quadraginta.

## ANNOTATIO.

Compositio  
olei populini  
melior.

Ad hunc quidem modum Nicolaus Myrepsus componit. In Latinis autem codicibus aliter describitur, & vinum adijcitur. Quare sic componi aptissime posset. Recipit Gemmarum populi nigrae, vere collectarum & tusarum, vncias quatuor. Olei dulcis, lib. tres. Vini, lib. sex. In vase vitreo diebus quindecim insolantur, & dein lento igne in duplici vase coquantur, ad vini consumptionem: expressum & colatum oleum reponitur.

## \* PETRELAEON.

LVIII.

**C**Alefacit, siccatur, essentiae tenuitate in altum penetrat, discutit: ac proinde materiam omnem excrementosam absorbit. Epilepsiae, resolutioni, vertigini, obliuioni, lienis, renum, vesicae, vteri, neruorum, articularumq; omnium, aliarumq; partium nervosarum doloribus frigidis auxiliatur.

## ANNOTATIO.

Naphtha.

a Petrelaeon.) Officinis petroleum dictum non est, nisi Naphtha Babylonij vocata: de qua plura libro primo huius Operis diximus.

DE VNGVENTIS, SECTIO  
DECIMA QVINTA.

## VNGVENTVM \* MARCIATVM MAGNVM.

Nicolai Myrepsi.

I.



**C**ONFERT ad refrigerationē capitis, thoracis, stomachi, iecoris, lienis, aliosq; dolores à frigiditate natos. Lienē quoq; induratū mollit. Praecipue verò ad hydropicos ac lienosos expertum est. Habet cerae albae, lib. vnā. Olei communis, lib. quatuor. Rosmarini, foliorum lauri, añ vncias quatuor. Tamaricis. vncias tres. Ruta, vncias quatuor. b Ebuli, fabinae, c balsamitae, ocimi, d saluiae, polij, calaminthae, artemisiae, helenij, betonicae, dd brancæ vrsinae,

cæ vrsina, <sup>e</sup> spargula, <sup>f</sup> herbæ venti, <sup>g</sup> pimpinellæ, agrimonix, absinthij, <sup>b</sup> herbæ sanctæ petri, ab Italis dictæ herbæ paralytis, <sup>i</sup> costi herbæ, foliorum sambuci, <sup>k</sup> semperuiui minoris, herbæ millefolij, semperuiui maioris, chamædryos, <sup>l</sup> quinqueneruia, centauri, <sup>m</sup> fragariæ, quinquefolij, añ vnc. duas, & drach. duas. <sup>n</sup> Maluæ syluestris radicis, cumini, <sup>o</sup> myrrhæ, añ vnc. vnam, & dimidiam. Fœnigræci, drach. quinq; & scrup. duos. Butyri, drach. sex. Seminis vrticæ, violarum, papaueris albi, <sup>p</sup> mentæ agrestis, <sup>pp</sup> labathi, <sup>q</sup> polytrichi, <sup>r</sup> cardiobotani, <sup>s</sup> matrissyluæ, <sup>t</sup> herbæ moschata, <sup>u</sup> florum chamæmeli, <sup>x</sup> scolopendrij, <sup>y</sup> crispuli, <sup>z</sup> herbæ caphuræ, styracis calamitæ, medullæ osiũcerui, añ drach. duas. Axungia vrsina, gallinæ, & <sup>A</sup> anseris, mastiches, añ vnciam dimidiam. Thuris, drach. duas. Olei nardini, <sup>B</sup> vnc. vnam. Herbæ omnes concisæ macerantur die vno in vino bono odore, altero autem è vino eximuntur & contunduntur, & in alterum vinum bonum coniunguntur, illicq; diebus septem sinuntur. Octauo dein die hæ vnâ cum vino coquuntur, quoad dimidium eius absumatur. Postea iniicitur oleum, & denuò donec vniuersum consumatur vinum decoquuntur. Tandem ab igne amouentur, & colantur: atq; rursus in lebetem iniicitur oleum: cui postquam lento igne parum fuerit calefactum, styrax, butyrum, adipēs, mastiche, thus, oleum nardinum, & cera adijciuntur: omnibusq; lento igne dissolutis, ab igne auferuntur, & in vas reconduntur.

## ANNOTATIONES.

Hæc est legitima, & è græco Nicolai Myrepsi codice ad verbum transcripta vnguenti Marciati magni compositio. Quæ quum in Latinis codicibus mirificè variet, & corrupta sit, ideo ad præscriptum Nicolai & iuxta præsentem descriptionem deinceps hoc vnguentum à pharmacopœis parandum erit. Id verò quum vsitatissimum sit, & ob multa simplicium medicamentorum nomina, non omnibus obuia, valde obscuratum: ideo nostris annotationibus illustrandum esse putauimus.

<sup>a</sup> *Marciaton.*) Sic in omnibus tum Græcis tum Latinis codicibus legitur. Aëtius quoque libro 12. cap. 44. vnguentum præclarum ad articulorum morbos, corporis languores, & resolutiones Marciaton appellat. Vt mirari subeat, cur Cordus in suo medicamento libro vsitatam appellationem mutauerit in Martianum, præsertim quum Paulus etiam similiter, atq; Aëtius, Marciaton nominet. *Marciatum.*  
*Cordus notatus.*

<sup>b</sup> *Ebuli.*) Nicolaus habet ἐμβουλι, pro ἔβουλι. Nam more suo latinis & Barbaris vocabus passim a literam adijcit, Latini codices omnes legunt Esbrij, quæ vox quum sit ex Ebuli dictione à librario imperito deprauata, nihil mirum est hanc quoq; variè à varijs interpretatam fuisse: alijs Saluiam, alijs Maioranam esse dicentibus. Hanc itaq; difficultatem nobis græcus Nicolai codex sustulit, & constat nunc, Ebulum esse vsurpandum, utpote cuius folia hydropicis illita conueniant: non Maioranam, vt Rondeletius & alij nonnulli sunt arbitrati. *Esbrium.*

<sup>c</sup> *Balsamita.*) Nos studiò hanc dictionem, qua Nicolaus vsus est, in contextu reliquimus, quum hodie quoq; officinis vsitata sit. Est autem Balsamita altera Sisymbrij species, quam Mentham aquaticam nominant, vt alibi fusius diximus. *Balsamita.*

<sup>d</sup> *Saluia.*) Latini codices habent, Lilifagi corruptè pro Eleliphaci. Saluiam autem appellari Græcis ἐλελίσφακος, omnibus notum esse putamus. Plurimum in huius vocis interpretatione hallicinatur Rondeletius, præsertim verò quum Saluiam syluestrem, esse Verbascum syluestre Dioscoridis tradit. Ex aliarum verò herbarum interpretatione abundè constat Rondeletium tempore quo pharmacopolarum officinam scripsit herbarum magnam cognitionem haud habuisse.

<sup>d d</sup> *Branca vrsina.*) Ita in Græcis & Latinis exemplaribus legitur. Brancæ vrsinæ autem nomine duæ hodie intelliguntur herbæ. In Italia ita nominant Acanthum. In Germania nostra Sphondyliũ. Nihil autem refert vtram accipias, quia vtraq; siccandi facultatem obtinet. Nostrates autem pharmacopœi, quum vera Acantha destituantur, Sphondylium vsurpare debent, cui etiam attenuandi inest facultas. Est autem geminũ Sphondylium, fatium & syluestre. *Branca vrsina.*  
*Sphondyliũ.*

<sup>e</sup> *Spargula.*) Non est autem Spargula, nisi ea herba, quæ Græcis & Latinis Aparine nominatur. Hanc recentiores herbarij, quòd asperitate sua vestimentis quæ contingit, pertinaciter hæreat, Asperulam dixerunt. Quam vocem imperitiores subinde vnius adiectione literæ deprauantes, in Aspergulam mutarunt, Tandem priore litera detricta, abbrevi-

e ij antas

- Corduserrat.** antes in Spergulum, & Spargulam cōmutarunt. Non igitur est Gallium, vt Cordus existimauit. Quum enim Dioscoride teste, Aparine discutendi facultate donata sit, eius vsus in discutendis tumoribus Hydropicorum aptissimus erit.
- Herba venti.** *f* *Herba venti.*) Græcè est, ἀνεμοχόρτης. Herbam autem venti variè interpretantur recentiores. Alij enim vmbilicum Veneris esse contendunt. Hæc quum hydropicis competat, si haberi potest, huic vnguento non ineptè inditur. Sunt qui Helxinen, seu parietariam interpretantur: alij Solidaginem minorem esse censent. Nonnulli Asclepiada, quam officinæ Hirundinariam vocant, exponunt. Aliqui Anemonem syluestrem. Vt nihil mirum sit, pharmacopœos, vtpote magna ex parte imperitos, in ista sententiarum diuersitate quid faciendum sit, constituere non posse. Quare vt nostram interponamus sententiam oportet. Licebit quidem, vt iam diximus, vt in ijs vbi prouenit regionibus, Vmbilico veneris. Sine errore quoque parietaria, ob absterforiam suam facultatem, huic compositioni inditur. Consolida nominata minor, prorsus repudianda hoc in loco est. Asclepiadis etiam vsus sine noxa esse posset. Sed præ omnibus ijs magis competit Anemone syluestris, vtpote cui calefaciendi & discutendi facultas insignis est: adeoq; ad frigida vitia, ad quæ vnguentum hoc maximè accommodatur, vtilis admodum.
- Pimpinella.** *g* *Pimpinella.*) Non Italica, vt Cordus censuit, sed Germanica: quod huius facultas in presenti Vnguento acris, potius quàm alterius adstrictoria, requiratur. Italica verò Pimpinella est, quam nos Sanguisorbam nominamus.
- Herba S. Petri.** *h* *Herba S. Petri.*) Quæ illa sit, metipse Nicolaus indicauit: vt hinc liceat palàm cognoscere, quarundam stirpium nomina Nicolai ætate vsitata, ad nostra vsq; tempora permanasse. Est autem Verbasculum odoratum Latinis vocatum, quod primo vere in pratis & montanis emicat, discutendi facultate præditum.
- Costus herba.** *i* *Costi herba.*) Latini codices omnes habent, herba sanctæ Mariæ. Hanc autem interpretantur omnes, quos etiã Cordus sequitur, pro Persicaria. Sed errare vniuersos, è Græco Nicolai codice omnibus sit manifestissimum: qui quum Costi herbam appellet, discretè qualis esset indicauit. Nam hac appellatione non eam Costum, quam Dioscorides pingit, innuere voluit: aliàs enim simpliciter & sine omni adiectione Costum dixisset: sed eam potius, quam Dionysius Vticensis, quem falso Constantinum nominant, lib. 11. de Re rustica, cap. 28. Costum simpliciter, & alij cum adiectione Costum hortensem nominant. Hanc itaq; Costum alij, quod Ruellius quoq; significauit, Mariæ herbam appellant. Hodie mentha Sarracenicæ, & Romana vulgò, Dnsersfrawen mung Germanis nuncupant. Eam igitur vt à Costo Dioscoridis separaret Nicolaus, Costum herbam nominauit.
- Herba crassifolia.** *k* *Semperuiui minoris.*) Herba crassifolia, est in Latinis codicibus. Sic enim recentiores Semperuiuum minus nominant.
- Quinqueneruia.** *l* *Quinqueneruia.*) Latini codices legunt, Centumneruia. Vtrisque autem nominibus Plantago intelligitur: priore minor, posteriore maior. Quum autem easdè ambæ facultates habeant, nihil refert vtra accipiatur. Nicolaus tamen minorem sumendam innuit.
- Centumneruia.** *m* *Fragaria.*) Fragulæ habent Latini codices. Intelligunt autem omnes hac voce, fragariam hodie dictam herbam. Hæc quod lienosis conferat huic vnguento indita est.
- Fragaria.** *n* *Malua syluestris.*) Latini codices, Ebisci habent, nullo sanè discrimine. Nam Ebiscus, malua syluestris, Galeno etiam teste, Althæa est.
- Malua syluestris.** *o* *Myrrha.*) Falso in Latinis codicibus legitur Myrtha. Nam quum Myrrhæ insit calefaciendi, emolliendi & discutendi facultas, optimè huic compositioni quadret necesse est. Ita vt mirari subeat Cordum, qui Myrtum, adstrictoria donatam facultate, potius quàm Myrram, non sine errore, huic compositioni indendam esse censuit.
- Cordi error.** *p* *Mentha agrestis.*) Latini codices habent Mentha sarracenicæ, sed falsò. Siquidem hæc antea huic compositioni, sub nomine Costi herba indita fuit: igitur repeti hoc loco nequit. Aliam igitur per Mentham agrestem intelligat herbam Nicolaus, quàm eam quæ Sarracenicæ nominatur, eam nimirum quam Menthastrum vocant, est necesse. Nam ita syluestrem mentham Dioscoridis, Latini appellant autores.
- Lapathium.** *pp* *Lapathi.*) Rumicem Latinis dictam inaudire oportet, & maximè eam speciem, quam cura adiectione oxylapathum, officinæ autem Lapathium acutum nominant.
- Polytrichum.** *q* *Polytrichi.*) Adiantum capillum Veneris officinis nominatum, aut certè Trichomanes intelligit, nihil enim refert, quum earundem sint virium, vtram accipias.
- Carduncellus.** *r* *Cardiobotani.*) Latina exemplaria habent, Carduncelli. Carduncellum autem interpretantur Carduum benedictum, herbam notam omnibus. Per Cardiobotanum ego censo intelligendam esse herbam, quæ etiam nū hodie Cardiaca dicitur: idq; duabus de causis. Vna, quod hæc itidem Mentha species sit, quarum duæ etiam aliæ hanc compositionem ingrediuntur: altera, quod hæc ipsa Cardiaca, crassos humores incidere, attenuare, & discutere possit. Tamen quum idem possit Carduus benedictus, nihil moror hanc etiã si quis vsurpet.
- s* *Matri syluestris.*)

*3 Matrissylua.*) Non est, nisi Periclymenum Græcis dicta herba, vt alibi fufius docui- *Matrissylua.*  
mus. Vfus est autem voce Matrissylua etiam Scribonius Largus. Alio, nomine Caprifoli-  
um dicitur.

*t Herba moschata.*) Est autem herba moschata, prima Geranij species: vt alibi copiofi- *Herba mo-*  
us ostendimus. Quæ commodissimè huic vnguento immiscetur, eò quod attenuandi & *schata.*  
incidendi vim habeat, adeoq; lienosis, vt alibi plenius diximus, conferat.

*u Florū chamameli.*) Hic latini codices Nicolai habent, Aleluia: quæ quidè vox per im-  
peritū librarium in contextū raptā est, ex dictione χαμαιμύλα, non intellecta & deprauata.

*x Scolopendrij.*) Nicolaus per Scolopendrium intelligit eam herbam, quæ veteribus *Scolopen-*  
ita dicta est, & hodie Ceterachion appellatur. Ea igitur accipienda, aut Hemionitis, quum *drium.*  
vtraq; lienosis sit accommodata, quibus hæc compositio maximè conuenit.

*y Crispuli.*) Crispulam hodie omnes ferè Bouis oculum, seu Bupthalmū interpretan- *Crispula.*  
tur. Quid autem Bupthalmi nomine inaudiendum veniat, alibi diximus: nempe Cotu-  
la non fœtida recentioribus herbarijs nuncupata.

*z Herba Caphura.*) Latini codices legunt, Caphurata, quod in idem recidit. Non est *Herba Ca-*  
autem herba Caphura, seu Caphurata, nisi Abrotonum: quo hodie passim pro fœmina *phura.*  
vtantur, quòd odore nonnihil ad Caphuram accedat. Non esse autem herbam illam fœ-  
minam, sed potius Absinthium ponticum, in commentarijs nostris de Stirpium historia  
diximus.

*A Anseris.*) In omnibus codicibus desideratur.

*B Vnc. vnam.*) Græcus manuscriptus Nicolai codex habet drach. vnam, grana quinde-  
cim, quod pondus quum videretur nobis fatis exiguum, idèd in vnc. vnā mutauimus: idèd  
Latinorum nobis suffragante codicum testimonio fecimus. Nam quum latinus Nicolai  
codex geminata passim habeat pondera in hac compositione, & hoc loco vnciarum du-  
arum mentionem faciat: certum est, inde nobis vnc. vnam sumendam esse. Hinc est, quod  
exemplar Ingolstadianum discretè legat, olei nardini vnciam vnam.

## VNGVENTVM AGRIPPÆ.

Eiusdem.

## II.

**A**D hydropicos, lienosos, & ventrem dolentes vtile est. Oedemata, & ner-  
uorum vitia sanat. Vrinam mouet, extrinsecus illitum ventrem subducit,  
doloriq; renum succurrit. Capit bryoniæ radicis, lib. vnam. Radicis <sup>b</sup> maluæ  
syluestris, scillæ, añ lib. dimidiam. Iridis, vnc. vnam, & dimidiam. Radicis fili-  
cis, <sup>c</sup> ebuli, tribuli marini, añ vnc. vnam. Olei, <sup>d</sup> lib. duas. Tusa omnia maceran-  
tur in oleo diebus <sup>e</sup> octo. Dein coniecta in lebetem lento igne coquantur, &  
cocta exprimuntur, colanturq; aridis abiectis: liquidum autem cum ceræ pu-  
ræ <sup>f</sup> vncijs septem, & dimidia, in vnguenti formam redigitur.

## ANNOTATIONES.

*a Agrippæ.*) Sic omnia Latina Nicolai exemplaria habent, & ad regem Agrippam au-  
torem compositionem referunt. Manuscriptus Nicolai codex, Grypa legit.

*b Radicis maluæ syluestris.*) Ita in Græco manuscripto Nicolai codice legitur, quum ta-  
men in Latinis sit, Cucumeris syluestris: vt suspicio sit, librarium pro *μαλάχης ἀργίας*, sub-  
stituisse *σικυος ἀργίας*. Quod non alia de causa factum esse arbitror, quàm quod huic vn-  
guento subducendi aluum facultas tribuatur: ideoq; radicem cucumeris syluestris inde-  
re, vt pote quæ vehementem purgandi vim obtinet, voluit. Vtriusq; autem vsus in hoc vn-  
guento esse potest. Si enim ad renum calculos deturbandos eo vti volumus, præstat illi  
Maluam syluestrem immiscere. Sin aluum potius subducere nobis cõsiliū est, radix cu-  
cumeris syluestris potius indenda erit. Consultissimum igitur erit vtroq; modo paratum  
in officinis habere vnguentum, vt nunc huius, nunc illius pro diuersitate morbi vsus esse  
possit. Dessenius ex hoc loco se explicare non potuit, Sphingis ænigma sibi propositum, *Dessenius.*  
quod non nisi ab ædipo dissolui posset, putans.

*c Ebuli.*) Vt hinc perspicuum etiam euadat, Ebulum rectè Marciato vnguento inseri.

*d Lib. duas.*) Græcus codex vnam tantum libram habet. Sed apparet, mensuram mi-  
norem esse quàm par sit: ideo alteram adiiciendam esse putauimus, idq; monentibus lati-  
nis codicibus qui habent lib. quatuor, geminata enim passim pondera ad hanc nostram  
descriptionem collata obtinent.

*e Octo.*) Tribus duntaxat diebus maceranda esse, Græcus codex innuit. Sed fit efficaci-  
us vnguentum, si pluribus macerentur diebus.

e iij      f Vnc. septem.)

f *Vnc. septem, & dimidia.*) Græcus codex manuscriptus vnc. sex tantum habet. Nos latinos codices secuti sumus, qui habent vnc. quindecim. Dimidiatū itaq; pondus sunt vnc. septem, & dimidia. Sed relinquendum arbitrio pharmacopœi, vt tantum accipiat cœra, quantum ad vnguentum conficiendum satis erit.

## VNGVENTVM \* AREGON.

Eiusdem.

III.

**A**D omnem dolorem frigidum stomachi & ventris, ad vterina mulierum vitia, distensiones, quartanas, epilepsias, resolutiones, spinæ dolores, & renum. In quartana ante inuasionem inungitur. Accipit rosmarini, sampfuchi, *b* iridis, serpylli, rutæ, *c* radicis maluæ syluestris, añ vnc. duas, & drach. duas. Foliorum laurii, saluæ, *d* sabinae, añ vnc. vnam, & dimidiam. Laureolæ, vncias quatuor, & dimidiam. Calaminthæ, vnc. tres. Mastiches, thuris, añ drach. tres. Pyrethri, euphorbij, añ vnc. dimidiam. Zingiberis, piperis, añ vnc. dimidiam, & scrup. duos. *e* Olei moschati, drach. duas. Petrolai, vnc. dimidiam. Adipis vrsini, olei laurini, añ vnc. vnam, & dimidiam. Butyri, vnc. duas. *f* Olei communis, lib. duas, & dimidiam. Cera albæ puræ, vnc. nouem. Herba vnâ cum radicibus in vino die vno macerantur, altero eximuntur, & in mortario probe tunduntur: dein oleo inijciuntur, & illic diebus septem macerantur: postea coquuntur, & colantur, rursusq; coquuntur: & vbi bullire inceperint, imponitur oleum laurinum, butyrum, adipes, & cera: omnibusq; liquatis, inijcitur oleum moschatum, & petrolæum. postremò imponitur mastiche, thus, zingiber, pyrethrum & euphorbium, benetríta: omniaq; simul probe subacta, ab igne auferuntur, & in vase reconduntur.

## ANNOTATIONES.

ἀρεγιωρ.

*a Aregon.*) Ita enim, non Aragon, vt hactenus medicinam facientes consueuerunt, appellari debet. Sic enim Græco nomine ἀρεγιωρ, quasi adiutor, ob suam quam in iuuandis ægris efficaciam habet, dici potest. Hinc est quod non ineptè illud Salodinus adiutorium interpretetur. In Nicolao ordine vnguentum 43. nec vllò nomine priuato insignitum est. Nomen autem Aregon, vel deprauatè Aragon, illi impositum est ab aliquo Græcæ linguæ imperito: qui in Nicolao legens ἄλαμα ἀρεγιωρ ἐς πάντα πόνορ σομάχου, καὶ κοιλίας, id est, vnguentum conferens iuuansue ad omnem stomachi, & ventris dolorem: ἀρεγιωρ vnguenti huius appellationem propriam esse putauit, quod fortè ita scriptū inuenerit, ἄλαμα ἀρεγιωρ, ἐς πάντα πόνορ, & c. Dessenius cur ita dictum sit ignorare se fatetur.

*b Iridis.*) In omnibus Latinis codicibus: falso scribitur Iari, pro Iridis. Fuit eñ improuido & incauto librario facilis ab vna in alteram dictionem lapsus. Franciscus Alexander hoc loco, vt dissentienti à me occasionem habeat, mauult deprauatos codices sequi, quàm veritatem amplecti.

Μάλυα σylvestris.

*c Radicis maluæ syluestris.*) Id est, althæa. In latinis codicibus iterum, vt in priore vnguento, legitur perperam Cucumeris syluestris. Et is locus, priorem lectionem esse legitimam confirmat.

*d Sabina.*) Posthæc in Latinis nonnullis codicibus subiicitur, Pulicariæ maioris & minoris, id est, ellebori albi & nigri, añ vnc. duas. Et paulo post, à laureola, foliorum cucumeris asinini: quæ sanè omnia in Græco, & melioribus etiam Latinis codicibus desiderantur: adeoq; spuria sunt, ideo à nobis meritò præterita & omissa.

*e Olei moschati.*) In cuius inopia rutaceo, aut laurino vtendum.

*f Olei communis.*) In Latinis exemplaribus non sine errore desideratur.

## VNGVENTVM DIALTHEAE.

Eiusdem.

IIII.

\*Althea.

**A**D neruorum præcisionem, lateris dolores, omnem neruorum incontinentiam & duriciem, atq; resolutos vtile. Recipit radicis \* maluæ syluestris, lib. vnam. Seminis lini, fœnigræci, añ lib. dimidiam. Scillæ, vnc. tres. Radices & semina, bene tusa, tribus diebus in lib. tribus & dimidia aquæ macerantur: dein coquuntur, donec \* succi crassitudinem acquirant, & per linteum tenue

tenue

tenue colantur, & exprimuntur. Post accipitur succi huius lib. vna, & adduntur ei olei communis lib. duæ, & rursus coquuntur, donec succus absumptus fuerit. Dein iniicitur ceræ lib. dimidia. Terebinthina, galbani, gummi hederæ, aut eius succi, añ vnc. vna. Postremò imponitur colophonix bene trita, resinæ albæ puræ, añ vnc. tres. Concussa, agitataue probè, vt in lebetè eliquentur, ab igne remouentur, & refrigerata in vase conduntur.

## ANNOTATIO.

Hoc vnguentum vsu celeberrimum est ad emolliendum, calefaciendum, & humectandum. Valet ad thoracis dolorem è frigore contractum. Emollit, lenit, coquit, & discutit.

## VNGVENTVM POPVLEVM.

Eiusdem.

V.

Somnum conciliat, febricitantibus ac dolentibus caput propter calorem illitum temporibus, prodest. Febricitantibus, plantæ manuum ac pedum, & pulsus eo inunguntur. Irrigandum autem cum oleo rosaceo, aut violaceo. Habet \* oculorū in summo arboris populi, quando floret, apparentium, lib. vnā, & dimidiam. Foliorum papaueris nigri, foliorum<sup>a</sup> mandragoræ, <sup>bb</sup> rubi, hyoscyami, solani, <sup>b</sup> vermicularis, lactuca, semperuiui maioris, <sup>cc</sup> violæ, & <sup>e</sup> cymbalij, añ<sup>d</sup> vnciam vnā, & dimidiam. Adipis suilli recentis, salis expertis, <sup>e</sup> lib. vnam. Herbae cum<sup>f</sup> oculis & adipe in mortario tundunt, & in massam rediguntur, & sub ea forma diebus octo sinuntur. Dein cum gladiolo in tenues partes concisæ in lebetem coniunguntur, & lento igne in vini odori lib. vna coquuntur, donec totum absumptum fuerit. Postea per linteum tenue colantur, & exprimuntur, & in vase reponuntur.

\* aut gemmarū, id est, florum conuenientium.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Foliorum mandragoræ.) Quam à paucis haberi possint (quandoquidem mandragora in Germania, nisi sata & culta non proueniat) pro eius folijs, Hyoscyami, geminato eorundem pondere, folia accipi debent.

<sup>bb</sup> Rubi.) Nicolai codex disertè foliorum mentionem facit. Latini codices cymarum rubi, id est, teneriorum coliculorum, quos à prima germinatione, & in summa sui parte profert.

<sup>b</sup> Vermicularis.) Hanc vocem retinuimus, quòd ea Nicolaus etiam vsus fuerit. Est autem semperuiuum minus, cum albis floribus: quod sic appellatum est à rotundis suis folijs, & figura ovalibus, vermiculosq; referentibus.

Vermicularis.

<sup>cc</sup> Viola.) Nigræ scilicet.

<sup>e</sup> Cymbalij.) Intelligit folia alterius acetabuli, quod alio nomine Umbilicus Veneris dicitur. Appellatur autem id ipsum hodie quoq; Cymbalaria & Cymbalium, vt alibi fusi-  
us diximus. In Latinis codicibus nonnullis est nominata Scatuncellus. Cæterum in Latinis codicibus nõ rectè Bardanæ fit mentio: quòd eius in hoc medicamento, vt pote quod refrigerandi vi præditum est, nullus esse vsus videatur.

Cymbalium.  
Scatuncellus.  
Bardana.

<sup>d</sup> Vnciam vnā, & dimidiam.) In græco Nicolai codice est vncia dimidia. Nos Latinos sequi codices voluimus.

<sup>e</sup> Libra vnā.) Pondus hoc in Nicolai manuscripto exemplari fuit omissum, quod nos ex Latinis restituimus.

<sup>f</sup> Oculis.) Quia in nostra regione populi oculi, & herbae quarum hic fit mentio, in idem tempus haud incidunt (oculi enim primo statim vere, id est, Martio mense erumpunt, herbae autem Iunio vigent) ideo oculos nonnulli in mortario per se tundunt: dein cum adipe suo diu multumq; tusos in vase operculato duos aut ternos pluresue menses, donec herbae vigeant, recondunt. Has incisas, ligneo pistillo per se tritas, quia simul ob lentorem & multitudinem teri facile nequeunt, cum oculis populi, & adipe coquunt, vt à nobis in contextu est expressum.

## VNGVENTVM \* E \* CITRIIS.

Eiusdem.

VI.

e iij

ADliuores

\* Citrium.

**A**liuores & lentigines faciei à mulieribus, ac cicatrices, faciendas & de-  
albandas, à sole factas vstiones, impetigines, ac pustulas à falsa pituita in  
cute apparentes, & in oculis ruborem. Habent enim aliquam detergendi & in-  
signem exiccandi vim. Capit<sup>b</sup> borachij, drach. duas. <sup>c</sup> Succus semperuiui, drach.  
vnam. Corallij albi, vnc. dimidiam. <sup>d</sup> Amiantij, <sup>e</sup> vmbilici marini, tragacanthæ,  
amili, cristalli, <sup>f</sup> Antalij, Dentalij, thuris albi, nitri, añ drach. tres. Marmoris  
albi puri, drach. duas. <sup>g</sup> Cerussæ præparatæ ex dracontio, vnc. vnam. <sup>b</sup> Cerus-  
sæ alterius præparatæ ex plumbo, vnc. sex. <sup>i</sup> Adipis suilli recentis, salis expertis  
& putri, lib. vnam. Seui caprini, vnc. vnam, & dimidiam. Adipis gallinacei, vn-  
ciam vnam. Terantur omnia simul, excepta borace, in mortario, in tenuissi-  
mum puluerem. Adipes & seuum simul eliquentur in duplici vase. <sup>k</sup> Eliqua-  
tis, & per tenue linteum colatis, trita omnia iniiciantur, & probè ridicula subi-  
gantur. Subacta imponantur citrio vni, aut duobus aut pluribus, & coquan-  
tur ebullitione vna. dein rursus in lebetem conijciuntur: & additur illis, borax  
seorsim tenuissimè trita: subacta probè, reponuntur in vase.

## ANNOTATIONES.

- E citrijs.* <sup>a</sup> *E citrijs.*) Quòd ea quæ compositionem eius vnguenti ingrediuntur, in citrijs ma-  
*Citrium* lis coquantur, ita dictum esse constat. Pharmacopœi nostræ ætatis vnguentum citrinum,  
*vnguentum.* à colore nominant. Rectius illis citrium, aut citreum, à citrijs, vt diximus, appellaretur.  
*Borax.* <sup>b</sup> *Borachij, drach. duas.*) Manuscriptus Græcus codex habet, λίθος βοραχίος, id est, lapidis  
*Borachius* Borachij. Quapropter de sententia Nicolai, sumendus lapis ille erit, qui Borachius dicitur.  
*lapis.* Non est autem, nisi gemma quam fert in capite suo Rubeta, quæ Græcis φρύγιος, bar-  
*Rubeta.* baris Bufò, Germanis Krotte dicitur. Rana verò hæc venenata, rubeta Latinis dicta est,  
à rubis & vepribus, Plinio lib. 32. cap. 5. teste, in quibus plerunq; vicitat. Hæc etiam in  
nonnullis regionibus barbara voce Borax appellatur: vt Boracis vox hoc loco ambigua  
sit. Nam vel rubetam significat, quæ in capite fert gemmâ, quæ ab ea denominationem ca-  
*Borachia* piens, Borachia latinis, Germanis Krottenstein dicitur: & hic à Nicolao innuitur. Hæc  
*gemma.* gemma colore interdum in candido fusca est, interdum in medio caruleum habet ocu-  
lum. Nonnunquam nigra, & maculis liuentibus notata est hæc rubetarum gemma. In-  
terdum virides, nonnunquam versicolores eiusmodi gemmæ sunt. Aliquando in ijs for-  
ma rubetarum apparet, sparsis pedibus. Gestantur in annulis à principibus, quòd veneno  
præfente colorem suum mutet, & quasi sudans guttas emittat. Hinc satis apparet, inter  
hanc gemmam & venena, naturalem quandam esse ἀντιπάρδοξον. Plinius ex ijs ranis lienem,  
& efficacius cor, ipsarum venenis, quæ ex ipsis fiunt, auxiliari, literis mandauit. Hæc igitur  
gemma, quòd fortè etiam ad exterenda cutis vitia utilis sit, huic vnguento inferenda  
venit. Nostri pharmacopœi per Boracem, Arabibus appellatam, aliam rem inaudiunt, ni-  
*Chryfocolla.* mirû Plinio Santernâ, Chryfocollam facticiâ recentiorib; dictam. Nam hanc etiâ barbara  
voce Boracem officinæ nominant, vt libro primo huius Operis dictû est. Hæc verò, vt ibi-  
dem exposuimus, gemina existit, natiua & facticia: vtraq; habet calefaciendi, discutiendi,  
expurgandi, exterendiue & exedendi facultatem, adeò vt hoc nomine etiam huic vn-  
*Cordus errat.* guento sine errore indi possit. Cordus perperam legit, vnc. duas pro drach. duabus. No-  
tat me hoc loco Franciscus Alexander: atqui nullo planè candore, quòd aliter in Myrepsò,  
aliter verò in 2. de compositione medicamentorum libro Borachij vocem interpretatus  
sim. Quasi verò secundæ cogitationes prioribus non sint meliores. Quum Myrepsum ce-  
leriter admodum conuerterim, vnâ festinanter etiam passim annotationes adieci, ita  
vt de illis abundè cogitare tû integrû non fuerit. Quæ verò hic de Borachio annotaui, nò  
puto me inutiliter dixisse. Sed mordet perpetuò Franciscus, vbi morfu abstinendû ei erato.  
<sup>c</sup> *Succi semperuiui.*) In omnibus tum Græcis tum latinis Nicolai codicibus, legitur  
*Succi semperuiui.* Caphuræ. Nos verò, vt antea multis in locis, ita hic quoq; hanc è contextu sustulimus:  
quòd non sit frigida, quemadmodum cum nonnullis Arabibus credit Nicolaus, sed cali-  
da. Et si in præsentia, si quis ea vti velit, non prohibeo, quòd discutiendi, exiccandi, & ex-  
tergendi vim habeat: tamen præstat succum semperuiui vsurpare, quòd vnguentum hoc  
ad rubores oculorum præsertim commendetur: ad quos sanandos, Semperuiuum, vt po-  
te quòd non solum deticcat, sed & refrigeret, commodius existit. Et dubium non est, Ni-  
colaum, Caphuram huic compositioni, vt medicamentum frigidum & siccum, inferuis-  
se: quale quum non sit, præstat pro ea succum semperuiui vsurpare.  
*Cordi error.* <sup>d</sup> *Amiantij.*) Ita enim legendum: quum Græcè sit ἀμιάτης: non vt habent Latini codices,  
quos etiâ Cordus secutus est, Amenti dulcis, Quippe incerti sunt omnes ferè, quid Amen-  
tum



um du Ice significet, Platearius tamen in sua explanatione Antidotarij Nicolai scribit, hunc esse lapidem candidissimum, eboris instar. Ille verò, quum dulcis sit, in hoc vnguento locum habere nequit, quod illud abstergentia maximè medicamenta requirat. Hic lapis nonnullis Entalium appellatur, & ab Entali, cuius paulo pòst separatim mentio fit differt, vt paulo pòst, plenius dicemus. Etsi enim Cordus exponit Gypsum, tamen id facit nullo autore. Neq; enim vllus vel veterum, vel recentiorum, Gypsum dulcis discernimine distinxit. Amiantum itaq; lapidem vsurpent pharmacopœi, qui non est nisi scissilis ille, & friabilis lapis, quem officinæ hodie Alumen plumosum vocant, vt libro primo fufius diximus.

Amiantus.

e *Vmbilici marini.*) Lapis est exiguus, coloris inferna sui parte candidi, superna rubei, in littore maris repertus: & in altero suo latere, superno nimirum, hominis, puellarum maximè formosarum, vmbilicū referens, vnde etiam illi nomen inditum est: in altero aut planus, nisi quoddam lineas, veluti in domunculis ac testis cochlearum ductas in gyrum obtinet. Vocatur autem non solum Vmbilicus marinus, sed & Veneris Vmbilicus, à formosarum, vt dictum est, puellarum Venerisq; similitum vmbilico, quem refert. Barbari Belliculos nominant. Ad quod nomē Nicolaus noster respexit, qui habet, *Βελίκοι θαλασσι*: ita vt potius Beliricus, quàm Belliculus, barbaris hic lapis appellandus veniat. Germani magis ad formam eius quæ fabam exprimit, & locum in quo inuenitur, respicientes, *Meerbornen*, quasi maris fabam, vocant. Ferrur puellis gratiam conciliare hic lapis. Hodie pueris argento & auro inclusum, pro amuleto appendunt mulieres. Plura de eo in nostris super nonum Galeni de simplicibus medicamentorum facultatum commentarijs.

Vmbilicus marinus.

Vmbilicus veneris.

Belliculi.

f *Antalij Dentalij.*) Sunt voces barbaræ, quibus etiam Nicolaus vsus est. Habet enim, *Ανταλι, Τένταλι*. Alij latinus enunciant, Antalium, & Dentalium. Quid autem vtrunq; sit, libro primo huius Operis, cap. 15. copiose explicauimus, vt non sit opus hic repetere. Hinc tamen planum est omnibus, Antalium & Dentalium ab Entalio quibusdam pharmacopœis appellato, quod lapidis genus est, atq; Plateario, alijsq; nonnullis amentum dulce vocatur, vt paulo antè diximus, diuersum esse, aliàs Nicolaus vnus medicamenti bis, quod absurdum esset in vna compositione, mentionem fecisse.

Antali Dentali.

g *Cerussa preparata ex Dracontio.*) Latini codices Nicolai habent *Gersæ*, alij *Iersæ* serpentaria. Videtur autem vtraq; dictio è voce Cerussa non nihil deprauiata esse deflexa. Ex hoc autem Nicolai loco omnibus palàm fit, Cerussam illi esse duplicem. Vnam, quæ fit ex Dracontio, siue serpentaria vera. Eam autem *ψιμυθιορ*, id est, fucum vocat: quòd ea Cerussa mulieres ad conciliendam formam, & nitorem faciei inducendum vtantur: vt *ψιμυθιορ* hoc loco generalis vox sit ad omnem fucum. Fit autem hæc Cerussa hoc modo. Radices dracunculi maioris, aut in eius penuria Ari, vere collectæ, repurgatæ, & ad solem siccatæ, subtilissimè tritæ, macerantur in stillaticij liquoris rosarum, vnc. quatuor. Dein insolatæ in vitrea patina, linteolo tecta exiccantur. Postea secundò tantum liquoris stillaticij affunditur, & simili modo exiccatur. Tertio rursus tantum prædicti liquoris affunditur, sunt qui sæpius id faciunt. Vltimò siccata farina, cum vino odoro in pastillos digeritur, & ad vsum reponitur.

Cerussa preparata cum Dracontio.

Cerussa duplex Nicolao.

Conficiendi fuci modus ex Dracontulo.

h *Cerussa preparata ex plumbo.*) Scilicet nigro: quæ ob id Cerussa plumbaria nominatur. quæ altera est Nicolai Cerussa, de qua copiose lib. 1. huius Operis cap. 17. diximus.

Cerussa plumbaria.

i *Adipis suilli, &c.*) Horum adipum pondera in Græco exemplari Nicolai non fuerunt expressa. Adiecta igitur sunt à nobis è Latinis.

k *Eliquis.*) Et hoc loco manuscriptus codex deprauiatus est mirificè. Nos igitur Latinos secuti codices, hunc sensum verbis Nicolai affinximus. Sunt qui prædictis adipibus, quum liquantur, citrij mali cortices iniiciunt, & illic integro mense macerant. Quo factò, tandem trita omnia iniiciunt, & subacta citrijs malis indita coquunt, & conficiunt, vt est in contextu expressum.

## VNGVENTVM \* NIGRVM.

\* Fuscum.

Eiusdem.

## VII.

**A**D vulnera confert: siquidem in ijs carnem creat, putridamq; depascit. Accipit olei communis, lib. dimidiam, & vnc. tres. Cerae puræ, vnc. duas. Colophonix, picis navalis, sagapeni, vnc. vnam. Mastiches, thuris, galbani, resinae, therebinthinæ, añ vnciam dimidiam. Olea cum cera, vbi ad ignem probè liquata fuerint, iniiciatur colophonix primùm, dein pix navalis, sagapenū, terebinthina, mastiche, thus, & galbanū, vnguentumq; refrigeratū recondat.

VNGVEN-

LEONHARTI FUCHSII  
VNGVENTVM \* APOSTOLORVM.

Auicennæ.

VIII.

**E**fficax est ad vulnera & vlcera contumacia, item fistulas. Sordida vlcera emundat, perpurgat, exiccat, & deterget. Absumit carnem mortuam, & amissam restaurat: duram emollit, & plagas sanat. Recipit terebinthinæ, ceræ albæ, resinæ, ammoniaci, añ drach. quatuordecim. <sup>b</sup> Aeris floris, opopanacis, añ drach. duas. Aristolochiæ longæ, thuris masculi, bdellij, añ drach. sex. Myrrhæ, galbani, añ drach. quatuor. Lithargyri, drach. nouem. Olei, si æstas fuerit, lib. duas. Sin hyems, lib. tres. Bdellium, ammoniacum, & opopanax in aceto, quod satis est, nocte vna macerantur: dein calefactis terebinthina permiscetur, postea in oleo adiecta cera, & omnibus reliquis in puluerem tritis coquantur, & in vnguenti formam redacta reponuntur.

ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Apostolorum.*) Sic dictum volunt, quod ex duodecim, quod numero fuerunt Apostoli, constet simplicibus.

<sup>b</sup> *Aeris floris.*) Quid sit flos æris, libro primo diximus. Pro eo Aeruginem officinæ vsurpant.

\* Alijs vnguentum de melle dicitur.

VNGVENTVM \* AEGYPTIACVM.

Ioannis Damasceni.

IX.

**V**ulnera vetera & fistulosa extergit, carnem excrecentem & emortuam expurgat, ac vehementer exiccat. Habet æruginis, drach. quinq;. Mellis optimi, drach. quatuordecim. Aceti acerrimi, drach. septem. Coquantur omnia simul igne, quoad vnguenti consistentiam nanciscantur. Aliqui addunt thuris masculi, drach. duas & dimidiam.

\* Nonnullis vnguentum Regis nominatur.

VNGVENTVM \* AVREVM.

Eiusdem.

X.

**V**ulnera, & plagas glutinat, ac curat. Capit ceræ flauæ, vncias sex. Olei boni, lib. duas, & dimidiam. Terebinthinæ, vnc. duas. Resinæ pineæ, & colophonæ, añ vnc. vnam & dimidiam. Thuris, mastiches, añ vnc. vnam. Croci, drach. vnam. Ceræ in oleo liquatæ, resina, colophonia, & terebinthina affunditur, tandem reliquorum puluis adijcitur, & formatur vnguentum.

VNGVENTVM \* AVREVM.

Nicolai Myreplici.

XI.

**R**elaxat & aperit: ideo calculosis & hydropicis maxime confert. Capit radicis maluæ syluestris, phu, mei, añ vncias tres. Aristolochiæ longæ & rotundæ, helenij, pulegij, hyssopi, artemisiæ, pentaphylli, rutæ acori, lauri, <sup>b</sup> herbæ venti, rosmarini, chamædryos, saxifragi, zingiberis, asparagi, rusci radicis, & fceniculi, vncias duas. Seminis apij, iridis, libystici, granorum solis, petroselinij, seselios, cardamomi, anethi, baccarum lauri, iuniperi, <sup>c</sup> lapathi, añ drach. quatuor, scrupulum vnum, grana duo. Seminis citrij, ocimi, sinapi, vrticæ euphorbij, añ vnciam vnam. Adipis vrsini, & vulpini, olei laurini, petrolei, añ vnciam dimidiã. Floris iunci odorati, costi, pyrethri, thuris, mastiches, myrrhæ, añ drach. duas. Olei moschati, vnciam dimidiam. Olei communis, & ceræ, quod satis est: fingatur vnguentum.

ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Aureum.*)

*a Aureum.*) Ita hoc & præcedens ab auri precio, quòd præstantissima sint, appellata fuerunt. Quamquam præcedens hoc nomen à colore etiam suo, qui aureus est acceperit. Colorem verò hunc à Croco potissimum nanciscitur. Et miror hoc Nicolai vnguentum hæcenus non fuisse nostris officinis vsitatum, quum tamen in calculo renum laudatissimum sit. Hortor igitur, vt deinceps parari sibi curent medici. Voluimus autem non solum hac de causa, quam nunc exposuimus, mentionem facere eius vnguenti: sed ideo etiam, vt illud è Græco codice emendatum haberent, quum in Latinis codicibus multis in locis sit deprauatum. Græcus tamen codex nullo alio nomine vnguentum hoc appellat, nisi *εἰς τὸ ἀλγία θανάσιον*, ad aurium dolorem mirabile.

*b Herba venti.*) Per herbam venti hoc loco Parietaria intelligenda venit, quæ hodie etiam, ob suam extergendi facultatem, maiorem in modum in renum calculo ab omnibus probatur.

*c Lapathi.*) Latini codices habent, lapidis lyncis. Qui sanè ab imperito librario ob similitudinem literarum cum Lapathi voce, aut à sciolo quodam hic insertus est, quòd lyncis lapis calculosis mirificè conferre creditus sit. Quod quidem de Lyncurio Græcorum (siquidem lapidem lyncis recentiores pro Lyncurio habent & vsurpant, quod non est nisi succinum) rectè dicitur. Item de lapide etiam Belemnite, in quem nomen lapidis lyncis transtulerunt. Minimè autem de eo, qui hodie sub hoc nomine in officinis prostat: quem Phrygium esse lapidem, alibi demonstrauius. Proinde quum tanta sit de lapide Lyncis apud medicos dissensio, nec eius Græcus codex hac in compositione mentionem faciat, prorsus omittendus erit: & Lapathi, seu Rumicis, vel (vt hodie appellant) Acetosæ radices, quæ, Dioscoride teste, calculos vesicæ comminuunt, pro eo immiscendæ erunt.

*Herba venti.**Lapathum.**Lapis lyncis.**Lyncurium.*

## VNGVENTVM \* 4 ALVVM SOLVENS.

*\* Laxatiuum.*

Eiusdem.

XII.

**A**luum soluit, ad stillicidium & difficultatem vrinæ, ac calculosos vtile. Accipit succi *b* bryoniæ, succi scillæ, succi cyclamini, succi radicis *c* tithymali, succi radicis ebuli, succi corticis radicis sambuci, *d* lactucæ, tithymali parui, succi chamæmeli, añ vnc. vnam. Violarum, succi cucumeris syluestris, mercurialis, polypodij succi, laureolæ succi, *e* capilli veneris, *f* lathyridis, *g* elaterij, añ vnc. vnâ. Dacrydij, vnc. dimidiâ, & drach. vnam. Nucis *b* Indicæ, euphorbij, añ vnc. dimidiâ. Succos & herbas probè tritas in olei lib. vnam, & dimidiâ iniice, & illic diebus septem finito. Octauo autem die eò vsq; coquantur, donec succi absumentur. Dein adijce ceræ albæ, lib. dimidiâ. Fellis taurini, vnc. vnam. Postremò trita in puluerem iniice, & irrigata atq; subacta in vase reconde.

## ANNOTATIONES.

*a Aluum soluens.*) Vel vt hodie nominant, Laxatiuum. Actuarius lib. quinto methodi *εὐνομήλια* eius generis medicamenta vocat. Nam illitum ventri imò, ac pubi, aluum deijcit. Stomacho autem inunctum vomitionem, mouet. Non fuit nobis prætereundum hoc vnguentum, quòd in Latinis codicibus sit mirificè deprauatum, & quod eius vsus in ijs qui adeo delicati sunt, vt purgantia medicamenta bibere auerferent, necessarius sit, & quòd ex facile parabilibus constet. Iisdem ferè rebus quibus vnguentum de Arthanita siue è Cyclamino maius Mesues constat, ideoq; Hydropicis admodum vtile existit. Vermes etiam necat, & educit, lienemq; efficaciter minuit. Miscetur quoq; huius vnguenti exigua portio magno profectu infusis apoplecticorum.

*b Bryoniæ.*) Latinus codex habet, Cucurbitæ agrestis: quo sanè nomine hodie Latinis non appellatur. quid igitur hac appellatione veniret, pauci pharmacopœi intellexerunt. Germani quidem Caninam cucurbitam nominant, *Hundsstürbs*: ad quam fortè appellationem recentiores respexerunt.

*Bryoniæ.*

*c Tithymali.*) Maioris scilicet, quia paulo post minoris faciet mentionem. Nostri Esulam maiorem vocant. Codex latinus mendosè Anabulæ legit. est enim vox ex Tithymalo corrupta, vt omnibus patet.

*Tithymalis.*

*d Lactucæ.*) In latino codice falso legitur, Lactis. Lactucam autem aluum mollire, non tantum Dioscorides, sed & Martialis ijs versiculis testatur:

*Prima tibi dabitur ventri lactuca mouendo Vtilis.**ad Chama-*

*Capillus Veneris.* *dd Chamæmeli.*) Locum illum in Nicolao deprauatum esse mihi suspitio est. Nam pro Chamæmeli, legendum esse videtur Chamælex. Quod ex vnguento de Arthanita fit manifestum, cuius compositionem Mezereon, quod non est nisi Chamælea, ingreditur. Nisi quis Chamæmelum, calculosorum ratione inditum esse huic compositioni putet.

*Capillus Veneris.*

*e Capilli veneris.*) Manuscriptus Nicolai codex, quo nos in eo conuertendo autore vsi sumus, deprauatè legit, *καπυβέβερες*, pro *καπυδύ βέβερες*. sæpe enim græcis literis latinæ exarare voces solet Nicolaus. Cæterum Capillus veneris, siue Adiantum, hic non iniicitur vt aluum molliat. nam, Dioscoride autore, illam potius sistit: sed vt, eodem & Galeno testibus calculos frangat.

*Lathyris.*  
*Elaterium.*

*f Lathyridis.*) Cataputia minor hodie appellatur Lathyris.

*g Elaterij.*) Elaterium medicamentum est è fructu Cucumeris syluestris factum. Quare paulo antè per Cucumeris syluestris succum, eum qui folijs eius exprimitur, intellexit. Et hic locus confirmare videtur supra in vnguentis agrippæ, & Aregon vocatis pro radice syluestris maluæ, legendum esse syluestris cucumeris.

*Nux Indica.*

*h Nucis Indicæ.*) Latinus codex habet, Nucis vomicæ: & statim interpretationem subiicit, id est, Castaneolæ Indicæ: vt inde palàm fiat, Nicolaum hic, non de vomica nominata nuce, quæ magis per vomitum, vt appellatio eius ostendit, quàm per aluum educit excrementa corporis: sed de Indica loqui, vt pote quæ duplici nomine confert, & quia mouet aluum, & vesicæ lapidi exterendo conducit.

## VNGVENTVM ALBVM.

Eiusdem.

XIII.

**A**D mala cutis à salsa pituita orta, pustularumq; eruptiones, confert, & pruritus carnis mitigat. Recipit cerussæ, vnc. vnâ. Lithargyrî, vnc. dimidiâ. Thuris, drach. vnâ, & dimidiâ. Mastiches, drach. dimidiâ. Contusa omnia simul fricantur cum rosaceo oleo, donec ad succi crassitudinem redigantur. Dein adijcitur lac muliebre, & stillaticius rosarum liquor purus: & iusto tempore conquassantur, vt succi crassitiem nanciscantur: dein reponuntur in vase.

## ANNOTATIO.

Hoc vnguentum haud dubiè ad sanandum pruritus est salsa pituita ortum, est accommodatissimum. Quare in vsum esse reuocandum censeo.

## VNGVENTVM ALBVM.

Rhazes.

XIII.

**I**dem, non tamen tanta efficacia, præstat. Habet cerussæ in stillaticio rosarum liquore lotæ, vnc. duas. Cera albæ, vnc. vnâ. Olei rosacei, vnc. quatuor. Fiat vnguentum. Liquefacta cera cum oleo lento igne remouetur semper agitando: quumq; refrixerit, cerussa tenuissimè trita adijcitur, probeq; agitatum vnguentum fit.

## ANNOTATIO.

Dicitur hodie etiam vnguentum cerussa crudum: aut si coctum fuerit, emplastrum de cerussa. Nonnulli hodie alia ratione vnguentum album conficiunt. Siquidem alij adijciunt albumina ouorum, alij lithargyrum, alij caphuram: pro qua tamen ego substituendum esse succum semperuiui, ob causam iam sæpe dictam, puto. Exempla aliqua subiiciemus, quibus si qui volent, vti possunt.

## VNGVENTVM ALBVM COMMVNE.

XV.

**A**Duersus vlcera, scabiem, & adustionem valet. Caput cerussæ, vncias tres. Olei rosacei, lib. dimidiâ. Cera albæ, vnc. duas. Alba ouorum numero duo. Stillaticij rosarum liquoris, vncias sex. Bene subactis omnibus, fiat vnguentum.

\* Quod reliquus magis siccatur.

## VNG. ALBVM CVM \* LITHARGYRO.

XVI.

Accipit

**A**ccipit cerussæ, vnc. octo. Lithargyri, vnc. vnam, & dimidiam. Olei rosacei, stillaticij rosarum liquoris, añ libram dimidiam. Alba ouorum numero sex. Subactis omnibus, fit vnguentum.

VNG. ALBUM CVM <sup>a</sup> SEDO.

XVII.

**R**ecipit olei rosacei, vnc. tres. Cerae albæ, vnc. vnam. Cerussæ, vnc. vnam, & dimidiam. Succij semperuiui, drach. duas. Alba ouorum duo, fiat vnguentum.

## ANNOTATIO.

<sup>a</sup> *Cum sedo.*) Seu semperuiuo. Alij, cum Caphura, seu Caphuratum nominant. Nos autem Caphura, vt medicamento frigido, non esse vtendum putamus. Alij variant pondera in hunc modum. Recipiunt olei rosacei, lib. vnam, Cerae albæ, vnc. tres, Cerussæ, vnc. duodecim, Alba ouorum numero sex. Succij semperuiui, drach. duas, & dimidiam,

## VNGVENTVM \* E POMPHOLYGE,

Nicolai Alexandrini.

XVIII.

**A**D exiccanda erysipelata, vulnera sordida, & ad sananda vlcera tibiarum valet, aliarumq; partium vlcera caua implet, & ad cicatricem ducit, ac refrigerat. Habet olei rosacei, cerae albæ, añ vnc. sex. Succij fructus solani fatiui, vnc. quatuor. Cerussæ, vnc. duas. Plumbi vsti & loti, Pompholygis, añ vnciam vnam. Thuris puri, vnc. dimidiam. Oleum cum Solani succo coquitur, ad succi consumptionem. tunc adijcitur cera: qua liquata, reliquorum puluis tenuissimus admiscetur, & in mortario subacta, ad vnguenti formam rediguntur.

## ANNOTATIO.

Summa fiducia vsurpari debet, quod nulli veterum compositioni cedat. Variant etiam nonnulli pondera in hoc describendo vnguento Galenus lib. 2. ad Glaucum, medicamentum ex Pompholyge & Solani succo cancro exulcerato adhibet.

\* *Thutia.*  
Danda verò  
opera vt non  
Cadmia, sed  
vera Pom-  
pholyx inda-  
tur, quæ è for-  
nacibus faci-  
le haberi po-  
test, quemad-  
modum libro  
9. de simpl.  
medica. fac-  
cul. copiosè  
diximus.

## VNG. ALBUM INFRIGIDANSVE

<sup>a</sup> Galeni.

XIX.

**C**apit olei rosacei, lib. vnam, & dimidiam. Cerae albæ, vnc. sex. Liquefiant omnia simul, dein cum aqua frigidissima, vel stillaticio rosarum liquore multoties lauentur, quoad albescant.

## ANNOTATIO.

<sup>a</sup> Hoc quidem hodie alio nomine Galeni infrigidans ceratum nominatur, quod infra etiam describemus inter cerata. Confert autem illud quoq; sub vnguenti forma in officinis proflare. Quare verò sic dictum sit, & quæ eius sint facultates, ibidem docebimus.

VNGVENTVM <sup>a</sup> COMITISSAE.

Guilielmi Varignanæ.

XX.

**A**ortum prohibet, hæmorrhoides sistit, ac laxatos roborat renes. Recipit membranæ castanearum inter carnem & corticem mediæ, membranæ glandium inter carnem & corticem mediæ, membranæ quercus inter lignum & corticem mediæ, baccarum myrti, caudæ equinæ, gallarum, corticum fabarum, acinorum vuarum, sorborum immaturorum siccorum, mespilorum immaturorum

f

maturorum

maturorum exiccatorum, foliorum pruni syluestris, radicum <sup>b</sup> glaucij, añ vnc. vnam, & dimidiam. Contusa leuiter coquuntur in stillaticij plantaginis liquoris lib. octo, quoad dimidia pars consumpta fuerit. deinde colantur, & in colatura lauantur nouem vicibus, semper aliquid de eo quod colatum est affundendo, ceræ nouæ, vnc. octo. Oleorum myrtini, mastichini, añ lib. vnam, & dimidiam. Postea inspergitur sequentium rerum tenuissimus puluis, nempe membranæ castanearū inter carnem & corticem mediæ, membranæ glandium eiusdem, membranæ quercus inter lignum & corticem mediæ, gallarum, añ vnc. vnam. Cineris ossium cruris bubuli, baccarum myrti, acinorum vuarum, forborum siccorum, añ vnc. dimidiam. Pastillorum è succino, vnc. duas. Fingatur vnguentum.

## ANNOTATIONES.

*a Comitissæ.*) Sumptum est hoc vnguentum ex Varignana lib. 16. de curandis morbis ad menstruorum suppressionem, & abortum prohibendum, quo in nobili quadam comite, quæ iam abortus periculum senserat, & vteri magna imbecillitate conflictabatur, prospere vsus est. Ex meris enim adstringentibus compositum, locos muliebres firmat, vterum roborat, & renes laxatos constringit, si eo inungantur. Hæmorrhoides immodice promanantes sistit.

*b Glaucij.*) Codices omnes, quos ipse viderim, habent Chelidonij. Tamen quum Chelidonium acrimonia multa præditum sit, adeoq; à cæteris omnibus quæ compositionem præsentem ingrediuntur, plurimum distet: non video quomodo inter ea locum habere possit. Iudico itaq; Memithe scriptum fuisse, quam vocem imperitus quidam Chelidoniam est interpretatus, quum Glaucium significaret. Mea igitur sententia Chelidonium ex hoc vnguento profus tollendum erit: & pro eo Glaucium, aut radix Bistortæ vel Tormentillæ, supponenda.

## VNGVENTVM POTABILE.

XXI.

*\*Sperma ceti.* **D**atur ijs, qui ex alto ceciderunt: glutinat enim vulnera. Habet butyri recentis, salis expertis, lib. tres. Rubeę tinctorum, castorij, \*floris maris, radicis tormentillæ, añ vnc. vnam. Bulliant simul in vino odoro, ad eius consumptionem, ac formetur vnguentum.

## VNGVENTVM ROSATVM.

Ioannis Damasceni.

XXII.

**P**hlegmonas, erysipelata, herpetas sedat: capitis dolorem à calore ortum, ventriculiac iecoris intemperiem calidam mitigat. Sic fit. Axungia porci probe lauatur nouies aqua calente, & toties frigida: deinde teritur cum ea portio æqualis rosarum rubrarum recentium, quæ marcescant cum ea dies septem: coquuntur, funduntur uè igni lento, & colantur. rursus tantundem rosarum rubearum recentium cum ea tere, quæ dies etiam septem cum ea marcescant: funduntur, vt prius, & colantur. Tunc affunditur succi rosarum dimidium, olei amygdalarum dulcium pars sexta. Coquuntur igni lento, ad succi consumptionem, & reponuntur. Si inter coquendum iniicitur parum opij in stillaticio rosarum liquore soluti, valentius fit.

## VNGVENTVM BASILICVM MAGNVM.

Eiusdem.

XXIII.

**V**lcera phlegmone carentia, præsertim partium neruofarū, tergit, carneq; implet. Caput ceræ albæ, resinæ pini, seui vaccini, picis naualis, terebinthinæ, thuris, myrrhæ, partes æquales. Olei, quod satis est. In alio, Ceræ, vncias sex, Picis, vncias tres, Aliorum, añ vnc. vnam, & dimidiam.

VNGVEN-

Eiusdem.

XXIII.

**A**ccipit resinæ, picis, ceræ, añ. Olei, quantum sufficit. Cera in oleo liquatur, pix & resina trita iniiciuntur, quibus liquatis igni auferuntur.

ANNOTATIO.

Hæc duo vnguenta conformia sunt Basilico tetrpharmaco veterum, quod inde appellatum est à mira efficacia Regale, & quod ex quatuor cõstet medicamentis. Pauli in septimo, recipit ceram, resinam, colophoniam, picem, adipem taurinum, æqualia. Galenus solum resinæ meminit, non addita colophonia. Celsus taurinum aut vitulinum adipem memorat: cuius loco filius Mesuæ, & alij, oleum miscent. Crebrò fit eius tetrpharmaci apud Galenum mentio, ideo nobis non prætereundum fuit. Calefacit, humectat, phlegmonis dolorem mitigat, ac pus (Galeno lib. 4. 5. & 13. The. metho. teste) mouet. Cum eo idem est Macedonicum, solo thure (quod præterea æquale recipit) diuersum. Magis itaq; ad magis Basilicum accedit, in quod ichthyocolle, ut pleriq; faciunt, non inferenda: sed, ut nos fecimus, terebinthina.

*Basilicum  
tetrphar-  
macum.*

*Macedonicũ.*

VNGVENTVM PECTORALE.

Nostrium.

XXV.

**D**olores thoracis mitigat, tussim sedat, excreationem iuuat, & crassiciem humorum attenuat. Recipit oleorum amygdalarum dulcium, chamemelini, violacei, añ vnc. vnã, & dimidiam. Butyri recentis, in stillatio violarum liquore loti, vnc. tres. Adipis gallinæ, anseris, añ drach. duas. Mucaginis feminis lini, fœnigræci, añ drach. vnã & dimidiam. Radicum ari & iridis, tenuissimè tritarum, añ drach. vnã. Croci, drach. dimidiam. Ceræ albæ, quod satis est: fingatur vnguentum.

ANNOTATIO.

Varia est & multiplex vnguenti pectoralis vocati formula, cuius pro re nata parata. Nobis tamen visa est hæc omnium esse optima, quod omnia quæ ad educendos è thorace crassos humores sunt necessaria in se complectatur. Ut hoc nomine in officinis suis paratam habere debeant pharmacopœi.

VNG. ADVERSVS SCABIEM.

Nostrium.

XXVI.

**H**abet terebinthina in stillatio rosarum liquore lotæ, vnc. duas. Succiauranciorum duorum. Vitellos ouorum numero duos. Butyri recentis, falsi expertis, vnc. vnã. Olei rosacei, vnc. dimidiam. Commixtis omnibus, fiat vnguentum.

VNG. ADVERSVS SCABIEM.

Aliud.

XXVII.

**C**apit terebinthina in aqua rosacea lotæ, vnc. tres, & dimidiam. Axungia porcina, añ vnc. vnã, & dimidiam. Salis gemme, drach. duas. Sulphuris viui, drach. tres. Aluminis vsti, plumbi vsti, añ drach. duas. Cerussa, thuris, añ drach. vnã, & dimidiam. Lytargyri, drach. tres. Ceræ albæ, quod satis est: formeturq; vnguentum.

ANNOTATIO.

Hæc quidem duo vnguenta tutiora multo sunt ijs quæ hydrargyron habent, cuiusmodi multa sunt pro vario officinarum numero diuersa.

VNG. ADVERSVS LVMBRICOS.

XXVIII.

f ij

Accipit

**A**ccipit oleorum ex absinthio, amygdalarum amararum, añ vnc. vnam, & dimidiam. Succifoliorum persicæ, vnc. vnam. Farinæ lupinorum, cornu ceruini vsti, menthæ, gentianæ, centaurij minoris, añ vnc. dimidiam. Abrotoni, matricariæ, añ drach. duas. Aloës hepaticæ, drach. tres. Fellis taurini, drach. vnam, & dimidiam. Cera, quod satis est: fiat vnguentum, quo vmbilicus, & totus venter inungatur.

## VNGVENTVM ADVERSVS PEDICVLOS.

XXIX.

**R**ecipit seminis staphysagriæ, lupinorum, salis nitri, añ drach. tres. Ellebori albi, sulphuris viui, abrotoni, absinthij vulgaris, añ drach. vna, & dimidiam. Argenti viui extincti, drach. duas. Auripigmenti, drach. vnam. Olei laurini, lini, añ vnc. tres, & dimidiam. Axungia porcina, vnc. duas. Aceti, drach. dimidiam. Fingatur vnguentum. Illitu pedunculos necat & extirpat.

## VNGVENTVM AD SCABIEM.

Nicolai Myreplici.

XXX.

**H**abet salis communis puri, vnc. vnam. Adipis suilli puri, drach. quinque. Thuris puri, drach. duas, & dimidiam. Lithargyri, drach. tres. Succiplantaginis minoris, succi fumarie, añ vnc. dimidiam. Olei laurini, vnc. tres. Cera, vnc. vnam. Oleum & adipem ad ignem adiecta ceraliquantur, deinde cum succis bulliunt, quoad succi consumuntur, postea reliqua tenuissimè trita iniiciuntur, & fingitur vnguentum.

## ANNOTATIO.

Huius vnguenti ideo mentio à nobis facta est, quòd nonnulli ipsum, præterito autore Nicolao, referant: & pro lithargyro argentum viuum, cuius hic nullam mentionem fecit Nicolaus, substituunt. Vt igitur legitima eius in officinis extaret compositio, non omitendum esse putauimus. Pari modo Enulati vocati vnguenti quidam compositionem anonymam afferunt, quæ itidem est inter Nicolai compositiones vnguentorum postrema, quam etiam hoc nomine subiiciemus.

Enulatum  
vnguentum.

\* Enula.

## VNGVENTVM EX \* INVLA.

Eiusdem.

XXXI.

**I**tidem ad scabiem vtile est. Caput radicis inulæ bene lotæ, & cū aceto coctæ, & bene tussæ, lib. vnam. Axungia porcina, olei communis, añ vnc. tres. Cera noua, vnc. vnam. Argenti viui salua hominis ieiuni extincti, terebinthina lotæ, añ vnc. duas. Salis comunis bene triti, vnc. dimidiam. Cera in oleo liquatur, deinde axungia, post additur inula: dein argentum viuum & sal, postremo terebinthina, & fit vnguentum.

## ANNOTATIO.

Nicolaus ex tribus tantum, nempe radice Inulæ, adipe suillo, & argento viuo componit hoc vnguentum: reliqua igitur omnia à posterioribus sunt adiecta, qui non nisi ex multis simplicibus compositis medicamentis delectantur. Sunt tamen qui argenti viui loco, salubriore consilio, sulphur addunt.

\* Defensiuum,  
Barb.

## VNGVENTVM \* REPRIMENS.

XXXII.

**A**ccipit boli armenij, vnc. vnam. Terræ lemnis, vnc. dimidiam. Sanguinis draconis, drach. tres. Olei rosacei, vnc. duas. Aceti, drach. sex. Cera, vnc. tres. Commixtis omnibus fiat vnguentum.

## ANNOTATIO.

\* Reprimens.) Defensiuum recentiores nominant, quòd illitum partibus eas tueatur ac prohibeat ne aliquid ad ipsas confluat. Reprimendo enim fluxum ne quid ad illas decurrat, inhibet.

VNGVEN-



DE COMPOS. MED. LIB. II.  
VNGVENTVM \* EXICCATORIVM.  
XXXIII.

341

**R**ecipit lapidis calaminaris vocati, terræ Lemniæ, añ vnc. quatuor. Lithargyri auri, ceruffæ, añ vnc. tres. Succi \* semperuiui, drach. duas. Cera, vnc. quinq;. Olei rosacei ex omphacino oleo facti, & vncias duodecim. Formetur vnguentum. Lithargyros cum oleis aliquandiu ad ignem nutritur, cera dein liquatur, reliquorum puluis tenuissimus additur.

\* Caphuram  
cicimus.  
\* Oleum vio-  
laceum sub-  
latum.

ANNOTATIO.

<sup>a</sup> Alio nomine vocatur desiccatiuum rubrum. Efficax est ad scabiem humidam ex pituita putri & falsa: eam enim exicat, & pruritus compefcit.

VNGVENTVM \* REFIKIENS.  
XXXIII.

\* Resumtiun  
Barb.

**E**xtenuatos supra modum, & exiccatos reficit ac recreat. Hecticis ob id, & cibum non sentientibus vtile. Thoracem quoq; dilatat, ideoq; asthmaticis & suspiriosis conducit. Habet olei violacei, vnc. sex. Butyri recentis salis expertis, vncias quatuor. Axungia suilla recentis salis expertis, gallinacea, anseris, anatis, añ vnc. duas. \* Oelypi, vnc. dimidiam. Mucaginis tragacanthæ, seminis cotoneorum, lini, & althææ, mucaginis gummi Arabici, añ vnc. vnam. Cera alba, vnc. quinq;. Commixtis omnibus formatur vnguentum.

\* Hyssopi  
humidi  
Barb.

VNGVENTVM \* TRIPHARMACVM.

Ioannis Damasceni.  
XXXV.

\* Nutritum,  
Barb, & de  
lithargyro  
nutrito.

**P**rodest scabiei, & cutis vlcerebus. Capit lithargyri tenuissimè triti, vnc. tres. Aceti, vnc. vnam, & dimidiam. Olei rosacei, & quod satis est. Teruntur in mortario plumbeo sine cera.

\* alij, lib. di-  
midiam.

ANNOTATIO.

<sup>a</sup> Cutis vlcerebus.) Pruritus & desquamata iuuat, ficut sine morfu, carnem creat, & cicatrice inducit, cruentaq; glutinat. Lithargyros nanq; vino aut aceto tritus & ficutus vulneribus medetur, quæ ob humiditatē vix cicatrice clauduntur. Galenus lib. i. de compos. medica. general. capitibus 6. 7. 8. & 9. lithargyrum vino & oleo, aceto & oleo, item aqua & oleo temperat in mollioribus naturis, paratq; emplastrum ex lithargyri parte vna, olei & aceti duplo maiore portione. Coquit omnia, donec omnino combibitum fuerit oleum, acetum verò expirasse videatur, nec iam inquinat, & nigro splendeat. Oleum autem accipit vetus, quod multo magis exicat, acetum acerrimum pellucidum, vinum non aquosum. A tripharmaco hoc Mesues alia re non differt, quàm quod plus habet aceti & olei. A nutrito autem, quod in illa cruda est materia, vnde non ita ficutat. Potentissimè Galeni emplastrum ficutat, vlcera curatu difficilia sanat, fistulas quæ nondum callum contraxerunt, eoq; parotidas iudicatorias quibus iam fistula successit, in pueris sanauit.

VNGVENTVM \* CYCLAMINI MAIVS.

Eiusdem.  
XXXVI.

\* Arthanite.

**I**llitum stomacho, vomitu purgat: hypogastrio autem inunctum, aluum deijcit: ob id hydropicos mirè iuuat, serosum excrementum largè vacuando. Vermes quoq; necat & educit. Adhibetur ijs, qui purgans medicamentum sumerenequeunt. Accipit succi cyclamini, lib. tres. Succi cucumeris syluestris, lib. vnam. Olei irini, lib. duas. Butyri vaccini, lib. vnam. Pulpa colocynthidis, vnc. tres. \* Polypodij, vnc. sex. Euphorbij, vnc. dimidiam. Arida hæc tria teruntur, & macerantur in succis & oleo, vase in vitreo angusti oris bene obstructo, diebus octo. Postea nono die lento igne coquuntur, & colantur. Colato adduntur sagapeni, aur. quinq;. Myrrha, aur. duo. Prius autem hæc duo in ace-

\* alijs qua-  
tuor.

f iij to, quod

to, quod satis est, dissoluuntur. Coquuntur iterum, quoad succi absumantur. Dein adde cerę, vnc. quinç. Fellis taurini, aur. quinç. Feruefiunt simul, donec ceraliquatur. Tunc inspergitur paulatim puluis sequens: nempe Scammonij, aloes, mezerei, colocynthidos, turpeti, añ aur. quinç. Euphorbij, aur. duo. Sallis gemmę, aur. tres. Piperis longi, zingiberis, chamęmeli, añ aur. duo. Commixtis omnibus, fiat vnguentum.

## VNGVENTVM CYCLAMINI MINVS.

Eiusdem.

XXXVII.

**L**enis tumores etiam scirrhosos dissoluit, & strumas discutit. Recipit succi cyclamini, succi glutinosi e radice filicis expressi, succi ebuli, añ vncias no- uem. Succum summatum tamaricis, vnc. duas. Olei irini, lib. duas. Oesyphi, drach. quinç. Hammoniaci, bdellij, añ drach. vnam, & dimidiam. Aceti, quod satis ad gummi vtriusq; dissolutionem. Cerę flauę, vnc. sex. Corticum radicum capparis, vnc. vnam, & dimidiam. Spicę nardi, vnc. dimidiã. Formatur vnguentum.

## ANNOTATIO.

Si cyclamini radices recentes haberi non possunt, tunc sumendę radicum aridarum lib. sex, & contusę coquendę sunt in aqua, succusq; vt ex Glycyrrhiza, eliciendus.

## VNGVENTVM EX ALABASTRO.

Incerti autoris.

XXXVIII.

**C**apitis, & oculorum potissimum morbis, fronti, & temporibus illitum, item podagricis & articularum doloribus confert. Habet olei rosacei, lib. vnam. Vini albi clarissimi, lib. duas. Florum chamęmeli recentium, vnc. quatuor. Rutę viridis, cymarum rubi, añ manipul. vnum. Foliorum fœniculi viridis, vnc. duas. Buliant lentum ad ignem donec vinum absumatur, dein coletur, & adijciatur cerę liquatę, vnc. tres. Postremò ubi ab igne remota fuerint, adduntur alabastris exactissimè triti vncię sex. Albumina ouorum numero duo, & commixtis omnibus fiat vnguentum.

## DE EMPLASTRIS, SECTIO

DECIMASEXTA.

## EMPLASTRVM \* DIA CHYLON SIMPLEX.

Ioannis Damasceni.

I.



**P**OLLET aduersus duriciem iecoris, lienis, ventriculi, & aliarum partium. Strumas quoq; discutit. Habet mucaginis seminis fœnigręci, seminis lini, & radicum altheę, añ lib. vnam. Lithargyri purgati plumbo & scoria, tenuissimè triti, lib. vnam, & dimidiam. Olei veteris clari, lib. tres. Lithargyrum & oleum diu & multum in mortario lapideo, pistillo ferreo subiguntur & miscentur. Post igni lento coquuntur spatha rudiculaue semper agitando, donec liquetur lithargyrum, & crassefat. Tunc ab igne amouetur, & paulatim frigescit. Interim mucagines parum feruefiunt: ac posteaquam per se coctę fuerunt, paulatim lithargyro & oleo pistillo ligneo permiscentur. Postremò omnia simul ad iustam crassitiem percoquuntur. Valentius resoluit & maturat, si addatur puluis iridis. Magis item erit anodynnon, si mucago seminis meliloti

meliloti accesserit. Præstantius quoque fiet, si loco olei communis irinum, & chamæmelinum acceperit.

## ANNOTATIONES.

*a* *Diachylôn*.) Appellatur hoc emplastrum à lentis succis, siue mucaginibus. Barbari medici, hodie facientes medicinam, Diaquilon, non sine eruditorum risu, nominant. Alio nomine Diachylôn simplex & commune, & album dicitur, propter lithargyrum & oleum aqua communi vel falsa diligenter lota. Albedinem verò ei addit sal paucus initio extrahendæ mucaginis admixtus, pauca seminis fœnigræci copia, & coctio mediocris. Vtriusque namque immoderatus modus, flauum emplastrum facit.

*Diaquilon  
simplex &  
album.*

*b* *Lapideo*.) Si fieri potest, in mortario è durissimo lapide constructo subigantur. Hodie æreo maxime pharmacopœi utuntur. Exemplo autem huius Emplastri, in alijs quoque metallis prius oleo, vino, aceto, aut alio quodam liquore citra ignem nutriuntur, & in pila rudicula vel pistillo continenter mota crassescunt.

*c* *Pulvis iridis*.) Vnciam scilicet vnam in singulas libras. Sed tunc adijciendum cum illo puluere aliquod oleum.

## EMPL. DIA CHYLON COMPOSITVM.

Incerti auctoris.

II.

**P**hlegmonas ad suppurationem ducit, duritias emollit, & discutit, pusque à rupta phlegmone abstergit. Accipit mucaginis radicem althææ, seminis lini, mucaginis membranæ inter corticem & lignum vlmæ mediæ, mucaginis fœnigræci, añ vnc. quatuor. Oleorum chamæmelini, liliiacei, anethini, añ vnc. vnâ. Ammoniaci, galbani, opopanax, sagapeni, añ vnc. dimidiâ. Cera nouæ, vnc. viginti. Croci, drach. duas. Terebinthinæ, vnc. duas. Gummi in vino optimo dissolutis, fiat emplastrum.

## EMPL. DIA CHYLON MAGNVM.

Ioannis Damasceni.

III.

**S**cirrhus emollit, & discutit. Recipit lithargyri puri, triti, & creti, lib. vnam. Olei irini, anethini, chamæmelini, añ vnc. octo. Mucaginis seminis lini, & fœnigræci, & ficuum pinguium, & vuarum passarum, succi iridis, & scillæ, œsypii, \* ichthyocollæ, añ drach. duodecim, & dimidiâ. Terebinthinæ, vnc. tres. Resinæ pini, ceræ flauæ, añ vncias duas. Formetur vt Diachylôn simplex, siue commune.

\* *Glutinis  
pisci, vulgò  
hausenbla-  
sen. Non est  
nisi venter  
piscis cetacei.  
Dioscoride  
auctore. Is pi-  
scis, Ichtymo-  
colla quoque  
dicitur. Ex  
huius piscis  
corio, quod  
glutinofum  
est, & ex car-  
ne eiusdem  
viscida admo-  
dum & tena-  
ci, & ex inte-  
stino siue mē-  
brana interna  
longa gluti-  
nū efficitur.*

## ANNOTATIO.

Huic emplastro si accesserit bdellij, sagapeni, ammoniaci, galbani, singulorum vncia vna, Diachylon gummatum vulgò vocatur, aut nigrum. Hoc inflammata & dura sedando, molliendo, ac discutiendo magis est efficax, ideoque magnum dicitur.

## EMPL. DIA CHYLON PARVVM.

Eiusdem.

III.

**T**umores calidos discutit & maturat. Habet lithargyri, vnc. sex. Olei venteris clari, lib. vnam. Mucaginis psyllij, vnc. quatuor. Mucaginis seminis hyoscyami, vnc. vnam, & dimidiâ. Mucaginis seminis lini, & radicis althææ, añ vnc. duas. Fiat vt primum.

## ANNOTATIO.

*a* *Tumores calidos*.) Præcipue phlegmones duras. Efficacissimumque est ad mulcendam intemperiem calidam, psyllij & hyoscyami ratione. Item ad siccandum & discutiendum lithargyri nomine & aliorum quorundam.

f iiij

EMPLA-

LEONHARTI FVCHSII  
EMPLASTRVM E MUCAGINIBVS.

Incerti autoris.

V.

**E**Mollit duritias omnes. Caput mucaginis feminis lini, altheæ, fœnigræci, membranæ inter corticem & lignum vlmæ mediæ, añ vnc. quatuor, & dimidiam. Oleorum liliacci, chamæmelini, anethini, añ vnc. vnam, & dimidiam. Ammoniæ, galbani, opopanacis, sagapeni, añ vnc. dimidiam. Croci, drach. duas. Terebinthinæ, vnc. duas. Cera nouæ, vnc. viginti. Fiat <sup>a</sup> emplastrum. Nonnullis Diachylon compositum dicitur.

ANNOTATIO.

<sup>a</sup> *Fiat emplastrum.*) Mucagines enim ipsæ, cortice vlmæ inter corticem & lignum medio benè prius contuso, oleis antea residentia purgatis, vel linteo sine expressione colatis in coquendo consumantur. Quibus adhuc calentibus, cera minutim secta immittatur, & gummi aceto, vel chamæmeli & meliloti decocto soluta, & linteo colata oleo & ceræ calidis commisceantur. Crocus tritus marmoris aspergitur, & manibus magdalias ducendo permiscetur,

EMPLASTRVM DIA CHYLON.

Nicolai Myreplici.

VI.

**A**D omnem phlegmonem ob duritiem factam confert. Dolores demolitur. Proprie verò podagricis, & arthriticis succurrit. Accipit farina fœnigræci, feminis lini, ptisanæ, añ lib. dimidiam. Succilenti radice altheæ, visci, lithargyri, añ lib. vnam. Cera, lib. dimidiam. Olei communis, lib. vnam, & dimidiam. Coquuntur oleum, lithargyrum, & succus ebisci, donec non inquinent, manus uicè contaminent, dein reliqua adijciuntur.

EMPLASTRVM E BACCIS LAVRI.

Ioannis Damasceni.

VII.

**V**entriculi, intestinorum, iecoris, renum, vesicæ, vteri, & partium aliarum dolorem à flatibus aut frigida intemperie ortum, <sup>a</sup> placat. Recipit thuris, mastiches, myrrhæ, añ vnc. vnam. Baccarum lauri, vnc. duas. Cyperi, costi, añ vnc. dimidiam. Mellis <sup>b</sup> colati, quantum ad ea cõprehendenda sufficit. Si autem cyperi vnc. vnam & dimidiã, & sterco capræ aut vaccæ siccum pondere omnium adijcias, ad hydropem fit mirabile.

ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Placat.*) Præcipue verò in colico dolore à flatibus & pituita calidum ventri salubriter adhibetur, aut infuso supponitur, ad vnciam aut sesquunciam cum eorum quæ flatibus dissipant, & tensionem remittunt decocto. Vsurpatur etiam in ascite & tympanite ventri extensum, vbi sterco sicca, caprinum nimirum aut columbinum, receperit: tuncq; mel largiore copia affundendum est, quantum scilicet omnibus excipiendis suffecerit, quod utrobique calidum & liquatum potius quàm colatum esse debet, ne emplastrum æquo durius euadat.

<sup>b</sup> *Colati.*) Alias calidi, id est, liquati. Ipsum verò largius addendū est, si sterco miscetur, quantum scilicet omnibus excipiendis satis erit.

EMPLASTRVM E BACCIS LAVRI.

Incerti autoris.

VIII.

**I**dem quod præcedens potest. Habet foliorum rutæ aridorū, drach. decem. Seminis ammeos, cari, dauci, nigellæ, cumini, libystici, origani, fœniculi, baccarum lauri, piperis nigri & longi, amygdalarum amararum, acori radice, castorij, añ drach. duas. Opopanacis, drach. tres. Sagapeni, drachmas quatuor. Hæc trita melle cocto pondere omnium excipiuntur.

EMPL.

EMPL. VENTRICVLVM ET IECVR CALEFACIENS  
ac roborans.

Ioannis Damasceni.

IX.

**C**Apit ligni aloes, absinthij, gummi arabici, mastiches, cyperi, costi, zingiberis, añ vnc. dimidiã. Calami odorati, thuris, aloes, añ drach. tres. Caryophyllorum, macis, nucis moschatae, galliæ moschatae, cinamomi, spice nardi, florum iunci odorati, añ drach. vnam, & dimidiã. Excipiuntur Miua aromatica. Vfus tempore, quum panno intenderis, <sup>a</sup>suffies ligno aloes.

## ANNOTATIO.

<sup>a</sup> Suffies.) Quod hoc modo fit: Emplastro super panno extenso, lignum aloes minutatim incisum, carbonibus ignitis imponitur: & manibus apprehensum emplastrum sic tenetur, vt accensi ligni fumũ in se recipiat, & calefactũ tandem laboranti loco imponitur.

## EMPLASTRVM E MELILOTO.

Eiusdem.

X.

**M**Ollit duritẽm omnẽm ventriculũ, iecoris, lienis, viscerum, & reliquarum. Accipit meliloti, vnc. sex. Florum chamæmeli, seminis scœnigraci, baccarum lauri, radicis althæe, absinthij, añ drach. tres. Seminis apij, ammeos, cardamomi, cyperi, iridis, castiæ, spice nardi, añ drach. vnam, & dimidiã. Sampfuchi, drach. tres. Ammoniã, drach. decem. Styracis, bdellij, añ drach. quinque. Terebinthinæ, vnc. vnam, & dimidiã. Ficum pinguium, numero duodecim. Seui caprini, resinæ, añ vnc. duas, & dimidiã. Cerae, vnc. sex. Olei sampfuchini, & olei de spica, quod satis est. Aquæ cui melilotus, fœnumgræcum, & chamæmelum incocta sunt, quantum satis erit aliorum infusioni: commiscentur, & secundum artem fit <sup>b</sup>Emplastrum.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> Reliquarum.) Scilicet partium emolliendam, hypochondriorum tensionem laxandam, flatusq; resoluendos. Vtimur eo igitur ad molliendum, attenuandum, discutiendũ, & calefaciendum, estq; anodynum.

<sup>b</sup> Fit emplastrum.) Alij aliter componunt. A nonnullis seuum hircinum colatum, resina, & cera in oleis liquantur, ficus pingues aut parum humectatae probè tritæ per cribrum feraceum, aut mantile stamenue cernuntur, & prædictis miscentur. Dein ammoniacum, bdellium in aceto: soluantur & colantur. Acetum namq; essentia tenuitate promptius ista peruadit & dissoluit, aqua verò ægrius. postea terebinthina, postremò vbi omnia refrixerint, pulueres treti herbarum, radicum, florum, aromatum, & simul cum ijs styrax per se diligenter tritus, admiscetur. Hæc cæteris, quas missas facimus, expeditior esse videtur: ideoq; hanc indicasse vnam, satis fit.

## EMPLASTRVM TRIPHARMACVM.

Eiusdem.

XI.

**I**dem quod vnguentum Tripharmacum potest. Recipit lithargyri subtilissimè triti, aceti, añ lib. dimidiã. Olei veteris, lib. vnam. Coquitur igne lento, ad crassitiẽm.

## EMPLASTRVM \* OXYCROCEVM.

Nicolai Myreplici.

XII.

**A**D ossa contusa, neruos, ac dolores, & ad omnẽm contusum locum idoneum, Habet Croci, Picis naualis, colophonix, cerae, ana <sup>b</sup>vncias duas,

duas. Terebinthinae, galbani, ammoniaci, myrrhae, thuris, mastiches, añ vnciam dimidiam, drach. vnam, & dimidiam. Galbanum & ammoniacum coniunguntur in acetum, & in eo per noctem macerantur, postmodum liquantur igni, colantur: iterum coquuntur ad acetum consumptionem, tunc pix naualis liquata & colata iniicitur, dein cera: qualiquata, colophonia: dein terebinthina, post mastiche, myrrha, & thus, tenuissimè trita, semper spatula mouendo. Cocta, ubi iam refrigerunt, funduntur super marmor oleo inunctum, & crocus in puluerem tritus inspergitur, ac subigitur, & fingitur massa.

## ANNOTATIONES.

*Oxyroceum  
cur dictum?*

*a Oxyroceum.*) Sic dictum est ab aceto & croco, quæ huius compositionem ingrediuntur.  
*b Vncias duas.*) Pondera hæc planè habentur in græco Nicolai codice, quæ retinenda esse duximus. Latina exemplaria geminant pondera, ideoque hic habent vncias quatuor, & paulo post vnciam vnam, & drach. tres. Nihil autem refert, siue quis plus aut minus recipiat, modò proportionem legitimam seruet. Cordus hæc quintuplo plus accipit pondere, nempe vncias duodecim. Tamen in altero pondere proportionem non seruat, propterea quòd vncias quatuor sumat.

*Cordus.*

## EMPLASTRVM A APOSTOLICVM.

Nicolai Myrepsici.

XIII.

**O**Mnes neruorum præcisiones & puncturas à ferro factas, à phlegmone arcet, cruentis vulneribus destinatum. Educit surculos, calamos, tela, & omnia venenata. Extrahit omnia aliena, in profundo corporis sita. Facit ad abscessus, carcinomata, phygeta, & ceruicis dolores: strumas, perniciofa & maligna vlcera rumpit. Prodest ad duriciem lienis, influxiones articulorum, & defluxiones genuum. Valet ad eos qui à rabidis animantibus morfi sunt, & quæcunque discutere oportet. Capit lithargyri, vnc. duas, drach. vnam, scrup. vnum. Cerae, colophoniae, añ vnc. vnam, scrup. vnum. Ammoniaci, drach. duas. Galbani, myrrhae, añ drach. vnã, scrup. vnum. Bdellij, drach. duas. Resinae pineae, mastiches, añ drach. quatuor. \*Manne, thuris, añ drach. duas. Aeruginis rasilis, drach. vnam, scrup. vnũ. Opopanacis, aristolochiae longae, drach. vnam, scrup. vnum. Olei veteris, vnc. duas. Tritum lithargyrum, & per cribrum tenuissimum excretum, coquitur cum oleo ad lentum ignem. Aerugo, postquam lithargyrum ad medietatem coctum est, iniicitur. Vbi ad iustam consistentiam coactum fuerit, adijcitur cera & colophonia: ubi ab igne summotum fuerit, insperguntur reliqua trita & cribrata. Opopanax autem, & galbanum vino dissoluta, *b* postremum adduntur.

\* *Thuris  
pollinis.*

## ANNOTATIONES.

*Apostolicum  
cur dictum?*

*a* Hæc est Apostolici emplastri apud Nicolaum legitima compositio, quod sic propter suæ facultatis efficaciam dictum est: & vt Nicolaus adijcit, ob specierum numerum, qui duodecim apostolorum numerum æquat. Siquidem duodecim species, eius compositionem ingrediuntur, nempe 1 lithargyrum, 2 colophonia, 3 ammoniacum, 4 galbanum, 5 myrrha, 6 bdellium, 7 mastiche, 8 manna, 9 thus, 10 aerugo rasilis, 11 opopanax, 12 aristolochia. Quapropter hinc apparet, alijs compositionibus quæ in latinis habentur codicibus multa accessisse, quæ numerum duodenarium plurimum excedunt, adeoque apostolici nomenclaturam sibi parum rectè vendicant. Quæ qualia, & quot sint, ex sequenti compositione, quam è latino Nicolai codice descripsimus, quæque hætenus in officinis medicorum vsitata fuit, cognoscetur.

*b Postremum adduntur.*) Signum coctionis est, dum medicamento pars aquæ frigidæ infusa duratur, nec digitos tactu inquinat. Ita percoctum in aquam frigidam infunditur, quæ dum refrigit, manibus exprimitur, & super marmor oleo laurino inunctum in magdalias efformatur.

## EMPLASTRVM APOSTOLICVM,

Nicolai Alexandrini,

XIIII.

Accipit

**A**ccipit lithargyri, vnc. sex. Ceræ rubæ, colophonîæ, añ vnc. duas. Propoleos, visci quercini, añ vnc. vnam. Ammoniâci, lapidis calaminaris, añ vnc. sex. Mastiches, thuris, mumia, añ vnc. dimidiam. Terebinthinæ, galbanî, bdelli, myrrhæ, æris vlti, sarcocollæ, <sup>a</sup> squamæ æris, dictamni, aristolochiæ rotundæ, <sup>b</sup> prassij viridis, opopanacis, añ drach. tres. <sup>c</sup> Olei, quod satis est. Lithargyrum in tenuissimum redactum puluerem in oleo coquatur, & cum spathula agitur, donec fiat massa purpurea, & non adhæreat manibus dum refrigerata tractatur. Ammoniâcum, galbanum, & opopanax in vino per noctem maceantur, & postridie ad vini consumptionem coquantur. Postea cera liquefacta & colophonîa, dein mastiche, thus, myrrha, bdellium, & alia trita in puluerem insperguntur, postremò autem dictamnus.

## ANNOTATIONES.

Huic compositioni nouem adduntur quæ in Græcis, & meritò quidem, modo nomen suum retinere velit, desiderantur, vt est 1 propolis, 2 viscum quercinum, 3 lapis calaminaris, 4 mumia, 5 æs vltum, 6 sarcocolla, 7 squama æris, 8 dictamnus, 9 prassium viride. Quapropter si legitimo Apostolico vti velint pharmacopei, id quod è duodecim duntaxat constat speciebus, componant, non id quod è pluribus concinnatur.

<sup>a</sup> Squamæ æris.) In Latinis codicib. mendosè legitur, Lapidis calcis. Error autem è Græcis parum rectè scriptis promanuit. λέπις enim χαλκός scriptum fuisse videtur: quæ verba imperitus librarius in lapis calcis mutauit. Pari ratione calcecucamenon, deprauatè pro χαλκός κενουμένης scriptum est in iisdem codicibus.

<sup>b</sup> Prassij viridis.) Per prassium autem viride hic nõ intelligenda erit, nisi ærugo, quam *Prassium viride.* officinæ viride æris nominant.

<sup>c</sup> Olei, quod satis est.) Magnoperè enim videndum est, vt moderata olei copia nullum emplastro negotium faceat. Liberaliore nanq; modo appositum, magnum temporis interuallum ad cocturam expetit. Parcioris vltionem facit, & priusquam cætera quæ liquefieri debent apponantur, plus iusto coit emplastrum & adhæsum facit. Iustus est olei modus, si ad Lithargyri pondo, olei sesquipondo addas. Aes vltum quoq; pro liberaliore aut parcioris copia, emplastrum nigrum, aut rubrum reddit.

EMPLASTRUM ALBUM <sup>a</sup> COCTVM.

Simplex.

XV.

**S**uccurrit intertriginibus, & cutis desquamations auulsiones uè, quacunq; ex occasione factis. Recipit olei communis, lib. duas. Cerussæ, lib. vnam, & dimidiam. Ceræ albæ, vnc. quatuor. Coquuntur secundum artem, & fiat emplastrum.

## ANNOTATIO.

<sup>a</sup> Coctum.) Quia sola coctura ab vnguento albo differt. Non secus vnguentum tripharmacum & tetrapharmacum cocturæ modo in emplastra transeunt. Dicitur alio nomine Emplastrum de cerussa.

## EMPLASTRUM ALBUM COCTVM.

Compositum.

XVI.

**H**abet cerussæ, vncias viginti. Olei communis, vncias decem. Mastiches, vncias quatuor. Thuris, vnc. sex. Terebinthinæ, vnc. vnam. Ceræ, vncias quatuor, fiat emplastrum.

EMPLASTRUM <sup>a</sup> CERONEVM.

Nicolai Alexandrini,

XVII.

AD dolo-

**A**D dolorem scapularum & thoracis à frigore ortum valet. Lienis duriti-  
em remollit. Aquam inter cutem à frigida iecoris intemperie natam sa-  
nat, & vteri vitij ex eadem causa procreatis prodest. Lumborum, pudendo-  
rum, vesicæ, & renum frigus vi sua calefaciente dissipat. Oslum fracturis, &  
luxatis commodat. In summa repellit, cõquit, mollit, carnesq; procreat. Capit  
picis navalis colatæ, ceræ, añ vnc. duas, drach. tres. Sagapeni, vnc. duas. Am-  
moniæ, terebinthinæ, colophonix, croci, añ vnc. vnam, drach. tres. Aloes,  
thuris, myrrhæ, añ vnc. vnam. Opopanacis, styracis calamitæ, galbani, masti-  
ches, aluminis, fœnigræci, añ drach. sex. Styracis rubri, bdellij, añ drach. tres.  
Lithargyri, drach. vnam, & dimidiam. Sagapenum, ammoniacum, opopanax,  
& galbanum aliquantulum tusa vino tecta per noctem macerantur. Dein ad vi-  
ni dimidij consumptionem coquuntur, tunc pix navalis benè colata admisce-  
tur, & spathula mouetur quoad liquefiat. Hacliquata, cera additur: qua fusa, co-  
lophonix colata, postea styrax pistillo calido tritus frustatim imponitur: hinc  
mastiche, thus, myrrha, bdellium, trita ac creta: aliquandiu post inijcitur tere-  
binthina, alumen, lithargyrum, fœnumgræcum. Percoctum, effunditur in  
aquam frigidam. Ab extracto, aqua omnis manibus exprimitur: dein cum pul-  
uere aloes super marmor oleo laurino vinctum subigitur. Postremò cum croco  
in puluerem trito, manibus eodem oleo vinctis, finguntur massæ.

## ANNOTATIO.

*a Ceroneum.*) Fortè Ceroma, à cera dictum est. Hoc emplastrum, vt sequentia aliquot,  
quæ ad Nicolaum autorem referuntur, in Latinis duntaxat Nicolai Præpositi codicibus  
reperiuntur. quæ quum sint hodie vitata in nonnullis officinis, prætereunda nobis esse  
non putauit.

## EMPLASTRUM DE IANNA.

Nicolai.

XVIII.

**A**ccipit succorum apiij, plantaginis, betonicæ, añ lib. vnam. Ceræ, picis,  
resinæ, terebinthinæ, añ lib. dimidiam. Formatur emplastrum hoc modo.  
In succis reliqua tria nempe cera, pix, resina, lento igni coquuntur, & continen-  
ter mouentur ad succorum consumptionem: postremò terebinthina missa, se-  
mel aut bis feruefit. Utuntur eo Chirurghi in vlcibus & vulneribus sordidis  
detergendis & glutinandis.

## EMPLASTRUM GRATIA DEI.

Nicolai.

XIX.

**R**ecipit terebinthinæ, lib. dimidiam. Resinæ, lib. vnam. Ceræ albæ, vncias  
quatuor. Mastiches, vnc. vnam. Verbenæ, betonicæ, pimpinellæ, añ ma-  
nipulum vnum. Herbae tusa ex vino albo valenti seu generoso coquuntur ad  
tertiæ partis vini consumptionem: colantur, herbarum substantia abijcitur. In  
colato, cera, resina, & mastiche coquuntur, ad iustam consistentiam. auferuntur  
ab igne: additur terebinthina, spathula mouetur, & fit emplastrum.

## ANNOTATIO.

*a Mastichè.*) Satius ex cera & resina incolato vini reliquo ad eius propè consumptio-  
nem percoctis mastichem addere, quod cocturam propter essentia tenuitatem vix susti-  
neat, postremò terebinthinam, hæc semel feruefacere, auferre igni: & vbi refrixerint, sin-  
gere in offas cylindricas. Vsurpant illud Chirurghi in solidandis & glutinandis vlcibus  
& vulneribus, sordidis repurgandis, inflammatis leniendis, duratis emolliendis, neruo-  
rumq; præcisionibus.

EMPLA-



DE COMPOS. MED. LIB. II.  
EMPLASTRVM \* DIVINVM.

349

Nicolai.  
XX.

**H**abet galbani, myrrhæ, añ vnc. vnam, drach. duas. Ammoniáci, vnc. tres. drach. tres. Opopanacis, mastiches, aristolochiæ longæ, ærugínis, añ vnc. vnam. Lithargyri, olei communis, añ lib. vnam, & dimidiã. Cera noua, vnc. octo. Thuris, vnc. vnam, drach. vnam. Bdellij, vnc. duas. Magnetis, vnc. tres. Lithargyrũ in oleo diu maceratur & nutritur, postea ad spissitudinem<sup>b</sup> coquitur. Dein additur cera minutim concisa: qualiquata, aufertur ab igni: adicitur galbanum, ammoniacum, opopanax, bdellium, si molle est, in aceto vel vino dissoluta, & colata, & cocta: postea puluis myrrhæ, bdellij. si siccum est, mastiches, thuris, aristolochiæ, magnetis. postremo ærugo, ne si diu coquatur, Emplastrum fiat rubeum.

ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Divinum.*) Hoc nomen à felicitatis successu, quem in glutinandis vulneribus habet, meruit. Siquidem Chirurgi eo non solum cruenta & recentia, verum etiam vetera ac diuturna, malignoq; humorum vitio fluida vlcera celeriter repurgant, implent, ac mirificè veluti ope diuina glutinant. Neruorum præcisionibus, ruptis, conuullis optimè conuenit, furculos alto corporis infixos, & spicula euellit. Strumas & abscessus diuturnos dirumpit.

<sup>b</sup> *Coquitur.*) Quæ ei ob olei paucitatem expedita est & facilis.

<sup>c</sup> *Emplastrum rubeum fiat.*) In permiscenda æruginè magnus coloris habendus delectus est. Si enim giluum aut luteum emplastrum cupis, femiustam æruginem imponere oportet, aut conueniente coctura color ille petendus est. Postremo loco imposita ærugo longiore coctione ruborè contrahit, eumq; præstantiorem si eius drachmas duas vel quatuor, dum coqui cœperit lithargyrus, immittas: reliquas verò eius drachmas percocto ferè medicamento addideris. Fuscum demum, nec ita coloratum emplastrum facit ærugo tota postremo loco permista, quæ medicamento adhuc valde calido, ne ob eius solidiorem duriciem ægrius permisceatur, indi debet.

EMPLASTRVM \* GRISEVM.

Incerti autoris.

XXI.

**D**esiccat, explet, vlcera, & iisdem cicatrices inducit. Caput lapidis calaminaris præparati, vnc. vnam. Lithargyri, vnc. duas. Cerussæ, vnc. dimidiã. Tuthiæ, drach. vnam. Terebinthinæ, drach. sex. Cera albæ, vnc. vnam, & dimidiã. Seu ceruini, vnc. duas. Thuris selecti, drach. quinq;. Mastiches, drach. tres. Myrrhæ, drach. duas. Succus semperuiui, drach. vnam, & dimidiã. Formetur emplastrum, iuxta<sup>b</sup> artem.

ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Griseum.*) Alio nomine emplastrum de lapide calaminari nominatur.

<sup>b</sup> *Iuxta artem.*) Lithargyros trita aliquantulum oleo nutriatur, agitetur, modicè cocto cera liquetur, dein seuum ceruinum, quibus paulisper refrigeratis, addantur terebinthina, & succus semperuiui. Dein lento igni reddantur, & inspergantur pulueres.

EMPLASTRVM VIRIDE.

Incerti autoris.

XXII.

**A**ccipit cera noua, resina, terebinthinæ, añ vnc. quatuor. Thuris, mastiches, ærugínis, añ drach. tres. Fiat emplastrum<sup>a</sup> secundum artem.

ANNOTATIO.

<sup>a</sup> *Secundum artem.*) Cera liquata affunditur resina, dein terebinthina, pulueres postea inspergantur thuris & mastiches, ærugo postremo apponitur. Sordida vlcera terget, purgat, & explet.

EMPL. BASILICVM MAGNVM.

XXIII.

g

Vlcera

**V**Lcera phlegmones expertia, partium maximè neruofarum, tergit, & carne implet. Recipit ceræ albæ, resinæ pineæ, seui vaccini, picis navalis, terebinthing, thuris, myrrhæ, añ vnc. vnam. Olei, quod fatis est: fiat emplastrum.

## EMPL. E CRVSTA PANIS.

Montagnanæ.

XXIIII.

**C**onfert ad vomitum puerorum, & ijs qui cibum retinere nequeunt. Habet mastiches, menthæ, spodij, corallij rubri, santalorum rubrorum & alborum, añ drach. vnam. Crustæ panis tostæ, & in aceto per dimidiã horam macerata, vnc. duas. Olei mastichini, citoniorum, añ vnc. vnam. Farinæ hordei, quantum sufficit: formetur emplastrum.

## ANNOTATIO.

Vulgare est, nec contemnendum remedium ad stomachi dissolutionem, & ciborum reiectionem, huic per simile, quod recipit offam panis vstulati, vino Cretico, aut aceto intinctam & imbutam, puluere mastiches, zingiberis, cinamomi, caryophyllorum, nucis moschata, maceris aspersam, & ori ventriculi appositam.

## EMPL. AD BV BONES PESTILENTES.

XXV.

**C**apit radicis dictamnialbi, aristolochiæ vtriusq;, añ vncias duas. Scordij, anagallidis vtriusq;, coaguli leporis, fermenti, añ vnc. vnam. Galbani, ammoniaci, sagapeni, asæ fœtidæ, myrrhæ, piperis, sinapi, añ drach. dimidiã. Ficuum pinguium, numero viginti vnum. Radicis iridis, stercoris columbini, añ vnc. vnam, & dimidiã. Axungia anatis, vncias duas. Sulphuris, vnc. dimidiã. Gummi dissolutis in vino, reliqua cum melle & oleo veteri redigantur in emplastri consistentiam.

## DE CERATIS, SECTIO

DECIMASEPTIMA.

## CERATVM \* LIQVIDVM.

Galeni,

I.

\* Crudo citra  
lalem.

Efrigerat, ideoq; febrîb. ardentibus, erysipelatis, & phlegmonibus, maximè pudendorum conuenit. Accipit ceræ albæ, & elotæ, vnc. vnam. Olei rosacei ex \* omphacino facti, vnc. quatuor. Fiat ceratum in vase duplici: qd quum coiuit, & <sup>b</sup> refrigeratum est, multum diuq; ex <sup>c</sup> aqua frigidissima, & postremò pauco aceto claro seu puro & albo subigitur.

## ANNOTATIONES.

Infrigidans  
Galeni.

<sup>a</sup> Liquidum.) Hodie infrigidans Galeni & ceratum album nominatur. Describitur autem à Galeno lib. 10. Ther. Methodi, cap. 9. Et lib. 1. de Simpl. medicament. facul. cap. 6. & lib. 6. de Tuen. sanitate. Quare Mesuz filius rectè ad Galenum autorem refert. Supra vnguentum quoq; infrigidans Galeni descripsimus, quod nomen accepit, quia consistentia vnguento est finitimum.

<sup>b</sup> Refrigeratum est.) Mittendo scilicet vas, in quo ceratum est, in aquam frigidissimam, vt Galenus docet.

<sup>c</sup> Ex aqua

*e Ex aqua frigidissima.)* In mortarium paulatim affusa tanta, quantum in se, dum molitur ac subigitur ceratum, accipere potest. Quod si aceti admodum tenuis & clari paululum addideris, utiq; magis adhuc tum refrigerans, tum humectans medicamentū efficiēs.

## CERATVM SANTALINVM.

Ioannis Damasceni.

II.

**P**hlegmonas, & omnes intemperaturas calidas ventriculi, iecoris & aliarū partium potentissimē extinguit. Recipit rosarum, drach. duodecim. Santalorum rubrorum, drach. decem. Santali albi & flauī, añ drach. sex. Boli armeniacæ, drach. septem. Spodij, drach. quatuor. Succī semperuiui, drach. duas. Ceræ albæ, drach. triginta. Olei rosacei, lib. vnam. Fingatur ceratum.

## ANNOTATIO.

In frequenti vsu est hoc ceratum hodie, sed Vnguenti santalini nomine. Paratur autem hoc modo. Cera cum oleo in duplici vase liquatur: dein vbi refrigeratum est & erasum, aqua frigida manibus aut rudicula diu agitur, postea pulueres miscentur. Et accipiendum hoc loco erit spodium officinarum, id est, ebur vstum, siquidem Græcorum calidum admodum est, vt etiam Caphura, pro qua succum semperuiui substituimus.

Vnguentum  
santalinum.

Spodium.

## CERATVM STOMACHICVM.

Eiusdem.

III.

**V**entriculum & iecur roborat: horum etiā dolorem à frigiditate ortum lenit, appetentiā excitat, & concoctionem iuuat. Habet rosarum, mastiches, añ drach. viginti. Foliorum absinthij aridorum, drach. quindecim. Spicæ nardi, drach. decem. Ceræ puræ, vnc. quatuor. Olei rosacei, lib. vnam, & dimidiam. Cera & oleum igne liquantur, mox stillaticio rosarum liquore aliquoties lauantur: dein iterum liquantur, & vino austero, succo cydoniorum, & paucō aceto lauantur: postea alia omnia in tenuissimum redacta puluerem, inspergantur, & fit ceratum.

## ANNOTATIO.

*a Eiusdem.)* Falsō enim Mesues autoritate Galeno tributum est. Proximē ad Galeni medicamentum accedit. Aloës namq; loco rosas, pro absinthij succo, folia pro vnguento nardino, spicam cum rosaceo ponit, sed excessu propē immodico.

## CERATVM STOMACHICVM.

Galeni.

III.

**C**apit vnguenti nardini optimi, ceræ odore, pinguis, & lotæ, añ vnc. vnam si hyems est: si verò æstas, ceræ drach. septem. Liquantur in vase duplici: refrigerato deinde, & eraso, adduntur pulueres mollissimi aloes & mastiches, añ<sup>b</sup> drachma vna.

## ANNOTATIONES.

*a Galeni.)* Ex lib. 8. de compos. medica. localium, & lib. 8. medendi methodi desumptum. Ad oris ventriculi phlegmonem Galenus adhibet, & ad ventriculi imbecillitatem in fluore alui à cruditate nidorosa, in quo casu robur calidis adstringentibus ipsi parti acquiritur. Hoc igitur ceratum Galeni stomachicum in nostras officinas reducendum est, sub nomine cerati calidi. Est enim alterum quod refrigerans licet voces, itidem 8. methodi descriptum, quod habet. Olei melini, ceræ albæ lotæ, vtriusq; vnciam vnam. Hypocisthidis, semunciam. Fiat ceratum vt decet.

*b Drachmam vnam.)* Vel paulo amplius. Quod si maiore adstrictione est opus, tantaq; sit imbecillitas, vt cibum stomachus continere nequeat, mastiche augenda ad sesquidrachmam, & omphacij drachma adijcienda. Nonnunquam etiam Absinthij succus admiscendus erit, & quandoq; vt etiam Hypocisthidis, aut Sumachij siue Rhois succus.

g ij

CERA

LEONHARTI FVCHSII  
CERATVM STOMACHICVM.

Nostrum.

V.

**A**ccipit menthæ, absinthij Pontici, rosarum, añ vnc. dimidiam. Cinamomi, cardamomi, spicæ nardi, nucis moschatæ, caryophyllorum, macis, galangæ, calami odorati, añ drach. tres. Lignialoes, cubearum, añ drach. duas. Galliæ moschatae, drach. vnâ, & dimidiâ. Baccarum myrti, sumachij, añ drach. vnam. Thuris, mastiches, styracis calamitæ, añ drach. duas. Ladani optimi, vncias tres. Oleorum rosacei, mastichini, nardini, cydoniorum, absinthij, añ vnc. vnam. Cum cera & terebinthina, quod satis est, formetur ceratum.

CERATVM AD RAMICEM,

Nicolai.

VI.

**R**ecipit picis naualis, aloes, vnc. tres. Lithargyri, cererubæ, colophonix, galbani, ammoniaci, añ vnc. duas. Visci quercini, vnc. sex. Boli armenij, symphyti maioris, gypsi, aristolochiæ vtriusq;, lumbricorum terræ, gallarum, añ vnc. quatuor. Myrrhe, thuris, añ vnc. sex. Terebinthine, vnc. duas. Sanguinis humani, lib. vnam. Pellis arictina, mox vbi detracta est, horis 24. coquitur: deinde expressa pelle, & abiecta, viscum quernum in hoc iure diu coctum vbi fuerit, ab igne aufertur: additurq; terebinthina, lithargyros, colophonia: postea mastiche, thus, myrrha, galbanû, ammoniacum, lumbrici terræ: hinc symphytum maius, gypsum, bolus armenius. Igni tunc rursus admouetur, & sanguis humanus, aristolochia longa & rotunda, postremò aloë inicitur, semper spatha seu rudicula agitando. tandem imponitur marmorî, quod oleo violaceo inunctum est, & manibus subigitur. Dein biduo, aut triduo, in mortario continenter teritur.

ANNOTATIO.

Solenne est ad Enterocelen, & intestinorum ramicem, & ab alijs inter emplastra recensetur.

CERATVM AD RAMICEM.

Nostrum.

VII.

**H**abet picis naualis, colophonix, añ vnc. dimidiam. Mastiches, thuris, añ drach. tres. Hypocistidis, sarcocollæ, acaciæ, añ drach. duas, & dimidiam. Opopanacis, bdellij, galbani, añ drach. tres, & dimidiam. Myrrhæ, drach. vnâ. Serapini, drach. vnam, & dimidiam. Radicis consolidæ maioris, gallarum, corticum mali granati, añ drach. duas, & dimidiâ. Sumachij, balaustiorum, lithargyri, añ drach. vnam, & dimidiam. Lapidis hæmatitis, sanguinis draconis, boli armenij, añ drach. duas. Aloës optimæ, drach. vnam, & dimidiam. Pile marine vstæ, drach. vnam. Aristolochiæ vtriusq;, añ drach. duas, & dimidiam. Mumix, drach. tres. Visci querni, nucis cupressi, añ drach. vnam. Seui hircini, vnciam dimidiam. Gummi dissolutis in aceto fortissimo, cum cera & resina quod satis, fingatur ceratum.

ANNOTATIO.

*a Pile marine.*) Quid pila marina sit, in altero nostrorum de stirpium historia commentariorum tomo abundè docuimus. Bernardus Desfennius prorsus ignorat quid sit, ideoq; sibi neq; de nomine, neq; de vsu eius constare quicquam fatetur. Eodem autem quo Aristolochia nomine Ceratum hoc ingreditur, nempe vt extergat. Fieri enim non potest vt vulnera glutinentur, nisi sint medicamenta quæ sordes etiam, horum glutinationem prohibentes, extergant.

CERAE

DE COMPOS. MED. LIB. III.  
CERAE RVBEAE CONFICIENDAE  
modus.

353

**A**ccipit ceræ puræ, lib. tres. Terebinthinae, q̄r. tres. Miniij secundarij, vñc. nouem. Fiat cera rubea, in formulas sculptas fusa.

CERAE VIRIDIS FACIENDAE  
ratio.

**R**ecipe ceræ, lib. tres. Terebinthine, quar. tres. Aeruginis aeris, vñc. vnam, & dimidiam. Ad lentum ignem liquata miscentur, & in formulas funduntur sculptas spongia aqua imbuta humectatas.

CERAE FLAVAE.

**C**ape ceræ, lib. duas. Resinae bonæ, lib. vnam, vel q̄r. tres. Terebinthinae, q̄r. vnam. Ad lentum ignem miscentur.

ATRAMENTVM SCRIPTORIVM.

**H**abet gallarum, lib. vnam, & dimidiam. Vitrioli, q̄r. tres. Gummi arabici, vñc. sex. Aquæ & vini mensuras octo.

APPENDIX.

**H**anc compositionem atramenti scriptorij quidam binis versiculis perpulchrè complexus est, qui sunt eiusmodi:

*Vitrioli quarta, media sit vncia gummi:  
Integra sit galla, superaddas octo Falerni.*

Atq; hæc est vulgata, multisq; communis compositio. Dioscorides in fine quinti habet alias, quas illic videre licet.

\*

FINIS LIBRI SECVNDI.

DE VSITATA HVIVS TEMPORIS COM-  
PONENDORVM MISCENDORVMQVE MEDICAMEN-  
torum ratione, Liber tertius: Leonharto Fuchσιο medico autore.

PROE MIVM.



**Q**VVM in eo, qui præcessit, libro omnium ferè hodie vsitatorum medicamentorum compositiones à nobis sint traditæ, & annotationibus illustratæ: reliquum nunc est, vt qua ratione illis à medicis vtendū sit, & quomodo ex earundem permixtione formulæ, quas barbari Receptas nominant, struendæ sint, exponamus. Quum autem eorum medicamentorum cõpositorū, quorum hodie vsus est, in vniuersum duo sint primaria genera, vnum, quod intra corpus sumitur: alterum, quod extrinsecus corpori

*Duo compositorum medicamentorum primaria genera*

adhibetur, de priore quidem genere in hoc tertio agemus libro: alterius verò tractationem, sequens sibi vendicabit liber. Eius autem generis quod intra corpus sumitur, variæ sunt species. In quibus sanè enumerandis, vulgi nomenclaturas aliquot immutauimus, partim quod barbaræ & ineptæ fuerunt, partim quod veterum appellationibus quæ puriores sunt, & rei naturam nobis certius

g iiij expri-

*Species medicamentorum quæ in corpus sumuntur.*

exprimunt, & ob oculos ponunt, assuefacere iuniores medicos voluimus: vt tandem contemptis spretisque barbaris, veris & latinis vti discerent. Nisi enim aliquando veras medicamentorum nomenclaturas reducere in quæ vsus quotidianum reuocare incipiamus, metus est ne perpetuo rerum etiam caligine obruamur. Tamen si qui imperitiores in ijs intelligendis hærebunt, ad primum librum confugiant oportet: in quo passim latinis & græcis barbaras appellationes cõiunximus, ne vllus nos obscuritatis alicuius autores fuisse meritò queri possit. Quamuis autem medicamenta quæ in corpus recipiuntur, composita varia sunt, tamen nos vniuersa viginti tribus speciebus, hodie vsitatis, complectemur, quarum hæc sunt nomina:

- 1 Antidota propriè dicta.
- 2 Purgatoria medicamenta, liquida & solida.
- 3 Catapotia, siue pilulæ.
- 4 Vomitum elicientia.
- 5 Sacchara.
- 6 Condita.
- 7 Eligmata, vulgò Loch dicta.
- 8 Zulapia, vulgò Iulebia.
- 9 Succii medicati, vulgò Rob & Miuræ.
- 10 Serapia, vulgò Syrupi.
- 11 Decocta.
- 12 Pulueres, seu tritura, Drangea, vel Tragea.
- 13 Pastilli, vulgò Trochisci.
- 14 Glandes, barbaris Suppositoria.
- 15 Clysteres.
- 16 Collyria, Arabibus Sieff.
- 17 Gargarizatus, Gargarismiue.
- 18 Dentifricia.
- 19 Pessi, vulgò Pessaria.
- 20 Errhina, Nasalia vulgò.
- 21 Apophlegmatismi, vulgò Masticatoria.
- 22 Odoramenta, siue pilæ odorata.
- 23 Suffimenta, suffitusue.

De quibus singulis eo, quo positæ sunt, ordine differemus, ab Antidotis exorsu.

## DE ANTIDOTIS.

### Caput I.

*Antidota quæ?*



*Tres veteribus antidotorum differentia.*

Medicamenta omnia quæ non foris admota corpori, sed intra corpus assumpta vitij medentur, Græci veteres, Galeno libro 1. de Antidotis teste, antidota, ab ἀντι τοῦ δὲ σώματος, quasi aduersus plurima morborum genera & vitia data, & fœminino genere Antidotos appellarunt. Vnde cephalica, ophthalmica, stomatica, arteriaca, stomachica, cardiaca, hepatica, splenica, nephritica, colica, & id genus alia quæ ab vsu nomina sua habuerunt medicamenta, harum partium vitij salubria, antidota dixerunt. In vniuersum autem tres fuerunt illis, eodem Galeno attestante, antidotorum differentia. Horum enim quædam aduersus letalia medicamenta, siue deleteria quæ aliquo malo fato sæpe exhibentur, ac bibuntur dabantur. Quædam contra feras venenum iaculantes, siue virulentas. Quædam vitij & affectibus ex prauo victu & humoribus vitiatibus obortis

Obortis succurrebant. Nos paulo arctius Antidoti significationem contrahentes, hac voce tantum medicamenta intra corpus recepta, quæ letalibus aduersantur, quæ item dolores sedant, somnum afferentia ac stupefacientia, præterea quæ imbecillo corpori, eiusque partibus parum firmis robur afferunt, intelligimus. Neque enim commodior alia nobis occurrebat appellatio, qua à cæteris intra corpus assumptis medicamentis, illa separaremus. Quod si alicui hæc ipsa alio nomine appellare libet, nihil moramur. Nobis certè melior nunc in mentem non veniebat appellatio, qua illa à reliquis in corpus receptis discernere-  
 mus. Non me latet autem, recentiores vocare Antidotos aliàs confectiones, aliàs Electuaria, sed non sine confusione lectoris. Nos igitur omnia quæ intra corpus sumuntur medicamenta, & peculiaribus nomenclaturis donata non sunt, Antidota, vt diximus, potius appellare, adiectis nunquam non, quæ illa ad certam speciem coarctant, vocabulis, voluimus.

*Antidotum  
quid appel-  
lemus.*

## DE ANTIDOTORVM LETALIBVS

aduersantium vsu.

## Caput II.

Non ab re exordimur ab Antidotis, quæ letalibus aduersantur: quòd nimirum illa triplicem promittant vsu, & eorum quæ letalibus repugnant, & eorum quæ contra ferarum venenum faciunt, atque eorum quæ vitijs e prauo victu natis succurrunt: vt sunt Theriaca, Mithridatios, Esdra, & id genus alia. Hinc est, quòd ab huius ætatis medicis confectiones Magnæ, non admodum ineptè nomenclantur. siquidem maiores, quàm cæteræ Antidoti, vires obtinent. Vt valde inepti sint, qui hanc appellationem à magni nominis viris consecutas esse arbitrantur. Igitur iam dicta Antidota, qui hodie medicinam faciunt, hac ratione vsurpant. Nonnunquam se solis, citra aliorum vel simplicium, vel compositorum medicamentorum adiectionem, vtuntur. Quod vt rectè faciant, illorum pondus, & (vt hodie vocant) Dosis, cognitam habeant oportet. Quæ qualis sit, libro secundo est partim expositum, & paulo post clarius explicabitur. Quanquã in ijs certa quantitas, vt etiam in alijs medicamentis, vt pote quæ pro ætatis, naturæ, temporum & morborum ratione varietur, præscribi nulla possit, aut debeat. Non desunt qui, vt eorundem Antidotorum insuauitatem frangant, aut tegant, flores cordi familiares saccharo conditos, illis admiscant, & serapio aliquo conuenienti excipiunt, in hunc quidem modum:

*Confectiones  
magna.*

*Vsu.*

℞. Theriacæ Andromachi, }  
 Mithridatij antidoti, } añ drachmam vnam & dimidiam.  
 Sacchari borraginis, }  
 Melissophylli, }  
 Echij. } añ drachmam vnam.

Excipe serapio ex acido citrij succo, & redige in consistentiam iustam. Sunt qui prædictis Antidotis adijciunt ex simplicibus aliquot medicamenta corroborantia, vt ex sequenti patebit formula, quæ

℞. Mithridatij antidoti, drachmas tres.  
 Sacchari melissophylli, drachmam vnam.  
 Ramentorum eboris, }  
 Seminis seselios, } añ scrupulum vnum.  
 Ligni aloës. }

Excipiuntur serapio ex acido succo citrij, vt prædictum est.

Alij iam dictas Antidotos, adiectis Bolo armenio, aut Lemnio sigillo,  
 g iij alijsque

alijsq; id genus venenis aduersantibus medicamentis, stillaticijs congruentibus liquoribus diluunt, vt ex sequenti manifestum sit formula, quæ

℞. Theriaces Andromachi, scrupulos duos.

Antidoti Mithridatij, scrupulum vnum.

Boli armenij, scrupulum dimidium.

Liquoris stillaticij rosarum, vncias duas.

Borraginis, } añ vnciam dimidiam.

Scabiosa,

Commistis omnibus, fiat potio.

5. Vtitatum præterea est, vt prædictis Antidotis vnum aut plura eorum medicamentorum, quæ Antidotum <sup>δια τριών</sup> constituunt: ita nominatum, vt præcedenti libro diximus, quod è quatuor rebus gentiana scilicet, myrrha, aristolochia, & baccis lauri confet, admisceantur. quemadmodum ea quæ sequitur, formula ostendit: quæ

℞. Antidoti Mithridatij, scrupulos duos & dimidium.

Theriaceæ Andromachi veteris, drachmam vnam & dimidiam.

Gentianæ,

Aristolochiæ longæ,

Myrrhæ optimæ,

Baccarum lauri,

} añ scrupulos duos.

Excipiuntur serapio ex acido succo citrij, quod satis est.

6. Non solum verò ad letalia venena propulsanda prædictarum Antidotorum hodie vsus est: sed & ad alia, vt diximus, corporis vitia, præsertim mensium suppressionem, alijs scilicet, quibus menses euocandi vis inest, adiectis. vt ex sequenti rescripto patebit, quod

℞. Antidoti Mithridatij, drachmas tres.

Tripheræ magnæ, drachmas duas.

Antidoti hæmagogi, drachmam vnam.

Pastillorum è myrrha, drachmam dimidiam.

Cinamomi,

Cassia lignæ,

Rubiæ,

} añ scrupulos duos.

Cum Serapio ex artemisia excepta reponantur.

7. Saracenicæ  
tryphera  
vsus.

Saracenicam vocatam Trypheram ad melancholica vitia vsurpamus, conuenientibus illi admixtis alijs tum compositis, tum simplicibus medicamentis, in hunc nimirum modum:

℞. Tripheræ saracenicæ, sacchari buglossæ, & violacei, añ vnciam vnam, & dimidiam. Lætificantis Galeni nominati, vnciam dimidiam. Specierum diapleres archonticôn, drach. vnam, & dimidiam. Corticum citrij, drach. vnam. Maceris, scrupulos duos. Epithymi, scrupulum vnum. Excepta ex acido citrij succo serapio, in electuarij formam rediguntur.

Exhibendi  
modus.

Cæterum non transeundum nobis silentio erit, Antidotorum omnium non eundem esse exhibendi modum, quod nimirum cum iisdem liquoribus haud præbeantur. Siquidem vel ex vino, vel aqua mulsâ, vel stillaticio aliquo, vel alio quodam liquore, prout affectus ipse exigit, dantur. proinde pro affectuum differentia congruum misturæ liquorem inueniamus oportet, quemadmodum Galenus in libro de Theriaca ad Pisonem, & post hunc in suo de Compositione medicamentorum libro Actuarius, & Nicolaus Myrepsus docent. Porrò pondere & mensura aliâs alia eodem Galeno in lib. de theriaca ad Pisonem autore, rectè vteris. Interdum enim fabæ Aegyptiæ quantitate danda, vbi nimirum exiguum ad Antidotorum coctionem interuallum erit. Interim verò auellanae,

Pondus &  
mensura.

aut



aut Ponticæ nucis magnitudine fumes, quū scilicet plus temporis ad gubernationem eorundem habiturus es. Hoc est, si parum temporis ad antidoti confectionem super sit, minus de eo exhibendū erit, vt scilicet in breui hoc interuallo cōcoqui & alterari possit. Sin plus temporis ad eiusdem gubernationē dispensationēue super sit, plus quoq; de illa exhibendum erit, quod ad alterationem eius copia fat sit interualli. In vsu certē Antidororum anni tempus, & regio maximē inspicienda erunt. Nam per æstatem, præsertim theriaca, neutiquam præbenda. Quippe constitutione aëris calida, ex antidotis prædictis corpus calidius euadens offenditur. Quapropter hoc tempore, nisi impendens aliqd periculū diuersum nos iubeat, iam dictorum Antidororū nullus esse vsus debet. Consideranda quoq; in eorundē vsu ætas erit. neq; enim ætate florentibus, & multo calore natiuo præditis, magna copia, & sæpenumero dāda sunt, nec nisi ex aqua. His verò qui transacta iam iuuenta declinant, & ad senectam spectant, aut ætate confecti sunt, & multum de prædictis Antidotis, & sæpe, nō ex aqua modò, sed ex vino quoq; pondere drachmæ vnus sumenda sunt, vt corporis virtus iam emarcescens, & natiuus calor ferè extinctus, refocillari & accendi earundē beneficio possit. Pueris autē hæc medicamenta haud sunt danda. Quippe horum magnitudo pueriles vires longē superat, & corpus eorundē facile resoluit, natiuumq; spiritum citò extinguit. In vsu præterea eorundem Antidororum, theriaca potissimum, vnice considerandum erit, num probè cocta sint. Nam longo tempore, plurimum autem duodecim annis, ad coctionem egent. Vigentiores autem validioresq; sunt ab anno quinto, sexto, septimo: præsertim in ijs qui à virulentis feris, aut rabido cane morfi sunt, & medicamentis letalibus petiti. Hi enim omnes quū grauem noxam ab ijs venenis acceperint, potentioribus Antidotis indigent. Deniq; Antidotos prædictas exhiberi oportet, quum is qui sumit pbè concoxerit, nec cibus grauatus fuerit. A ieiunis itaq; minimē autem crudis, hoc est, appetente iam diluculo, id genus medicamenta assumenda veniunt. Quare saturis, nisi summa vrgeat necessitas, præbenda haud erunt. Necessitate verò impellente, & hausto veneno ex postulante, quauis diei hora exhiberi possunt: vt fusius in libello de Theriaca ad Pisonem Galenus docet.

DE ANTIDOTORVM DOLOREM SEDANTIVM & STUPEFACIENTIVM VSU.

Caput III.

**A**bsoluta vtendi ratione Antidororum, quæ letalium medicamentorum, aut virus iaculantium bestiarum gratia sumuntur: reliquum est, vt ad alterius generis Antidota, quæ scilicet malis ex praua victus ratione natis succurrunt, iam progrediamur. Quum autem hæc ipsa varia sint, vt præcedenti capite dictum est, primum quidem inter ea locum occupant quæ Græcis ἀνιδύνα & ἀνιδύνα, & ἀνιδύνα, & ἀνιδύνα, Latinis verò dolorem sedantia, & lenientia, & mitigantia, & stupefacientia appellantur. Sed differunt inter se ἀνιδύνα & ἀνιδύνα. Anodyna enim propriè ea quæ partium existunt tenuium, & non multo q; quæ moderata calidiora sunt, appellantur. Proinde necesse est vt vacuent & discutiant, rarefaciant, extenuent, concoquant, & æquabile reddant, quicquid in partibus dolore vexatis aut humorū acrim, vel lentorum, aut crassorum, aut multorum meatibus infarctorum: vel etiam vaporosi, vel crassi, vel admodū frigidi spiritus exitum cōmodum non inuenientis, cohibitum atq; inclusum est. Itaq; nihil prorsus adstrictionis habeant oportet, ne si pars quidē laborans, aut etiam affectus ipse ex postulet. Vnde perspicuum euadit, quòd interdū affectum non iuuabunt, sed dolorem tantūmodo mitigabunt, quando videlicet reuera Anodyna dicentur. Interdum verò etiam affectum ipsum adiuuabunt, & tum quidem facultatē habebunt duplicem, nempe Anodynā & sanantem. Igitur Anodyna

Quæ  
quibus  
bibenda

Antidororū  
concoctionis  
tempus.

Exhibitio-  
nis hora.

Anodyna.

dyna

dyna proprie vocantur, quæ dolorem leniunt, tenui substantia, primi ordinis calefacientium: vel ita temperata, vt familiaritate elementorū naturæ partium consentiant: qualia sunt, oleum dulce, ætate mediū, butyrū, cælypus, adipēs, aqua tepida, lini semen, chamæmelum, fœnum græcum: olea, chamæmelinum, amygdalinum è dulcibus amygdalis, & id genus alia. Quum verò varia ex illis medicamentorum genera conficiantur, nempe fomenta, cataplasmata, decocta, & vnguenta, exempla singulorum è suis locis petenda veniunt. Cæterum quæ Narcotica seu stupefacientia nuncupantur, temperamentum sortiuntur, vel summè aduersum ijs quæ reuera sunt anodyna. Siquidem omnia corpus refrigerant, & sensum eò vsq; stupefaciunt, vt si paulo liberalius ebibantur, mortem afferant. Horum compositionem plurimū Opium ingreditur, hinc recentioribus Opiata nominantur. Galenus lib. 7. de Compos. medic. localium, cap. 5. duo quoq; dolorem sedantium medicamentorum genera facit. Vnum, quod veteres medici composuerunt ijs qui sanguinem reijciunt, item ijs qui tabescunt: & ad alios dolores atq; affectus, qui circa pulmones, arteriam, thoracem, aliasq; corporis partes, exceptis tamen colicis, consistunt: idq; *ἀναισθητικόν* appellauerunt. Alterum colicum nominauerunt, quod scilicet colico dolore laborantibus duntaxat adhibuerunt. Atq; hoc priore vehementius fuit, vtpote quod vim prædominantem, ex multitudine refrigerantium medicamentorum habebat: vt sunt, hyoscyami semen, papaueris succus, & radicis mandragoræ cortex. Primi autem generis medicamenta odoratorum, & vrinam cientium feminum (qualia sunt cuminum, daucus, seseli, apium, & anisum,) mistura constabant. Quod verò ad vsum Narcoticorum & stupefacientium attinet, sciendum, ijs non esse vtendum, nisi vbi ab anodynis dolor sedari nequit. Ob id vsum illorum perpetuò vitandus, nisi magna necessitas nos vt ipsis vtamur cogat. Nam corpora viuientium simile quid mortificationi ab omnibus quæ ex opio, mandragora, hyoscyamo, & id genus alijs narcoticis constant medicamentis patiuntur: nimirum causis dolorem infligentibus, insensilibus factis. Et multi profectò qui talibus assidue in podagra & oculorum doloribus vsi sunt, ad immedicabilem frigiditatem particulas perduxerunt. Non igitur continuis diebus, sed ex interuallis eiusmodi medicamenta danda sunt. Nec etiam statim post mixtionē in vsum accersenda sunt narcotica & stupefacientia, sed post sex mensium, aut anni spatium. Præterea miscenda illis sunt calefacientia: partim vt vim eorum stupefactoriam vehementem non nihil refrenent & obtundant, adeoq; sensum minori detrimento stupefaciant: partim vt frigiditas altius penetret. Nam quum frigida per se tardi sint transitus, admiscuntur calida, vt refrigerantium stupefactionem in altum deducere queant: qualia sunt, castorium, crocus, calia, & id genus alia. Cauendum etiā vnice, ne narcotica partibus ijs quæ principatū in corpore obtinent, verbi gratia, cerebro, cordi, pulmonī, iecori, ventriculo, & ijs similibus adhibeantur. Præstat quoq; ea primū forinsecus admo- ueri, priusquam intra corpus sumantur. Pueris deniq; senioribus & alijs imbecillioribus, frigidaq; temperatura præditis, itemq; grauidis seu vterum geren- tibus ne applicantur. Cæterum in vsu narcoticorū tribus attentum esse medi- cum oportet. Primò, vt sensum tactus obtundat & stupefaciat: secundò, vt nihil noxæ ex hac stupefactione in particula relinquatur: tertio, quòd est maximum, vt affectui succurrat. Quæ tria Philo ille Tharsensis diligenter in sua Antidoto, quæ instar exempli, quod in cõponendis Narcoticis imitari debent medici, ab ipso propòsita est, serauit. Nam ex hyoscyami, & omnium valentissimi opij mixtura, facultatis sensoria stuporem, & somnum torpidum inducere ac moliri voluit. Quo verò citius stupefacientia distribuarentur, & vniuersum laboran- tium partium profundum penetrarent, calefacientia admiscuit, pyrethrum, co-  
stum,

*Narcotica  
seu stupefa-  
cientia.*

*Opiata.  
Medicamen-  
torum dolo-  
rem sedantiū  
duo genera.  
Anodynum.  
Colicum.*

*Narcoticis  
quando v-  
tendum.*

*Calefacien-  
tia miscenda  
stupefacien-  
tibus.*

*Quibus par-  
tibus non ad-  
hibenda.*

*In vsu Nar-  
coticorum tri-  
bus attentum  
esse oportet  
medicum.*

*Philonis  
Antidotus  
qualis.*

stum, euphorbium, & piper: quæ noxios humores discutere, tenaces exterge-  
re, crassos incidere, flatulētos spiritus attenuare & vacuare possunt. Porro An- *Vsus narco-*  
tidotis narcoticis stupefacientibusq̄, medici hodie in hunc vtuntur modum. *ticorum.*  
Interdum illis seorsim, & citra aliorum medicamentorum commixtionem, ad-  
iunctis tamen semper ijs quæ violentiam earundem frangunt & obtundunt,  
vtuntur: vt ex sequenti patebit formula, quæ

℞. Philonij, drachmam vnam.

Croci, } añ grana duo.  
Castorij, }

Cum zupapio violaceo in vnitatem coëant.

Est quando eadem etiam vsurpant in sistendo sanguine, aut alui profluio.  
Atq̄ tum quidem adstringentes pastillos illis commiscunt, & cum liquoribus  
conuenientibus, aut serapijs eiusdem generis excipiunt: vt ex eo quod sequitur  
rescripto fit manifestum, quod

℞. Antidoti athanasia, drachmam vnam & dimidiam.

Pastillorum è succino, } añ drachmam vnam.  
E terra Lemnia, }

Lapidis hæmatitis, } añ scrupulos duos.  
Radicijs symphyti maioris, }

Cichorij, scrupulum vnum.

Serapij myrtini, quantum ad excipiendum satis erit.

Vtiliter etiam iisdem Micleta commiscetur, cum alijs eiusdem farinae medi-  
camentis, hoc pacto:

℞. Micleta, vnciam dimidiam.

Rob è ribes, drachmas tres.

Sacchari rosacei veteris, } añ vnciam dimidiam.  
Diacydoniati citra species, }

Miuæ cydoniorum, drachmas duas.

Balauftiorum, drachmam vnam.

Symphyti maiori radicijs, drachmam dimidiam.

Serapij myrtini, quantum ad excipiendum sufficit.

Nonnunquam purgantia quædam medicamenta composita illis admiscen- *Purgantia*  
tur, vt scilicet hac ratione non solum dolorem remittant, verum etiam vt humo- *stupefacien-*  
res noxios, adeoq̄ ipsum affectum auferant, & è corpore tollant. Qui tamē mo- *tibus com-*  
tus hodie non valde vsitatus est, & pauci sunt qui illum vsurpant. Eius tamen *mixta.*  
exemplum subiiciemus, quod

℞. Diaphoenicôn, drachmas tres & dimidiam.

Antidoti indi maioris, drachmas duas & dimidiam.

Philonis, drachmam vnam.

Vini, quod satis est ad excipiendum.

Porro ex stupefacientibus medicamentis dantur magna ex parte scrupuli *Pondus.*  
duo, aut drachma vna. Veteres hæc ipsa summum nucis auellanae quantitate seu  
magnitudine præbebant. Sumuntur vesperi, dum cubitum itur, ex vino, aut *Exhibendi*  
alio liquore congruente. *tempus.*

### DE ANTIDOTORVM SOMNI-

ferorum vsu.

Caput IIII.

**S**omnifera, siue somnū conciliantia, aut soporem molientia vocata medica- *Somnifera*  
menta, Græcis *υπνωτικα* dicunt. His medici magni doloris, aut vigiliarū gratia *qua-*  
vti cōsueuerunt. Interdum etiam in vehementiori ac violenta tussi, ne quis eius  
ocasio.

occasione conuellatur: vt nonnunquam in sanguinis eruptione, & difficilibus destillationibus accidere solet. Ceterum ad eorundem compositionem, qui hodie medicinam faciunt, vtuntur Serapio violaceo, è papauere, succis aut stillaticijs liquoribus solani, lactuca, portulaca, & id genus alijs: vt è sequenti formula patebit, quæ

℞. Serapij violacei, vnciam vnam.  
 Epapauere, vnciam dimidiam.  
 Liquoris stillaticij lactuca, } añ vnciam vnam.  
 Semperuiui, }

Solani, vnciam dimidiam.  
 Commixtis omnibus, fiat potio.

Interim Antidotum diacodiõn cum saccharo florum nymphææ, violarum, ac aliorum frigidorum medicamentorum permiscemus, ac somniferum conficimus medicamentum: quod sequens rescriptum docet, quod

℞. Diacodiõn, vnciam dimidiam.  
 Sacchari nymphææ, } añ vnciam vnam, & dimidiam.  
 Violarum, }  
 Succilactuca, } añ vncias duas.  
 Portulaca, }

Subacta in pila, inter se commiscentur.

Solenne est, vt hodie facientes medicinã, vnguentis ex frigidis & stupefacientibus medicamentis confectis, ad conciliandũ somnum vtantur: vt est id quod

*Vnguentum  
 somniferum.*

℞. Vnguenti populei, drachmam vnam, & dimidiam.  
 Olei violacei, drachmam vnam.  
 Seminis hyoscyami, } añ scrupulos duos.  
 Corticum radicis mandragoræ, }  
 Opij, grana quatuor.  
 Croci, } añ grana duo.  
 Castorij, }

Ceræ quod satis est, fiat vnguentum.

*Tempus ex-  
 hibendi som-  
 nifera.*

Potiones autem somniferæ, nisi aliud facere necessitas cogat, dantur vespere, & cubitũ ituris. Eodem quoque tempore vnguenta temporibus sunt illinenda. Quòd si tamen dolorum aut vigiliarum vehementia, vt per diem ijs vtamur nos vrgeat: vt cubiculum in qua æger decumbit, turba ac strepitu omni vacet curemus, necesse est. Ablegata itaque turba quæ ægrotanti molesta esse possit, vnum aut alterum, aut plures etiam, citra tamen strepitum, adesse satis erit.

## DE ANTIDOTORVM ROBR

corpori adijcientium vsu.

Caput V.

*Antidota  
 roborantia.*

*Liquida.  
 Solida.*

**A**bsolutis primis duobus Antidotorum generibus, reliquum est, vt tertium, quod robur vniuerso corpori, aut eius partibus adijcit aggrediamur. Hoc à nonnullis aromaticum, quod scilicet magna ex parte aromatis constat, nominatur. Quorum vsus vt rectius assequamur, sciendum initio erit, hæc bifariam hodie construi: nempe liquida, vel solida. Liquida sunt, quæ melle excipiuntur, & vulgò electuaria vocantur: solida contra, quæ saccharo, & dicuntur confectiones. Ad quas conficiendas mel optimum, si fieri potest, accipitur, tantumque aquæ quantum necessitas exigit, adijcitur. Quo enim mel purius, eò minus aquæ opus est: dein coquatur & spuma subinde cochleari foraminulento plumbo albo obducto auferat tantisper, donec iustã spissitudinem consequatur. Cuius

Cuius quidem inditium est, si rudicula immissa, vel cochleari extracto & eleuato, instar fili assidue defluit, in fine vero quasi abrumpitur filum, & superior pars retrahitur, & conglobatur, donec ea quoque diducta decidat. Vel gutta in solidum aliquod corpus lapideum, vel metallicum laeue stillatur, quae si non defluit, aut inclinato iam dicto corpore non decidit, iustam consistentiam nactum est. Sin defluit, aut decidit, aquosius iusto est, ac diutius coqui debet. Mel coquitur ut purificetur, purum autem esse significat spumae absentia. Species imponendae ubi mediocriter refrigit mel, atque impositae pistillo aut spatha miscantur, & commista in fictili vase denso recondantur. Quapropter principio quantum mellis aut sacchari in eorundem structura sit adijciendum, nobis exponendum erit. Animaduertendum igitur, ut in componendis & liquidis & solidis Antidotis roborantibus, ad librā mellis vel sacchari, nonnulli accipiant vnc. tres specierum, ita ut sit quadruplum mellis aut sacchari ad species. Alij triplum tantum mellis ad species adijciunt. Priorū sententiae haec respondet proportio. Ad

Mellis vel sacchari	<table border="0"> <tr> <td rowspan="4">}</td> <td>Libram vnam,</td> <td rowspan="4">} Specierum</td> <td>Vnciae tres.</td> </tr> <tr> <td>Libram semis,</td> <td>Vncia vna semis.</td> </tr> <tr> <td>Vncias tres,</td> <td>Drachmae sex.</td> </tr> <tr> <td>Vnciam vnam,</td> <td>Drachmae duae.</td> </tr> </table>	}	Libram vnam,	} Specierum	Vnciae tres.	Libram semis,	Vncia vna semis.	Vncias tres,	Drachmae sex.	Vnciam vnam,	Drachmae duae.
}	Libram vnam,		} Specierum		Vnciae tres.						
	Libram semis,				Vncia vna semis.						
	Vncias tres,				Drachmae sex.						
	Vnciam vnam,	Drachmae duae.									

Posteriorum sententiae, quae melior est, adeoque pharmacopoeis sequenda, repudiata priori, & ea praesertim qua impulsu, ad librā vnam mellis vel sacchari vnciam vnam duntaxat specierum accipiunt, haec proportio erit. Ad

Mellis vel sacchari	<table border="0"> <tr> <td rowspan="4">}</td> <td>Libram vnam,</td> <td rowspan="4">} Specierum</td> <td>Vncias quatuor.</td> </tr> <tr> <td>Libram semis,</td> <td>Vncias duas.</td> </tr> <tr> <td>Vncias tres,</td> <td>Vnciam vnam.</td> </tr> <tr> <td>Vnciam vnam semis,</td> <td>Vnciam dimidiam.</td> </tr> </table>	}	Libram vnam,	} Specierum	Vncias quatuor.	Libram semis,	Vncias duas.	Vncias tres,	Vnciam vnam.	Vnciam vnam semis,	Vnciam dimidiam.
}	Libram vnam,		} Specierum		Vncias quatuor.						
	Libram semis,				Vncias duas.						
	Vncias tres,				Vnciam vnam.						
	Vnciam vnam semis,	Vnciam dimidiam.									

Hanc itaque rationem proportionis mellis & sacchari ad species, ut comprehensum est, in conficiendis liquidis Antidotis roborantibus, deinceps obseruare debent pharmacopoei: nec minus, ut hactenus consueuerunt, de speciebus accipiant: & studium iucunditatis & suauitatis apud eos tantum non valeat, ut minus efficacia conficiant medicamenta. Nullum Antidotū liquidum roborans, quod sciam, hodie in nostratibus officinis medicorum prostat, sed omnia, excepto dia prasiu, cum saccharo in solidam redacta formā illic habentur, quum veteribus liquida magis in vsu fuerint, forte quod Sacchari tractandi rationem ignorarint, aut certe quod magis efficaces sint. Componunt autem non raro medici huius aetatis noua Antidota roborantia liquida, quae priuatim vocant Electuaria, aut mixturas. Neque enim illis mixtura aliud est, quam compositio quae ex varijs medicamentis tum compositis, tum simplicibus aliquo liquore exceptis, constat. Componunt autem ad eum modum medici. Accipiunt solida Antidota roborantia, & eorundem etiam species vocatas, illisque commiscet sacchara diuersi generis, item pastillos, condita, aluum lenientia, & simplicia alia affectui congruentia: ac serapio, aut alio conueniente liquore excipiunt, ut e sequentibus patebit formulis & rescriptis, quae,

*Componendorum liquidorum Antidotorum roborantium ratio.*

*Mixtura quid.*

*R.* Sacchari rosacei,  
          Violacei,  
Borraginis,  
Echij. } <sup>a</sup> vnciam dimidiam.

Diatragacanthos, vnciam vnam.

Diatrionfantalon, drachmas tres.

Manus Christi cum margaritis, drachmam vnam & dimidiam.

Antidoti e prunis damascenis simplicis, drachmas sex,

*h* Specierum

Specierum diarhodôn abbatis, drachmam vnam.  
 Pastillorum è violis, drachmam dimidiam.  
 Serapij violacei, quantum ad excipiendum satis est : fiat Electuarium.

11.

℞. Sacchari lauendulæ, } añ vnciam dimidiam,  
 Rosmarini, }  
 Florum pæoniæ, drachmas tres.  
 Betonice, drachmas duas.  
 Acori conditi, drachmas sex.  
 Specierum plereos archontici, drachmas tres.  
 Diambar, } añ drachmam vnam & dimidiam,  
 Diamoschi, }  
 Dianthos, }  
 Sticadis arabicæ, drachmam vnam.  
 Granorum pæoniæ numero sex.  
 Visci querni, scrupulum vnum.  
 Florum tilia feminae, drachmam vnam.  
 Verbasculi odorati, drachmas duas.  
 Seminis coriandri preparati, drachmam vnam.

Serapij è stichade quod satis erit ad excipiendum, & fiat mixtura.

Quantitas  
componendi.

Pondus su-  
menda.

Tempus ex-  
hibitionis.

Solidorum  
vsus.

Solida du-  
plicem.

Orbiculi.

Rotulae.

Morselli.

Lozengia.

Morsuli.

Porrò in componendis eiusmodi electuarijs & mixturis vocatis, nulla certa quantitas præscribi potest, vtpote quæ ex alijs potius huius tertij libri capitibus discenda sit. Tamen vniuersa medicamentorum moles vncias tres, aut summum quatuor, rarò excedere debet: quòd nimirum maior copia ægrotantibus fastidium pariat. Vna vice, magna ex parte, drachma vna cum dimidia, aut drachmae duæ, pro diuersitate affectus, & habitus corporis, dari debent. Præbentur autem diluculo tribus aut quatuor ante prandium horis. Vesperis quoque cubitum ituris, totidem à coena elapsis horis. Cæterum quod ad solidorum quæ ut gratiora sunt gustui, ita minus efficacia, vsus attinet, sciendum, ea hodie duplici forma, rotunda videlicet seu orbiculari, & oblonga confici. Quæ rotundâ formam accipiunt, Latinis Orbiculi, vel placentæ dici possent. Nostræ ætatis medicis Rotulæ, & tabulæ vocantur. Et ea quidem forma hodie omnia in medicorum officinis prostant. Quæ verò oblonga aut quadrata forma effinguntur, medici hodie Morsellos, & barbara voce Lozengias appellant: latinijs fortè Morsulos nominaturi. Ex ijs aliqui sunt æquilateres, alij latiores quàm crassiores, alij in medio crassiores, in extremitatibus tenuiores. Coquitur autem in orbiculis conficiendis saccharum ad exquisitam perfectionem, & deinde ab igne remotum ligneo pistillo agitatur, & species iniiciuntur, ac probe miscentur. Cauendum autem vnicè erit, ne species cito addantur, ne scilicet adurantur, aut vis earundem resoluatur. Ad perfectionem autem coquitur, quum tantisper donec omne aqueum absumptum est. Cuius quidem rei signum est, quando spatula extractum, & violenter in aërem proiectum in floccos instar niuis crassioris abire videtur. Commistis omnibus spatula assidue eiusdem quantitatis saccharum extrahitur, & placentæ modo in tabulam cui farina inspersa est decidens, in orbem concrefcit. Si verò quid in lebete remanens durescit, aqua affusa liquefcit. Rotulæ siue orbiculi concreti sigillatim auferuntur, & farina illis adhærens absterfa, in cribrum conijciuntur, & magis calido in loco desiccantur, & exiccati tandè in ligneis arculis reconduntur. Morsuli parimodo formantur, nisi quod illud quod in lebete coctum est in tabulam superna sui parte humectatam secundum longitudinem effunditur, ligneis quæ tabellis adpositis & vtrinque madefactis cogitur, atque latitudine ac crassitudine morsulorum formatur, qui dissecti in locum sicciorem transponuntur, Qui

Qui hodie medicinam faciunt, vtraque forma componunt e speciebus multorum roborantium Antidotorum, adiectis quibusdam simplicibus affectui congruentibus medicamentis minutissimè tritis, & saccharo in stillaticijs liquoribus conuenientibus dissoluto, ad orbiculorū, aut morsulorum formam redigunt, hoc modo. Coquitur saccharum ad consumptionem liquorum, dein insperguntur pulueres. Massa ex ijs composita ab igne remota, & in planum proiecta secatur in tessellas, quarum singulæ ponderent sesquidrachmam. veluti e sequentibus innotescet formulis, quæ

℞. Specierum diamoschi dulcis, }  
 Diambar, } añ drachmam vnam & dimidiam.  
 Aromatici rosati, }  
 Diacinamomi, } añ drachmam vnam.  
 Plereosarchontici, }  
 Nucis moschatae, } añ scrupulos duos.  
 Macis, }  
 Cubebarum, }  
 Cinamomi drachmam vnam & dimidiam.  
 Caryophyllorum, } añ drachmam vnam.  
 Calami odorati, }  
 Piperis longi, }  
 Lignialoes, scrupulum vnum.  
 Mastiches, drachmam vnam & dimidiam.  
 Zingiberis, scrupulos duos.  
 Cardamomi, drachmam dimidiam.

Cum sacchari candidissimi vncijs sex, dissolutis in liquoribus stillaticijs saluiae & maioranae, quod satis erit: formentur orbiculi, aut morsuli, pro ægro- tantis arbitrio.

## Aliud, quod

℞. Specierum diarrhodon abbatis, } añ drachmam vnam & dimidiam.  
 Diatriosfantalon, }  
 Rosata nouellæ, drachmam dimidiam.  
 Pastillorum espodio, drachmam vnam.  
 Seminum vtriusq; intybi fatiui, } añ scrupulos duos.  
 Cucumeris, }  
 Portulacæ, }  
 Lactucæ, scrupulum vnum.  
 Santala albi, } añ drachmam dimidiam.  
 rubri, }

Cum sacchari albiissimi vncijs tribus dissolutis, in liquoribus stillaticijs castue, & intybi fatiui, fingantur morsuli.

Interdum vbi amissas & admodum imbecillas vires reficere ac restaurare studium est, perdicum & caporum pulpas (sic enim Latini vocant partes animalium carnosiores) item nuces pineas, amygdalas, vuas passas, & id genus alia medicamenta speciebus Antidotorum commiscuntur: iterum, vt antea, adiecto saccharo, in conuenientibus liquoribus diluto, vt ex sequenti rescripto patebit, quod

℞. Pulpæ capi, vnciam vnam.  
 Perdici, vnciam dimidiam.  
 Testiculorum galli, drachmas tres.  
 Nucum pinearum repurgatarum, vnciam vnam & dimidiam.  
 Amygdalarum dulcium, vnciam vnam.

h ij Pista-

Compositio-  
nis solidorum  
ratio.

Pulpæ.

Pistacorum in stillaticio rosarum liquore maceratorū, drachmam vnam & dimidiam.

Seminum quatuor frigidorum maiorum, añ drachmam dimidiam.

Specierum diamargariton, } añ scrupulos duos.  
Dianthon, }

Lætificantis Galeni, drachmam dimidiam.

Plereos archontici, drachmam vnam.

Cinamomi selecti, } añ scrupulum vnum.  
Ligni aloës, }  
Macis, }

Cum saccharo candidissimo, quantum satis erit, in stillaticijs boraginis & echij liquoribus dissoluto, formentur morsuli. Hic nulla certa sacchari quantitas indicata est. Præstat enim in similibus arbitrio pharmacopœi permittere, vt sacchari quantum libuerit adijciat, ne vel friabile planè medicamentum, aut inefficacius, sacchari copia cæterorum vim obruente, reddat. Tempus exhibitionis prædictorum Antidotorum, idem est quod liquidorum. Dant verò vna vice orbiculos duos, aut tres, plus aut minus, pro morbi & corporis ratione. Morsulus quoq; dimidius, aut summum vnus, nisi exiguus admodum fuerit, pro vna vice sufficit. Porro ordinis ratio requirere videtur, vt hoc loco de Tragæis vulgò vocatis confortantibus ageremus: verum vt de omnibus quæ in puluerem rediguntur, vno in loco tractemus, consultius esse nobis visum est, vt ad caput de Pulueribus tragæas reijciamus.

Tempus exhibitionis.

Tragæa roborantes.

#### DE ANTIDOTORVM PUR- gantium vsu.

Caput VI.

Liquidorum vsus.

Antidota purgantia, Græcis καθαρτικά vocata, perinde atq; roborantia, duplici forma effinguntur, & in officinis aseruantur, nempe liquida, & solida. Liquidorum is est vsus. Medici huius ætatis duo, aut plura etiam inuicem commiscunt: eaq; in vino, liquoribus stillaticijs, decoctis, iusculis carniū, aut leguminum, pisorum vel cicerum, aut id genus alijs diluta, bibenda præbent: vt ex sequentibus paradigmatis patet, quæ

I.

℞. Antidoti indi maioris, drachmas tres.  
Diaphœnicôn, drachmas duas.  
Episcopi, drachmam vnam.  
Misceantur.

II.

℞. Antidoti è psyllio, drachmam vnam.  
Succo rosarum, drachmas duas.  
Diaphœnicôn, drachmas tres.  
Liquoris stillaticij intybi satiui latifolij, } añ vnciam vnam.  
Cichorij, }

Boraginis, vnciam dimidiam.

Commixtis omnibus, fiat potio purgatoria.

Præstat autem semper stillaticijs liquoribus admiscere serapium, quod vim eorundem augeat, & gratius ac iucundius reddat medicamentum, in hunc modum:

℞. Antidoti hamech, } añ drachmas duas.  
Diaphœnicôn, }  
Diasenæ solutiui, }

Liquoris



Liquoris stillaticij fumiterræ, } añ vnciam vnam.  
 Origani, }

Serapij de epithymo, vnciam dimidiam.

Misceantur.

Interim prædictis antidotis simplicia quædam medicamenta purgantia, quo validior eorundem reddatur & acuat facultas, adijciuntur: vt sunt, agaricum, rha Indum, barbarum hodie nominatum, turpetum, dacrydium, pastilli Alhandal barbaris vocati, & id genus alia: semper tamen his quæ vehementiam eorundem frangere & remittere possunt additis, vt è subiectis rescriptis abundè innotescet, quæ

℞. Agarici selecti, drachmam vnam.

Zingiberis, scrupulum vnum.

Salis fossilis, scrupulum dimidium.

His omnibus diligenter tritis, adijciantur

Antidoti indi maioris, drachmas duas & dimidiam.

Liquoris stillaticij hyssopi, } añ vnciam vnam.  
 Calaminthæ, }

Oxymelitis scillitici, vnciam dimidiam.

Misceantur.

Aliud:

℞. Turpeti mediocriter triti, drachmam vnam.

Masticis, scrupulum vnum.

Antidoti diaphœnicôn, drachmam vnam & dimidiam.

Decocti vuarum passarum, vncias duas.

Mellis rosacei, vnciam vnam.

Commisceantur.

Aliud:

℞. Medullæ castæ fistularis, drachmas sex.

Antidoti diaphœnicôn, drachmam vnam & dimidiam.

E succo rosarum, drachmam vnam.

Pastillorum alhandal, drachmam dimidiam.

Decocti cichorii, } añ vnciam vnam & dimidiam.  
 Fœniculi, }

Commisceantur: & fiat potio purgatoria.

Sunt qui in frigidis morbis vinum admisceant, vt eo suauior fiat potio. Sic in calidis non raro zulapium violaceum adijcitur, partim vt alteret, partim etiam vt aluum lubricam reddat: quemadmodum è formula sequenti patebit, quæ

℞. Antidoti hamech, drachmas tres.

Diaphœnicôn, drachmas duas.

Catholicôn, drachmas tres.

Vini optimi, vncias duas.

Serapij de epithymo, vnciam dimidiam.

Misceantur.

Aliud:

℞. Antidoti è psyllio, drachmas tres & dimidiam.

Succo rosarum, drachmas duas.

Catholicæ, drachmam vnam & dimidiam.

Serapij acidi simplicis, vncias duas.

Zulapij violacei, vnciam vnam.

Commisceantur.

h iij

Porro

*Modus mi-  
scendorum li-  
quidorum  
purgantium  
medicamen-  
torum.*

*A mitiorib⁹  
purgantibus  
auspicandū.*

*Pondus vsi-  
satum.*

*Purgantia  
medicamen-  
ta nō inconsi-  
deratē dāda.  
2. Apho. 36.  
Ibidē Apho.*

*37.  
Odorata fir-  
mantia stoma-  
chum purgā-  
tibus medica-  
mentis permi-  
scenda.*

*Exhibendi  
tempus.*

*Quid a purga-  
tione facien-  
dum.  
Non dormi-  
endum.*

*Non sudan-  
dum a sum-  
pta purgati-  
one.*

*Antidotū  
purgantium  
olidorum  
vsus.*

Porro in iam dictis liquidis purgantibus. Antidotis commiscendis nullus cer-  
tus modus præscribi potest. Neque enim omnes, eadem etiam medicamenta, con-  
simili sensu percipiunt. Alij namque ob eam quam induit corpus sensuum duriti-  
am, præpotentiora vix sentiunt medicamenta. Alij rursus vel queuis sensu per-  
cipiunt, quemadmodum alij propter fluxam lubricamque meatuum naturam in-  
animitatem, aut cedentis materiae promptitudinem, & instrumentorum mollitiem,  
mediocribus parent purgatorijs medicamentis. Quapropter præstat semper a  
mitioribus medicamentis purgatorijs auspicemur, ut scilicet simul laborantis  
sensus exploretur, simul ut vehementiora tolerare exercitante vsu condiscant  
ægotantes: & si quando validioribus uti oporteat, ne vires labefactent into-  
lerabiliorum medicamentorum transitus. Magna igitur prudentia opus est, ne  
medicus infra quam par sit consistat, aut quod iustum est excedat. Frequenter  
autem hodie de ijs quæ paulo vehementiora sunt Antidotis purgantibus liqui-  
dis drachmas sex, aut paulo plus minusue, pro ætatis, sexus, morbi, anni tempore  
ratione, & pro sumentis viribus propinant. Ex mitioribus, & ijs quæ alium  
leuiter mouent, & quorum vis iecur non facile attingit aut transcendit, adeoque  
sine aliqua perturbatione ac molestia alium exonerat: ut est, Antidotus e pru-  
nis damascenis, e manna, catholica, & similes, plus exhibemus, vnciam nimirum  
interdum integram. Cauendum autem vniuersimodum erit, ne inconsideranter medica-  
menta purgantia vsurpentur. Id quod primum fit, si hæc non nisi egentibus, &  
minimè sanis adhuc existentibus dentur. Nam Hippocrate attestante, qui sano  
sunt corpore, per medicamenta purgati celeriter exoluuntur. & iterum: Qui cor-  
pore sunt commoderato, hos purgare periculosum est. Non rectè etiam vsur-  
pantur, ubi ante humorum morbum efficientium, nisi humores turgeant, con-  
coctionem exhibentur, quod tum dolores, tormina, vertigines, conuulsiones,  
perfrictiones, animi deliquia, & id genus alias noxas inferat. Minus rectè quoque  
illa propinant, qui non adijciunt odorata, quæ medicamentorum purgantium in-  
suauitatem & horrendum odorem retundunt, ac stomachum firmanant. Quum  
enim omnia medicamenta purgantia, sola excepta aloë, stomacho aduersa sint,  
illumque subuertant, atque ei negotium facessant: ut illis permisceantur quæ maliti-  
am eorundem frangant ac corrigant, necesse est. Ad quem vsum mastichem, cina-  
momum, semen anisi, & id genus alia adduntur. Commodissimè autem propi-  
nantur diluculo, ubi scilicet ventriculus ciborum copia non grauat, atque con-  
coctionem eorundem iam perfecit, quemadmodum fusiushæc omnia in nostris  
Institutionibus docuimus. Ab horum sumptione non dormiendum, aut sudan-  
dum. vtrumque enim medicamenti sumpti actionem impedit ac frangit. In somno  
enim medicamentum potum ferè concoquitur, eiusque vis ita frangitur & dissol-  
uitur, ut a remotioribus partibus trahere subindenequeat, ut copiosius Com. 14.  
sect. 4. Aphorismorum monstrauius. Vt non temerè ibidem Hippocrates ita  
scriptum reliquerit: Eum qui veratrum biberit, ad corporis motiones magis,  
ad somnos verò & quietem minus ducere oportet. Et iterum: Quum volueris ut  
veratrum magis ducat, corpus moueto: ubi sistendum esse censueris, somnum in-  
ducito, & haud moueto. Non esse autem sudandum, cuius manifestum est, quum  
sudor sine motu humorum ad exteriora fieri nequeat. Quum autem in purga-  
tione humorum motus ad corporis interiora fiat, sudoris motus qui ad exteriora  
fit, adeoque humorum motui contrarius planè existit, medicamentorum purganti-  
um tractionem remoretur & impediatur, necesse est. Atque hæcenus quis sit liqui-  
dorum vsus indicauimus. Antidota purgantia solida in duplicem formam rediguntur,  
nempe orbicularè, vel triangularè. Pauca verò sub hac forma hodie in me-  
dicorum officinis prostant purgantia medicamenta: nempe Antidotum diaphœ-  
nicon, e succo rosarum, diaturpeti, diacartami, Præstaret autem cætera quoque hæc  
parari

parari forma, quod maximè conduceret ijs qui nō instructas sectum habent officinas. Hac enim forma parata medicamenta in multos dies, adde etiam septimanas, durare possent, quum liquida paucis admodum diebus situm contrahentiā pereant. Vt plurimum autem ea qua sunt parata forma, citra vllius liquoris adiectionē semuncia, aut drach. quinque pondere propinquantur. Interdū prius tusa in iusculo gallinae, galli, aut capri exhibentur. Sunt qui in ijs diluendis etiam iure pisorum, vel ciccerum vtantur. Studendum hac in parte medico erit, vt aegrotanti gratificetur, ne si assumpto medicamento, hunc nauseabundum reddat, illud paulo post vomitu reiciat. Horum nunc formulam vnam & item alteram, propterea eos qui parum adhuc in ijs rescriptis exercitati sunt, & recens ad faciendam medicinam accesserunt, subiiciemus.

*Exhibendū  
modus.*

℞. Antidoti ē succo rosarum solidi, vnciam dimidiam.

Per se detur.

℞. Antidoti diaphoenicōn in tabulis, ita em̄ hodie loquuntur, drachmas sex, Propinetur in iusculo capri.

℞. Rotularum diaturpeti, vnciam dimidiam.

Exhibentur per se, aut cum liquore congruente.

## DE BOLI PURGATORII VSV.

Caput VII.

Inter multas ac varias medicamentorum purgantium, à medicis, propter aegrotantium mollitiem excogitatas formas, vna etiam est, quam Bolum appellant. Non est autem bolus, nisi medicamentorum purgantium frustulum teres, & in sphaerae modum orbiculare rotundumue, elui aptum, mole sua tantum, quantum bucca commodè capere potest. Sunt verò hac voce, & in eadem quidem significatione, vsi optimi Latinae linguae autores: inter quos minimè postremus Terentius Comicus ita alicubi inquit, Crucior bolum tantum mihi creptū subito è faucibus. Graeci hunc, *βλαμὸς κρεῖττομὸς*, nonnulli Latinorum interpretum Aëtij bucceam nominant. A qua vtique voce diminutiuum Buccella deriuatū est. Veteres suas buccellas in clibano, vt ex Aëtio liquet, torrebant, & in panis formam redigebāt. Hodie verò varijs effinguntur modis. Si quidem interdum ex simplicibus tantum medicamentis purgantibus liquore aliquo exceptis conficiuntur, adiecto tamen saccharo: vt è sequenti patebit formula, quae

*Bolus quid.*

*Bucca.*

*Buccella.*

*Bolos cōpō-  
nendū ratio.*

℞. Turpeti, drachmam vnam.

Seminis anisi, } an scrupulum dimidiam.  
Mastiches, }

Sacchari, scrupulos duos,

Cum melle rosaceo quod satis est excipiantur, & fingatur bolus.

Nonnunquam ex Antidotis tantū purgantibus liquidis, nullo alio simplici medicamento adiecto, saccharo exceptis, hunc scilicet in modum parantur.

℞. Antidoti indi maioris, drachmas tres.

Diaphoenicōn, drachmas duas & dimidiam.

Sacchari, quantum ad excipiendas Antidotos satis est, fiat bolus.

Conficiuntur etiam aliquando non ex solis liquidis Antidotis purgantibus sed sacchara vocata certorū simplicium, ad roborandū ventriculū, aliasq̄ corporis principes partes, illis commiscuntur: vt ex hoc apparet rescripto, quod

℞. Medullae caliae fistularis, drachmas sex.

Antidoti ē succo rosarum, drachmas tres & dimidiam.

h iij

Sacchari

Sacchari boraginis, } añ drachmam vnam.  
Echij, }

Formetur buccella purgatoria.

Construuntur etiam interdum boli ex Antidotis purgantibus solidis, adiectis pulueribus & speciebus simplicium quorundam purgantium medicamentorum, non neglectis ijs quæ vehementiam eorundem retundunt, ac malitiam corrigunt, Atq; hæc omnia serapio, aut alio liquore congruente excipiuntur, hoc quidem pacto:

## I.

℞. Pulpæ casia recens extractæ, vnciam vnam.  
Rhabarbari optimi, drachmas duas & dimidiam.  
Sacchari, quod satis est ad excipiendum: fiat bolus.

## II.

℞. Electuarium lenitiui de manna, drachmas sex.  
Diaphenicôn, } añ drachmam dimidiam,  
Specierum hieræ simplicis, }

Cum saccharo fiat bolus purgatorius.

## III.

℞. Florum casia, vnciam vnam.  
Specierum hieræ puræ, drachmam vnam.  
Cum saccharo, quod satis est fingatur bolus.

## IIII.

℞. Diacartami placentarum, drachmas tres.  
Turpeti selecti, drachmam dimidiam.  
Seminis anisi, } añ scrupulum dimidium.  
Mastiches, }

Serapio ex hyssopo excipiantur, & formetur bolus.

## V.

℞. Pulpæ casia, drachmas sex.  
Rheubarbari, drachmam vnam.  
Cum saccharo, quod satis fiat bolus.  
℞. Diacatholicôn, vnciam dimidiam.  
Rhabarbari, drachmam vnam.  
Cum saccharo fiat bolus.

Cæterum in componendis bolis diligentissimè tam simplicium quàm compositorum medicamentorum purgantium pondera sunt expendenda: quod sine horum exquisita notitia vt bolum rectè construamus, fieri non potest. Nam vel plus, vel minus quàm conueniat, ingeramus necesse est, si non cuiusq; medicamenti purgantis pondus cognitum habeamus. Qualia verò sint, libro primo huius Operis exposuimus. hinc igitur eorundem notitia petenda. Cauendum verò vnicè erit, ne vniuersa boli moles duarum vnciarum pondus excedat, quod scilicet maior quantitas vna vice citra fastidium ab ægro deuorari nequeat. Aut si deuorabit, non tamen sine nausea hoc ipsum attentabit, quam subinde facile ventriculi subuersio ac vomitus comitabitur. Hoc loco de Tragæis, seu, vt Nicolaus vocat, Drangæis purgantibus nobis agendum esset. Verùm tractationem de ijs ad caput de Pulueribus reijciemus.

Quantitas  
boli.

Tragæa pur-  
gantes.

## DE DILVTI PURGATORII VSV.

## Caput VIII.

Dilutum  
aut?  
infusio.

**D**ilutum nunc propriè vsurpamus pro liquore, in quo aliquid certo tempore citra elixationem maceratur, Nostræ ætatis medici Infusionem appellant.

pellant. Purgatorium itaq; dilutū in præsentia, est liquor, in quo medicamenta purgantia concisa, trita, vel in puluerem redacta, vel solida etiam, atq; integra macerantur. Tempus verò quo macerantur purgantia medicamenta, non vnū idemq; omnibus statuitur. Interdū enim per horas octo, duodecim, diem, biduum, triduum etiam, pro medicamenti natura, & vario medici scopo & necessitate, vt interim vis eorundem tota in illum liquorem transeat, macerantur. Non autem sola medicamentorum facultas in liquorem abit, sed eius substantiæ etiam portio tenuior. Hinc est, quod dilutū Rha barbari indici vehementius purget, quàm si ipsum per se & citra macerationē propinaretur: quod nimirum crassior eius substantia, & quæ illi inest adstrictoria facultas, in dilutū non transeat, sed in radice maneat. Necessè igitur est, quum amara & acris duntaxat qualitas eius in diluto sit, vt validius tum purget, quod omni sit destitutum adstrictione, qua alius constringi tandem possit. Interdū tamen fieri potest vt crassioris etiam aliquid, præsertim dum quod maceratū est colando valentius exprimitur, aut per rarius colū transmittitur, in dilutū transeat. Colandum igitur, & exprimendum magis aut minus, pro vt plus aut minus purgare, nobis consilium est: & in summa, pro ægri, affectus, & medicamenti natura. Quanto enim medicamenta illa, quibus inest adstrictio, magis exprimentur, tanto minus purgant. Contrà, alia quibus hæc minimè inest, quanto magis exprimentur, tanto magis etiam purgant. Quare quid hac in parte faciendum sit, medicus ex ægrotantis, affectus, & medicamenti natura, vt cōprehensum est, discat oportet. Cæterū macerandi purgatoria medicamenta ratio veteribus parum frequens fuit, ideoq; à recentioribus in diuitū & delicatorum gratiam excogitata. Quorū palato vt planè inseruiant, diluta ipsa quoq; saccharo, & alijs interdum sic condiunt, vt æger se medicamentū haussisse vix sentiat. Quod sanè studium medicorum, nisi metus esset, ne purgantū facultas hac ratione profus sopiretur, non damnandum esset. Est quando vice diluti, iuscule aliquo purgantia medicamenta nodulo ligata incoquimus. Quæ sanè ratio ad decocta magis spectare videtur. In cōponendis autem dilutis, principiò necessè est purgantium medicamentorū modum ac pondus rectè teneat medicus. Maius verò esse pondus macerati medicamenti purgatorij, quàm si per se & in substantia propinatur, nempe duplum ferè libro primo à nobis abundè dictū est. Obseruandum etiam, vt purgantib. medicamentis semper cōmiscantur, quæ eorundem vehementiã refrenare possunt. Tempus quoq; & quantisper sint maceranda, vt exprimat necesse est. Quod quantum esse debeat, paulo antè diximus. Vbi verò tempus ad macerandum sufficiens, & à medico præscriptū abierit, atq; medicamenta satis iam macerata sunt, colantur: ac validè ( præsertim cum vt plus purgent nobis consilium est ) exprimentur. Quo peracto, Antidota purgantia liquida, expresso liquori additis serapijs congruentibus, quo suauior fiat potio, commiscantur, ad eum quem sequentiã rescripta præscribunt modum.

Formula vbi per se sumitur leniens.

℞. Rhabarbari, drachmam vnam.

Serapij è rosis solutiui, vncias duas.

Misceantur.

I.

℞. Rhabarbari Indici selecti, drachmas tres.

Agarici albi, drachmam vnam & dimidiam.

Spicæ nardi, drachmam vnam.

Zingiberis, scrupulum vnum.

Concidantur singula minutatim, & macerentur in liquoribus stillaticijs

Intybi

*Macerandi  
tempus.*

*Dilutum  
Rha barbari  
indici vehe-  
menter pur-  
gat.*

*Macerandi  
purgatoria  
ratio à recentioribus ex-  
cogitata.*

*Dilutorum  
componendo-  
rum ratio.*

Intybi fatiui latifolij,  
 Cassuthæ,  
 Boraginis, } añvnciam vnam.

Durent in ijs per horas duodecim: dein in linteolum mundum cōiecta, validè exprimantur, & colentur: adiecta q̄ serapij ex Intybo fatiuo latifolio semuncia, fiat potio.

## II.

℞. Rheibarbari selecti, drachmas duas,  
 Spicæ, scrupulum vnum.  
 Agarici in pastillos redacti, scrupulos duos.  
 Zingiberis, scrupulum dimidium.

Concisa macerentur horis octo, in liquoribus stillaticijs intybi fatiui latifolij, vncias duas.

Apij, vnciam vnam.  
 Vini optimi, vnciam vnam & dimidiam.

Postea probè exprimantur & colentur: adijciantur q̄

Antidoti è succo rosarum, drachmam vnam,  
 Diaphœnicôn, drachmas duas,  
 Fiat potio purgatoria.

## III.

℞. Agarici optimi, drachmas duas.  
 Zingiberis, scrupulum vnum.  
 Salis fossilis, grana duo.

Trita hæc omnia macerantur horis duodecim in  
 Vini albi odori,

Liquoris stillaticij absinthij, añ vnciam vnam,  
 Fœniculi, vnciam vnam.

Exprimantur subindè, & colentur: adijciantur q̄  
 Antidoti indi maioris, drachmas duas & dimidiam.  
 Oxymelitis scillitici, vnciam dimidiam.

Fiat potio.

## IIII.

℞. Turpeti selecti, drachmam vnam, & dimidiam.  
 Mastiches, scrupulum vnum.

Trita macerantur horis octo in vini odoriferi vncijs tribus, Dein probè exprimantur, & per colum trañciantur, adijciantur q̄

Antidoti indi, drachmas tres.  
 Mellis rosacei, vnciam dimidiam.

Commisceantur omnia, & fiat potio purgatoria.

## V.

℞. Myrobalanorum flauorum, drachmas duas.

Seminis anisi,  
 Spicæ, } añ scrupulum dimidium.

Trita macerantur diu noctuq̄ in decocti passarum vuarum vncijs tribus, postea validè exprimuntur: & adijciuntur

Antidoti è succo rosarum, drachmas duas.  
 Eprunis damascenis purgatorij, drachmas tres & dimidiam.

Zulapij violacei, vnciam dimidiam.  
 Miscentur, & fit potio.

Atq̄ hætenus solennes ac consuetas omnium ferè quæ macerantur medicamentorum purgantium formulas recensuimus, Sunt tamen qui pro humorum

rum

rum in corpore redundantiū diuersitate, peculiaria decocta pro purgantibus medicamentis macerandis cōficiunt. Verbi gratia, vbi sanguis plus iusto auctus incaluerit, decoctum ē prunis, myxis, ziziphis, oxyphœnicis, & id genus alijs fructibus adiectis quatuor seminibus frigidis adornant. Sin pituita exuperat, ē seminibus atq; radicibus quæ obstructiones tollunt, crassosq; humores incidunt, decoctum parant, cuius exemplum infra in capite de Decoctis recitabimus. Si flaua bilis exundare cœperit, ē violis, intybis, lactuca, & eiusmodi quæ feruorem bilis obtundere valent, decocta faciunt. Quæ quidem ratio quum sit parum, vt diximus, vsitata, ideo eius vnicum duntaxat exemplum subijciemus.

*Peculiaris diluti componendi ratio.*

## VI.

℞. Ficum, numero decem.

Vuarum passarum purgatarum, vnciam vnam.

Glycyrrhizæ repurgatæ, vnciam dimidiam.

Myxarum, } añ numero septem.

Ziziphorum, }

Cinamomi selecti, scrupulum vnum.

Intybi fatiui vtriusq; } añ Manipulum vnum.

Violarum, }

Rosarum, }

Seminum quatuor frigidorum maiorum, añ drachmam vnam.

Coquantur tantisper in aqua iustæ quantitatis, dum medieta relinquantur.

Deinde in decocti huius per colum transfusi vncijs tribus macerentur per noctem,

Rhei barbari, drachmas tres.

Spicæ, drachmam vnam.

Rosæ validè expressis, & per colum transmisis, addatur semuncia Zulapij violacei, & fiat potio.

## DE CATAPOTIORVM VSV.

## Caput IX.

Qum propemodum omnes purgantium medicamentorum hodie vsitata formas hæctenus exposuerimus, vt de catapotijs etiam, quod illorum vsus hac ætate frequentissimus sit, agamus necesse est. Porrò *καταπότιον* Græcis medicamentum est, quod integrum deglutitur, à *καταπίω*, quod deglutire significat, ita dictum: Latinis à parua pilæ similitudine, & figura quam referunt, Pilulæ nominantur. Catapotia verò vt facilius ab ægrotis deuorentur, & vt moram in ventriculo longiorem agant, atq; à remotioribus in ipsum & intestina humores vacuandos attrahant, à medicis sunt excogitata. Massa enim durior, qualis est catapotiorum, ægrius à ventriculo comminuitur: ob idq; tardius agit. Liquida verò contra confestim vacuant, & simul vacuantur. Sunt etiam inuenta, vt simul deuorentur, ne suo ingrato sapore linguam vitient, & ne ventriculum per se satis humidum, nouo humoris genere degrauemus. Quia verò fieri non potest, vt tam celeriter deglutiantur, quin aliquid in suauitatis post se relinquunt: ideo folijs auri, carne fructuum, vel alio quopiam simili interiecta, vel in cinamomi, aut similibus rerum odoratarum pulueribus volutata exhibentur. Caterum quæ citò agere volumus catapotia, damus admodum mollia, præcipue quibus imbecillus est ventriculi calor, ideoq; illa liquore aliquo, aut melle emolliuntur. Quæ diu seruanda sunt, ea non ex solo stillaticio liquore, aut solo succo formari debent, quòd citius siccantur, vel situm contrahant: nec vires simplicium cohibent, sed serapijs actionem eorundem iuuantibus, vel alio, & glutinoso & iucundo humore formentur.

*Catapotium.*

*Pilula.*

*Catapotia cur excogitata.*

Qui

*Catapotiorum  
in quantitate  
differentia.*

Qui hodie medicinam faciunt, catapotiorum triplicem in quantitate differentiam statuunt. Quaedam enim ceteris maiora effingunt, ut scilicet diutius in ventriculo morata, validius ad se noxios humores trahant. Eiusmodi sunt, quae caput potissimum expurgant, ideoque ab hisdem Capitalia nominantur. Nonnulla minima, cum alijs collata, fingunt, ut nimirum ocyus in ventriculo dissolvantur, permutenturque. Atque haec quidem ventriculum magis confortant, minusque purgant. Eius generis sunt aromatica, siue alephangina: & pestilentialia, seu Ruffi vocata. Aliqua mediocri quantitate formantur, ut sunt cetera ferè omnia catapotia. Tempus exhibendorum catapotiorum fortium, & potentius à

*Exhibendi  
tempus.*

toto corpore trahentium, idem quod aliorum medicamentorum purgantium, nempe matutinum, esse debet. Hoc enim tempore natura, quae cibum uniuersum probe iam concoxit, medicamento in humorum expulsionem administratur. Alijs verò temporibus circa ciborum concoctionem occupata, medicamentorum actionem iuuare non potest. Quapropter medicamentum naturae auxilio destitutum, minus vacuat. Alimentum praeterea, naturae actionem inter-

*Error medicorum nostri  
temporis  
damnatus.*

turbans, corrumpit, adeoque non contemnendam noxam infert. Damnanda igitur modis omnibus nostri seculi medicorum consuetudo venit, qui vesperi duabus aut tribus à coena horis maiora catapotia, minora verò totidè ante coenam horis sumenda esse praecipunt. Nam haec non solum rationi iam expositae, sed & veterum auctoritati aduersatur. Ex multis autem vnum produxisse

Paulum, satis sit, qui lib. 7. ca. 4. ita ea de re scriptum reliquit: Qui vesperi medicamentum purgans exhibent, aut à cibo, noxam inferunt: quippe alimentum

corrumpit, humoremque minus vacuat. Hortor itaque amantes veritatis, ut à deterrima, & non sine magno errore introducta consuetudine recedant, nec cum multis errare subinde pergant. Non latet autem, quosdam hoc loco Galeni auctoritatem nobis opponere, ut qui lib. 14. Ther. methodi, cap. 8. pilulas ex aloë, colocynthide & scammonia cuidam aegrotanti tumore linguae laboranti exhibuerit. Verum si historiae huius uniuersas circumstantias expendant, nihil illorum erroris patrocinari Galenum experientur. Nam etsi vesperi dedit, tamè ieiunio adhuc dedisse constat. Morbus namque, quo ille laborauit, acutus fuit, ideoque tenuè victus ratione requisit: ut verisimile sit, illum nihil comedisse. Et Galeni temporibus tam exquisita victus ratio, sanorum etiam erat, ut in coena nihil sumerent, aut saltem exiguo cibo vterentur. Praeterea à prandij tempore usque ad vespertinum satis spacij fuit, in quo exquisitè cibum illum, quem sumpsit, pro huius aetatis more exiguum, concoquere exquisitè potuit. Denique si idem paulo ante pilularum exhibitionem aliquid cibi sumpsisset, haud dubie Galenus silentio minimè transisset. Proinde vana spe lactantur, qui ex hoc loco sui erroris patrocinium querere se posse putant. Nec temerè à nobis dictum est, catapotiorum fortium. Nam praedicta exhibendi ratio non in omnibus catapotijs seruanda erit. Est enim ubi ventrem totum inferiorem, ventriculum, & primas venas leuiter exonerare consilium est, & nauseabundum stomachum roborare. Quare tum catapotijs leuibus utendum, qualia sunt aromatica dicta, Ruffi, mastichina, ex aloë, & quae ante cibum à consueto utendi tempore à nonnullis hodie nuncupantur. Haec enim hora una ante epulas, aut etiam post exhibentur, tuncque parua quantitate sumpta, abundè purgant, vnaque potum & cibum absque noxa deturbant. Quod profecto vacationis genus in primis ventriculo magna copia pituitae referto conducit. Quippe redundans humor tunicis ventriculis adhaerens facile tum eluitur, & medicamenti vis in partis substantiam ad vires reficiendas promptissimè penetrat, qui sanè est praecipuus instituti scopus. Reliquum catapotiorum genus, consuetum exhibendi tempus non mutat, & matutinis horis cum ceteris purgantibus medicamentis deuorandum

*Obiectio diluitur.*

propri-



propinatur. Sub matutina verò hora complectimur etiam mediã noctem, modo qui assumpturi sunt catapotia leuissimè cœnarint, & id quod post primum somnum est tempus. Componendorum Catapotiorum ratio hodie vsitata eius modi est. Aliquot catapotiorum genera, tria nimirum, plura aut pauciora, inter se commiscet, & rarò vnus generis catapotijs vtuntur. Addunt ferè semper, quod illorum vehementiam augere potest, verbì gratia, aloën, dacrydium, agaricum in pastilli formã redactum, & eum qui Arabibus Alhandal dicitur. Hæc omnia subinde tusa in mortario, cum stillaticio aliquo succo, vel liquore, aut serapio conueniente, in catapotiorum formam iterum cogunt: & ea subinde cinamomo, vel auro obuoluunt, vt minori negotio deuorentur, vt etiam paulo supra diximus. Vt facilius deuorentur prunorum aut pomorum pulpa inuolui possunt, vt & pane azymo vino molliter perfuso. Alexander Trallianus ex ouo forberi præcipit. Nullo etiam negotio serapio aliquo, verbì gratia, rosaceo solutiuo illita deglutiuntur. quod aliquot rescriptis palàm faciemus, vt instar illorum alia condi queant.

Componendorum catapotiorum ratio.

## I.

℞. Pilularum alephanginarum,  
Aggregatiuarum, } añ scrupulum vnum,  
E hiera simplici,

Aloës optimæ, scrupulum dimidium.

Dacrydij, grana duo.

Cum stillaticio fœniculi liquore fingantur pilulæ duodecim, & in cinamomi puluere voluentur.

## II.

℞. Catapotiorum ex agarico,  
Stomachicorum, } añ drachmam dimidiã.

Agarici, in pastillos redacti, scrupulum dimidium.

Dacrydij, grana tria.

Cum stillaticio hyssopi liquore, formentur catapotia nouem.

## III.

℞. Pilularum azaïareth, scrupulos duos.

Lucis maiorum, scrupulum vnum.

Sine quibus esse nolo, scrupulum dimidium.

Pastillorum alhandal, grana quatuor.

Mastiches, grana duo.

Cum stillaticio liquore eufrafiæ, fingantur pilulæ vndecim.

Interdum catapotijs compositis simplicia quedam medicamenta purgantia, adiectis etiam ijs quæ vehementiam eorundem corrigunt ac frangunt, addere solent: hunc quidem in modum.

℞. Pilularum cochiarum, scrupulos duos.

Azaïareth, } añ drachmam dimidiã,  
De hiera composita,

Agarici in pastillos digesti, scrupulos duos.

Myrobalanorum cepulorum, scrupulum vnum.

Mastiches, scrupulum dimidium.

Turpeti selecti, scrupulum vnum.

Seminis anisi, scrupulum dimidium.

Granorum pœoniæ, numero tria.

Stichadis, scrupulum vnum.

Castorij, grana tria.

i

Cum

Cum serapio estichade formentur catapotia ex vna drachma septem, auroque tecta deglutiantur.

*Pondus exhibitionis.*

Pondus exhibitionis catapotiorum magna ex parte drachma vnus pondus non excedit. Licet tamen interdum plus, nonnunquam etiam minus, quanquam raro, pro corporum & naturarum diuersitate, exhibere. Reliqua illis cum ceteris purgantibus medicamentis communia sunt.

DE VSV EORVM QVAE VOMITUM ELICIUNT.

Caput X.

*Vomitum cientium differentia triplex. Leuia. Mediocria.*

*Vehementia.*

**M**edicamentorum, vomitum cientium, triplex est differentia. Quaedam enim leuiter admodum vomitum mouent. In quorum numero sunt, aqua calida, & hordei decoctum, pota: item ficuum multa comestio, Aescopici illius ferui exemplo: oleum, primis digitis eo tinctis, faucibusque immisis ac intrulis, ingestum. Praeterea serapium acidum, oxymel, & aqua mulsa. Alia mediocriter vomitum cient: vt sunt, anethi flos & semen, rapi item, atriplicis, & crucae semina. Denique raphani radix cortex praesertim eius, & semen, betonicae narcissi, & cucumeris satiuu radices. Nonnulla sunt, quae cum vehementia vomitum eliciunt: veluti, uterque elleborus, cucumeris syluestris radix, sesamoïdes, daphnoïdis folia, sparti flores, semina & filiquae: nux item vomica appellata, & id genus alia. De his omnibus tribus generibus paradigma & exempla subiiciemus.

Leue:

℞. Decocti hordei, vncias duas & dimidiam.  
Olei communis,  
Oxymelitis simplicis, } añ vnciam vnam,

Commixtis omnibus, fiat potio.

Mediocre:

℞. Florum anethi,  
Atriplicis, } añ Manipulum vnum.

Seminis raphani, drachmam vnam.

Rapi, drachmam dimidiam.

Radicis betonicae, drachmam vnam & dimidiam.

Hysopii, Manipulum dimidium.

Coquantur singula in aqua iustae quantitatis ad tertias, dein colo transfundantur: &

℞. Decocti colo transfusi, vncias quatuor.

Oxymelitis simplicis, vncias duas.

Commixtis omnibus, fiat potio.

Vehementia:

Qui validiora medicamenta, potissimum elleborum, sumpturi sunt, ij diebus aliquot incidentia, tergentiaque praesumere debent. Eosdem quoque exilem cibum praesumpsisse iuuat. Corpus etiam lauacro, & quiete humectandum. Id quod maxime faciendum, vbi strangulatus suspicio metusue imminet, aut imbecillitas subest. Munitis enim alio cibo corporibus, vomitus nihil periculi minatur. Vehementis vomitorij hoc adijcere rescriptum volumus:

℞. Atriplicis,  
Asari, } añ Manipulum vnum.

Seminis genistae,  
Sesamoïdis maioris, } añ drachmam vnam,

Bulbi vomitorij, drachmam dimidiam,

Radicis

Radiciſ ellebori albi, ſcrupulum vnum.

Coquantur in aqua iuſtæ quantitatis ad tertias, dein colentur.

℞. Decocti colo transfuſi, vncias tres & dimidiam.

Oxymelitis ſcillitici, vncias duas & dimidiam,

Miſceantur.

Potiones, quæ vomitus ciendi gratia bibuntur, tepidæ affatim ſumendæ ſunt: ita enim ad concitandum vomitum magis ſunt efficaces. Immittenda etiam interdum penna oleo intincta in gulam, ad irritandam expultricem facultatem. Quæ mediocriter vomitum eliciunt medicamenta, ieiunis etiã propinari poſſunt. Ellebori præparationem, ſi quis eo ſolo vti velit, oſtendimus Sectione 4. Aphoriſ. com. 13. Meſura decocti vomitorij ſint vnc. quatuor cum vncijs duabus oxymelitis.

## DE SACCHARORVM ET CONDITORVM Vſu.

### Caput XI.

Solenne eſt hoc tempore, vt ſtirpium flores & alia complurima ad dulcorationem & conſervationem ſaccharo vel melle condiantur: id quod non temerè, quod hæc conditura ars ægrotis magnum momentum affert, dum eo inuento medicamenta aliò qui per ſe fatiſtidiſſima, ita condulantur, vt ſtomacho & palato grata ſint, aut etiã in plures annos integra, & veluti recentia durent. Sic hodie flores ſtirpium multarum ſaccharo condiuntur, & ob id flores ſaccharati rectiſſimè appellarentur, verbi gratia, violæ, vel roſæ ſaccharatæ. Tamen vſus obtinuit vt Sacchara, & conſerua magis violarum, roſarumque nominentur. Cæterum olim non tantum ex floribus, verum etiam eſt ſtirpium ſuccis conficiebantur: quemadmodum ex Actuario, recentiore Græcorum ſcriptore, abundè liquet: qui loſacchar, id eſt, violaceum ſaccharum, ex violarum ſucco & ſaccharo factitatum medicamentum eſſe, memoriæ prodidit. Conditum quoque voce hodie aliter, ac olim, vtuntur medici. Veteribus enim conditum erat, quod ex aromatibus, & alijs odoriferis medicamentis vino & melle incoctis parabatur, quale eſt conditum calculos frangens Pauli, & conditum Oribanij ad calculum in veſica conterendum, & conditum aliud piperatum. Hodie verò Condita appellantur medicamenta, quæ ſaccharo vel melle, vel vtroque condiuntur & dulcorantur, vt gula & ſtomacho, vt dictum eſt, ſint grata, & diu integra ſeruari poſſint, & recentibus proxima. Condiuntur autem hodie maximè fructus, radices, & ſemina. Et Conditum nomen recentiores ad ea etiam medicamenta referunt, quorum ſemina & radices ſaccharo teguntur & incruſtantur. Sic ſemina coriandri, aniſi, fœniculi, carei, & alia: item pimpinellæ radices ſaccharo tectas & incruſtatas, Conditas hodie vocamus, quæ magis propriè fortè Bellaria & Tragemata dicerentur. Porrò quod ad vſum ſaccharorum & conditorum attinet, ſciendum, interdum per ſe, citra aliorum medicamentorum acceſſionem, in vſum vocari. Nonnunquam eis permilcentur Antidota, quæ certis corporis partibus robur addunt, adiectis eorundem ſpeciebus, & paſtillis congruentibus: item medicamentis alijs ſimplicibus eiufdem facultatis, & ſerapio aliquo excipiuntur: vt eſt ſequentibus formulis patebit. Sic parata enim medicamenta quæ mediæ ſint conſiſtentia, neque fluida nimis, neque dura & ſicca, facile ægroti palatum alliciunt: conſeruis iſtis plerumque largiore humore diffluentibus, & pulueribus ſeu ſpeciebus, aut antidotiſ moleſta ſoliditate præditis.

I.

i ſj

℞. Sacchari

Sumendæ ratio.

Flores ſaccharati.

Conſerua.

Conditum.

Saccharorum & conditorum vſus.

℞. Sacchari rosacei veteris, } añ vnciam vnam & dimidiam.  
 Diacotoneon sine speciebus, }  
 Diatrion fantalon, vnciam vnam.  
 Pastillorum è spodio, } añ drachmam vnam & dimidiam.  
 Terralemnia, }  
 Radicis symphyti maioris, drachmam vnam.  
 Bistortæ, drachmam dimidiam.  
 Balauftiorum, } añ scrupulos duos.  
 Boli armenij, }  
 Sanguinis draconis, }

Serapij myrtini, quantum ad excipiendum satis erit.

## II.

℞. Sacchari florum betonicæ, } añ drachmas tres.  
 Lauandulæ, }  
 Rosmarini, }  
 Maioranae, } añ drachmas duas & dimidiam.  
 Saluiæ, }  
 Pæoniae, }  
 Antidoti diambaris, vnciam dimidiam.  
 Acori conditi, drachmas septem.  
 Corticum myrobalanorum, cepulorum conditorum, vnciam vnam.  
 Zingiberis conditi, drachmas tres.  
 Specierum dianthos, } añ drachmam vnam.  
 Diamoschi dulcis, }  
 Aromatici rosacei, }

Serapij è stichade, quod ad excipiendum sufficiet.

## III.

℞. Conferuæ cichorii, }  
 Betonicæ, } añ vnciam vnam.  
 Saluiæ, }  
 Zingiberis conditi, } añ vnciam dimidiam.  
 Radicis pimpinellæ conditæ, }  
 Specierum dialachæ, } añ drachmam vnam.  
 Diatrion pipereon, }  
 Dianisi, }

Serapij ex Eupatorio, quantum ad excipiendum satis erit.

Adeorum rescriptorum exempla, infinita alia strui possunt: quapropter ad aliorum vsum indicandum progrediemur.

## DE ECLEGMATVM VSV.

## Caput XII.

ἐκλέγματα.

Linctus.

Loch.

Vsus eclegmaticum.

GRÆCIS ἐκλέγματα, & ἐλέγματα, & ἐκλετὰ, medicamenta sunt, quæ linguntur & lambuntur verius quàm deuorantur ac si dicas lingibilia, & retenta in ore, aut linguæ subdita, paulatim liquefcunt, tabescunt uè. Latinis linctus, & eclegmata appellantur. Nostræ ætatis medicis Mauritanam sectantibus medicinam, Loch vel Lohoc nominantur. Est autem medicamentum ad thoracis & pulmonis vitia efficax, & ad pituitæ in thoracem effluxum educendum idoneum. Porrò quotidianus vsus obtinuit, vt eiusmodi Loch inuicem commisceantur. Quanquam interdum etiã per se citra reliquorum accessionem sumuntur. His igitur alia quedam tum simplicia, tum composita medicamenta, pulmonis

monis & thoracis vitijs conuenientia permiscetur: vt est, diatragacanthes antidotum, diapenidiôn, pastilli pectorales appellati, catapotia bechica dicta, succus glycyrrhizæ, tragacantha, saccharum candefactum, gummi arabicum, & id genus alia tenacia, vt diutius in pulmone & thorace retenta, actionem suam exerere possint. Item Conseruæ appellatæ, antidota roborantia, cum eorundem speciebus, vt è subiectis patebit formulis.

## I.

℞. Ecligmatis sani & experti, drachmas duas.  
 E scilla, drachmam vnam.  
 E pineis nucibus, } añ drachmas duas & dimidiam.  
 Pulmone vulpis, }  
 Diapenidiôn, } añ vnciam dimidiam.  
 Diatragacanthes, }  
 Specierum diaireos, drachmam vnam & dimidiam.  
 Pastillorum pectoralium, drachmas tres.  
 Succu glycyrrhizæ, drachmam vnam & dimidiam.  
 Radicum inulæ, scrupulos duos.  
 Ari, scrupulum vnum.

Serapij è marrubio, quantum ad excipiendum fatis est.

## II.

℞. Sacchari violacei, } añ vnciam dimidiam.  
 Nymphææ, }  
 Rosacci, }

Boraginis, } añ drachmas tres.  
 Cichorij, }

Diarrhodôn abbatis, vnciam vnam.

Ecligmatis de papauere, drachmas tres.

Specierum diatriôn fantalôn, drachmam vnam & dimidiam.

Tragacanthes, drachmam vnam.

Zulapij violacei, quantum ad excipiendum sufficit.

Exhibentur quouis tempore ante & post cibum sumptum, nucis auellanæ, *Exhibitionis*  
 aut fabæ quantitate. Potissimum autem diluculo & vesperi. Præstat, vt ponde- *tempus.*  
 re vnus vnciæ lambendo sumantur. Detinentur in ore, donec sua sponte lique-  
 scant, atq; adeò paulatim descendant, & per asperam arteriam ad pulmonem &  
 thoracem perueniant. Proinde quum crassum & lentum pus, aut similis pituita  
 ex thorace aut pulmonibus educenda est, ecligmataliquore multo ad rem præ-  
 sentem idoneo sunt diluenda.

## DE ZVLAPIORVM VSV.

## Caput XIII.

**A**ctuarius & alij recentiores Græci, barbara quidè voce *Ζελάπιον* vel *Ζελοπιον* *Zulapium.*  
 appellant id medicamentum, quod alij Iulapium, alij Iulebum siue Iule- *Iulebum.*  
 pum nominant. Fit autem è stillaticio liquore, vel rectius è succis cum saccharo  
 coctis. Saccharū enim succos à putrefactione conseruat. Seplastarij à legitima *Seplastariorū*  
 componendi Zulapiorum ratione, auaritiæ stimulis agitati, recedunt, vt copi- *auaritia.*  
 osius libro secundo huius Operis diximus. Nam vt horum componendorum  
 rationem hic doceamus, non est necesse, quòd id ipsum loco iam citato præsti-  
 terimus. Cæterum in Zulapiorum vsu hodie quidam religiose obseruant, vt *Vsus Zula-*  
 simplo Zulapiorum ponderi, stillaticiorum liquorum quadruplum responde- *piorum.*  
 at. Quod fit in ijs Zulapijs qui non coquuntur, de quorum compositione hic  
 i iij agimus.

agimus. Verbi gratia, si Zulapiorum pondus sit uncias tres, liquorum stillaticiorum esse debent uncias duodecim, ut è sequenti manifestum sit formula, quæ

℞. Zulapij violacei, } añ unciam vnam & dimidiam.  
Rosacei, }

Liquorum stillaticiorum intybi fatiui, }  
Oxalidis, } añ uncias tres.  
Boraginis, }

Commisceantur inuicem, ac fiat potus.

*Actuarius.*

Actuarius, inter Græcos non contemnendæ autoritatis scriptor, ex varijs simplicibus medicamentis zulapia componit, non ut hodie fit, ex vno duntaxat & aqua. Ad quam utiq; componendi rationem respicere videntur, qui zulapijs admiscent serapia, stillaticios liquores, odorata, & species: ut è subiectis re scriptis omnibus innotescet, quæ

I.

℞. Zulapij violacei, } añ unciam vnam.  
Serapij è glycyrrhiza, }

Decocti hordeacei, uncias tres.

Cinamomi, unciam vnam.

Stillaticiorum liquorum tusilaginis, } añ uncias duas.  
Scabiosæ, }

Commixtis omnibus fiat potio, qua ad esculenta vtatur æger.

II.

℞. Serapij è mentha, unciam vnam.

Ex eupatorio, unciam vnam & dimidiam.

Hyssopo, unciam dimidiam.

Liquorum stillaticiorum origani, } añ uncias quatuor.  
Menthæ, }  
Buglosi, }

Cinamomi selecti, } añ scrupulos duos.  
Caryophyllorum, }

Specierum aromatici rosacei, drachmam dimidiam.

Diambar, scrupulos duos.

Commisceantur singula, & fiat potio.

Vfus prioris potionis in febribus esse potest, & alijs calidis morbis, ubi vini vices, quo tum abstinendum est ægris, supplet. Alterius in frigidis, tussi præfertim, vfus esse potest.

DE SVCCORVM MEDICATORVM VSV.

Caput XIII.

*Succi medicati.*

*Rob.*

*Mina.*

*Sapa.*

*Σημιμα.*

*σικαριον.*

**S**VCCOS medicatos cum Actuario ipso vocamus eos, qui primò purgantur, & defecantur: dein verò solis aut ignis calore sic densantur, ut longiore citra corruptionem tempore asseruari valeant. Arabes, & nostri temporis medici, Rob & Robub appellant. Ex quorum etiam numero est is quoq; quem barbara voce Miuam vocant. Sic autem nominant succum fructuum, eo vsq; decoctum, ut sapa aut mellis consistentiam accipiat. Sapa verò non est nisi mustum ad tertiam partem decoctum. Græcis *Σημιμα*, & *σικαριον* dicitur. Sapa calefacit, dolores mitigat, quia rosionis expers est, discutit, & concoquit. Magnam quoq; saporis gratiam ad intinctus habet. Nutrit, & aluum lenit. Quòd si verò ad dimidiam

Etiam partem per decoctionem mustum redactū fuerit, Defrutum Latinis nuncupatur. Vbi verò tertia deperdita, duæ partes remanserint, Caranum vocatur. Succis autem medicatis sic hodie vtuntur medici in suis rescriptis. Commiscent illos roborantibus antidotis tum liquidis, tum solidis: item saccharis, adiectis aliq̄ medicamentis simplicibus idoneis, serapio aliquo exceptis, quemadmodum sequens formula perspicue demonstrat, quæ

℞. Succī medicatī ē ribes, }  
 Diamoron, } añ vnciam dimidiā.  
 Hydromalōn, }  
 Diacotoneon sine speciebus, drachmas sex.  
 Sacchari rosacei veteris, vnciam vnam.  
 Radicis symphyti maioris, } añ drachmam dimidiā.  
 Bistortæ, }  
 Boli armenij, }  
 Balaustrorum, } añ scrupulum dimidium.  
 Sanguinis draconis, }  
 Pastillorum ē spodio, } añ drachmam vnam.  
 Terra lemnia, }

His quibus opus est, in puluerem redactis, singula commisceantur: & cum Serapio myrtino, quantum sufficit, ad mellis consistentiam coeant. Sunt qui succos medicatos cum stillaticijs liquoribus instar Serapiorum, de quorum vsu sequenti capite dicemus, permisceant: vt è sequenti paradigmate patebit, quod

℞. Succī medicatī ē berberis, vnciam vnam.  
 Hydromali simplicis, } añ drachmas tres & dimidiā,  
 Diacaryōn, }  
 Liquoris stillaticij plantaginis, } añ vnciam vnam.  
 Oxalidis, }  
 Fragorum, }  
 Misceantur, fiat potio.

Vt imur autem illis perinde atq̄ conseruis & serapijs, tum potissimum, vbi adstrictionis nobis incumbit necessitas.

## DE SERAPIORVM VSV.

## Caput XV.

Serapium vocat Actuarius, compositionem eam, quam hodie voce altissima *Serapium* gis vsitata Syrupum nominant. Sic verò appellant succos vel medicamenta, cum melle vel saccharo, vel vtroq̄ simul, donec concreuerint, & iustam consistentiam consequantur, decocta. Qui hodie faciunt medicinā, in breue & longum (sic enim loquuntur) digerunt serapium. Breue, quod parum aquei in se humoris habet, appellat: alioq̄ nomine comune vocant. Longum, id est, aquo- *Breue, siue commune.* sum, q̄d ad perfectionem non sit coctus, & humoris aquei in se multum contineat, esse dicunt: alioq̄ nomine Decoctum nuncupant. Differt itaq̄ Serapium *Longum.* propriè dictum à decocto duratione, consistentia & suauitate. Serapium enim probè coctum vltra annum etiam interdū citra corruptionem durat, & efficax existit: decoctū verò vix vltra septimū diem seruari potest quin corrumpatur. Præterea Serapium ad iustam spissitudinem decoquitur: decoctum verò, quod plus aquei humoris retineat, nequaquā. Deniq̄ serapium plus sacchari aut mellis q̄ decoctum accipit, ideoq̄ suauius & gustui gratius est. Porro in serapijs *Decoctum.*

*Miscendorū  
serapiorum  
ratio.*

commiscendis omnes propemodum hodie medici hunc obseruant morem, vt ea cum stillaticijs liquoribus idoneis ac conuenientibus permisceant, ac ita potanda prebeant. Et in ijs confundendis religiose admodum obseruant, vt sit dupla liquorum stillaticiorum ad simplam serapiorum mensura, quemadmodum e sequentibus formulis luculenter admodum apparebit. Tamen licebit interdum, ita postulante & ægri, & morbi natura, plus aut minus de serapijs & aquis stillaticijs exhibere. Parum serapiorum, & multum stillaticiorum liquorum, vbi sitis vrget & infestat. Plus serapiorum, minus stillaticiorum liquorum, vbi quæ in ventriculo, & alijs vicinioribus sunt partibus, alterare consiliū est. Nunc paradigmata subijciemus, quorum

## I.

℞. Serapij violacei, vnciam vnam.  
Intybi fatiui, vnciam dimidiam.  
Liquoris stillaticij cichorij,  
Intybi fatiui latifolij, } añ vnciam vnam.  
Borraginis, }

Misceantur.

## II.

℞. Mellis rosacei colati,  
Oxymelitis simplicis, } añ vnciam dimidiam.  
Serapij calamintha,  
Liquorum stillaticiorum hyssopi,  
Calaminthæ, } añ vnciam vnam.  
Fœniculi, }

Commisceantur.

## III.

℞. Serapij mentha, vnciam vnam.  
Hydromali compositi, vnciam dimidiam.  
Liquoris stillaticij absinthij, vncias duas,  
Menthæ, vnciam dimidiam.  
Misceantur.

*Exhibitionis  
tempus.*

Atq; hæc breuium nominatorum serapiorum commiscendi ratio est. Quo autem pacto longa sint construenda serapia, sequenti capite dilucidè explicabitur. Exhibentur frequenter appetente diluculo serapia, antea quidem igne, aut feruente aqua, instar aliorum liquidorum medicamentorū, quæ à ieiunis hauriuntur, calefacta. Nonnunquam etiam vesperi, & iam dormituris propinquantur: idq; potissimum fit, vbi somni conciliandi gratia sumuntur.

## DE DECOCTIS PARANDIS.

## Caput XVI.

*Præparantia.  
Alterantia.  
Mixta.  
Magistralia.  
Purgantia.  
Decocta vnde parentur.*

**D**ecoctorum varia sunt genera. Quædam enim ad præparandos tantum, & alterandos humores vsurpantur: quædam verò non tantum in hoc vt præparent & alterent, sed & vt simul purgent, aliosq; multos effectus in diuersis partibus corporis præstent, adhibentur, quæ hodie suo more Magistralia appellant. Sunt etiã nonnulla quæ priuatim purgantia vocantur decocta. De quibus omnibus, rescripta subijciemus ordine: modò prius e quibus rebus decocta componantur, ostendamus. Parantur autem decocta maximè e stirpium radicibus, folijs, surculis, fructibus, seminibus, corticibus, & lignis. Et vsus obtinuit, vt foliorum quantitas fasciculorū manualiū seu manipulorū: fructuū verò propemodum omniū, demptis papsis vuis, & oxyphœnico, numeri: reliquorum autem, ponde-



ponderis adiectione aestimetur. Observant etiam, medicinam hodie facientes, *Ponderum in decoctis ratio.* ut plerumque è radicibus sumant uncias tres, è folijs fasciculos manipulares quinque, è seminibus drachmas quatuor, quinque aut sex: è floribus pugillos quatuor, aut totidem manipulos. Reliquorum pondera & mensuræ medici industriae relinquuntur. Coquuntur autem hæc omnia nunc ex aqua, tum simplici, qualis est fontana & pluvia, tum medicamentosa, qualis est stillatitius liquor, marina, falsa, aluminosa: nunc ex alio humore, vino, verbigratia, aceto, sero, vel quouis alio, ut in hunc scilicet medicamenta vires suas deponant. *Aquarum & liquorum mensura.* Aquarum autem & liquorum, in quibus prædicta coquuntur, mensura, raro duas libras, vel summum tres excedat: quod maior eius quantitas non solum prædictorum vim & efficaciam frangat, & obtundat, imò etiam causa sit, ut anteaque tota ab ægrotante hauriatur & absorbeat, corruptionem induat. Postquam decocta sunt hæc ponderum & mensurarum ratione medicamenta, exprimuntur, & mox ceu inutilia abijciuntur. Exprimuntur autem horum quædam valenter, alia leniter, pro rerum coctarum & humoris, in quo incocta sunt, natura, & vario medici scopo. Cuiuslibet quoque libræ aquæ & liquoris, ne id silentio transeamus, sacchari aut mellis libra dimidia, ut plurimum, adjicitur. Quod si etiam decoctum quibusdam odoramentis, ut suavius fiat, condire voluerimus, cuius libræ decocti drachmas duas odoramentorum permiscebimus. Nunc ea quæ diximus, aliquot paradigmatibus declarabimus, orsi ab eo quod flavam alterat bilem. Hoc verò

## I.

- ℞. Florum violarum, }  
 Rosarum, } añ Manipulum vnum.  
 Cichorii, }  
 Nymphaeæ, }  
 Foliorum intybi sativi latifolij, } añ Manipulum vnum & dimidium.  
 angustifolij, }  
 Lactucæ, } añ Manipulum vnum.  
 Portulacæ, }  
 Vuarum passarum, exemptis acinis, vnciam vnam.  
 Prunorum damascenorum, numero undecim.  
 Zizyphorum, numero novem.  
 Oxyphœnicôn, vnciam vnam.  
 Seminum intybi sativi utriusque, añ drachmam vnam & dimidiam.  
 Melonum, } añ drachmas duas.  
 Cucurbitæ, }  
 Portulacæ, drachmam vnam.  
 Radicis cichorii, vnciam dimidiam.  
 Glycyrrhizæ, vnciam vnam & dimidiam.  
 Cinamomi selecti, drachmam vnam & dimidiam.

*Decoctum frigidum.*

Coquantur singula in tribus aquæ fontanæ libris, donec dimidium absorbeat. Dein colo transfusus, iuri decocti, saccharo adiecto, dulcedo ac suavitas concilietur, idemque albo oui purificetur: addanturque Serapij ex intybo sativo, vnciæ tres. Zulapij violacei, vncia vna & dimidia. Fiat potio.

## II.

Quod ad pituitæ, aliorumque crassorum ac lentorum humorum præparationem atque extenuationem prodest.

- ℞. Radicum apij, }  
 Acori veri, } añ vnciam vnam.  
 Iridis, }  
 Inulæ, }

*Seminum*

Seminum petroselinii, }  
 Dauci, } añ drachmas duas.  
 Anisi, }  
 Rusci, }

Fœniculi, drachmam vnam.

Chamæmeli, }  
 Adianti, } añ Manipulum vnum.  
 Origani, }  
 Hyssopi, }

Menthae, } añ Manipulum dimidium.  
 Absinthij, }

Cassiae lignae, drachmam vnam.

Cinamomi, drachmas duas.

Iunci odorati, drachmam dimidiam.

Florum melissophylli, }  
 Sambuci, } añ Manipulum vnum.  
 Scabiosae, }

Coquantur in aquae libris duabus ad tertias, deinde colo transfundantur, & sacchari adiectione ius decocti dulce reddatur, purificeturq; & additis serapiorum è marrubio & hyssopo, añ vncijs duabus fiat potio.

## III.

Ad melancholici humoris præparationem, ac eiusdem faciliorem educationem, valet quod sequitur: &

℞. Florum boraginis, }  
 Violarum, } añ Manipulum vnum.  
 Echij, }  
 Melissophylli, }

Vuarum passarum, exemptis vinaccis, vnciam vnam.

Fumariae,

Aspleni,

Intybi fatiui vtriusq;

Corticum radicum capparidis, } añ drachmas tres.  
 Tamaricis, }

Radicum fœniculi,

Petroselinii, } añ vnciam vnam.  
 Iridis, }

Glycyrrhizae, vnciam vnam & dimidiam.

Polypodij, drachmas sex.

Thymicorymborum,

Epithymi, } añ drachmam dimidiam.

Coquantur singula in tribus libris aquae fontanae, donec tertia pars absumpta fuerit. Dein colentur, & adiecto saccharo ius decocti dulce reddatur, alboq; oui purificetur. Addantur postea serapij è fumaris, ex epithymo, è buglossis, añ vnciae duae. Fiatq; potio.

## IIII.

*Decoctum  
magistrale  
vulgò no-  
minatim.*

Quòd si decoctum, vt hodie vocant, Magistrale, hoc est, quod simul præparat, purgat, & alias commoditates in diuersis corporis partibus affert, construere animus est: ad illius quod sequitur, rescripti exemplum facias oportet. Hoc

℞. Radi-

ꝛ. Radicum iridis, }  
 Fœniculi, }  
 Petroselini, } añ vnciam dimidiam,  
 Asparagi, }  
 Inulæ, }  
 Acori veri, }

Glycyrrhizæ repurgatæ, vnciam vnam.  
 Rhei pontici, drachmam vnam & dimidiam.

Seminum rusci, }  
 Anisi, } añ drachmas duas.  
 Fœniculi, }  
 Nigellæ, }  
 Dauci, }

Vrticæ veræ, drachmam vnam.

Herbarum, Hyssopi, }  
 Origanî, }  
 Pulegij, } añ Manipulum vnum.  
 Betoniceæ, }  
 Serpylli, }  
 Chamæmeli, }  
 Saluicæ, }  
 Marrubij, }

Stichadis, }  
 Maioranæ, }  
 Adianti, } añ Manipulum dimidium.  
 Tussilaginis, }  
 Eupatorii, }  
 Cassuthæ, }  
 Absinthij pontici, }  
 Menthæ, }

Prunorum damascenorum, numero nouem.

Tamarindorum, vnciam vnam.

Palmularum pinguium, numero septem.

Myxariorum, numero sex.

Ziziphorum, numero quinq̃.

Ficuum pinguium, numero nouem.

Folliculorum senæ, drachmas sex.

Corticum myrobalanorum citrinorum, }  
 Indorum, } añ vnciam dimidiam.

Agarici boni, drachmas tres.

Rhabbari selecti, drachmam vnam & dimidiam.

Spicæ, grana sex.

Zingiberis, drachmam dimidiam.

Cinamomi, }  
 Cubebarum, } añ drachmam vnam.

Thymi, }  
 Epithymi, } añ drachmas duas & dimidiam.

Florum boraginis, }  
 Echij, } añ Manipulum vnum.  
 Violarum, }

Coquan.

*Magistraliū  
decoctorum  
compositio  
improbatur.*

Coquantur omnia in aqua iustæ quantitatis ad tertias, & per noctem in decocto simul perstent. Postea expressis, & colo transfusis, dulcedo cum saccharo sufficienti concilietur. Deinde adijciantur serapij è stichade, vnciam dimidiam. Serapij è glycyrrhiza, & ex hyssopo, añ vncias duas. Fiat potio. Huius decocti exemplum non ideo produximus, quod medicis imitandum esse putemus. Fieri enim vix potest, vt eodem tempore humores præparentur, tantum abest vt illos simul concoquantur (quod tamen illi sibi certò persuadent) & educantur. Accedit, quòd in ijs varijs miscellis, non rarò vnum alterius actionem impedi- at. Hinc perspicuum euadit, errare eos plurimùm, qui in prædictum modum immensum simplicium & compositorum medicamentorū numerum coacer- uant. Quanquam præclare se interim rem gessisse censent, & non poenitentiam laudem ex magistralis decocti cōpositione, si dijs placet, se consecutos esse sibi persuadent.

*Tempus &  
modus assu-  
mendorum  
decoctorum.*

Cæterum omnium iam dictorum decoctorum iura per colum transmissa, vt pote iam medicamentosa, serapiorum instar, appetente diluculo, pondere tri- um, quatuor, plurium aut pauciorum vnciarum, pro morbi aut ægrotantis ra- tione, assumuntur. Interdum etiam vesperì, præsertim vbi frequentem exhibi- tionem ægrotanti nullã afferre molestiam, aut eandem morbum ipsum requi- rere compertum habemus. Atq; hæcenus alterantium & præparantium deco- ctorum formulas produximus. Reliqua adhuc sunt, præter iam commemorata decocta purgantia, de quibus iam dicemus. Non multum à prioribus variant purgantia vocata decocta, nisi quòd in ijs componendis diligenter ad pondus purgantium medicamentorum est respiciendum. nec quæ illorum vim infre- nant, ac vehementiam remittunt & obtundunt, sunt omittenda: sed ex formu- lis, quæ sequuntur, eorundem componendi ratio facillimè constabit.

*Decocta pur-  
gantia.*

I.

℞. Hermodactylorum, } añ drachmam vnam.  
Turpeti, }  
Polypodij, } añ drachmas duas.  
Folliculorum senæ, }  
Macis, } añ scrupulum vnum.  
Mastiches, }  
Cinamomi, } añ scrupulum dimidium.  
Seminis dauci, }

*Modus ex-  
hibendi.*

Concisa minutatim coquantur in libra vna & dimidia aquæ, tantisper dum tertia pars absumatur. Postea colo transfundantur, & fiat potio. De hoc purga- torio decocto diluculo dantur vna vice vnciæ tres.

℞. Florum rosarum, }  
Violarum, } añ Manipulum vnum.  
Echij, }  
Boraginis, }  
Prunorum damascenorum numero vndecim.  
Oxyphœnicôn, } añ vnciam vnam.  
Passularum, }  
Fumariæ, } añ Manipulum vnum & dimidium.  
Centaurij minoris, }  
Polypodij, } añ drachmas sex.  
Senæ, }

Corti.

Corticum myrobalanorum flauorum, } añ vnciam dimidiam.  
 Cæruleorum, }

Agarici optimi, drachmas tres & dimidiam.

Rhei barbari selecti, drachmam vnam & dimidiam.

Spicæ, } añ drachmam dimidiam.  
 Zingiberis, }

Coquantur in aqua sufficienti, quoad dimidiū absumat. Postea colo transmittantur, & sacchari adiectione illis dulcedo concilietur: tandem, in iure decocti diluantur mannae selectissimæ vnciæ duæ: atq; cum rosis, fantalis, & ligno aloes, añ scrupulo vno condiantur, fiatq; potio.

Extant etiam aliquot exempla decoctorum purgantium apud Mesuen, vt pluribus rescriptis non sitopus.

## DE PVLVERVM VSV.

Caput XVII.

**M**edicamentis in puluerem redactis, quæ Græcis *ἐπιμαχία* κατὰ κράτος, ab *Pulueres confortantes.* inspergendo, vocantur, hodie variè tum chirurgi, tum medici vtuntur. Primum enim Chirurgi pulueres habent quæ caua vlcera implent, ex crescentia exedunt, sordida repurgant, cruentare primum, distantia glutinât. Cutia sperguntur qui detergent, sordes exterunt, nitorem conciliant. Alij etiam extenuant, & discutunt, quales sunt qui ex acriore materia constant. Medici autem pulueres quos ad Confectionum nominatarum, aliorumq; medicamentorum vsus paratos in vitreis vasis, aut coriaceis sacculis reponunt ad roborandas corporis partes principes, nimirum cerebrum, ventriculum, vsurpant. Quorum compositio etiam ex Antidotorum speciebus, alijsq; odoratis medicamentis simplicibus in leuorum redactis, adiecto etiam saccharo constat, appellantq; vulgò Tragæas confortantes, Nicolaus Drangæas nominat. Vtraq; autē vox à Græca voce *τραγῆμα* deflexa esse apparet. Sic verò illi bellaria & secundas mensas vocant. In quorum certè numero & ea de quibus hoc loco agimus, medicamenta meritò recensentur, vt quæ in hodiernum diem à nōnullis in secundis mensis apponantur. Latinis, non puto ineptè, Trituræ nuncupantur. Ad *Trituræ.* quod quidem nomē velut alludentes Germani nostri, sua lingua Trizenet nominant. Nunc vno & item altero puluerum roborantium exemplo, quo pacto componantur, ostendemus.

## I. Calefaciens.

℞. Specierum diambar, }  
 Aromatici rosati, } añ scrupulos duos.  
 Diagalangæ, }

Diamoschi dulcis, } añ drachmam dimidiam.  
 Diacynamomi, }

Cinamomi selecti, drachmas duas.

Macis, }  
 Nucis moschatae, } añ drachmam vnam & dimidiam.  
 Caryophyllorum, }  
 Piperis longi, }

Radicis calimi odorati officinarum, } añ drachmam dimidiam.  
 Pæoniae, }

Sacchari candidissimi, libram dimidiam.

Commisceantur singula, & singatur Drangæa.

## II. Refrigans.

℞. Specierum diarrhodônabbatis, } añ drachmam vnam & dimidiam.  
 Diatrionfantalôn, }

k Semi-

Seminum intybi fatiui vtriusq̄, añ drachmam vnam.

Seminum melonum,  
Citruli, } añ drachmam vnam & dimidiam.  
Cucurbitæ, }

Rosarum rubearum, drachmam vnam.

Santalorum omnium, añ scrupulos duos.

Sacchari, vncias sex, fiat tritura.

*Exhibitionis* De iam dictis roborantibus pulueribus exhibeto manè ieiunis drachmam  
*modus.* vnam, aut duas, super pane tosto, in vino optimo macerato. Vesperi eodem  
*Pulueres* planè modo ac pondere, iterum præbentur. Porro purgatorij pulueres, siue  
*purgatorij.* purgatoriae trituræ, fiunt ex medicamentis simplicibus purgantibus, vel com-  
*Pondera pur-*positorum speciebus, adiectis semper ijs quæ vehementiam & malitiam pur-  
*gantium.* gantium remittunt, & saccharo, quo omnia excipiuntur. Pondera verò simpli-  
cium medicamentorum purgantium, quæ cognitu in primis ad hos struendos  
pulueres necessaria sunt, è libro primo huius Operis petenda sunt. Reliquum  
igitur iam est, vt exemplis vno & item altero, componendi rationem horum  
puluerum demonstremus.

## I.

℞. Rhabbari selecti, drachmas duas.

Spicæ,  
Mastiches, } añ grana sex.

Sacchari, scrupulos duos.

Mixtis omnibus, formetur puluis purgatorius.

## II.

℞. Turpeti optimi & candidi, drachmam vnam.

Mastiches,  
Cinamomi, } añ scrupulum dimidium.

Sacchari, scrupulum dimidium.

Tritis omnibus & commixtis, fiat puluis purgatorius.

*Exhibendi* Dantur ex vino, iusculo, aut alio liquore conueniente, ieiunis, & diluculo  
*modus.* appetente.

## DE PASTILLORVM VSV.

## Caput XVIII.

*Pastillus.* **P**astillum Latini nominant, quæ Græci τροχίσκος, & κυκλίσκος, & ῥητίσκος: quod  
paruum panem exprimat, & diminutiua formula τροχίσκος, κυκλίσκος, appel-  
lant. Est autem τροχίσκος, siue pastillus, medicamentum quoduis planum, in ro-  
tulæ, orbiculi, pastillivæ formam redactum, adeoq̄ figura semini lupini persi-  
mile. Hac verò forma construuntur, vt medicamenta in pulueres redacta diu-  
tius cõseruentur: siquidem alias vis eorundem exhalaret, aut tota dissiparetur.  
*Vtendaratio.* Qui hodie medicinam faciunt, interdum solis pastillis tritis ex aqua, vino, aut  
alio conuenienti liquore vtuntur. In congruentibus itaq̄ liquoribus soluti,  
vel ebibuntur, vel admouentur. Nonnunquam verò Antidotis magnis, & ro-  
borantibus, item succis medicatis, saccharis, catapotijs, clysteribus, vnguen-  
tis, alijsq̄ compositis medicamentis permiscuntur. Exempla singulorum non  
est cur hoc loco proferamus, quòd suis in locis eadem posita habeant studi-  
si.  
Ex illis igitur petant, si quid illorum desiderant. Nos vnum duntaxat exem-  
plum, quo catapotijs pastillos misceri demonstrabimus, oculis studiosorum  
subijciemus: quod est huiusmodi,

*Menses euocans.*

℞. Catapo-

℞. Catapotiorū fœtidorū, } añ drachmam dimidiam.  
E benedicta laxatiua,

Pastilli è myrrha, scrupulum vnum.

Cum liquore stillaticio artemisiæ, quod satis est, formentur catapotia, numero tredecim. Huius medicamenti in eliciendis mensibus vsus esse poterit. Caterum non raro pastillis medicamenta alia simplicia, eiusdem cum ijs facultatis miscentur: quæ omnia redacta in puluerem, cum liquore aliquo conuenienti exhibentur: vt è sequenti rescripto patet, quod

*Adstringens.*

℞. Pastillorum è spodio, drachmas duas.

Pastillorum è succino, } añ drachmam vnam & dimidiam.  
E terra lemnia,

Radiciis symphyti maioris, } añ scrupulum vnum.  
Bistortæ,  
Boliarmeniij,  
Balauftiorum,  
Lapidis hamatitidis,  
Coralliij albi,

Tusa & cribrata commiscentur, fitq; puluis.

Pastillorum qui citra aliorum medicamentorum tum simplicium, tum compositorum commistionem assumuntur, pondus, vt plurimum, drachmæ vnus pondus: attamen drachmam vnam cum dimidia non excedat: idq; si opium non acceperint. Nam horum parciôr esse debet modus: Intra scrupulum igitur, aut semidrachmam consistunt. Quod si verò horum compositione opium ingrediatur, scrupuli vnus, aut semidrachmæ pondere dantur. Reliquorum pondera ex ijs quæ ipsis permixta sunt, medicamentis aestimari debent: quod cuius, ex ijs quæ hæcenus diximus, facillimum erit.

DE GLANDIBVS.

Caput XIX.

**Q**UOD Græci βάλανος, Latini glandem: hoc barbari huius temporis medici, haud dubie à subiiciendo, aut supponendo, Suppositoriū nominant. *βάλανος. Glans.*  
Frequenter autem necessitas ipsa postulat, vt glandes subiiciamus: nempe vbi *Suppositorium.*  
agri propter imbecillitatem clysteris iniectionem non tolerant, & vbi ab aridis excrementis rectum intestinum obstruitur. Nonnunquam etiam, quod in *Cur subiiciende glandes.*  
iectio clysterum non sit necessaria. Glandium autem vsus in ardentibus maxime febribus, & in soporiferis capitibus morbis probatur: item ad educenda, quæ *Vsus glandium.*  
per clysterem iniecta non redduntur. Sunt autem triplices genere glandes. *Glandium differentia.*  
Quædam enim leues, & multis quibus alius semper ferè adstricta est, suaq; sponte nihil reddit, in quotidiano vsu familiares. Hæ ex betæ aut brassicæ radice ad *Leues.*  
giti indicis longitudinē ac crassitudinē redacta, prius tamen cortice extimo detracto melle peruncta, suillo adipe sale cōsperso, ficu inuersa, butyro adiecto sale, & id genus alijs parantur. Quædam verò mediocres: vt sunt, quæ ex oui vitello, croco, additis melle & sale componuntur. Item quæ ex melle duntaxat cōcto & sale cōstruuntur, quas officinæ medicorum Communes appellant. Non *Mediocres.*  
nullæ verò sunt vehementiores: quales sunt, quæ scammoniam, colocynthidem, euphorbiū, fel tauri, & id genus alia recipiunt. Caterum quomodo omnis pro *Communes.*  
pemodum generis glandibus mel accedat, sciendum quidem erit, illud sic glandibus esse commiscendum, vt pōdere suo specibus respondeat. Obseruant autem *Vehementiores.*  
tem hodie, vt ferè drachmæ vni specierū & salis, vncia vna mellis adijciatur. In *Mellis ad species & salem proportio.*

k ij vehemen-

vehementissimis tamen glandibus satis est vt drachma vna aut drachma vna & dimidia admisceatur e speciebus. In construendis verò glandib. species admodum non sunt, nisi vbi mel satis concretum fuerit: quòd aliàs vis earundem ignis vehementia dissipetur. Species autem quæ glandium compositioni adduntur, aut aluum deijciendi, aut flatu discutiendi, aut stupefaciendi facultatem obtinent: quod ex subiectis formulis clarius euadet.

I. *Deijciens aluum.*

℞. Mellis cocti & concreti, vncias duas.  
Pulueris euphorbij, scrupulum dimidium.  
Colocynthidis, grana quatuor.  
Ellebori nigri, grana duo.  
Salis vulgaris, drachmam vnam.

Commixtis omnibus, fingantur glandes ad formam digiti indicis.

## II.

℞. Mellis crudi, vnciam vnam.  
Specierum hieræ picræ, drachmam vnam.  
Salis fossilis, drachmam dimidiam.

Decoquatur mel, donec crassitudinem iustam accipiat: deinde addantur species & sal, formenturq; glandes.

III. *Discutiens flatu.*

℞. Seminum anisi, }  
Cumini, } añ scrupulum vnum.  
Fœniculi, }

Carei, scrupulus duos.

Dauci, scrupulum dimidium.

Colocynthidis, scrupulum vnum.

Salis vulgaris, drachmam vnam.

Tundantur singula, cribroq; secernantur, & cum mellis concreti vncia vna & dimidia coeant, digeranturq; in glandes.

III. *Stupefaciens.*

℞. Opij, scrupulum vnum.

Croci, }  
Castorij, } añ scrupulum dimidium.

Tusa & cribrata cum melle cocto, aut cera, & oleo nymphææ in vnum coeant: formenturq; glandes, quibus filum appensum sit, vt pro arbitrio extrahi possint.

Quum glandes subiiciuntur, prius oleo, butyro, aut alia pinguitudine illinenda erunt. Sic enim minori molestia in anum intruduntur.

## DE CLYSTERIBVS.

## Caput XX.

κλυσις.

ἐνίημα.

Quæ clysterii  
componendi  
ratio.

Liquores.

**K**ΛΥΣΙΣ, Latinis idem quod lauamen siue ablutio denotat. Vox autem à verbo κλυσις, quod abluere & lauare significat, orta est. Alio nomine Græcis ἐνίημα, dicitur: quæ quidem vox Latinis iniectionem sonat: ab ἐνίημι, quòd ipsidem iniectio significat. Medici huius temporis clysteris & enematis vocibus Græcis, potius quam Latinis vtuntur. Quanquam autem varia sunt enematum genera, septem nimirum, emollientia, purgantia, abstergentia, glutinantia, adstringentia, dolorem sedantia, & nutrientia, tamen ad omnium compositionem quatuor potissimum rebus opus erit. Primum liquore, aut iusculo aliquo, carniū (verbi gratia) elixarum, pisorum, cicerum, pulli gallinacei, capi: aut decocti, colo transfusi, quod subinde pro morbi diuersitate variari solet. Nunc enim



enim ex ijs quæ abstergēdi, aut obstructions tollendi, aut adstringendi, aut glutinandi facultatem obtinent, paratur. Dein, ad clysteris compositionem medicamenta interdū purgantia requiruntur: quæ si ad ea quæ per os sumuntur conferas, duplum planè pondus habebunt. Tertio loco olea & pinguitudines ad sint in enematum compositione oportet, quæ itidem pro morbi diuersitate variantur. Quarto, salis genera, quæ in hoc potissimum adijciunt, vt excreticem excitent ac proritent facultatem: ne scilicet quæ iniecta sunt, diutius quàm par sit, in ventre morata, penitus retineantur: id quod ægrotantibus non rarò noxæ non contemnendæ occasionem præbet. Præter ea tamen quæ iam commemorauimus, interdum etiam mel, præsertim quod colo transfusum fuerit, aut saccharum, aut vitelli ouorum, aut butyrum, aliaque eius generis, prout morbus postulat, adijciuntur. Singula tamen eorum quæ iam ordine recensuimus, certa quadam ponderum ratione permiscentur. Nempe iuris decocti, aut liquoris libra magna ex parte vna, aut pro corporis constitutione & ætate plus minusuè. Medicamentorum simplicium (verbi gratia) radicum vnciæ tres. Herbarum, Manipulos quatuor. Seminum, drachmas quinque. Fructuum paria decem. Florum pugilli, quatuor, vt cap. decimo de decoctis etiam indicatum est. Purgantiū autem medicamentorum pondus, vt comprehensum est, ferè geminum, ad ea quæ ore sumuntur, & deuorantur, existit. Oleorum, vt plurimum, vnciæ tres. Pinguedinum, mellis, butyri, sacchari, vnciæ vna, aut dimidia. Vitelli ouorum maxima ex parte, duo aut tres. Salis communis, drachma vna & dimidia, plus minusuè, prout res ipsa exigit. In componendis tamen varijs clysteribus ad tabulas paulo antè dictorum medicamentorum, quas primo libro huius Operis cap. 49. & sequentibus reperient studiosi recurrendum erit. Ex iam commemoratis rebus duplici differentia distantes clysteres componi possunt. Leues, quorum in febribus, debilibus, & ijs qui ex longo morbo reualescunt, item intestinorum mordicationibus, torminibus, & senio extremo confectis, in quibus stercus induruit, vtimur. Vehementioribus autem, & acribus, in coxendicum doloribus, lethargicis, attonitis, & id genus alijs frigidis ac torpidis morbis, atque in ijs etiam qui ex iciale venenum hauserunt, vt fufius libro tertio, capite 168. Aëtius docet. Quæ certè singula ex subiijciendis formulis clarissime patebunt.

## I. Leniens.

℞. Iusculi capi, libram vnam.  
Mellis colo transfusi, vnciam vnam.  
Vitellos oui, numero quatuor.  
Olei ex oliuis maturis expressi, vncias tres,  
Commisceantur singula, fiatque clyster.

## II. Emolliens.

℞. Maluæ,  
Altheæ,  
Atriplicis,  
Mercurialis,  
Acanthi,  
Seminis lini,  
Fœnogræci, } añ Manipulum vnum.  
} añ drachmas duas.

Coquantur ad tertias, & colo diffundantur, accipianturque  
Iuris decocti, lib. vnam.  
Medullæ castiæ fistularis, vnciam vnam.  
Hieræ picræ, vnciam dimidiam.

k iij

Mellis

Purgantia.

Olea.

Sales.

Pondera eorum quæ clysteres componunt.

Clysterum differentia dua.

Leues.

Vehementes.

Mellis rosacei colo transfusi, drachmas tres & dimidiam,

Olei communis, vncias tres.

Salis vulgaris, drachmam vnam & dimidiam.

Commistis omnibus, fiat enema.

III. *Adstringens.*

℞. Plantaginis,  
Equiseti,  
Polygoni,  
Ophioglossi,  
Altheæ,

} añ Manipulum vnum,

Solidaginis saracenicæ,  
Mediæ,

Bellis minoris sylvestris,

Saniculae,

Pedis leonis,

Rosarum rubearum, Manipulum vnum.

Oryzæ tostæ, vnciam vnam.

Gallarum,

Rhois obsoniorum, } añ drachmam vnam & dimidiam,

Balaustiorum, drachmam vnam.

Seminis plantaginis, drachmam dimidiam.

Myrthi, drachmam vnam & dimidiam.

Acaciæ,

Hypocistidis, } añ drachmam vnam.

Radicum symphyti maioris, drachmas duas.

Bistortæ,

Tormentillæ, } añ drachmas duas & dimidiam.

Coquantur ad tertias, & colo transfundantur: &

℞. Iuris decocti, vncias quatuordecim.

Succi plantaginis, vnciam dimidiam.

Pastillorum espodio, } añ drachmam vnam.

Terra lemnia,

Boli armeni,

Sanguinis draconis, } añ scrupulos duos.

Aloes elotæ,

Seui caprini, vnciam vnam.

Oleorum myrtini,

Rosacei,

} añ vnciam vnam.

Cotoneorum,

Commistis omnibus, fiat clyster.

IIII. *Abstergens.*

℞. Iuris hordei decocti, libram vnam.

Mellis rosacei, vnciam vnam.

Sacchari rubei, drachmas sex.

Vitellorum ouorum, numero duos.

Olei irini, vncias tres.

Permistis omnibus, formetur clyster.

V. *Validus fortisue.*

℞. Betonicae,

Salviae,

} añ Manipulum vnum.

Maioranae,

Serpyll-

Serpylli, }  
 Calaminthæ, } añ Manipulum vnum.  
 Hyssopi, }  
 Rutæ, }  
 Centaurij minoris, } añ Manipulum dimidium.  
 Stichadis, }  
 Radicum polypodij, vnciam dimidiam.  
 Agarici optimi, drachmas tres.  
 Pulpæ colocynthidis, drachmam vnam.  
 Coquantur ad tertias.  
 ℞. Iuris decocti, vncias quindecim.  
 Hieræ picræ, } añ vnciam dimidiam.  
 Benedictæ laxatiuæ, }  
 Antidoti Indi, } añ drachmas duas & dimidiam.  
 Diaphenicôn, }  
 Mellis rosacei colo transfusi, vnciam vnam.  
 Oleorum laurini, } añ vnciam vnam & dimidiam.  
 Rutacei, }  
 Salis fossilis faxei, drachmam vnam & dimidiam.  
 Commixtis omnibus, fiat enema,

*Nutriens.*

E decocto pulli, capi, lacte recens multo, è cremore ptisanæ, in quibus oua forbilía seu tremula dissoluuntur. Neq; mel quod detergat, neq; sal, qui ad excretionem irritat, neq; oleum, quod lubricet aluum, adiiciendum.

Pluribus exemplis opus esse minime arbitror, quod illa, si qui complura desiderent, è nostris de Medendi ratione libris peti possint. Inijciendi clysteres tempus nullum est certum aut constitutum, modò duabus aut tribus horis, aut longius à cibis sumptis adhibeantur. Detinendi etiam tempus non vnum idemq; est in omnibus clysteribus, sed pro eorundem diuersitate variatur. Quibus enim abluendi & extergendi vis inest, hi supra horæ dimidiam partem in corpore haud retineantur. Dolores mitigantes, & tormina placantes, longior tempore, extra scilicet vnus horæ spacium, detinere debent. Omnium longissimò, quibus glutinandí facultas inest, vt sunt qui in dysenteria inijciuntur. Qui purgandi facultatem habent, sua sponte, magna ex parte, erumpunt. Quod si diutius quam par sit in corpore cunctantur, glandem supponere conuenit, vt scilicet excretoria facultas excitata, noxia tandem cum medicamentis expellat.

*Tempus inijciendi clysteres. Detinendi.*

## DE COLLYRIIS.

## Caput XXI.

Collyria Latinis medicamenta vocantur quæ oculis induntur ac instillantur. Græcis κολλύρια nominantur. Duùm autem sunt generum. Quædam enim liquida sunt: & hæc priuatim hodie ab ijs qui medicinam faciunt, Collyria appellantur. Quædam verò arida, quæ hodie barbara voce Sieff iisdem vocantur. Græci priora υγροκολλύρια, posteriora ξεροκολλύρια nuncupant. Atque hæc quidem pyramidis ferè formam accipiunt, & arida insufflantur. Paucæius generis hodie in officinis parata inueniuntur. Cæterùm materia collyriorum, è qua componuntur, varià est. Nam succi, liquoris, semina, fructus, plantarum partes, & metallica, ijs inferuntur, quæ pro affectuum magnitudine variantur. Vt imur enim ijs in oculorum diuersis morbis, vlcerebus, vulneribus,

*Collyria. Genera. Liquida. Arida. Sieff.*

*Materia collyriorum.*

k iij bus,

Vfus.

bus, fistulis, suffusionibus, & id genus alijs. Hinc est, quod interdum ijs adfectamus ea quibus extergendi facultas inest: nunc, quibus acris: iam vero adstringentia, aliquando etiam discutientia permiscemus: quorum omnium copiam suppeditat Galenus lib. quarto de Compositione medicamentorum localium, cap. quarto, & Paulus in septimo, cap. decimosexto. Porrò collyria, quibus reprimendi aut sedandi dolorem vis inest, in liquore aliquo stillaticio conuenienti diluuntur, atq; adeò oculis instillantur, aut linamenti specie admouentur. Quæ verò vrendi vim obtinent, hæc vnguentis, pinguedinibus, oleisq; admixta adhibent. Si qua collyria arida in officinis ad vsum retinentur, hæc trita, & in cote leuigata, inq; tenuissimū pollinem redacta, aliquo stillaticio liquore dissoluta instillantur. Ultra verò vnam aut alteram guttam oculis instillare haud oportet. Sed è formulis quæ diximus, clariora euadent.

## I. Reprimens.

℞. Collyrij albi aridi, in cote leuigati, drachmas duas.

Stillaticij liquoris rosacei, }  
Plantaginis, } añ vnciam vnam & dimidiam.

Commixtis omnibus, fingatur Collyrium liquidum.

## II.

℞. Stillaticij liquoris plantaginis, }  
Rosarum, } añ vnciam vnam,  
Poligoni, }

Collyrij è glaucio, drachmam vnam.

Rolis, drachmam dimidiam.

Cerussæ elotæ, } añ scrupulum vnum.  
Boli armeni, }

Opij, grana tria.

Croci, grana duo.

Commixtis inter se omnibus, formetur Collyrium liquidum.

## III. Dolorem sedans.

℞. Cerussæ decies in stillaticio rosarum liquore elotæ, drachmam vnam.  
Sarcocollæ, scrupulos duos.

Amyli, } añ scrupulum vnum.  
Tragacanthæ, }

Opij, grana quatuor.

Omnia leuigata, & succo foenigræci excepta in collyria digerantur arida.

## III. Constringens.

℞. Collyrij è glaucio, drachmas sex.

Aloes, } añ drachmam vnam.  
Acacia, }

Licij, } añ scrupulum vnum.  
Boli armeni, }

Gummi arabici, drachmam vnam & dimidiam.

Tritis omnibus, acydoniorum succo commixtis, informentur collyria.

## V. Discussiens.

℞. Liquoris stillaticij rosarum, }  
Fœniculi, } añ vnciam vnam.  
Chelidonij maioris, }  
Euphrasie, }

Vini optimi, vnciam vnam & dimidiam.

Aloes, drachmam vnam.

Pompholygis lotæ, drachmam vnam & dimidiam.

Saga-

Sagapeni, drachmam vnam.  
 Sacchari, vnciam dimidiam.  
 Commixtis omnibus, fiat collyrium liquidum.

## VI.

℞. Collyrij viridis, drachmas duas.

Auripigmenti, }  
 Mercurij sublimati, } añ grana tria.

Vnguenti ægyptiaci, vnciam dimidiam.  
 Dialtheæ, vnciam vnam.

Permixtis omnibus, fiat vnguentum.

## DE GARGARIZATV.

## Caput XXII.

**G**argarizatus varijs componitur modis. Iam enim ex stillaticijs stirpium liquoribus, nunc verò ex iure decoctorum. His verò pro diuersitate affectus Diamoròn, succi medicati è ribes, & ex Berberi diacaryòn, mel rosaceum, serapia, hiera picra, & id genus alia permiscuntur. Piora quatuor tum maxime adijciuntur, quum reprimendi indicatio adest. Mel rosaceum, quum extergendi, aut discutendi. Hiera picra, vbi è capite & eius partibus aliquid elicere studemus. Cæterum nullum in componendis gargarismis, certum & præscriptum pondus obseruatur. Quamquam non desunt, qui religiose contendunt liquorum pondus simplo Antidotorum, succorum medicatorum, & serapiorum debere respondere. Vt si verbi gratia, serapiorum, & antidotorum, item succorum medicatorum sint vnciæ duæ, liquorum admiscant vncias sex. Verum in gargarismis componendis hac superstitiosa obseruatione non est opus. Nos rescriptorum quorundam exempla subiiciemus. Quorum

Gargarismi  
compositio.

Pondus.

## I.

℞. Liqueoris stillaticij rosarum, }  
 Plantaginis, } añ vnciam vnam & dimidiam,

Oxalidis, }  
 Lactuæ, } añ vnciam vnam.  
 Fragariæ, }

Prunellæ, vnciam vnam & dimidiam.

Solani, vnciam vnam.

Nymphææ, vnciam dimidiam.

Diamoron, drachmas septem.

Succi medicati è ribes, }  
 Ex berberi, } añ drachmas sex.

Serapij è papauere, vnciam dimidiam.

Succi fragorum, vncias tres.

Acetioptimi, vnciam dimidiam.

Permixtis omnibus, informetur gargarizatus.

## II.

℞. Plantaginis, }  
 Prunellæ, }  
 Fragariæ, } añ Manipulum vnum.  
 Polygoni, }  
 Oxalidis, }  
 Saluæ, }

Rosarum rubearum, Manipulum dimidium,

Galla

Gallarum, } añ vnciam vnam.  
 Calycolorum glandium, }  
 Rhois obsoniorum, } añ drachmam vnam & dimidiam.  
 Balauftiorum, }  
 Radicis symphyti maioris, vnciam dimidiam.  
 Coquantur in aqua fontana iustæ quantitatis ad tertias, dein colo transfundantur, & iuri decocti adijciantur  
 Diacaryon, } añ vnciam vnam & dimidiam.  
 Diamoron, }  
 Serapij myrtini, }  
 Aluminis liquidi, drachmam vnam.  
 Buliant denuò, fiatq; gargarizatus.

## III.

℞. Maiorana, }  
 Origanum, } añ Manipulum vnum.  
 Serpylli, }  
 Betonica, }  
 Saluia, }  
 Carpesiorum, } añ drachmam vnam.  
 Piperis longi, }  
 Pyrethri, } añ drachmam dimidiam.  
 Zingiberis, }

Coquantur in libra vna aqua, tantisper dum tertia pars absumat: colo transfundantur, & iuri decocti adijciantur  
 Mellis rosacei colo transfusi, vnciam vnam & dimidiam.  
 Oxymelitis scillitici, vnciam vnam.  
 Commixtis omnibus, fingatur gargarismus.

## III.

℞. Hieræ picra, vnciam dimidiam.  
 Oxymelitis scillitici, vncias duas.  
 Liquoris stillaticij hyssopi, }  
 Betonica, } añ vnciam vnam & dimidiam.  
 Origanum, }

Commisceantur, formeturq; gargarismus.

Exempla plura alia medendi nostra ratio tibi suppeditabit.

*Vsus gargarismi.*

Cæterum in vsu gargarismorum obseruandum vnicè erit, vt tepida quadam qualitate præditi, ori admoueantur: exceptis tamen ijs, qui in destillationibus capitis, ex tenuibus & acris humoribus ortis, vsurpantur. Siquidem illos, quò scilicet fluxio sistatur, frigidus esse decet.

## DE DENTIFRICIIS.

## Caput XXIII.

*Dentifricia.  
Vsus.*

**D**entifricia, quæ Græcis δοντοτριμματα dicuntur, ad diuersos vsus varia à medicis componuntur. Sic autem, cur appellata sint, vsus eorundem satis docet. Siquidem ijs maximè in expoliendis, extergendis, & stabilendis dentibus vtuntur medici, ea illis affricantes. Interdum etiam refrigeratis, & dolentibus dentibus, gingiuisq; laxis admouentur. Item ad parulidas, omniaq; oris, & gingiuarum potissimum vitia, vt liquet ex ijs quæ traduntur à Galeno libro quinto, de Compositione medicamentorum localium capite ultimo, adhibentur. Cæterum triplici ferè forma hodie componuntur dentifricia.

*Compositio-  
nis ratio.*

fricia.

fricia. Aut enim in tenuissimum puluillum redacta dentibus affricantur. Aut adiectis liquoribus aliquot, cum ipsidem dentes eluuntur. Aut in linimenti formam digesta, dentibus circumlinuntur: id quod e formulis subiiciendis fiet manifestissimum.

## I.

℞. Nitri, } añ drachmas duas.  
 Aluminis, }  
 Myrrhæ, drachmam vnam.  
 Radicis iridis illyricæ, }  
 Cornu ceruini vsti, } añ drachmam vnam & dimidiam.  
 Thuris, }  
 Salis vulgaris tosti, drachmam vnam.  
 Piperis, } añ drachmam dimidiam.  
 Pyrethri, }  
 Aristolochiæ rotundæ, } añ scrupulos duos.  
 Menthæ aridæ, }  
 Testarum sepiæ, } añ drachmas duas.  
 Pumicis, }  
 Tufis & cribratis singulis, fiat dentifricium.

## II.

℞. Liquoris stillaticij menthæ, }  
 Origani, }  
 Saluæ, } añ vncias tres & dimidiam.  
 Abrotoni, }  
 Hyssopi, }  
 Apij, }  
 Aluminis scissilis assati, & vino austero extincti, drachmas duas.  
 Nitri, drachmam vnam & dimidiam.  
 Salis assii, drachmas duas.  
 Commixta sex horis simul persent, & subinde igni admota per vasculum, quod Alembicū nominant, stillent: liquorq; ad vsum seruetur in vitreo vase.

## III.

℞. Gallarum, } añ drachmam vnam & dimidiam.  
 Putaminum mali punici dulcis, }  
 Rosarum purpurearum, drachmas duas.  
 Aluminis scissilis, drachmam vnam.  
 Sanguinis draconis, drachmam vnam & dimidiam.  
 Thuris, drachmas duas.  
 Balaustrorum, } añ scrupulos duos.  
 Myrrhæ, }  
 Trita & cribrata excipiantur oxymelite scillitico, & vsu exigente ad stabi-  
 hendos dentes & gingiuas firmandas illinantur.

## DE PESSIS.

## Caput XXIII.

**P**essus Græcis, Paulo & Aëtio testibus, lana est concepta, & ad digiti for-  
 mam rotunda, longitudine, vt plurimū, octo digitorū, qua medicamen-  
 ta excipiunt, ac genitalibus mulierū partibus induntur. Latini, iustar Græco-  
 rum, id genus medicamēti Pessum appellāt. Qui hodie faciunt medicinā, bar-  
 barā voce Pessarum vocant. Quanquam sunt qui hac voce, non sine magna re-  
 rum

Pessus.

Pessarum.

rum

rum confusione, pro clystere vteri abutuntur, quum tamen Græcis peculiari nomine *μυτρεγγίτου* vocentur, quarum vsus est ad menses aut mouendos, aut sistendos. Item ad tumores discutiendos vteri, aut solutiones continui persanandas. Cōstat metrenchytes ex vnc. sex aut octo liquorum Aridorū & in puluerē tritorum, vnc. dimidia. Inijcitur somni tempore. Retinet horis quinque aut sex. Nascalia verò, barbarissimo ac ineptissimo vocabulo, quos græci & latini Pessos, illi appellant. Porrò generales Pessorū differentia tres existunt. Alij siquidem emolliunt, alij adstringunt, alij aperiunt. Emollientes, vteri phlegmonibus, exulcerationibus, refrigerationibus, suffocationibus, auersionibus, & inflationibus accommodantur. Fiunt ex cera, oleis, pinguedinibus anseris aut gallinæ, butyro salis experte, resina, medulla ceruina, fœnogræco, & similibus. Aperientibus vtimur, quum suppressos menses reuocare, aut vterum cōnuientem, compressumue emendare studemus. Parantur autem hi Pessi ex melle, artemisia, dictamno brasiica, glycyrrhiza, succo rutæ, porro, sabina, & id genus alijs. Adstringentes, contrarium aperientibus vsum præbent. Quippe muliebrem fluxum cohibent, & apertū laxumue vterum contrahunt, prolapsūque reprimunt, atque propulsant. Materia verò adstringentium è libro primo huius Operis petenda venit. Cæterum, quòd etiam ad Pessorum compositionem attinet, non semper, hodie præsertim, lana excepta medicamenta vtero induntur: sed nonnunquam aptis liquoribus, gummi melle perfectè cocto, aut cera, aut resinis additis, ad formam paulo ante dictam coacta vteri ceruici intruduntur. Hæc autem ita magna ex parte miscentur, vt ad vnciam ceræ, aut mellis perfectè cocti, adijciatur medicamentorum ac specierum morbo congruentium vncia vna. Quamquam præstat hæc componentis industria & arbitrio relinquere. Interdum medicamenta ipsa probè subacta, sericoque aut tenuissimo linteo obducta, vtero subijciuntur. Non tamen negligendū erit, quin pessi filum prælongum habeant appensum, quo facili, vbi visum fuerit, aut necessitas postulauerit, extrahi possint. Nunc aliquot Pessorum exempla subijciemus.

## I.

*Emollient  
pessus.*

℞. Butyri falis expertis, drachmas tres.  
Oesyphi, drachmas duas.  
Medullæ ceruinæ,  
Adipis anserini, } añ drachmam vnam & dimidiam,  
Gallinæ, }  
Seminis lini, } añ drachmas duas.  
Fœnogræci, }  
Meliloti, drachmam vnam.  
Mastiches, drachmam vnam & dimidiam.  
Ouorum lutea tria.  
Oleorum rosacei, } añ vnciam dimidiam.  
Irii, }

Ceræ, quod satis est ad crassitudinem iustam inducendam. Dein lana duplicata & contorta, hoc medicamento imbuta vtero subijciatur.

## II.

*Menses elici-  
ens pessus.*

℞. Artemisias, } añ drachmas duas.  
Abrotoni, }  
Dictamni, }  
Radicum acori veri, } añ drachmas tres.  
Rubias, }  
Seminis nigellæ, drachmam vnam & dimidiam.  
Baccarum lauri, vnciam dimidiam.

Rutæ



Rutæ aridæ, drachmam vnam.

Sabinæ, scrupulos duos.

Castorij, scrupulum vnum

Myrrhæ,  
Styracis liquidæ, } añ drachmam vnam & dimidiã.

Sagapeni,  
Ladani, } añ drachmam vnam.

Tufis & cribratis ijs quæ opus est, mellis quod satis est, vt in coalitum cras-  
siorem & vnitatem coeant, adijciatur: & vbi vsus postulat, fingantur pefsi, qui  
vulvæ indantur.

## III.

Adstringens.

℞. Cornu ceruini vsti, } añ drachmas duas.

Thuris masculi, }

Sanguinis draconis, } añ drachmam vnam & dimidiã.

Gallæ immaturæ, }

Balaustiorum, }

Rosarum purpurearum, drachmas duas,

Acaciæ,

Hypocistidis, } añ drachmam vnam.

Mastiches, }

Boli armenij, scrupulos duos.

Radicis symphyti maioris,  
Bistortæ, } añ drachmam vnam & dimidiã.

Trita in pollinem leuissimum succo plantaginis, & oleo rosaceo, quod satis  
est, excipiantur, & linteolis pessorum, quantitate illigata, in mulieris puden-  
dum inserantur.

Iam aliquot clysterum vteri paradigma adijciemus.

I. *Menses eliciens.*

℞. Iuris decocti artemisiæ, vncias tres.

Oleorum liliacei, } añ vnciam vnam.

Irini, }

Laurini, }

Myrrhæ, } añ drachmam vnam & dimidiã.

Sagapeni, }

Castorij, scrupulum vnum.

Commixtis omnibus, fiat metrenchytes.

II. *Adstringens.*

℞. Succu plantaginis, } añ vncias duas & dimidiã.

Oxalidis, }

Oleorum myrthini, } añ vnciam vnam & dimidiã.

Mastichini, }

Succini albi, } añ scrupulos duos.

Thuris, }

Boli armenij, scrupulum vnum.

Pastillorum espodio, } añ drachmam vnam.

Terra Lemniã, }

Tritis prius, ijs quæ opus est, commisceantur, fiatq; metrenchyta.

## III.

℞. Origani, } añ Manipulum vnum.

Saluiæ, }

Sampfuchi, }

1

Chamæ-

Chamadryos, añ Manipulum vnum.

Seminis fœniculi,  
Petrofelini,  
Dauci,  
Anisi, } añ drachmam vnam.

Decoquantur in sufficienti aquæ quantitate vsq; ad medietatis cõsumptionem,  
℞. Iuris decocti colo transfusi, vncias sex.

Olei Irini,  
Rutæ, } añ vnciam dimidiam.

Styracis drachmam vnam & dimidiam.

Commisceantur, & fiat metrenchytes.

Tempus  
vrendi.

Pelsi vesperi, & dum somni appetit tempus, subiiciendi maximè veniunt:  
& sex aut septem horis in vtero dimittuntur, ac dein extrahuntur. Eodem quo-  
que tempore clysteres vtero infundi debent, totidemq; horis detineri. Ne-  
cesse enim est quiete & decubitu: nisi velis vt statim quæ iniecta sunt, rursus ef-  
fluant. Qui plura exempla desiderat, is medendi rationem nostram accedat.

## DE ERRHINIS.

Caput XXV.

ἑρρινῶν  
Nasalia.

**E**ρρινῶν Græci vocant, quæ in oblongam ac pyramidis formam coacta, nari-  
bus vt cerebrum à pituitosis purgent humoribus induntur. Vulgus medi-  
corum Nasalia vocat. Sed non solum quæ hac forma naribus induntur, hoc  
nomine appellant, sed & ea quæ illis infunduntur, aut illinuntur liquida. Qui  
hodie medicinam faciunt, nomine ab ipsis conficto, Caput purgia, à purgan-  
do capite sic dicta, appellant. Cæterum errhina quæ pyramidis formam, ac  
filum sibi, vt pro arbitrio extrahi queant, alligatum habent, ex medicamento-  
rum huic instituto seruientium speciebus, vt ex rescriptis patebit, liquore ali-  
quo, aut adipe, & exigua cera exceptis cõponuntur: ad hunc quidem modum,

Caput pur-  
gia.

℞. Maioranæ,  
Saluiæ, } añ drachmam vnam.

Piperis albi,  
Nigellæ,  
Carpesiorum, } añ scrupulos duos.

Caryophyllorum,  
Nucis moschatae, } añ vnciam & dimidiam.

Pyrethri,  
Ellebori albi, drachmam vnam.

Castorij, scrupulum vnum.

Tufa, & in pollinem redacta, terebinthina resina & modica cera excipiantur,  
finganturq; errhina, pyramidis formam referentia.

Porro liquida quæ naribus infunduntur, aut illinuntur, è succis herbarum,  
betæ nimirum, cyclamini, brasiçæ, maioranæ, anagallidis, cæruleum haben-  
tis florem, & foliorum inulæ, ac liquoribus ijs similibus: item oleis, & specie-  
bus medicamentorum paulo antè commemoratorum, nempe piperis, pyre-  
thri, nitri, struthij, nigellæ, marrubij, castorij, ellebori albi, & horum similibus,  
componuntur, in eum qui sequitur modum.

I.

℞. Succibetæ,  
Cyclamini,  
Brasiçæ, } añ vnciam vnam & dimidiam.

Comm.

Commisceantur, & naribus infundantur.

## II.

℞. Succī foliorum cucumeris syluestris, vnciam dimidiam.

Betæ, vnciam vnam & dimidiam.

Liquoris stillaticij maioranæ, vncias duas.

Carpesiorum,

Nigellæ, } añ scrupulum vnum.

Piperis albi, }

Tritis ijs quæ opus est, permisceantur, & naribus infundantur.

Cæterum qui iam dictis liquidis errhinis vtuntur, admonendi sunt, vt os aqua compleant, ne scilicet e naribus per meatus in os perfluant succi & liquores: caputq; in posteriora reclinandum. Satis autem erit vna vice semunciam succorum infundisse. Nunc exemplum errhini, quod naribus illinitur, subijciemus: quod

℞. Radicis cucumeris syluestris, scrupulum vnum.

Piperis albi,

Myrrhæ, } añ scrupulos duos.

Nigellæ, }

Struthij, scrupulum dimidium.

Trita & confusa excipiantur oleo irino, aut de piperibus, quod satis est, vt ad vnguenti consistentiam redigantur: & ijs nares illinantur, & ab ægro sursum trahantur.

Errhinorum autem vsus est in diuturnis capitis affectibus, præsertim morbo comitali, oculorum hebetudinibus, narium obstructionibus, odoratus difficultate, conuulsione cynica, & regio morbo. *Vsus errhinorum.*

## DE STERNVTAMENTIS.

## Caput XXVI.

**M**edicamenta, quæ Græcis *πταρμικά*, Latinis sternutamenta siue sternutatoria nominantur, eiusdem fere sunt generis cum errhinis, quod ex iisdem medicamentis conficiantur: nempe elleboro albo, struthio, pipere, castorio, cyclamino, euphorbio, nitro, ptarmice, & cumino. Atq; hæc quidem singula seorsim, ac simul leuissimè trita, admota naribus, sternutamenta mouent. Naribus autem per arundinem, calamumue, aut pennam insufflantur. Præstat autem hæc non insufflare, sed pyxidem, in qua hæc continentur, motam naribus admouere: & ægrotantes vt sursum trahant inspirando hortari, aut per specilli mucronem naribus penitissimè indere. Sed compositorum sternutatoriorum aliquot paradigmata subijciemus.

*Simplicia  
sternutamentorum  
cientia.*

## I.

℞. Maioranæ,

Nigellæ, } añ drachmas duas.

Caryophyllorum,

Piperis albi,

Zingiberis, } añ drachmam vnam.

Struthij, }

Castorij, scrupulum dimidium.

Singulis diligenter tritis, fiat puluis sternutatorius.

## II.

℞. Nucis moschatae,

Radice iridis illyricæ, } añ drachmam vnam.

Carpesiorum, }

1 ḡ

Pyre.

Pyrethri, drachmam dimidiam.  
 Ellebori candidi, scrupulum vnum.  
 Piperis albi, } añ drachmam vnam.  
 Radicis acori veri, }  
 Trita redigantur in puluerem sternutatorium.

III.

℞. Piperis albi, }  
 Struthij, } añ drachmam vnam & dimidiam.  
 Nitri, }  
 Cumini æthiopicæ, drachmam dimidiam.  
 Castorij, } añ scrupulum vnum.  
 Euphorbij, }  
 Succicyclamini sicci, } añ drachmam vnam.  
 Ellebori albi, }

Contusa, & cribrata, in æream pyxidem ad vsum res onuntur. Vfus autem tempore pyxis agitata aperitur, & naribus adhibetur.

Vfus.

Sternutatoriorum medicamentorum, idem qui errhinorum vsus. Nisi q̄ sternutatorijs interdum vtimur in excutiendis secundis, & ijs quæ naribus illap̄sa sunt.

## DE APOPHLEGMATISMIS.

Caput XXVII.

Apophleg-  
 matismi.  
 Mastica-  
 toria.  
 Compositio-  
 nis materia.

Vfus.

Tempus  
 vtendi.

**A**ποφλεγματισμοί Græcis sunt medicamenta; quæ retenta in ore, & com-  
 manducata per palati emissaria pituitam, & qui in capite coaceruati sunt  
 humores noxios eliciunt. Barbaram sectantes medicinam, Masticatoria nomi-  
 nant. Fiunt ex sinapi, hyssopo, cortice capparæ, origano, thymo, pulegio, vua  
 passâ, mastiche, cubebis, radice acori veri, zingibere, pyrethro, pipere, staphi-  
 de agrîa, & id genus alijs, præcedentibus capitibus duobus commemoratis. Ho-  
 rum sanè vsus varius est. Aut enim medicamenta in partes minutas concisa cõ-  
 manducantur, dentibusq̄ confringuntur. Aut trita & contusa aliquo succo,  
 vel liquore, vel mellè excipiuntur, & in mansiles pastillos coguntur: & vbi po-  
 stulat vsus, vnus præbetur mandendus. Aut medicamenta contusa, sacculo è  
 subtili linteo confecto induntur, & manduntur. Aut ius decoctorum medica-  
 mentorum diu in ore continetur. Atq̄ hic liquidus, vt priores solidi dici potest  
 apophlegmatismus. Cæterùm oportet manducantem deorsum nuere, & ex in-  
 teruallis, quò congestus humor effluat, hiare. Vtendum autem apophlegma-  
 tismis matutino tempore, & tum potissimum, quum à reliquis excrementis  
 corpus vacuum est. Adhibentur autè hæc ad omnes capitis vetustos affectus,  
 hebetudinem oculorum, auditus difficultatē, linguæ resolutiones, pustulasq̄  
 omnes, quæ caput aut faciem occupauerint. Post illorum vsu aqua calida os  
 abluendum erit, aut melicrato, aut ptisanæ succo. Nunc reliquum est, vt formu-  
 las aliquot subiiciamus, è quibus studiosi componendæ rationem nullolabo re-  
 cognoscent.

I.

℞. Piperis albi, drachmam vnam & dimidiam.  
 Pyrethri, drachmam vnam.  
 Hyssopi, } añ drachmam vnam & dimidiam.  
 Origani, }  
 Sinapi, drachmas duas.  
 Zingiberis, drachmam vnam.  
 Mastiches, drachmam vnam & dimidiam,

Trita

Trita excipiantur succo betæ, aut melle, & formentur manfiles pastilli,

## II.

℞. Maceris, drachmam vnam.

Staphidis agrîæ, } añ drachmam vnam & dimidiã.  
Cubebæ, }

Corticum radicis capparîs, scrupulos duos.

Radicis acori veri, } añ drachmam dimidiã.  
Nucis moschatae, }

Trita excipiantur mastiche, pistillo calido conquassata & subacta, fingantur quæ pastilli manfiles.

## III.

℞. Carpesiorum, drachmam vnam & dimidiã.

Piperis albi, drachmam vnam.

Vuarum passarum detractis vinaceis, drachmas duas.

Staphidis agrîæ, } añ drachmam vnam.  
Pyrethri, }  
Sinapi, }

Contusa immittantur in sacculum, qui subinde in ore manducetur.

Magnam & immensam sylvam apophlegmatismorum habetis apud Galenum lib. 2. de Compos. medic. localium, cap. 26. ita vt non sit necesse pluribus exemplis vti. Liquidi exemplum in capite de gargarismis reperies.

## DE ODORAMENTIS.

## Caput XXVIII.

**O**doramentorum nomine hoc loco veniunt intelligenda, omnia medica-  
menta, tam simplicia quàm composita, quæ citra ignis accessionem suo  
odore cerebrum alterare, roborare, & item grauem odorem, aut pestilentem  
auram corrigere & depellere possunt. Horum autem varius est vsus. Interdum  
enim simplicia medicamenta naribus duntaxat admouentur. Verbi gratia, Ni-  
gella in aceto macerata, & deinde exiccata, aut per se linteolo tenui aut serico in-  
serta, adhiberi naribus consuevit. Nonnunquam etiam multa simul simplicia  
medicamenta permiscuntur. Aliquando ex iisdem linimenta, vnguentaue, aut  
pilæ odorata, Poma nostri vocant, componuntur. Medicamenta verò quæ ad  
compositiones odoramentorum adhibentur, sunt, moschus, ambar, nigella, *Materia odoramentorum.*  
ocimum, maiorana, garyophylli, styrax, stacte, spica nardi, lauandula, lignum  
aloes, ladanū, rosæ violæ, nymphæa, santali, & id genus alia: quæ singula è for-  
mulis iam subiiciendis clarius cognoscent studiosi.

## I. Calefaciens.

℞. Nigellæ tostæ, drachmam vnam & dimidiã.

Carpesiorum, drachmam vnam.

Maceris, scrupulos duos.

Caryophyllorum, scrupulum vnum.

Contusa & trita, deligentur in sericum, ad odorandum.

## II. Refrigerans.

℞. Vnguenti populeon, drachmam vnam.

Oleorum violacei, } añ drachmam vnam & dimidiã.  
Epapauere, }

Mandragoræ, scrupulum dimidiã.

Commistis omnibus, fiat linimentum, quo nares illinantur.

l iij

℞. Olei

## III.

℞. Olei è spica, drachmas tres & dimidiam,

Lignialoes, } añ scrupulos tres.  
Maceris, }

Ambar, grana duo.

Permixtis omnibus, fiat linimentum.

## III. Calefaciens.

℞. Styracis, drachmas tres.

Caryophyllorum, } añ drachmas duas.  
Cinamomi, }

Maceris, } añ drachmam vnam.  
Nucis moschatae, }

Lignialoes, drachmam dimidiam.

Mastiches, drachmam vnam & dimidiam.

Moschi, } añ grana tria.  
Ambar, }

Trita & cribrata, liquore stillaticio maioranae, & styrace liquido, quod satis est, excipiantur, finganturq; pilae odoratae.

## V. Refrigerans.

℞. Florum nymphaeae, } añ drachmam vnam.  
Buglosi, }  
Violarum, }  
Rosarum, }

Corticis mali citrii, drachmam vnam & dimidiam.

Maceris, drachmam vnam.

Santalorum omnium, añ drachmam vnam & dimidiam.

Papaueris albi, scrupulum vnum.

Semperuiui, scrupulos duos.

Ladani, drachmas duas.

Ambaris, grana quatuor.

Trita excipiantur liquore stillaticio lactuce, & styracis liquidi, formenturq; pilae odoratae.

In omnibus pilis construendis odoratis, postremum ambar & moschus adijciantur.

## DE SUFFIMENTIS.

## Caput XXIX.

*Suffitus.*

*Vsus.*

**S**uffitus, suffimentaue, quae Graecis θυμιάματα, hodie facientibus medicinam Suffumigationes dicuntur: sunt medicamenta, quae incenduntur, aut ignitis carbonibus injiciuntur. Vsus autem horum incensorum, ad odorem gratum conciliandum. Item ad destillationes ex capite in subiectas partes, grauedines, obstructions, frigidos alios cerebri affectus, & pestilentiae contagia arcenda. Conferunt etiam asthmaticis, & ijs quibus thorax humorum frigidiorum ac crassiorum copia refertus est: item suppurationibus, tussi, laterumq; doloribus. Sanguinem autem expuentibus suffimenta plurimum aduersantur: quod nimirum horum vsu accidat, vt vasorum ora rursus aperiantur. Parantur triplici potissimum forma, nempe pulueris, pastillorum, & candelarum, vt paulo post plenius dicetur. Caeterum in iam dictis thoracis affectibus, hunc in modum vapor per os est assumendus. Aeger vestibus circumseptus, in sede collocandus est, vt diuaticatis cruribus prona facie ad vtrumq; genu decumbat: atq; tum euaporatorio

rio

riò intra crura constituto, enitendum, vt per tubum fistulam ùe siue arundinem vapor exceptus, patulo ore inspiretur. Componuntur ex eadem ferè materia *Componendi ratio.* qua odoramenta, nempe castorio, ladano, calamintha, styrace, thure, mastiche, ligno aloes, saluía, castorio, moscho, ambra, spica nardi, caryophyllis, rosis, myrrha, casia, & id genus alijs, pro affectuum diuersitate: ac trita carbonibus insperguntur: aut styrace liquido, oleo, vel alio liquore excepta, digeruntur in pastillos, aut candelas, quibus vsu exigente ad suffiendum vtimur. E formulis subijciendis res apertior fiet.

I. *Forma pulueris.*

- ℞. Pastillorum galliæ moschatae, vnciam vnam.  
 Saluía,  
 Maioranae, } añ drachmam vnam & dimidiã.  
 Rosmarini, }  
 Maceris, drachmam vnam.  
 Caryophyllorum, } añ drachmam vnam.  
 Cinamomi, }  
 Foliorum lauri, drachmam dimidiã.  
 Ligni aloes, scrupulos duos.  
 Moschi, grana tria.

Terantur singula, & commistis omnibus, fiat puluis: qui, postulante vsu, vt nis carbonibus inspergatur.

II. *Pastilli specie.*

- ℞. Thuris, drachmas duas.  
 Cinamomi, } añ drachmam vnam & dimidiã,  
 Caryophyllorum, }  
 Corticum mali citrij, drachmam vnam.  
 Maceris, } añ scrupulos duos.  
 Ligni aloes, }  
 Myrrhæ, } añ drachmam vnam.  
 Mastiches, }  
 Pastillorum galliæ moschatae, drachmas duas.

Trita styrace liquido excipiantur, & informentur pastilli pro suffiendo.

III. *Candela.*

- ℞. Ladani, vnciam vnam & dimidiã.  
 Thymiamatis, vnciam vnam.  
 Thuris, } añ drachmam vnam.  
 Mastiches, }  
 Styracis calamitæ, vncias duas.  
 Caryophyllorum, } añ drachmam vnam,  
 Cinamomi, }  
 Nucis moschatae, }  
 Ligni aloes, }  
 Myrrhæ, drachmam dimidiã.  
 Corticum mali citrij, scrupulos duos.  
 Carbonum tiliæ, vncias duas.  
 Asæ dulcis, vnciam vnam.

Cum terebinthina resina, & stillatio rosarum liquore, quod satis est, fingantur candelæ.

FINIS LIBRI TERTII.

LEONHARTI FUCHSII  
DE VSITATA HVIVS TEMPORIS COM-  
PONENDORVM MISCENDORVMQVE MEDICA-  
mentorum ratione, Liber quartus, Leonharto Fuchſio medico autore.

PROOEMIUM.



PRÆCEDENTI libro, qui ordine tertius fuit, componendi rationem, vsumq; eorum medicamentorum, quæ corpori ingeruntur, docuimus: in hoc quarto eiusdem tractationis libro, eorum quæ extrinsecus corpori admouentur, formulas vsumq; trademus. Neq; enim medicum eorum duntaxat quæ intro in corpus sumuntur medicamentorum, sed eorum etiã quæ forinsecus illi adhibentur, rationẽ & vsum tenere oportet, vt scilicet vndiquaq; morbo occurrere possit. Atq; hinc est, quod ad localiũ vocatorum remediorũ vsum hic liber maximè conducatur. Addit etiam lucem plerisq; rescriptis præcedenti libro commemoratis. Siquidem interdum, re ipsa ita postulante, vnguentorum linimentorumq; formulas produximus: quæ nunquam satis cognoscerentur, si non priuatim hic earundem componendi rationem, & vsum docuissimus. Necessariò igitur prioribus tribus, hunc postremum subiiciemus librum: quod sine eo manca esset, quam de compositione medicamentorum instituimus, tractatio. In quo sanè, perinde atq; in eo qui præcessit, principiò, quo vnumquodq; eorum quæ extrinsecus corpori adhibentur, medicamentorum nomine appelletur: dein, è quibus componantur medicamentis: & tertio, quis eorundem sit vsus ostendemus. Cæterum in vniuersum medicamenta, quæ forinsecus admouentur, numero sunt duodecim:

- |                  |                |
|------------------|----------------|
| 1. Vnguenta.     | 7. Sinapismi.  |
| 2. Linimenta.    | 8. Epithemata. |
| 3. Emplastra.    | 9. Embrocha.   |
| 4. Cataplasmata. | 10. Fomenta.   |
| 5. Cerota.       | 11. Sacculi.   |
| 6. Dropraces.    | 12. Infessus.  |

DE VNGVENTIS.

Caput I.

*Vnguentum  
quid.*

*Vnguenta  
hodie vt cõ-  
ponantur.*



Vnguentum ab vtendi modo vocatum est, quia laborantibus partibus inunctum & illitum diutius, ob crassiciem & lentorem, quam oleum, hæret. Et veteribus hoc nomine appellabatur, quæ ex odoramentis conficiebantur. Hodie quæ ex oleis, speciebus quibuscunq;, & cera componuntur, ita vocantur. Oleis interdum adiunguntur adipēs, butyrum, & murgō. Nonnunquam gummi, & lachrymæ prædictis permiscuntur. Species siue pulueres, iuxta affectum, quibus adhibentur vnguenta, diuersitatem, subinde variantur. Cera, vt conuenientem nanciscatur consistentiam, adiungitur. Hodie pleriq; in componendis vnguentorũ formulis obseruant, vt vnciã vni oleorum, specierum drachmam vnã, & ceræ drachmas duas admisceant, quod hac ratione vnguentorum consistentiam facilius recipiant. Alij plus cera adijcere solent, Præstat autem ceræ quantitatem eius qui componit arbitrio ac iudicio



dicio liberam relinquere, vt scilicet is quantum ad iustam consequendam consistentiam satis sit, adijciat. Cæterum quum sine oleis vnguenta confici nequeant, ordinis ratio exigit, vt de ijs hoc loco aliquid dicamus. Animaduertendum igitur, olei vocem variè vsurpari. Primum propriè, oleum succus est pinguis, ex oliuis tritis prælo expressus, vel immaturis crudis uë, & ob id *ὀμπακίον* *νοὐδίου* *τρίβλε* Græcis appellatur: vel maturis, quod oleum absolute aut commune dicitur. Vtrunq; autem falsum, vel falsis expers, lotum vel illorum existit. Vtrunq; item recens, vel vetus, & ex hoc, vel illo (verbi gratia, Sabino) agro allatum. Quæ quidem olei communis differentia diligenter sunt obseruandæ, vt scilicet medicamentorum ex ijs compositio iustior fiat. Siquidem facultatibus secundum has differentias plurimum variant, ac composita quibus miscentur multum immutant. Secundo loco oleum abusiue succus est oleaginus & fluxilis, ex quibusdam tritis & prælo expressis, tum fructibus, tum seminibus, vt iuglandibus, auellanis nucibus, moschatis, amygdalis vtriusq;, nuce Indica, anacardijs, nucleis persicorum, ceraforum, pistaciorum, pinearum, seminibus sinapi, cannabis, lini, ricini, staphidis agricæ, & alijs propemodum infinitis, pinguem in nucleo ipso, vel semine, ceu medullam sortitis. Huic generi proximum est oleum balsami, & pètrelaeon. Atquæ hæc duo hæctenus commemorata oleorum genera sunt simplicia, nec illis educendis ac exprimendis aliud misceri consuevit, præterquam quod paucillum aquæ quibusdam extrahendis miscetur, vt alijs oleum commune paucum. Exprimuntur autem olea hoc modo. Semen siue fructus calido pistillo in pila calida teritur, ac postea per fetaceum pannum ligneo aut plumbo albo inducto torculari exprimitur. Quod si verò id è quo oleum exprimendum est aridius fuerit, quale est lini semen, tereri debet, probè id ipsum in lebetè versando & agitando, & dein prælo, fetaceo inuolutum panno, subijci & exprimi. Tertium genus olei humor quidam est oleaginus, ignis vehementia, chymistarum opera extractus. Tale ex liquoribus, succis multis, gummi, resinis, cera, melle, lignisq; resinosis educitur. Quartum genus oleorum est, omnino compositum ex simplicibus, in oleo cõmuni, vel alio simplici maceratis, in solatis, incoctis. Præstat autè simplicium incoquere oleo quàm macerare, aut in solare, quod ita vires ipsorũ rectius in se recipiat oleũ, illorũq; coquendi modo Galenus vsus sit. Coquenda verò sunt in duplici vase. Quod quidem genus latissimè patet, & horum aliqua ex floribus oleo inditis efficiuntur. Quædam ex germinibus surculis uë. Nonnulla ex fructibus integris oleo iniectis, quædam per aquam calidam discretis: quorum omnium exempla secundus huius Operis liber ostendit. Porrò quum flores coctionem nullam admittant, vt insolentur oportet. Qui valentiori habent fragrantiam & constantem, pluribus diebus insolati, magis utilia ac tenuiora reddunt olea. Quicunque verò imbecilliores sunt, faciliusq; difflantur flores, insolationem minus perferunt, vtpote quorum virtus promptè euanescat: vt est lilium, & viola. Nunc vnguentorum formulas aliquot subiiciemus.

I. *Ventriculum frigidum confortans.*

℞. Oleorum ex absinthio, }  
Mentha, } añ vnciam vnam.

Caryophyllorum, }  
Cinamomi selecti, } añ scrupulos duos.  
Piperis longi, }

Ceræ quod satis est, fiat vnguentum.

II. *Adstrin.*

1. Oleum propriè quid.  
Omphacimon.  
Commune.  
Olei cõmunis differentia.

2. Oleum abusiue.

3.

4.

II. *Adstringens.*

℞. Oleorum rosacei, }  
 Cidoniorum, } añ vnciam dimidiam.  
 Mastichini, }  
 Myrtini, }  
 Pastillorum è spodio, }  
 Terra lemnia, } añ scrupulum vnum.  
 Succino, }  
 Radicis symphyti maioris, scrupulos duos.  
 Sanguinis draconis, }  
 Boli armenici, } añ scrupulum vnum.  
 Cerae albæ quantum sufficit, formetur vnguentum.

## III.

℞. Oleorum rosacei, vnciam vnam.  
 Myrtini, vnciam dimidiam.  
 Cerussa, }  
 Plumbi vsti & eloti, } añ scrupulum vnum.  
 Lithargyri, }  
 Boli armenij, } añ scrupulum dimidium.  
 Terra lemnia, }  
 Balauftiorum, } añ scrupulum vnum & dimidium.  
 Rosarum purpurearum, }  
 Semperuiui, scrupulum vnum.  
 Cera candida, quod satis est: fingatur vnguentum.

III. *Ad lienis obstructionem & duritiam.*

℞. Oleorum è capparibus, }  
 Liliacei, } añ vnciam vnam.  
 Irini, }  
 Ex absinthio, }  
 Mucaginis altheæ, }  
 Seminis lini, } añ drachmam vnam & dimidiam.  
 Fœnigræci, }  
 Pinguedinis gallinæ, }  
 Anferis, } añ drachmam vnam.  
 Taxi, }  
 Medullæ cruris bubuli, drachmas duas.  
 Corticum radicis capparidis, }  
 Tamaricis, } añ drachmam vnam.  
 Costi amari, drachmam dimidiam.  
 Centaurij minoris, drachmas duas.  
 Cetarach, drachmam dimidiam.  
 Hammoniæ, }  
 Bdellij, } añ scrupulos duos.  
 Galbani, }  
 Dissolutis gummi in aceto, cum cera quantum satis est, formetur vnguentum.

Vfus.

Vt mur varijs modis vnguentis, iam vt constringamus, acroboremus: nunc vt alteremus partes, quibus illinuntur. Interim vt humores, qui in illis continentur, emolliamus ac discutiamus, veluti ex medendi nostra ratione omnibus liquet.

DE

## DE LINIMENTIS.

## Caput II.

**L**inimenta, medicamenta sunt, quæ vnguentorum instar illinuntur: hincque *Linimenta*  
 adeo suam appellationē sortita sunt. Ex hisdem ferè rebus, quibus vngueta, *quæ.*  
 cera duntaxat excepta, quæ linimentorum compositioni non adhibetur, con-  
 struuntur. Siquidem cum oleis, alijsque liquoribus in vnguentorum consisten-  
 tiam, paulo tamen molliorem ac liquidiorē, coeunt: idque ob ceræ, qua desti-  
 tuuntur, penuriam, ideoque denegata ipsis est ea quæ vnguentis debetur firmi-  
 tudo. Omnibus corporis partibus adhiberi possunt. E formulis res clarior  
 euadet.

I. *Discutiens.*

℞. Oleorum chamæmelini,  
 Anethini, } añ drachmas tres & dimidiam,  
 Liliacei, }

E semine lini, drachmas duas & dimidiam.

Adipis gallinæ,  
 Anatis, } añ drachmam vnam.

Seminis nigellæ,  
 Althææ, } añ scrupulos duos.  
 Dauci, }

Commixtis omnibus, formetur linimentum.

II. *Ad resolutos.*

℞. Oleorum costini, vnciam vnam.

Vulpini,  
 Epiperibus, } añ vnciam dimidiam.

Ex euphorbio, vncias duas & dimidiam.

Vini stillatitij, vnciam vnam & dimidiam.

Succi verbasculi odorati,  
 Saluiæ, } añ drachmas tres.

Radici acori veri, drachmas duas.

Stichadis, drachmam vnam & dimidiam.

Florum rosmarini, drachmam vnam.

Piperis, scrupulos duos.

Pyrethri, scrupulum vnum.

Euphorbij, scrupulum dimidium.

Radici pæoniæ,  
 Hermodactylorum, } añ scrupulum vnum.

Tusis & cribratis speciebus, fiat linimentum.

III. *Aliud.*

℞. Oleorum vulpini, vnciam vnam.

Costini,  
 Vermibus, } añ vnciam dimidiam.

Amygdalarum amararum, drachmas tres.

Pinguedinis anatis,  
 Anseris, } añ drachmam vnam & dimidiam,  
 Taxi, }

Butyri recentis, vnciam dimidiam.

Stiracis liquidij, drachmas duas & dimidiam.

Commixtis omnibus, fingatur linimentum.

III. *Ad scabiem & impetiginem.*

℞. Tere-

℞. Terebinthinæ liquore stillaticio rosarum lotæ, vnciâ vnam & dimidiâ.  
 Olei rosacei, vnciam dimidiâ.  
 Succiaurantiorum duorum dulcium.  
 Vitellos ouorum numero duo.

Permixtis omnibus, fiat linimentum. Si fortius vt sit efficere velis, adde sulphuris viui, scrupulos duos. Ofsium sepia, scrupulum vnum.

## DE EMLASTRIS.

## Caput III.

Ἐμπλαστον  
Ἐμπλαστον  
Veteres em-  
plastra vt cõ-  
posuerunt.

Emplastrorũ  
differentia.  
Componen-  
doru empla-  
strorum ho-  
die vsitato-  
rum modus.

**E**μπλαστον φάρμακον, & assumpto ἢ Ἐμπλαστον: Græci ἀπὸ τοῦ ἐμπλάττειν, hoc est, fingendo, & in massam formando, aut potius subigendo & versando, Græcis dicitur. Cæterum veteribus emplastra constabant ex terrestribus nempe metallicis, lapidibus, terræ speciebus, floribus, cineribus, conchis, stirpium partibus, vt oleis, lachrymis, succis, & liquoribus. Semina verò, herbarum folia, & radices paucas receperunt, secus atq; hodie fit, quum nunc non solum integras plantarum partes, verum etiam animalium reliquias, recrementa ac eorum penè integra viscera horum compositioni permisceant. Coxerunt autem emplastra sua, quousq; manus non amplius inquinarent. Exempla extant apud Mesuæ filium, præterea in libro huius Operis secundo, item apud Paulum lib. 7. cap. 17. vbi etiam varias emplastrorum differentias enumerat: nempe vulneraria, cicatricem ducentia, discutientia, emollientia, siccantia, extrahentia, pus mouentia, & lenientia. Hodie emplastra quædam citra coctionem, quædam etiam per coctionem fiunt. Quæ citra coctionem, hæc ex axungijs resinis, gummi ad ignem duntaxat liquefactis constant. Quibus subinde adijciuntur pulueres ex herbis, & metallis, quæ vbi inter se commista fuerint, ab igne remouentur, & in frigidam aquam coniecta, manibus tantisper subiguntur, donec in emplastris coierint consistentiam. At quæ per coctionem fiunt, ex herbis, floribus, radicibus, speciebus, oleis aut succis, aut liquoribus commixtis, vnaq; coctis, componuntur. Curandum verò vt quæ longiorem coctionem postulant, alijs citius lebeti iniiciantur, deinde autem alia. Liqueores & succi mox inter initia, vel per se coquantur, aut cum alijs. Pulueres postremum imponantur. Emplastra verò ipsa oleo aut alio liquore idoneo coquere conuenit, veterum exemplo, ad liquoris qui adhibetur consumptionem dum manus non inquinant. Species autem emplastrorum compositionem ingredientia, non in tenuissimum pollinem, vt in vnguentis, rediguntur: sed leuiter contunduntur, atq; adeò in paulo crassiore puluere teruntur. Obseruant magna ex parte in componendis emplastris hodie quoq; medici, vt herbarum & florum manus plenæ fasciculo, oleorum, pinguedinum, liquorumq; vnciam vnam, vel vnciam vnam & dimidiâ adijciant. Sunt qui hoc tempore emplastra cum vnguentis & ceratis confundant: atqui parum rectè. Distant enim inter se, vt ex ijs quæ dicta iam sunt, & deinceps commemorabuntur, omnibus perspicuum euadit. Nunc vsitatam componendorum emplastrorum formam ac rationem, aliquot productis exemplis & rescriptis, monstrabimus.

## I. Leniens.

℞. Maluæ, } añ Manipulum vnum & dimidiû.  
 Altheæ, }  
 Florum chamæmeli, } añ Manipulum vnum.  
 Meliloti, }

Radiciis altheæ, drachmas quinque.

Contusa bulliant in aqua fontana, donec in consistentiam iustam coeant: dein adiectis

Oleorum chamæmelini, vnciam vnam & dimidiâ.

Lilia.

Liliacei, vncias duas.  
Bulliant denuò, & informetur emplastrum.

## II.

℞. Florum verbasci, }  
Anethi, } añ Manipulum vnum & dimidium.  
Chamæmeli, }  
Seminis lini, }  
Fœnogræci, } añ drachmas duas.  
Meliloti, }

Contusa leuiter bulliant in aqua, dum in mellis crassitudinem coëant: postea adijciantur

Oleorum anethi, }  
Chamæmelini, } añ, quod satis est.  
Ebulliant iterum, fingaturq; emplastrum.

Pluribus rescriptis nihil opus esse putamus, tamen qui prædictis plura ex-  
petit, illa è medendi nostra ratione petat. Compositum ad præscriptum modum *Emplastrorum  
vñus.*  
emplastrum linteolo illitum, laboranti parti adhuc calidum admouetur.

## DE CATAPLASMATIS.

## Caput IIII.

**M**ulti nostra ætate cataplasmata cum emplastris confundunt, atqui minus rectè. Qui propriè cataplasmatibus voce vtuntur medici, ita vocant *Cataplasma* medicamentum, quod è stirpibus viridibus contusis, vel iisdem ad mollitudinem vsq; in aqua decoctis componitur. Atq; ea sanè ratione ab emplastro, cui post ebullitionem herbarum factam oleum adijcitur, differt. Vñus eorum in sedandis doloribus, ac tumoribus maxime discutiendis. Item ad fluorem constringendum & menses euocandos valent. Formulæ, quod dicimus, certius deprehendetur.

## I. Astringens.

℞. Plantaginis vtriusq; }  
Polygoni, }  
Bursæ pastoris, } añ Manipulum vnum & dimidium,  
Numulariæ, }  
Saniculæ, }  
Solidaginis saracenicæ, }  
Ophioglossi, }  
Viridibus adhuc omnibus contusis, fiat cataplasma.

## II. Leniens.

℞. Radicis altheæ, vnciam vnam.  
Maluæ, }  
Chamæmeli, } añ Manipulum vnum.  
Altheæ, }  
Meliloti, }  
Seminis fœnigræci, } añ drachmas tres.  
Lini, }

Bulliant in aqua, donec mollescant: dein contundantur, & informetur cataplasma.

m III. Men-

℞. Artemisiæ,  
 Origani,  
 Pulegij,  
 Matricariæ,  
 Saluiæ,  
 Rubiæ, drachmas tres.  
 Calamenti,  
 Mentastri,  
 Hyssopi, } añ Manipulum vnum & dimidium.  
 } añ Manipulum vnum.

*Vsu.*

Bulliant omnia in aqua ad mollitudinem, & confusa cataplasmatism formam accipiant. Cæterum et si variè vti cataplasmatism, perinde atque emplastris, licet, tamen calefacientia & discutientia hypochondrijs, nisi prius vniuerso vacuato corpore, adhiberi minimè debent. Nam hæc ipsa instar cucurbitulæ totius corporis excrementa ad se trahunt, adeoq; in visceribus phlegmonem, aut obstructionem procreant.

## DE CERATIS.

*Caput V.*

*Ceratum  
 quid.  
 Ceratorum  
 compositio.*

**C**eratum Latinis, κηρώτην Græcis, haud dubiè à cera nomen suum accepit, quæ illis miscetur, vt minus promptè diffluat. Componitur ex speciebus paulo quàm vnguentum crassioribus & oleis, quæ cum cera, aut resina terebinthina vellaricea, aut vtriusq; simul, ad solidiorè consistentiam, vt in parte cui admouetur diutius hæreat, perducuntur. Veteres tamen sua cerata citra resinam maxima ex parte cõstruxerunt, cera sola & oleo cõtenti. Non conficitur Ceratũ citra ignem. Cera enim nisi prius liquata fuerit, cum alijs non facile coit ac miscetur. Variæ aut ceratorũ apud antiquos fuere formulę. Quædam enim liquida erant, quæ fracturis adhibebantur, & καταγματικά ὑγρὰ καὶ λευκὰ nominabant. Picato quoq; cerato veteres vsi sunt, si quid contusum esset, si quid coquendum & mitigandum, πιαστέον κηρώτην & πιαστικόν appellabant. Fuit quod ἑπιτόκιον vocabant, ceræ resinam ista, quo in sarcoticis, & ad suppurandum vtebantur. Fuerunt κηρωτομαλάγματα, quæ mitiore quodammodo corpore mollium emplastrorum locum tenebant. Hæc quia glutinosa esse melius fuit, ἐχέκολλα illis dicta sunt. Talis ferè nostrorum ceratorum ratio est, in quibus larigna, aut terebinthina ceræ & oleo permiscuntur, dum tenacia euadant. Sunt qui ad relaxantia cerata ceram flauam, ad refrigerantia verò & adstringentia candidã vsurpent. Porro in ceratis componendis hodie medici nonnulli religiose obseruant, vt vnciæ vni oleorum, drachmam vnam cum dimidia adijciant. Oleum autem ad ceram quadruplum esse volunt, vt si olei sint vnciæ duæ, ceræ sit vnciæ dimidia. Sed præstat arbitrio medici & pharmacopœi relinquere, vt nunc pro suo scopo solidius, nunc liquidius ceratum faciant. Vt enim corpus durum est & squalidum, vitium etiã acerbius & altius hæret, aërisq; constitutio tenuior & crassior: ita & ceratorum consistentiam mutari necesse est. Quo enim plus accipit ceræ, eo solidius est: quo minus, tanto liquidius. Quod ad formam ceratorum attinet, effinguntur ita, vt figuræ partium, quibus admoventur, aliqua ex parte respondeant. Quod enim ventriculo adhibetur, scuti formam obtinere debet. Quod iecinori imponitur, iecoris: quod lienì accomodatur, lienis, hoc est, oblongam, qualia fuerunt veteribus Splenia dicta. Acu etiã transversim transmissa consuuntur: quod barbaram sectantes medicinam, inepta voce Interpassare nominant. Nunc formulas aliquot subiiciemus, quæ planiora reddent ea, quæ de ceratis hætenus dicta sunt,

*Forma ceratorum.  
 Splenia.  
 Interpassare.*

*I. Ventri-*

I. *Ventriculum roborans.*

- ℞. Cinamomi selecti, } añ drachmam vnam.  
 Caryophyllorum, }  
 Galangæ, } añ drachmam dimidiam.  
 Macis, }  
 Nucis moschatae, scrupulos duos.  
 Calami odorati, drachmam vnam & dimidiam.  
 Ligni aloës, scrupulum vnum.  
 Galliae moschatae, } añ drachmam dimidiam.  
 Balauftiorum, }  
 Rosarum purpurearum, drachmas duas.  
 Mastiches, } añ drachmam vnam.  
 Ladani, }  
 Oleorum mastichini, } añ vnciam vnam & dimidiam.  
 Ementha, }

Rosacei, vnciam vnam.

Cum ceræ vncia dimidia, & terebinthina resina, quod satis est, fingatur ceratum scuti effigie ventriculo adhibendum, ac serico obducatur.

II. *Ad mouendos menses.*

- ℞. Oleorum irini, vnciam vnam & dimidiam.  
 Liliacei, } añ vnciam vnam.  
 Nardini, }  
 Nucis moschatae, }  
 Radicis calami odorati, } añ drachmam vnam.  
 Cinamomi, }  
 Artemisia, } añ drachmam vnam & dimidiam.  
 Abrotoni, }  
 Saluia, }  
 Opopanacis, } añ drachmas duas.  
 Sagapeni, }

Dissolutis gummis in vino, cum cera flaua, quod satis est, fiat ceratum, vtero admouendum.

## III.

- ℞. Ceræ albæ, } añ vncias duas.  
 Terebinthinae resinæ, }  
 Picis naualis, vnciam vnam.  
 Thuris, } añ drachmas duas.  
 Myrrhæ, }  
 Opopanacis, } añ drachmam vnam & dimidiam.  
 Bdelli, }  
 Succini, drachmas tres.  
 Lithargyri, } añ drachmas duas & dimidiam.  
 Lapidis magnetis, }  
 Mumia, drachmam vnam & dimidiam.  
 Oleorum rosacei, vncias duas & dimidiam.  
 Myrtini, vnciam vnam & dimidiam.

Commixtis omnibus, iuxta artem fiat ceratum.

## DE DROPACE,

## Caput VI.

m ð Etli

Dropax du-  
plex.  
Simplicissi-  
mus.  
ωϊηωϊη.  
Picatio.

Compositus.  
dropax.

ET si dropacis hoc tempore nullus est vsus, tamen cum veteres medici, ma-  
ximè Galenus, atq; etiam poetæ huius crebrò mentionem faciant, non est  
cur eius compositionem silentio transire debeamus: imò annitendum, vt hac  
diligenter tradita, illum in vsum quotidianum reuocemus. Sciendum igitur e-  
rit, veteribus duplicem fuisse Dropacem. Simplicissimum vnum, qui ex sicca  
pice paucissimo oleo liquata constabat. Hunc calidum adhuc toti corpori, aut  
certis eiusdem partibus, prius tamen derasis, illinebant, & ita agglutinari sine-  
bant. Eius generis dropacem Græci alio nomine ωϊηωϊη, Latini Picationem  
appellauerunt. Vfus huius in totius corporis aut eiusdem partium extenuatio-  
ne erat. Humeſcat enim, calefacit ac sanguinis copiam allicit, atq; adeò amissam  
carnem reparat, extenuatosq; alimentū ad partes flaccidas trahens reficit. Ad-  
hibebant etiam ijs qui crebrò vomebant, & qui cruditatem patiebantur, atq;  
coeliacos affectus: & in summa, omnibus partibus alimentū non sentientibus.  
Dropacem hunc, priusquam exactè frigeret, auellebant, ac dein igne rursus  
calefactum admouebant, & similiter vt antea, priusquam frigeret, auelle-  
bant, atq; id subinde repetebant. Alter dropax compositus fuit, qui præter pi-  
cēem oleo liquatam, resinam, piper, pyrethrum, rosamarinī semen, bitumen, sul-  
phur viuū, salem, cinerem sarmentorum, castorium, elleborum, euphorbi-  
um, & id genus alia, quæ trita liquefactis inspergebantur, accipiebat, & ad em-  
plastrī, aut malagmatis formam præparabatur, in hunc modum:

℞. Picis liquidæ }  
Cera, } añ vncias tres.  
Colophonix, }  
Bituminis, vnciam vnam & dimidiam.  
Sulphuris viuī, drachmas tres.  
Piperis, } añ drachmas duas.  
Pyrethri, }  
Staphidis syluestris, drachmam vnam & dimidiam.  
Euphorbij, } añ drachmam dimidiam.  
Ellebori albi, }

Arida tusa liquefactis inspergantur, & fiat dropax.

Hunc dropacem cataplasmati vice in diuturnis malis adhibebant, & ante  
sinapismum, de quo sequenti mox dicemus capite, vt scilicet corpus ad Sina-  
pi præpararetur: & post sinapismum, vt affectus seu morbi reliquias discuteret.

## DE SINAPISMO.

### Caput VII.

Sinapismus  
quid?  
Componendi  
ratio.

SINAPISMUM veteres, Aëtio libro 3. capite 191. teste, vocabant cataplasma ex  
sinapi. Cuius conficiendi is fuit modus. Caricas pingues in aqua tepida pri-  
diè macerabant, sequenti autem die fortiter expressas probè conterebant: dein-  
de acre sinapi acceptum priuatim tenebant, & inter terendum dilutum carica-  
rum affundebant, quo facillimè teri posset, non tamen aquosum fieret: postea  
in massam redigentes, priuatim vtrunq; inter se miscebāt. Atq; si vehementem  
inducere sinapismum volebant, partes duas sinapis cum vna caricarū tempera-  
bant: si vero mediocrem, æquales vtriusq; portiones accipiebāt: sin mītiorem,  
tertiā sinapis, & duas caricarum. Cæterum in corporibus facili sensu præditis,  
& in quibus vitium in superficie hæret, panem pro caricis ad sinapi ammiscere  
oportet. Sed nec hoc ignorandum: Si in aceto maceretur sinapi, inefficacius  
reddi, quod acetum sinapis vim discutiat. Imponitur autem sinapismus, vbi ex  
alto



alto ad superficiem corporis trahere consiliū est: ideoq̄ alicui parti ad motus, non amouetur, dum cutem cruento colore suffundat. Hinc est, quod hodie eiusmodi a nostris emplastra Rubificantia vocentur. Temporis verò longitudinem in omnibus decernere impossibile est. Quare frequenter sinapismus leuandus est, & caro considerata an exactè rubefacta est. Et hoc maxime faciendum in partibus hebetiore sensu præditis. In quibus verò celeriter operari ipsum volumus, locus spongijs ex calida expressis fouendus est, incumbente adhuc sinapismo: id est, super lintheum spongiæ imponendæ sunt. Post sufficientem usum, in balneum ducendus est æger, & in calidum ponendus solium, & pars iterum perfundenda citra inunctionē. Post balneum verò, rosaceo illinendus locus. At in vehemēti dolore, aut etiam vlceratione, hapsolana aqua & rosaceo imbuto integendus est: & imponenda est malua cocta, trita cum pane. Post sedatum dolorē, vtendum est cerato rosaceo cum cerussa. In quibus verò balneum adhiberi nequit, in ijs per reliquum corpus spongiarum ex calida aqua expressarum fomento vtendum est. Verum in capitis, & præsertim frigidis affectibus, olei calidi perfusione locus mitigandus est. Vltus sinapismi & rubificantis emplastri potissimum in diuturnis vitijs, vbi reliqua præsidia non suffecerint, efficacissimus est. Summè autem prodest capitis dolori, hemicrania, morbo comitali, vertigini, infantia, capiti adhibitus. Sed & thoraci, in asthma, orthopnoea, & tussi diuturna. In destillatione, & caput, & thorax sinapismo illinendus. Stomachus & intestina in omnibus diuturnis affectibus & maxime in prostrato appetitu: item in nephriticis affectibus, ac lumborum, colis & vesicæ resolutionibus. Quin & omnes resolutæ & frigidæ partes hoc auxilio gaudent. Commodum est quoq̄ præsidium podagricis, arthriticis, & ischiadicis. In acutis contra morbis non admodum probatur: paucis tamen exceptis, nempe segnioribus & pigrioribus vtpote lethargo, cataphora, & catocho: in quibus sinapismo vtimur, in initio illum quidem cruribus imponentes: vbi verò materia radices egerit ac firmabitur, capiti. In ijs præterea, qui continua febre laborant, vlcusq̄ habent, tum in cartilaginosis, tum ex carnibus alijs locis vitari debet sinapismus. Vlcera enim efferantur, nimiaq̄ acrimonia exacerbantur: partes verò ex carnes, ab ipso sinapismo exuruntur, & nigrescunt. Reliquum est, vt sinapismi siue emplastri rubificantis formulam vnā subiiciamus, quæ

*Emplastra  
rubificantia.*

*Sinapismi  
vltus.*

℞. Olei costini, vnciam vnā.

E castorio, } an vnciam dimidiam.

Euphorbio, }

Sinapis, drachmas duas & dimidiam.

Fimi syluestrii columbarum, drachmam vnā & dimidiam.

Sagapeni, drachmas duas.

Euphorbij, scrupulum vnum.

Seminis nasturtij, drachmam vnā & dimidiam.

Castorij, drachmam vnā.

Aceti, drachmas duas.

Cum cera, quod satis est, ad emplastri consistentiam coeant.

## DE EPITHEMATIS.

### Caput VIII.

Epithemata veteribus, vt Paulus libro 7. capite 18. attestatur, propriè erant Epithemata  
Emalgmata, quæ medijs corporis partibus ventriculo (verbi gratia) iocine- propriè.  
ri, lien, & eiusmodi admouebantur. Generatim tamen quæ alijs etiam im- Generatim.  
m ij neban

*Epithematū componendi vñiata ratio.* nebantur partibus, Epithemata nuncupabantur. Hodie verò epithemata diuerſa, ac olim, ratione è stillaticijs liquoribus, adiectis ſpeciebus aliquot, componuntur. Sic autem ea magna ex parte miſcent, vt libræ vñi liquorum, drachma vna & dimidia, aut duæ ſpecierum reſpondeant. Rarò etiam alijs, quàm iecori & cordi, partibus hodie admouent epithemata. Præterea ijs quæ cordi adhibentur, aliquid vini optimi, modo febris non adſit, & croci, præter alia cor roborantia medicamenta, miſcent. His verò quæ iecori imponuntur, acetū parū permilcent, vt nimirum ad iecur ac corporis interiora vim medicamentorum deducant. Modum verò in illis miſcendis eum ſeruant, vt libræ liquorum vñciam vnam, vini & acetū ſemunciam adijciant. E croco fat erit ſcrupulum dimidium, aut grana aliquot permilcuilſſe. Porrò qui epithematis ijs quæ ventriculo & iecori imponuntur, rectè vti voluerit, is nunquã non adſtringentia illis miſceat medicamenta oportet. Siquidem quum hæc duo viſcera communia ſint alimenti instrumenta, adeoq; eorundem functiones ad vitæ conſeruationem ſint neceſſariæ: ſemper aliquid quod illis robur conciliet, vt ſunt adſtringentia, adijciendum erit. Quicumque igitur vitæ diſcrimen inferre noluerit, is adſtringentium in prædictis epithematis vſum haud negligat. Sed præſtat, ea quæ diximus, exemplis aliquot illuſtrare.

## I. Cordiale.

℞. Liquoris ſtillaticij boraginis, }  
 Roſarum, } añ vñcias tres & dimidiam.  
 Meliſſophylli, }  
 Oxalidis, }  
 Specierum Antidoti è gemmis, } añ drachnam dimidiam.  
 Emargaritis, }

Lignialoes, }  
 Ramentorum eboris, } añ ſcrupulum dimidium.  
 Corticum mali citrij, }  
 Oſis cordis ceruini, }  
 Vini optimi, vñciam vnam.  
 Croci, ſcrupulum dimidium.  
 Commiſtis omnibus, fiat epithema, cordi adhibendum.

## II. Iecori adhibendum.

℞. Liquoris ſtillaticij vtriuſq; intybi, }  
 Cichorij, } añ vñcias duas.  
 Lactucæ, }  
 Abſinthij, }

Oxalidis, vñcias tres.  
 Solani, vñciam vnam.  
 Aceti, vñciam dimidiam.  
 Specierum Antidoti diarrhodon abbatís, drachmam vnam & dimidiam.  
 Diatriafantaloni, ſcrupulos duos.  
 Santalorum rubeorum, ſcrupulum vnum.

Mixtis omnibus, formetur epithema, iecori admouendum.

*Vſus epithematum.*

Vſus autem epithematum is eſt. Calefactis primùm ijs, dein pannus laneus charmeſinus, ſi haberi poteſt, imbutus iſtis, & madefactus, atq; ſubinde leuiter expreſſus, loco laboranti toties admouetur, quoties neceſſitas ipſa requirit. Subinde etiam mutantur panni, ne calefacti corpus calefaciant.

## DE EMBROCHIS.

Caput IX.

148091

**E**<sup>εμβροχίνον</sup>μ, Latinis irrigationē sonat. Est autem propriē Embrocha, quum <sup>εμβροχίνον</sup>ex alto, pluviæ instar, in partem aliquam fit destillatio. Sic quidem dicta <sup>εμβροχίνον</sup>από το βρέχον, quod pluere ac irrigare Græcis significat. Utitur h̄s in capitis <sup>Vsus.</sup>vitijs, aliarumq̄ partium contusionibus ac fracturis. Componuntur autem <sup>Compositio.</sup>Embrochæ ex herbis, radicibus, seminibus, floribus, & id genus alijs, in aqua, vel vino, pro affectus diuersitate, decoctis. Adijciunt autem magna ex parte ad manipulos duos, stirpium & aliorum, libram vnam liquorum: atq̄, quoad medietas consumatur, decoquunt. Decoctum autē hoc, quum adhuc calet, capiti aut alteri parti adhiberi debet. Formulæ aliquot propositis, res tota planior fiet.

## I. Capitale calefaciens.

℞. Betonicæ,  
Chamaemeli,  
Maioranæ,  
Serpilli,  
Lauandulæ,  
Origani,  
Hyslopi,  
Calaminthæ,  
} añ Manipulum vnum.  
Coquantur in libris aquæ fontanæ quatuorad, dimidias, fiatq̄ embrocha.

## II. Refrigerans.

℞. Foliorum salicis, Manipulum vnum.  
Florum nymphææ,  
Violarum,  
Rosarum,  
} añ Manipulum dimidium.  
Seminis lactucæ,  
Portulacæ,  
Cucurbitæ,  
} añ drachmam vnam.  
Corticum papaueris, drachmam dimidiā.  
Bulliant in libra vna & dimidiā aquæ fontanæ ad tertias, fiatq̄ embrocha.

## DE FOMENTIS.

## Caput X.

**F**omenta à fouendo dicta sunt, quòd scilicet suo calore partes corporis, qui- <sup>Fomenta.</sup>bus applicantur, foueant. Græci illa generatim <sup>θερμάσματα</sup>θερμάσματα nominant. Sunt <sup>θερμάσματα</sup>θερμάσματα verò duplicia, humida nimirum, & arida, Hippocrate lib. 2. Vict. acut. morbo-  
rum teste. Cæterum fomentum humidum, Galeno lib. 12. Ther. method. cap. 7. & alijs Græcis propriē <sup>κατά τλησις</sup>κατά τλησις dicitur. At id quidem in vtre, vesica, vas- <sup>κατά τλησις</sup>κατά τλησις culo æreo, aut testaceo, vel spongia vellinteo humido imbuto adhibetur: vt è loco Hippocratis paulo antè citato satis liquet. Aridum propriē Græcis <sup>πυρετα</sup>πυρετα vocatur: & à sacculo, de quo sequenti agemus capite, ferè nihil distat. Porro fo- <sup>Vsus.</sup>mentata cutim rarefaciunt, & transpirabilē reddunt: ac sanguinē qui in phlegmonibus est, attenuant, & discutunt. Antè tamen corporis vacuationem, vt alia omnia localia, præsertim in corpore plethorico, aut vitiosis humoribus referto, non sunt temerè admouenda. Quippe tum plus humorum ad calefactam partem trahetur, quàm id sit quod discutitur. Nunc humidorum fomentorum vnam & item alteram formulam subiiciemus.

m iij I. Ano-

## I. Anodynum &amp; relaxans.

- ℞. Maluæ, Manipulum vnum.  
 Florum anethi, }  
 Chamæmeli, } añ Manipulum dimidium.  
 Meliloti, }  
 Seminum lini, } añ vnciam dimidiam.  
 Fœnogræci, }

Coquantur in lib. duabus aquæ fontanæ, dum mediætas relinquatur: & postea aliquo prædictorum modorum adhibeatur.

## II. Ad lienem induratum.

- ℞. Centaurij minoris, } añ Manipulum vnum.  
 Ceterachij, siue aspleni, }  
 Rutæ, Manipulum dimidium.  
 Seminis lini, } añ drachmas tres.  
 Fœnogræci, }  
 Corticum radicis capparæ, drachmas tres & dimidiam.  
 Radicis althææ, vnciam vnam.

Decoquantur in aqua & aceto iustæ quantitatis ad tertias, spongiaq; iure decocti in utra applicetur.

## DE SACCVLIS.

## Caput XI.

*Componentorum sacculorum ratio. Quibus partibus corporis & qua forma adhibeantur.*

Quæ veteribus arida dicebantur Fomenta, hæc hodie sacculorum appellatione veniunt. Nihil enim, aut parum admodum differre videntur. Conficiuntur è radicibus, herbis, floribus, seminibus, & id genus alijs medicamentis. Radices præterea & herbæ conciduntur, aut leuiter contunduntur, perinde atq; semina. Adhibentur magna ex parte capiti, cordi, ventriculo, iecori, lieni, & vtero. Ideoq; & compositio & forma eorundem iuxta partis laborantis morbum, situm & figuram variantur. Capiti enim, quod ad compositionem attinet, è capitalibus vocatis medicamentis confecti: quod ad figuram spectat, oblongi sacculi, & tiaræ formam obtinentes admouentur. Ventriculo, quæ ex ijs quæ ipsi maxime destinata sunt, confecti, & scuti effigie, adhibentur. Cordi, iecori, lieni, & vtero, ex rebus singulis partibus congruentibus compositi, & dictarum partium formam imitantes, applicantur. Et qui capiti & cordi admouentur, serico: reliqui verò lineis pannis obducuntur. Iam è formulis, quæ diximus, magis innotescunt.

## I. Capiti apponendus.

- ℞. Florum rosmarini, }  
 Lauandulæ, } añ Manipulum vnum & dimidium.  
 Chamæmeli, }  
 Betonice, }  
 Rosarum, }  
 Saluæ, }  
 Majoranæ, } añ Manipulum dimidium.  
 Serpylli, }  
 Meliloti, }  
 Folliculorum senæ, drachmas duas & dimidiam.  
 Stichadis, drachmas tres.  
 Caryophyllorum, }  
 Nucis moschata, } añ scrupulos duos.  
 Maceris, }

Contu-

Contusa in fericum demittantur, formeturq; sacculus capitalis, tiaræ formam referens.

## II. Cordi.

℞. Florum buglosi veri,  
Echij,  
Rosarum,  
Melissophylli,

} añ Manipulum vnum.

Cinamomi electi,  
Caryophyllorum,  
Maceris,

} añ drachmam dimidiam.

Ligni aloes, scrupulum vnum.

Corticum mali citrij,  
Specierum diambrae,

} añ drachmam vnam.

Osis cordis ceruini, scrupulum dimidium.

Croci, scrupulum vnum.

Contritis omnibus, fiat sacculus è serico, cordialis.

## III. Leniens &amp; discutiens.

℞. Florum chamæmeli,  
Meliloti,  
Anethi,

} añ Manipulum dimidium.

Seminis lini,  
Fœnogræci,  
Altheæ,

} añ drachmas duas.

Origani,  
Abrotoni,  
Mentæ siccae,  
Calaminthæ,  
Rutæ hortensis,

} añ Manipulos duos.

Contusa in linteolum demittantur, fiatq; sacculus.

Ceterum sacculi semper acu transuerim missa consuntur, ne scilicet ea ex quibus constant, in vnam omnia partem labantur ac declinent. Ut plurimum etiam antea quam adhibentur, lapidi ab igne calefacto imponuntur, ac vino aut aceto irrigantur: ac postea contracto calore, partibus laborantibus admouentur.

## DE INSESSIONIBVS.

## Caput XII.

QVod Latini in sessum, aut in sessionē, hoc Græci ἐγκάθισμα nominant. Non est autem, nisi decoctum ex herbis, floribus, seminibus, radicibus, alijsq; eius generis medicamentis constans, cui eger insidet. In sessionibus autem utimur, vbi balnea nos deficiunt, aut vbi eger imbecillior est quam ut balnei, quod vehementius discutit, viresq; resoluit, vsum ferre possit. Vsum autem in sessionum maximè est in renum, vesicæ, colli, ani, & vteri malis. Variantur medicamenta pro morbi diuersitate, nunc hæc, nunc alia requirentis. Præstat autem, ut in sessionis tempore caput operiatur, ne vaporibus sursum elatis repleatur. Restat ut formulas aliquot subiiciamus.

## I. Ad calculosos.

℞. Saxifragæ,  
Oenantes, seu filipendulæ,  
Helxines,  
Maluæ,  
Altheæ,

} añ Manipulum vnum.

Cicerum

Cicerum rubeorum, drachmas tres.

Seminum apij, }  
Lini, } añ drachmam vnam & dimidiam.  
Fœnogræci, }

Coquantur lingula in aqua iustæ quantitatis ad tertias, pro infensione, affligente calculo.

II. *Ad menses constrictos.*

℞. Artemisiæ, }  
Saluïæ, }  
Betonicæ, }  
Calaminthæ, }  
Origani, } añ Manipulum dimidium.  
Pulegij, }  
Chamæmeli, }  
Meliloti, }  
Hyperici, }  
Abrotoni, }

Radicum iridîs, } añ vnciam vnam.  
Apij, }

Coquantur, radicibus prius minutim concisis, pro infessu.

III. *Constringens.*

℞. Plantaginis, }  
Polygони, } añ Manipulum vnum & dimidium.  
Rubi, }

Corticum mali granati, drachmas tres.

Bursæ pastoris, } añ Manipulum vnum.  
Equiseti, }

Radicis symphyti maioris, } añ vnciam dimidiam.  
Radicis bistortæ, }

Balaustiorum, drachmas tres.

Coquantur omnia in tribus aquæ pluuiæ partibus, & quarta vini nigri adstringentis, pro infessu eorum qui alui profluuiio, aut dysenteria laborant.

PERORATIO.

Hactenus, quanta breuitate potuimus, vſitatam huius temporis componendorum medicamentorū rationem quatuor libris perſtrinximus: hoc potissimum nomine, vt non tantum pharmacopœis, verum etiam ijs qui medicinæ ſectantur ſtudiū, & ijs etiam qui iam medicinam facere incipiunt, prodeſſemus. Nam abunde nobis conſtat, quàm exerceat eos hæc res, qui iam medendi rationis periculum faciunt, ſi non habeant qui illos quali manu ducat. Speramus etiam, hinc eam commoditatem ad pleroſque peruenturam, vt deinceps paulo latinius ſuas formulas poſſint conſcribere. Nos illarum pauca duntaxat exempla paſſim adduximus, quibus qui contenti eſſe nolint, ad medendi rationem noſtram confugiant: quæ iſtis, quod deſiderant, aſſatim ſuppeditabit.

Reſtat aliud nihil, niſi vt Patrem Domini noſtri IESV CHRI-

STI precemur, vt is noſter labor quàm plurimis vſui eſſe poſſit. Quod ſi conſecuti fuerimus, non eſt quod amplius requiramus

FINIS.

Rerum

RERVM ET VERBORVM IN LIBRIS  
DE COMPOS. MEDICAMENTORVM D. LEONHARTI  
Fuchsij præcipue memorabilium Index.



Abrotonum 4. S. 121. 126. 128. 129. 131. 133	Abrotonū uſtū 123	Abrotoni & dicta mni eadem uires 215	Abſinthium 4. 8. 121. 123. 124. 125. 126. 127. 129. 131. 133. 144. Pon- ticum 329. Romanum 287	Acacia 122. 123. 126. 127. 131. 133. 168. officinarum 31. 40. 268. uera 40	Acacia pro hypociſtide u tendum 115	Acantha arabica, ſucaba & ſpina aba, iſdem uires obtinent 115	Acanthus uel Acantha 8	Accipitris fel 65	Acetabulum 8	Acetoſa 12. 23. 207	Acetum 39. 123. 125. 126. 127. album 273. ſcilliticum 282	Acini uuae 122	Aconitum 3 130. eius radix 32	Acorum 131. acorus 123. 125. 126. conditus 260. Indicus 196	Acori adulterini uſus quando per- mittendus medico 32	Acori radix 32. 121. eius ſucceda- neum 115	Acoro uero pro amomo utendū 20	Actuarius quando uixerit 149	Actuarij locus emendatus 159	Adamas 84. quomodo rum- patur ibid.	Adamanis uires ibid.	Adarca 122	Adeps 62. quomodo reponenda, & medulla 7	Adeps anſerinus 132. caprinus 127. 130. gallinaccus 132. porcinius 130. ſuillus 133. taurinus, uituli- nus 127. 130.	Adipis & pinguedinis diſcrimē 62	Adipes 130. 358	Adipum præparatio 114	Adiantum 8. 121. 125. 126. 127. 132. 133. 134. 222. 232. 328. albū 280. nigrum 224	Adlerſtein 84	Aduerſariorum Galeni refutatio 134	Adurentia 330	Aera 8	Acreolum 157	Aeris flos 68. ſquama 68. 126 ἀερί & α	86	Aerugo 127. 147	Aerugo æris duplex 68	Aerugo æris foſſilis & raſilis. ibi- dem	Aerugo factitia triplex ibid.	Aes crematum ibid.	Aes uſtum officinarum improba- tum. ibid. 131. non lotum. ibid.	Ætj locus de Tereca expenſus 168	Ætites 84. eius uires ibid.	Affodillus officinarum lilij ſpecies 36	Agallochon 56. 125. 126	Agaricum 32 121. 126. 127	Agaricum trochiſcatum 300	Agarici duo genera 147. pondus 148. uires ibid.	Agarus amnis & urbs Sarmatiæ. ibid.	Ageratum 213	Aggregatiua 251	ἀγροε herba 8	Agnus caſtus 8. 17. 24. 121. 127. 133	Agni caſti flos 10	Agreſta 39. 268. 299	Agrimonia 213	Agrimonia Auicennæ 11	Agrippa 329	Agſtein 89	Adſtein 89	Aiuga, ſiue abiga 8. 10.	Alabaſta. Alabaſter. Alabaſtrites. Alabaſtra 84	Ala 60	Albatecha 302	Album græcum 67	Alchekengi 11. 23	Alleluia 329	Alephangina 250	ἀλεϕανγινᾶ 133	ἀλεϕινῆ 133	Alica 164	Alindaracarum 69	Alkali 22	Alkarnes 22	Allium 121. 123. 129. 130. 133	Allij ſylueſtris radix 38	Aloc 40. 121. 122. 124. 128. 130.	Aloe 142. 226	Aloe in peſtilenti conſtitutione non lauanda 243	Aloe caballina, ſucco citrina 143	Aloes delectus & genera 142	Aloes lotio cum aromatibus 322. & alia exquiſitior, & ſimplex 110. 111	Aloes pondus 144	Alſine 9	Althæa 9. 11. 121. 128. 129. 131. 133	Althæa ſiue Ebſci radix 32. 129. ſemen 20	Alter Nicolai locus emendatus 171	Alumen 68. 84. 128. 130. capilla- re à plumoſo diſſert 68	Alumen catinæ 69	Alumen conerctum duplex 68	Alumen cruſtaceum 69. latercu- lorium ibid. plumoſum 84	Alumen rochæ duplex 69	Alumen rotundum triplex. ibidem	Alumen ſciſſum ſiue ſciſſile. ibidem 132	Alumē talare 69. Zuccharinū. ib. Alhypum 149	Amaraherba 183	Amaracum 121	Amarantus 9	Amatus luſitanus 50. eiusdem de Lyncurio error 86	ἀμμοε 89. 401. Auicennæ 83	Ambaris fontes 89	Ambarum ibid. 121. 125. facticium 89. ſuluum ibidem	Ambra 83. 126. citrina, gryſea 89	Ambarum ſubalbidum 83	Ambrunensis 43	Ambuſtis medentia 133	Amentum dulce 60	Amethyſtus 84. eius uires. ibidem	Amiantus 69. 84. 333	Ammi 123. 128. 131. 132. 133. 217. 234. eius ſuccedaneum 119	ἀμμιον 72	Ammeos ſemen 20	Ammoniacum 125. 126. 130. 170 ἀμμιοε 82	Amomum 125. 126. 131. 162. 233. li- gnum potius eſſe quàm ſemen 20	Amomi ſemen 20. eius ſucceda- nea 115	ἀμποιε 89	Ampelia
--	-------------------	---	--	--	--	--	------------------------	-------------------	--------------	---------------------	--	----------------	-------------------------------	--	--	--	--------------------------------	------------------------------	------------------------------	--	----------------------	------------	---	---	----------------------------------	-----------------	-----------------------	--	---------------	---------------------------------------	---------------	--------	--------------	---	----	-----------------	-----------------------	---	-------------------------------	--------------------	--	-------------------------------------	-----------------------------	--	-------------------------	---------------------------	---------------------------	--	--	--------------	-----------------	---------------	---------------------------------------	--------------------	----------------------	---------------	-----------------------	-------------	------------	------------	--------------------------	--	--------	---------------	-----------------	-------------------	--------------	-----------------	----------------	-------------	-----------	------------------	-----------	-------------	--------------------------------	---------------------------	-----------------------------------	---------------	---	-----------------------------------	-----------------------------	--	------------------	----------	---------------------------------------	--	-----------------------------------	--	------------------	----------------------------	--	------------------------	---------------------------------	---	---	----------------	--------------	-------------	--	----------------------------	-------------------	--	-----------------------------------	-----------------------	----------------	-----------------------	------------------	-----------------------------------	----------------------	---	-----------	-----------------	--	---	--	-----------	---------

Ampelia

I N D E X.

Ampelites	ibid.	231. è succo rosarum.	ibidem	flonis materia 400. forma 401.
Amygdala dulcia 25. 121. 125. 129.		Antidotus è brastica marina	241	utendi tempus 400
amara 25. 121. 125. 128		Antidotus ex ouo, incerti autoris	219	ἀπιγοπ 67. 84
Amylum	129. 216	Antidotus è brastica marina, incerti autoris	241	Apostolicum cur dictum 346
Anacardi	25	Antidotorum concoctionis tempus	357	Aqua angurie 226
Anacardina Ioannis Damasceni	191	Antidotorum dolorem sedantium & stupefactantium usus	357	Aqua mulsæ 288
Anacardium	25. 121	Antidotorum exhibendorum modus	356	Aqua temperata 130. tepida 358
Anacardus	84	Antidotorum lethali bus aduersariam usus	355	Aque marina succedaneum 319
Anagallis 125. 126. 127. 130. 131		Antidotorum liquidorum purgantium pondus usitatum	364	Aquarum & liquorum ratio 381
Anagallidis usus	9	Antidotorum pondus & mensura	356	Aquarie cotes 86
ἀνακαρδικόν	195	Antidotorum purgantium solidorum usus	364. 367	Aquaticum nasturtium 11
ἀνακαρδικία	128	Antidotorum roborantium liquidorum componendorum ratio	361	Aquilegæ semen 21
Anatina pinguedo	62	Antidotum quid Fuchsius appellat	355	Arabicum gammi unde promanât 158
Anchuse succedaneum	215	Antidotum è castorei haftenus reeparatum non esse	189	Arabum doctrina confusa 50. incerta 211
Andromachus senior Neronis archiatrus	164	Antidota 158. quæ & unde quando, & quibus exhibenda	356	Arabum doctrinam nihil habere certi ac solidi 19
ἀνδρομαχίδης	328	Antidota roborantia duplici	360	Arabum pondera 157
Æmone syluestris	ibid.	Antidota robur corpori adijcuntia liquida 189. solida 197. somnifera	357	Arabum scripta sepe numero Medicis errandi occasionem præbere 19
Ænethum 9. 121. 126. 132. aridum 121. syluestre 36. uride 121.ustum	ibid.	Aparitio	133. 327	Arabum spodium canne intra corpus non assumendum 81
Ænethi flos 17. semen	20	ἀπεφθορ	68	ἀργυροπυρίτις 123
Ængelicæ radix	32	ἀπεφθόρον uox exoleta	76	Arantia 26 corundem cortex 55
Anomalia & corundem partes	95	ἀπεφθόρον uirgēs, siue ἀπεφθόρον	75	Arbor lapidosa 85
Anum 121. 122. 123. 126. 234		Aphronitrum quid	75. 129	Ardea pinguedo 62
Anum semen	21	Aphronitrum ab aphrolitro an diuersum	76	Argentaria 87
Anodynum	358	Aphronitrum duplex	75	Argentarius pyrites ibidem
ἀνοδύνη	132. 358	Aphronitri & salis discrimen	79	Argentum 128
Anserina pinguedo	62	Aphroselenus	84. 87	Argentum aqueum 73. fusile ibid. uium ibidem
Anthenis	9. 10. 17	Apium 21. 121. 122. 125. 132. 133. officinarum 11. palustre satiuum	9. 21	Argentum uiuum facticiam & nastium ibid. rubrum ibidem
Anthera	24. 132	Apij satiuæ radix 32. 36. semen	21	Argenti litargyrum 76. spuma ibid. spuma candida ibid. fulis aureæ ibidem
ἀνθήρα	14. 17. 143. 204	Apij radix 126. semen 23. 131	127	Argenti spuma sex conficitur modis ibidem
ἀνθῆρα	72	ἀποφλεγμωσικόν	127	ἀργυροπυρίτις ibid.
Antimonium	83	Apophlegmatismi	133. 400	ἀργυροπυρίτις 73
ἀντιμόνιον	124	Apophlegmatismorum compositio		Ari radice in ueri dracunculi penuria utendum 33. 39
Antophyllus	209			Ari radice pro serpentaria utuntur officina 32
ἀντιόφυλλον	115			ἀργύρον 330
Antali non sunt lapides	59			Aristolochia 32. 126. 128. 131. longa 33. 132. rotunda 10. 126. 129. 169. 213. 229. tenuis. 168
Antalium ut à Dentalio distat	60			Aristolochie radix 32
Antali, uel antalium	58. 313			Aristolochia quauis utendum 115
Antali quid	59			Aristolochia rotunda destituit seplasticæ 33
Antidotus catholica Nicolai Myrepsi 235. prepositi ibidem. cordialis incerti autoris 211. è bacis lauri Rhazes 191. diaphoræcon Mesues filij 236. è Damascenis prunis 224. Ioannis Damasceni è gemmis 207				Armenius, siue armeniacus, uel armenus lapis 85. 152. cuius pondus ibid.





I N D E X.

Bhytum	122. 123	narum	9. 10	ficum in secundo, tertio	
Βηρυλιός	367	Buglosse flos	17. 34	& quarto ordine quid	120
Blutstein	86	Buglossum	121. 122. 125. 272	Callitrichum	15
Bolum armenium	234	domesticum, sylvestre	230	Calor tractionem medicamento-	
Bolus armenia	127. 128	Buglossum ueterum	10	rum iuuat	135
Bolus officinarum armenia adul-		Bulbus	161	Calx unde conficiatur	71
terina	87	Bulbi	132	Calx duplex	19
Bolus armenius orientalis	ibid.	Bulbi hyacinthi & liliorum al-		Calx extincta	ibid. lota 129.
123		borum	133	uiuata	71. 130
Bolus uerus ubi nascatur	88	Bulla marina	91	Camelheuw	12
Boli armeni succedaneum	115	Bupthalmum	10. Bupthal-	Canomilla	239
Bolus	303. 367	mus	329	Camphora	90. 304. facticia,
Boli purgatorij usus	367. quan-	Bursa pastoria uel pastoris bur-		natiua, sublimata	90
titas	ibid.	sa	10. 122. 127. 132	Cancamum	49. Cancamus
Bolos componendi ratio	367	Burunga	192	170	
Bombax	24	Butyrum	65. 128. 130. 133.	Candela suffumigabilis	307
Bombacium	196	358		Candela, siue Cancellata	55. 160
Bombacis, bombacij & bombofi		Βυττός & κρόπος	31	Canis pinguedo	62
semen	24			Canceri	60
Bombyces	67			Cannabis semen	21
Borachia gemma	332			Cantharis	130
Borachius lapis	ibid.			Cantharides	3. 60
Borrage	10. 17			Cantharides uesciam exulcera-	
Borragnis saccharum	257			re	122
Borax	71. 75			Cantharidum legitimus	usus
Bornen	89			60	
Borax	332			καύτιος	186
Bornstein	89			Cappari	25
Bostrychites	84			Capparis	34. 121. 123. 126. 128.
Βοτρυτίς	70			131. 144	
Βοτρυώδες	166			Capparis cortex	124. 129
Βοτρυός	ibid.			Capparis flos in gemma colligen-	
Botrys Celtica	166			us	298
Botrys Gallica	ibidem.			Capparis radix	139
Bouis oculus	329			Cappares	25
Bowoi	74			Caphura	90. 121. 122. 157. 198.
Brabyla	29			304	
Branca ursina officinarum	115			Caphura ut medicamento frigida	
Branca ursina 9. 190. 327 eius				do non esse utendum	231. 337.
succedaneum	190			Caphura herba	329. eius succed-
Branca resinam ueterum esse				daneum	325
spondilum sylvestre	8			Capillus Veneris	8. 222. 276.
Brassica 121. 123. bis cocta	127.			234. 328. 336	
hortensis. marina 9. satiuua	126.			Caput iuuania	124
131. sylvestris 179. tenuis	229.			Capipinguedo	62
Brassica folia 127. semen	20. succus			Capitalia	372
cus	39. 133			Capnos	10
Bresilium	58			καπνίτις	70
Briansona	43			Capnos	10. 12. 33. 169
Bruchfrucht	230			Capni radice pro uera Aristoteli	
Brusci radix 37. semen	24			chia rotunda utendum.	
Bryonia radix 34. 38. 128. 130.				33	
332. 133. 335				Caponis pinguedo	62
Bucca. Buccella	367			Caprae lac	66
Buccinum	39			Caprarum unguis	64
Buff	332			Caprifolium	14
Buglossa 231. Buglossa offici-				Caprina pinguedo	61
				Capficor	

**C** Admia 69. 80. 121. 127.

128. 130. 308. crustosa,

jetida, fornicaria, fossilis

metallica 69

Cadmia natia duplex 69

Cadmia racemosa 80

Calabrina 43

Calaminaris lapis 69. 70

Calamentum 10

Calamintha 10. 14. 121. 122.

124. 125. 129. 131. 132. 234.

domestica & sylvestris 286

Calamus aromaticus officinarum

34

Calamo aromatico uero carens

mus ibid.

Calamus Meoticus conditus. 260.

Calamus odoratus 121. 122. 125.

126. 127

Calney 69

Calfacientia ad artus 126. ca-

put 124. cor. iecur. lienem

125. renes 126. stomachum

& uentriculum roborantia

125. item thoracem 124. ute-

rum 126

Calfacientia & refrigerantia

temperata 120

Calfacientia in primo, secundo

tertio, quarto ordine. 121

Calfacientia miscenda stupefa-

ciemibus 358

Caliberba 69

Calices, siue Caliculi glandium

26. 132

Calidum in primo ordine 120

Calidum, frigidum, & humidum

ficum in secundo, tertio

& quarto ordine quid 120

Callitrichum 15

Calor tractionem medicamento-

rum iuuat 135

Calx unde conficiatur 71

Calx duplex 19

Calx extincta ibid. lota 129.

uiuata 71. 130

Camelheuw 12

Canomilla 239

Camphora 90. 304. facticia,

natiua, sublimata 90

Cancamum 49. Cancamus

170

Candela suffumigabilis 307

Candela, siue Cancellata 55. 160

Canis pinguedo 62

Canceri 60

Cannabis semen 21

Cantharis 130

Cantharides 3. 60

Cantharides uesciam exulcera-

re 122

Cantharidum legitimus

usus 60

καύτιος 186

Cappari 25

Capparis 34. 121. 123. 126. 128.

131. 144

Capparis cortex 124. 129

Capparis flos in gemma colligen-

us 298

Capparis radix 139

Cappares 25

Caphura 90. 121. 122. 157. 198.

304

Caphura ut medicamento frigida

do non esse utendum 231. 337.

Caphura herba 329. eius succed-

daneum 325

Capillus Veneris 8. 222. 276.

234. 328. 336

Caput iuuania 124

Capipinguedo 62

Capitalia 372

Capnos 10

καπνίτις 70

Capnos 10. 12. 33. 169

Capni radice pro uera Aristoteli

chia rotunda utendum.

33

Caponis pinguedo 62

Caprae lac 66

Caprarum unguis 64

Caprifolium 14

Caprina pinguedo 61

Capficor

I N D E X.

Capficon	21	Casia	55.121.133.160.196.232.	Catapotia coeeca	244. ex coe-	
Caputpurga	398	extracta	222.	cia Rhazis	244. ex colo-	
Caranum	379	cum folijs senæ, & sine.		cynthide	254. è cynoglo-	
Carabe	89	ibid.		fo	253	
Carbo bituminosus	89. fossi-	Casia extracta pro clysteribus	223	Catapotia ex eupatorio	242.	
lis	ibid.			ex euphorbio	247	
Carbunculus	85. 87. eius ui-	Casia fistula, fistularis	26. uel fistulaceae sive fistulosa	26. 55. 85.	Catapotia foetida maiora	ibid.
res	86		137. 177. 179. 236	è fumaris	251	
Carchedonium	ibid.	Casia nigra	26. 137	Catapotia genitale semen au-	gentia	257
Cardamine	16	κασινα σφοδρις	160	Catapotia ex hermodactylo		
Cardamenum	21	Casia officinarum	55	247		
Cardamomum	Arabum gem-	Casia cum cinnamomo similitudo	ibid.	Catapotia hieræ cum agarico	244. è hiera simplici Gale-	
num	ibid.			ni ibid. è hiera cõposita Ni-	colai Myrepsi	ibidem
Cardamomum	125. 133. 165.	Casia nigra delectus	137	Catapotia imperialia incerti au-	toris	257
167. duplex	21	Casiae flos ut ualidius aluum du-	222			
Cardamomum	officinarum	cat	137	Catapotia Inda Hali	247	
ibid.		Casia nigra facultas	137	Catapotia è lapide Armeno Ale-	xandri Tralliani	248. è lapi-
Cardamomum maius, minus.	ibid.	Casia succedaneum sauinæ pondus duplicatum	115. 161	de armeno Mesues filij.	ibid.	
ibid.		Casia temperamentum nigra	137	Catapotia è lapide Cyanei Mes-	sues filij	ibid.
Cardamomi semen	ibidem			Catapotia linguae subdita Nico-	lai Myrepsi	255
Cardamus	171	Casiam ligneam omnino ex officinis esse exigendum	161	Catapotia Lucis	245	
Cardapatium	34	κασινα τερον	80	Catapotia Mastichina concilia-	toris	252
Cardiaca	328	Cassutha	10. 18. 121. 122. 125. 129. 131. 180	Catapotia ex octo rebus, Nicolai Præpositi	257	
Cardiobatami	ibidem	Castanea	121. 122. 127. 215	Catapotia ex Opopanace, Ioannis Damasceni	256	
Cardumonium & cordumeum	167	Castorium	61. 122. 124. 132.	Catapotia optica maiora Mesues filij	245. minora. ibidem	
Carduus benedictus	11. 18. 160. 328		400	Catapotia pestilentialia incerti autoris	243. Fuchsi	244
Careum	35. 121. 122. 124. 162. 181	Castoris testes	59	Catapotia polychresta Ioannis Damasceni	251	
Alexandrinum	194	Catagmaticus	294	Catapotia è quinq; Myrobalanis Nicolai Myrepsi	253	
Cari, carei & caroi semen	31	καταπραειν	371	Catapotia è Rhabarbaro Mesues filij	242	
Caricæ	26. 125	Cataplasma	410	Catapotia è Sagapeno Ioan. Damasceni	256	
Carmanum	255	καταποπον	371	Catapotia è Sarcocolla Ioannis Damasceni	256. Mesues filij	248
Carmesinus	49	Catapotia 242. cur excogitata	371	Catapotia è Sebellia Ioannis Damasceni	255	
καρμασιν	161	Catapotia ex Agarico Mesues filij	245. Nicolai Myrepsi.	Catapotia sine quibus esse nolo, Nicolai Præpositi	251	
Carnabadium	121. 325. 162. 181. 204. 208. 215	ibid. Catapotia ex Aloe Galeni	257	Catapotia stomachica maiora Ioannis Damasceni	ibid. minora ibid. Mesues filij	250
Carnabadium, an doronicum	35	Catapotia ex aloe lota	252. & mastiche	ibid.		
Carnabium	208	Catapotia Arabica Nicolai Præpositi	252. aromatica Ioannis Damasceni	249		
Carmen immiuentia	131	Catapotia arthetica Nicolai	246. 247	Catapotia aurea Nicolai Myrepsi	242	
Carneolus	207	Catapotia azaiareth Auicennæ	249	Catapotia Bethica Ioannis Damasceni	253	
Caro citrei	121	Catapotia nigra	249	Catapotia è benedicta bdellio maiore	255	
καρσινια	133	Catapotia Arabica Nicolai Præpositi	252. aromatica Ioannis Damasceni	249		
Carpesium	26. 121. 124. 127	Carpobalsamum	26. 160	Carpobalsami succedaneum	115	
Carpobalsamum	26. 160	καρποβαλζαμ	158	Caryophyllum	26. 122. 125	
Carpobalsami succedaneum	115	Caryophylli	234	Caryophyllorum folia	233	
καρποβαλζαμ	158	Caryophyllorum folia	233	Casius	65	
Carytamus	11. 121. 144	Casius	65			
Craui	181					
Craui semen	21					
καρσινος	20					
Caryophyllum	26. 122. 125					
Caryophylli	234					
Caryophyllorum folia	233					
Casius	65					

I N D E X.

Catapotiorem exhibendi tempus 371	351. Ioannis Damasceni ibid.	Chrysocolle species due 71. 118. facticia 71. facticia due spe- cies 72. herbacea. ibid. natia ua 71. metallica seu fossilis ib.
Catapotiorem exhibitionis pon- dus 373	Cerata 32. 350	Chrysolithi 86
Catapotiorem in quamitate dif- ferentia 371	Cerata à ueteribus quomodo con- structa 411	Chrysellus 86. 127
Catapotiorem usus ibid.	Cerata stylenia ibid.	χυλος 38
Cataputia maior 20. 21. 150	Ceratorum compositio ibid.	Cicatricem inducentia, & car- nem generantia 130
minor 22. 149. 336	Ceratorum formæ ibid. 412	Cicer 126. 130. 131. nigrum 170
Cataputiæ maioris semen 23	Cerebella passerum 61	Cicris rubri & nigri semen 22
minoris pondus 149	Cerebrum leporis ibidem	Cicera 125
καθαρετικὴ 131	Cerefolium 2. 12. 31	Cicorbata 276
Catharticum Imperiale Nicolai 241	Ceruina medulla 63	Cicercula 22
Cathartici Imperialis alia descri- ptio ibid.	Ceruina pinguedo 62	Cichorium 11. 13. 34
καθαρετικὴ 22. 134	Cerussa 128	Cichorij flos 17
Catholica 236	Cerussa plumbaria 333	Cici semen 21
Catinae 66	Cerussa preparata cum Dracon- tio 333	Cicinum 128
Caucalis 50. myrrha 159	Cerussæ fuci conficiendæ modus ibidem	Cicorea 11. 13
Cauda equina 11	Cestron 17	Cicuta 2. 11. 116. 122.
Caulis 10. 21	Ceterach 9. 214. 223. 272. 277	Cicuta semen 21
καυσινα 129	Chamædryes 121. 122. 126. 130 131. 132	Cimolia 128
Cedri fructus succedaneum 115	Calcanthum 70. 127. 130	Cimolia terra 87. 133. 183.
Ceichen 170	Chalcanthus 70	Cimolia terræ duo genera 87
Centaurea minor 10	Chalcitis ibid. 70. 167	Cimolus insula. ibid. 183
Centaureum ibidem 130. maius & minus 131. 198	Chalcitis duplex 71. factitia, alba 71. natia 70. rubra. ibidem	κινάβου 380
Centaureum magnum pro Rheo usurpandum 144	Chalcitis ut torrenda 164	Cinnabaris 72. 184. Dioscori dis 48. 72. Theophrasti & Galenii 75
Centaureij magni radix 34. cur eadem Rhei pontici nomen hodie in officinis retineat 144	Chamaelea 11	Cinnabaris Dioscoridis innoxia, reliquæ uenose 73
Centumneruia 338	Chamaelea succedaneum 115	Cinnabaris recentiorum, ibidem. ueterum duo genera 72
Cepa 118. 128. 133	Chamaeleonis radix 34	Cinnabaris Galeni succedaneum 115
Cepæ semen 21	Chamaeleoneis albi radix 121	Cinnamoum 55. 121. 122. 125. 126. 129. 131. 210. nostrum quæ le 160. tenue 210. septasia- riorum Casiam ligneam esse 55. uilius 210
Cephalicus 294	Chamaeleuce 196	Cinamomi folia 55
Cepuli 27. 180	Chamaemelum 9. 10. 121. 122. 124. 125. 126. 127. 131. 132. 358	Cinamomi succedaneum 115
Cera 41. 120. 129. alba 41. ru- bea. ibidem. uiridis. ibid. uirgi- nea 41. 44	Chamaemeli flos 18	Cinamum 210
Ceræ flauæ conficiendæ ratio. 353. rubræ conficiendæ mo- dus. ibid. item uiridis, ibidem	Chamaelinum oleum 132	Cinerula 72
Ceræ 129	Chamaepyritin Nicolaus Esulam uocat 38	Cingulum 70
κεράμιον 52	Chamomilla 9	Cinis 130. ficulna ibidem
Cerasa condita 261	Charabe 188	κινου 59
κεράτιον 156	χαις κινου 201	κίς 87
Ceratium quid 411	Chebuli 179	κισσηνίς 86
Ceratium liquidum Galeni 150	Cheiri 19. 115	Citrago 14
Ceratium ad ramicem Fuchsj 321. Nicolai 351	Cheiron 237	Citreum malum 26
Ceratium Santalinum Ioannis Damasceni 350	Chelidonium maius & minus 11. 35. 121. 123	Citrei mali acidus succus 39. cor- tex 57. semen 21
Ceratium stomachicum Fuchsj 128. 130	Chermes 275	Citri semen ibid.
	Charmesin 49	Citrij caro 122. semen 133
	Cherua 21	Citrum
	Chirurgi cur balsamo artificiali in omnibus uulneribus utan- tur 323	
	χρυσόπις 74	
	Chrysocolle 3. 68. 71. 76. 118.	

I N D E X

Citrum	26	Colocynthis delectus	149	Corrigiola	14
Citri acetositas	39	podus. ibid. preparatio.	112.	Cortex	282
Citri cortex	120.125	uehementia infrenantia.	149	Cortex citrij. 125. fabarum.	134.
Citri	57	Colophonia 51. 52. 129. uera. 52.		thuris	127
Citria condita	260	triplex ueteribus	ibid.	Cortices	95
Citrinum unguentum	118	Columbinum stercus	67	Cortices ut auellendi	94
Citrulus	21	Columbinus sanguis	ibid.	Corymbi thymi	129
Claretum	185	Comæ	213	Costum	130.131
κλειογλα	128	Communia	243	Costus 121.132. 160. herba	
Clematitis	33.167	Compeba	26	329. hortensis. ib. officinarum	
Climia	70	Concharum testa	63	qualis	35
Clinopodij succedaneum	118	Conchula	256	Costi succedaneum	93
κλυβη	388	Conchylia	63	Cotonea 26. 121. 122. 125. 126.	
κλυση	ibid.	Conditum	375	127.	
Clysteris iniiciendi tempus	390	Conditum	257.259	Cotulam foetidam non esse ma-	
detinendi tempus diuersum.		Confectiones magnæ	158.355	tricarum	14
ibid.		Confectionum struendarum mo-		Cotum	26
Clysterum componendi ratio		dus	99	Coti semen	24
388. differentie duæ. ibid.		Conserua florum Persici purga-		κράμβη άγρια	190
Cnicos	144	toria	272	Crassula herba 328. maior	8
Cnicus 10.11.144.194.		Conserua	257.375	Creta 87. insula. ibid. nigra. ib.	
Cnici delectus, facultas, pondus	144	Consolida regalis	11	uiridis	ibid.
Cnici cartami semen	21	Consolida maioris radix	38	Cretica terra	87
Coagulum leporis	61.131	Conterfein	80	Crispula	88
Cabaloti	69	Conus	132	Crocus 121.122. 125.129. 126.	
Coccia	244	Conyza	121	235. Coryceus 16. sylvestris.	
Cochleæ. 61. duæ species.	ibid.	Ceruleus	85	11. Viennensis	16
Cocconidium	21.22	Ceruleus lapis	151	Crociflos	16
Cocconidium	21	Cor	282	Crocus cur in antidoto ex ouo	
Cocconidium	16	Cor iuuantia	125	assatur	107
Coccus baphica, uel coccombæ		Corallium 85. 125. 127. 130. 234.		Crocus & uirtellus cur assantur	
phicum	21	triplex	85	219	
κόκκιος	244	Corallia	126	Crudum aloes lignum Mesues.	
Coctile	70	Cordi error 159. 161. 162.		59	
κωσάκι	185	188. 189. 192. 197. 206. 209.		Crustas efficientia	129
Colare per saccum	ibid.	210. 215. 225. 228. 230. 233.		Cubeba	26
Colchicon	152	255. 269. 274. 275. 280. 281.		Cubebæ duplices	ibidem
Colicum	358	305. 318. 325. 327. 328. 329.		Cubebæ	126
κολλικόν	131	333		Cucumer 3. 22. 26. agrestis	26.
κολλίσιον	391	Cordimētio 195. 203. 206. 209.		asininus	ibid.
Collyrium aridum album Rhæ-		212. 216. 225. 226. 227. 238. 253.		Cucumeris asinini radix	34
zis. 307. è myrrha incerti		264. 272. 273. 277. 300. 326.		Cucumerum semina	12. 236
autoris. 308. è plumbo Rhæ-		346		Cucumis	121
zis. 307. rubeum Rhæzis. ib.		Cordumenum	21	Cucurbita. 121. 122. 125. canina.	
uiride Rhæzis	ibid.	Coriandrum 122. 133. semen		335	
Collyrium Cygnus albus Nicom-		eius	21	Cucurbitæ semen	22
lai Myrepsi	308	Coriarium	31	Cuminum 121. 122. 125. 400	
Collyrium liquidum è Cadmia		Corium ustum	133	Aethiopicum 35. 162. latum	
incerti autoris. 308. è Pome-		Cornarius notatus 28. 29. 30.		190	
pholyge incerti autoris ibid.		77. 78. 79. 91. 297		Cumini fatiui semen	22
Collyria. 307. 391. arida. ibid. li-		Cornarij libelli Nitra ac Brabya		Cupressus	125
quida.	ibidem	la confutatio	77	Cuprum	68
Collyriorum duo genera. ibid. li-		Cornarius à calumnia Matthioli		Cupula glandium	26
quidorum forma. 392. mate-		assertus	173	Curcuma Serapionis	35
ria. 391. usus	ibid.	Cornu caprinum 61. ceruinum		Curcuma officinarum	35
Colocynthis 26. 148		ibid. 131. ustum	171	Cuscuta 10. 18. 180.	
		Cornus	127	Cyaneus 151. 246. lapis	253
				n iij	Cyanus

I N D E X.

Cyanus	84.86. duplex	86	stralia 381. mixta 380. pur-	Diacrydium simplex	264
Cyani		16	gantia 380. 381. 384. unde pa-	Diacrydium compositum Nico-	
Cyclaminus	125. 128. 132. 400.		rentur	colai Prepositi 262. Nico-	
radix		37	Decoctorum assumendorū tem-	lai Myrepsi	ibid.
Cyclamini		127	pus & modus 384. paran-	è succo cydoniorū Galeni 262.	
κυκλίσμιον		386	dorum ratio 380. uaria ge-	Incerti auctoris	ibid.
Cydonia	26. condita.	260	nera	380	Diacyminum Nic. Myrepsi 212
Cygnus		307	Defertum	379	Diagalanga Ioannis Damasceni
Cymbalaris		8	Delectus	95	203
Cymbalaria		331	Delphinium	11	Diagrydium 41. 148. 226
Cynoglossum	11. 132. radix		Demanth	84	Diathyssopu Nicolai 216
	35		Demuth	ibid.	Diaireos simplex 215. Solomo-
Cynosorchis		38	Denarius	6	nis Nicolai Myrepsi
Cyperus	127. Babylonicus	35	Dens leonis	277	ibid.
Cyperus Indici radix		214	Densantia	128	Dialachan Nicolai Myrepsi.
Cyperus radix	34. 131. 132		Dentale	58	214. maior Mesues filij. 215
Cyphæos compositio		172	Dentali quid	59	Dialibanu Nicolai Myrepsi 185
Cypressus		127	Dentali, uel Dentalium	59	Diamanna Nicolai 223
Cyrenaicus liquor		40	Dentifricia	394	Diamargariton Auicenne 204
Cyrenaici liquoris succedaneum		92	Dentifriciorum componendo-		frigidum incerti auctoris 206.
			rum ratio 394. usus. ibid.	187. Nicolai Myrepsi 204	Diamorôn 393. simplex Pauli
Cytinus		16	Desiccantia primo ordine	122	267. compositum. ibid. aspi-
			secundo, tertio. ibid. quarto		tatū Nicolai Prepositi 268
			123 δισμίδιον 157. χρυσο		Diamoschu amara Ioannis Da-
			πλῆθος	ibid.	masceni 103. dulcis
			ibid.		ibid.
			Desennij error	53	Diane sigillum 88
			Desennij stupor	29	Dianusu Ioannis Damasceni 212
			Desennius non sine risu erudito-		Diabolium 185
			rum Lithon Tripson nominat		Dia pendion Nic. Myrepsi 200
			193		διὰ φωνῆς 85
			Detractoria	130	Diaphenicon solidū incerti au-
			Diaboli stercus	41. 189	toris 238
			Dia acorum Nicolai Myrepsi		διὰ φωνῆς 127
			196		Diaprasiu Nicolai Myrepsi
			Diambareos Ioannis Damasceni		215
			ni	202	Diaprunis simplex 225. soluti-
			Dianthō Nicolai Myrepsi	204	um
			Diacalamines Galeni 212. Ni-		ibid.
			colai Myrepsi	ibid.	Diapylon simplex 343
			Diacarthami	241	Dia rhodon Abbatis Nicolai
			Diacaryon 267. 393. Nicolai		Myrepsi 197
			Myrepsi 267. Compositum.		Diasatyrus Nicolai Myrepsi.
			ibid.		190
			Diacasia cum māna, incerti au-		Diasena uera Nicolai Myrepsi.
			toris	223	234. uulgaris Nicolai
			Diacastoriu Nicolai Myrepsi.		ibid.
			189		Diastermaton Nicolai Myre-
			Diacodion Nicolai Myrepsi.		psi 221
			184. unde dictum	ibid.	Diateffaron cur dicta 169
			Diacorus	196	Diathamaron Nicolai Myrepsi
			Diacinamomu	210	209. cur dicta 209
			(241		Diatragacanthos calida Nico-
			Diacicu Arnoldi Villanouani.		lai Myrepsi 199. frigida eius-
			διὰ κερκῆς, pro διὰ κερκῆς,		dem
			sinistrè legitur	215	ibid.
			Diacoru Ioannis Damasceni	196	Diatrion pipereon simplex 2. 7.
			Diacurcuma Mesues filij	214.	compositū. ibid. Mesues filij.
			unde dicta	ibid.	ib. Nicolai. ib. Santalon Ni-
					colai Myrepsi 198
					Diaturpetu cum Rheobarbā
					Monta

D

Δ Δακρυδίου 41. 148

Δακρυδίου 226

Δακτυλίου 49

Δακτυλίου 27

Δακτυλίου ossa 23

Damascena pruna 121

Damasonij succedaneum 117

Damocratis locus emendatus 173

Daphnoides 11. 13. semen 18

Darseni 210

Saucher 183

Daucus 125. 126. 131. 191. semen 127. 130. ueri semen 21. succedaneum 116

Danich 157

Decoctum 379

Decocta noua facienda 290

Decocta communia cur dicta. ibid.

Decoctum, quo castia medula. extrahitur 222

Decoctum flauam alterans bilem 381

Decoctum Magistrale uulgo nominatum 382

Decoctum melancholiā preparans ad faciliorem eductionem 382

Decoctum frigidum 381

Decoctum pituitam cōcoquens atq; extenuans 390

Decocta alterantia 380. magi-

I N D E X.

Montagnana 239. incerti au-	157	Electuarium sapientum	194
toris 240. maior incerti au-	157	Electuarium regum Mesue filij.	219. 220
ris ibid. minor Zexaris. ibid.	157	Electuarium lenitiuū incerti au-	223
Mesues filij ibid.	157	toris	223
Diaxylaloes Ioannis Damasce-	411.	Electuarium è mixis Montagna-	225
ni 210	411.	ne	225
Diazinziber incerti autoris	411.	Electuarium rosatum Mesue fi-	232
217	411.	lij	232
Distamnus 11. 121. 125. 127. 131.	271	Electuarium de Sebesten	225
165. 288. radix	271	Electuaria 195. quo tempore ex-	225
Distamni ueri radice officinas	165	hibenda 362. componendi	ibid.
carere	130	quantitas	ibid.
Distamni ueri succedaneum	155	ἐλιγματα	358
3	220	Elleborus 122. albus 400. niger	150
Dilutam quid	368	in Germania incognitus	150
Dilutū Rhabarbari Indici qua-	369	Elleborus uterq; triennio seruari	32
le	369	potest	32
Diluti cōponendi peculiaris ra-	369	Ellebori albi immensa uehemen-	150
tio	369	tia	150
Diluti purgatorij usus	ibid.	Ellebori nigri facultas, pondus,	117
Dilutorum componendorum ra-	ibid.	forma 150. succedaneum	117
tio	ibid.	Ellebori duo genera 5. utriusq;	35
Dionysius Vticensis, falsò Con-	328	radix	35
stantinus nominatus	328	ἐλελισφακον	218
Dioscoridis ex Plinij lapsus	74	Elelibhacos	11
Dioscoridis locus emendatus	56	ἐλελισφακον	168
Dioscoridis de spuma nitri ex	79	Elenium	36
aphronitro sentētia discussa	79	Elenij radix	35
Dioscoridem acriū appellatione	29. ali-	Eleoselinon	9. 12. 33
minimè fuisse abusum	29. ali-	ἐμβροχον 415. unde dicta. ibid.	ibid.
cubi improprie usum esse quo	29. ali-	usus	ibid.
rundam saporum nominibus	29. ali-	Embroscharum compositio. ibid.	ibid.
ibid. astringentiū appellatio-	29. ali-	formule	ibid.
ne interdū abusum fuisse. ib.	29. ali-	Emollientia	130
δρῶσινικα	131	Empelatici siue Emblici	26
Diphryges Cyprinū 72. metalli-	131	Empetron alterum	161
cum seu natiuum	131	ἐμφρακτικα	129
Diphrygis tria genera. ibid. suc-	131	ἐμπλαστικα	ibid.
cedaneum	117	Emplatri rubificantis formula	413
Diptamus 11. radix.	36	ἐμπλασσοφάρμακον	408
Dispensatorium 154. non uerè,	2	ἐμπλασσοφ. ibid. unde nomen	ibid.
neque latine dici	2	habeat	ibid.
Discutientia quæ	123	Emplastrum album coctum sim-	348
Distantia	120	plex	348
Dolorem mitigantia	332	Emplastrum Apostolicum Nico-	347
Doronicum 35. 125. Europæum.	35. 125.	lai Alexandrini	347
35. Orientale. ibid. Romanum	183	Emplastrum è baccis lauri Ioan-	346
183	183	nis Damasce 345. incerti au-	346
Doronicis succedaneum	117	toris	346
δρακων	156	Emplastrum Basilicum magnum	350
Draconis sanguis 66. sanies 72.	32. 33. 130	Emplastrum ad bubones pestilen-	ibid.
Dracontium	32. 33. 130	tes	ibid.
Dracontij succedaneum	117	Emplastrum ceroneum Nicolai	347
Dracunculus	33. 125	Alexandrini	347
Dracunculi radix	35	n iij	Empla-
Dragaganthum	53		
Drangea	385		

I N D E X.

Emplastrum è crusta panis Mon tagnanæ 350	Epithematum componendi usita taratio ibid. (sus 416	Exactè amara 79
Emplastrum διαχυλῶν 38	Epithematum formulæ. 415. u	Excrementa animantium 65
Emplastrum diachylon magnum Ioannis Damasceni. 343. par uum eiusdem. ibid. Nicolai Myrepsi ibid.	Epithymum 18. 122. 125. 142	Extenuantia 129
Emplastrum diuinum Nicolai. 347	Epithymum Arabum & Græco rum unum & idem 18	Extergentia ibid.
Emplastrum diachylon simplex Ioannis Damasceni. 342. Com positum incerti autoris 343	Epithymi pondus 142. uis. ibid.	F
Emplastrum gratia Dei Nicolai, 347	Equisetum 11. 127. 130	<b>F</b> aba 120. 122. 129. 196
Emplastrum griseum incerti au toris ibid.	Erdfisch 84	Fabæ 131
Emplastrum de Ianua Nicolai. ibid.	Erdfglas 85	Fabarum farina. 196. semen 23
Emplastrum è Meliloto Ioannis Damasceni 344	εργασίον 90	Facultates medicamentorum & partibus cur nominatæ 124
Emplastrum è muccaginibus, in certi autoris 343	Erigeron 11. 15	Farina lolij 129
Emplastrum oxycroci Nicolai Myrepsi 345	ερίδακκ 54	Fasciculus 158
Emplastrum tripharmacum Ioan nis Damasceni 344	ερίων 398	Federweiß 84
Emplastrum uentriculū & iecur calesciens ac roborans Ioan nis Damasceni ibid.	Errhinorum usus 399	Felis, siue cati pinguedo 63
Emplastrum uiride 348	Error quorundam de cotula non fætida detectus. 10. in cruo, seu orobo syluestri. 22. de uer bena 17	Fel tauri 65. 128
Emplastra 342. rubificantia 413	ErUCA 11. 126. 131. 191	Fellis hyenæ succedaneum 117
Emplastrorum secundum ueteres compositio 408	Erucæ ueræ semen 22	Fermentum 127
Emplastrorū componendorū ho die usitatorum modus 409	Eruium 121. 122. 170. 218	Ferrum constatum seu excoctum 37
Emplastrorum differentie. ib. for mule. ibid. usus 410	Erui farina 127. 128. 129. semē 22	Ferrum constatum duplici mo do fieri ibid.
Endiuia 35. 39. 180. 277	succedaneum 117. 218	Ferrum duplex. ibid. natium. ib.
ενδιυα 388	Eryngium 126. 131. radix 35	Ferri recrementum ibid.
Enneaphyllon satium 35	Erysimum 132. oleraceum 16	Fex æris ibid.
Enneaphylli alterum genus Se plasiarij pro elleboro nigro usurpant 150	Esbrium 327	Ficus 121. 125. 129
Enneaphylli succedaneum 117	εσχαρωτικά 129	Filipendula 194. radix. 36
Entalium 60	Esdra Nicolai Myrepsi 181	Filix 125. radix. 35
Enula campana 35. aromatica. 165	εστυμλίον 56	Fimus 127
Enulatum unguentum 341	βιμενον ibid.	Fisticum 28
Ephemeri non lethalis flos. 16	Esula 152	Forniculum 11. 121. 122. 124. 125. 126. 130. 131. 132. 234. radix. 35. semen 33
εφθῆρον 70	Esule parue radix. 38. radice cortex. 35. uirētis ramuli tor rendi tritiq; cum quibus exhi bendi. 152. pondus. ibid. uires. ibid. uires infrenantia ibid.	Fœnumgræcum 121. 123. 126. 127. 129. 132. 358. semen 23
Episcopi, non Elefoph legen dum 238	Esule preparatio 112	Fætida cur uocetur 247
Epithematis uentriculi & iec coris astringentia admiscen da 415	Eufragia 11	Fluëssendē bergwachs 88
Epithemata generatim. 414. pro	Eufrafia 125	Florentina 35
	Eupatorium 124. 126. 131. 144. 242. 284. Auicēnæ 11. 290. Græcorum. 11. 121. Me fues. 11. 213. 215	Flos 94
	Euphorbium. 41. 121. 126. 150. 399	Flos æris. 127. Casia 222
	Euphorbij exhibendi modus. 150. pondus. ibid. uehemen tiam infrenantia. ibid. uis. ib.	Flores Casia nigra 221
	Euphorbio ante annum haud u tendum. 151. cur annotino sit utendum 41	Flores quando decerpenti 92
	Euphrosynon 11	Flores saccharati 375
	εξάγιον 156	Florum casia facultates 222
	Exagium ibid.	Folium 13. 160. Arabicum. 13. Indum. ibid. malobathri 167
		Folij succedaneum 117
		Fomenta arida. 415. quibus par tibus corporis, & qua forma adhibenda 415
		Fomentorum formulæ. ibid. u sus ibid.
		Formæ uirtus quid 137
		Fragaria 131. 328
		Francisci Alexandri reprehensio repulsa 152
		FRAXINI



I N D E X.

Fraxini cortex 56. 126. semen 23. 191	Geniana 125. 127. 130. 132. 183	hederae officinarum illegiti- mum 50. Thebaicum 53
Frigidum, humidum, siccum in primo ordine quid 120	Genianae radix 35	Gummi, seu uerius lachrymae Aethyopicae succedaneum 117
Fructus 20. 25. 94. quando decer- pendi 93. quando legendi 25	Georgius Collimitius 91	Gurgulio 87
Fructus balsami 26	Geranium 126	Gypsum 73. 130. à calce quid differat 73
Fruamenti flos 17. genera plura. 156	Geranij prima species 329	κωνίσκος 386
Fumaria 10. 12. Plinij 169	Gingiber 38	H
Fumus terrae 10	Gingidium 12. 131	Hæmatites 48. 85. 127.
Fungus terrae 10. marinus 91	Gith 23	Hæmagogos Antidotus 76
Furfur 128	Gladiolus luteus 32	Hæmagogos cur dicta ibidem
G	Glans 127. 130. 387. Vnguentæ ria 25. 26. 129	Hali 248
Agates 89. 196	Glandes 26. cur subiicienda 387	Halicacabus 12. 15. semen 23
Gaiacum 58	Glandium differentia triplex ibid.	Halinitrum 75
Galanga 35. 121. 125. condita 260. maior 32. 196.	Glantz 80	Halmirage 76
Galbanum. 42. 121. 122. 126. 127. 129. 131. 132.	Gleba armenia 87	αλος άχην 82. άυθ 83
Galbanus 127	Glessus 89	Hamech 238
Galenus non est autor græcorum succedaneorum 19	Gluten piscium 343. tragagan- thæ 297	Hammereschmitten 73
Galenus à Cornarij calumnia de- fensus 16. à pugnantia uindi- catur 4. quam philosophiam contemnat 134	Glutinantia 130	Hammoniacum thymiana 42
Galenus Græcus codex de aphro- nitro emendatus 76. 78	Glycyrrhiza 125. 166	Hammoniacæ guita ibid.
Galiopsis 133	Glycyrrhizæ liquor 42. radix 35. succus 120	Harmala 15
Galla 27. 121. 122. 126. 127	Gockelgut 70	Harmel 15. 24
Gallinacea pinguedo 62	Gospium 26. 189	άσπεξ 89
Gallinaceum stercus 67	Gospijj semen 220	Hausenblasen 343
Gallium 133	Goldtget 74	Hedera 127. 133
Gallitricum 15	Goldtgyß 87	Hedera lachryma 50
Galmey 69	Gradus 129	Hedypnois. 12. Plinij 277
Gargarismatum formæ 393. 394	Græca pix 52	Hedychroum 234
Gargarismatis nullum certum pondus præscribi ibid.	Gramen 121. 127	Heil 127
Gargarismi compositio. ibi. usus 394	Gamma 156	ἑκτινά 127
Garyophyllatæ radix 35	Granati 85	Helenium 121. 125. 131. 178. con- ditum 260. costi succedane- um 161
Garyophyllum 26. 121	Granatlin idid.	Heliocrysus 132
Garyophylli 401	Granatum ibidem	Heliotropij succedaneum 117
Gazellæ 65	Granatorum cortex 55	Helxine 12. 14. 122. 127. 133
Gedien cyfen 73	Granum 156	Hepatica 12. 223
Gelb atrament 71	Granum ben. 26. Cnidium 39. hordei 178. paradisi 21. 210. tinctorium 22. 127	ἑρμα 239. 378
Geller hüttenrouch 81	Grani tinctorij puluis 22	Heraclius lapis 86
Gelber fyß 87	Grani sue Coccognidij succeda- neum 117	Herba Kunegundis 292. Paraly- sis. 20. S. Marie. 328. S. Petri ibid. uenti 328. 335
Geirlin 197	Grana solis 233	Herbæ quando colligendæ 92
Gemein Lazur 85	Grauw atrament 71	Herbæ ut reponendæ 94
Gemma 125	Grauw hüttenrauch 81	Herbarum succus, & foliorum, quando eliciendus 6
Gemma 83	Grauw nichtis 81	Herdtbley 80
Geneßta 19	Guaiacum 58	Hermodactylus 183
Genistæ. 127. flos 19. semen 22	Gummi 53. 94. 95. 168. acatie 131. amygdale amara 53. Arabicum 53. 125. 132. Babylo- nicum ibid. Cederi 171. Cedri succedaneum 117. Cerasi 53. Elenij 178. Elenij officinarum adulterinum 50. hederae 194.	Hermodactylus albus & purpu- reus posteriorum Græcorum. 33. Pauli 126. 152
Genitale ceruinum 61		Hermodactyli duo genera. 152 pondus 152. radix. 36. uehe- mentiam infrenantia 152
		Hermo

I N D E X.

Hermodactyli Nicolai 162. ut sto-	Hypericum	126.131.132	ἵωρον χυλίσμα	270
macho minus aduersentur	ὑπερώς	160	ἵος σκώλης. 68. ξυσός	ibidem
152	ὑπνοδικά	132.259	ἵοσαχας	265.270
Hiera unde dicta 226. composita	Hypocysthis	24.127.131	Iosacchar	257.375
Nicolai Myrepsi 227. cum a-	Hypocysthidis liquor	42	ἵοδραπιορ	270
garico ibid. ex Colocynthide	Hysopum	12.121.122.125	Iringus	35
Nicolai Myrepsi 229	ὑσώπ	pro οἰσυπ	Iris	121.125.126.129.
Hiera Galeni 227	Galenum & Paulum plerif-		131	
Hiera non à Galeno inuenta	que in locis scribitur	66	Iris Illyrica	129.130.165
226	ὑσώπ	ὑγρός	Iridis aqua	226
Hiera Logadij Nicolai Myrepsi	Hysopus	129	Iridis Illyricæ succedaneum	117.
227	Hysopus humida	66.114	radix 36. 129. succus 40	
Hiera magna Galeni 229	I		Iridis radix integra siccatur	
Hiera ex marrubio	Aspis	86.183.234	35	
ibid.	Iaspis duplex	86	Iua	8
Hiera Parchij, Scribonij Largi	Iaspidis uiridis duodecim gene-		Iudaicus lapis	86
228. hiera picra	ra	86	Judenstein	ibidem
393	Iba	8	Iuglans	126.132
Hiera ueterum simplex 226	Ibiza	ibidem	Iuglandes 125. condite	261
Hieracium maius 127	Ibiscus	8	Iuiuba	31.224
ἱερόν	ἰδιότης ἄψην	134	Iuabinum serapium simplex	266
Hippocras 185	Iecur firmantia	125	Iulapium	270
Hipposelinum 162.273	Iecur canis rabidi	88	Iuleb clarum & purgatum	
Hipposelini semen 22.166	Iecur caprinum	ibidem	274	
Hipposelini semine pharmaco-	Lupinum	ibid.	Iulebum	265.270.377
pocos falso pro petroselino	Iecoris lupi preparatio	113	Iulebi rosacei alij parandi modi	
Macedonico uti 22	ἡλεκτερον	89	266	
Hirci fel 65. sanguis 63	Indum maius 232. minus cur di-		Iulebi uiolacei alter parandi mo-	
Hircina medulla 63. pinguedo	atum	232	dus 265. tertius parandi	
62	Inda quare dicta	248	modus	ibidem
Hirundinaria 33. 183. 215	Indurancia	129	Iuncus odoratus 12.125.126.131.	
ἕλακη	Infrigidans Galeni	350	165.213	
155. 156	Infusio	368	Iunci odorati cacumina	213
Hordeata penidia 237	Inule radix	56	flos 19. succedaneum 117	
Hordeum 122.125.126.129. mun-	Insitam rei proprietatem quid		Iuncus rotundus, odoratus	125
datum 279	Themistius uocet	137	Iuniperus 121.122.125.126.132	
Hordei farina 127.129.133.	Infesionum formulæ	417	Iuniperi bacca 129. bacca ma-	
semen 23	Infessus	ibid.	gnæ 184. grana 25. gummi 23	
Horminium 162	Infessum usus	ibidem	Iusquiamus	12
Humana pinguedo 62	Interpassare	410	Iusquiami semen	23
Humectantia primo ordine 122.	Interpretis Galeni error	46		
secundo ordine	Intestinum lupinum	61		
ibid.	Intestini lupi preparatio	114		
Hunds fürbs 335	Intestina terræ	ibid.		
Hüttenrauch 81	Intybum 12.15.17.121.125.126.			
Hyacinthus 86.121.122.125. du-	127.186.225.230			
plex 86	Intybum angustifolium 12.224			
Hyacinthi citrini	latifolium 12. sflucstre	12		
ibidem	Intybus	180		
Hyacinthi uires 86	Intybi satiui succedaneum	117		
Hydragyrius 73	Intybi satiui utriusq; endiuie &			
ὑδρόμελι	scariolæ officinis semen ap-			
288	pellari	23		
ὑδρόμαλον	Ioannes Agricola	212		
269	Ioannes Damascenus	169		
Hydromelum simplex Pauch.				
ibidem				
ὑδροκολλήρια				
391				
ὑγρόν ἐκπίσκα				
38				
Hyoescyamus 3.12.122.131.132				
Hyoescyamus simpliciter elatus.				
159				
Hyoescyami albi & flauī semen 32				

K

K Armes	22
Kesselbraun	68
Kirath	157
Kist	319
Kraustein	87
Kreid	88
Krotte	332
Künegundis herba	11
Rupffer braun	68
Rupffererz	87
Rupffer fysz	87
Rupffer	

I N D E X.

Rupferschlack	68	Lasurstein	85	Lilium inter spinas	14
Rupferstein	87	Lathyrus	23.150.337	Lilij folia 128. radix	36.
Rupferwasser	70	Lauandula	16.125.401	131	
Ryß	87	Laudanum	42.171	Liliorum alborum capita	1294
		Laureola	11.12	flores	19
L		Laureola semen	23	Limaces	61
Lac humanum	124	Laurus	12.126	Limones 26. conditi	261
Lac & lachrymæ quando		Laurus Alexandrina	12	Limorum succus	39
exciptiendæ	7	Lauri folia	124.127	Limonium	132
Lac & semen generantia	131	Lazuli lapis	85.151.234.246	Linaria	14
Lactis serum	66	utres	151	Linctus	376
Lacca	49.170	Lazuli lapis facticius	85. nati-	Lingua auis	23.191
Lacha	49.128.170. facticia	uus	ibid.	Linimenta quæ	407
49. infectorum	214. lota	Lazuli pondus	152. probatio.	Linimentorum formulæ	407
213 triplex	49.170	ibid.		Linum	84.126.129.130
Lachæ lotio	111	Ledon	42	Lin semen	23.121.126.128.
Lachryma quid	48	Lemniaterra	88.125	130.132.358	
Lachrymæ	94	Lemnius	178	Liquiritia	35.42
Lachryma Iodoci	23	Lemnium sigillum	88	Liquor quid	40
Lactuca	4.12.122.124.125.126.	Lemnius insula	ibidem	Liquores ut colligendi	94
335		Lenticula palustris	122.129	Liquor lotioni idoneus	102
Lactuca sylvestris	133.225	Lens	23.122.127.133. palu-	Liquor Cyrenaicus 128. medi-	
Lactucæ semen	23	stris	122.129	cus, moschatus, odoratus.	
Ladon	42	Lentes	122	309. papaueris	164
Ladanum	121.124.127.128.129.	Leonina pinguedo	62	Lithargyros	74
170.401		Lepidium	121	Lithargyrum 131. auri	74. 121
Latificans Galeni, Nicolai.	210	Leporinus sanguis	66	λίθος εὐδῆρον	85
Latificans Rasis	211	Leporis coagulum	127. fel.	λίθον τριβιον	193
Lamina cupri	68	65		λίτσα	155
Lapathum	12.14.133.328.	Leporem marinum pulmonem		Litrum	74
335		exulcerare	123	Lithontribon	293
Lapatium 12. acutum ibid.		Lethalia sola quantitate 3. toto		Lithospermon	23.121.126.
328		genere	ibidem	133. 218	
Lapis ærosus 70. Aquilæ	84.	Leucanthemom	131	Loch	263.376
Armenius 234. excoctus		Leucoion	125.131	Lohoch	263.306
87. hematites 132. Lazuli	85.	Leucoiorum luteorum flores.		Lolium	8.12.23.131.
151. 234. 246. Lazuli facti-		19		133	
cus 85. Lazuli natiuus		Leuisticum	23.162	Lotus sylvestris	13.121.171
ibidem. Lyncis 335.194.		λίκεονος	185	Loti seminis succedaneum	118
specularis 68. spumæ candidæ		Libanotidis primæ radix	161	Lotum sylvestrem, succedaneum	
& nitentis 83. stellatus 85.		Libra Medica 155. Mercatoria		Meliloti Galenus facit	19
uesicæ apri	194	156. Romana	155	Lozengæ	362
Lapidis Asij succedaneum	117	Libisticum	23.133.162.	Lues Hispanica	239
Lapides	83	218		Luna spuma	84
Lappa maior	14.170	Libistici succedaneum	218	Lumbrici	61
Lappula agrorum	12	Lichen	12.126.129.276.	Lumbricorum semen	8.24
Laricea	51	223		Luparia	32
Lasferis liquor	41	Lienem iuuantia	126	Lupinus	126.133.157
Laserpitium	126.131.133	Lignea fistula	56	Lupini	23.128.129
Laserpitij liquor	41	Lignum aloes	57.401	Lupini semen	170
Laserpitij liquor Syriacus, Me-		Lignum aloes crudum	196	Lupulus	13.180
dicus, Parthicus, Persicus, ui-		Ligni aloes optimi probatio	57	Lupus salictarius	13.126.
rus & putrilagnem, Diosco-		Lignilachryma	49	180	
ride teste, olet 41. radix	36	Ligusticum	23.125	Luteum oui assum	127
Laserpitium Germanicum	219	Lilium	126.129	Lybistici seminis succedaneum.	
		Lilium conuallium	18	118	
				Lycium	

I N D E X.

Lycium 43. 121. 126. 127. 131. 132	μολύδα	183	Meatus repurgantia	128
Lycostem radix	32	Mamiras	ibidem	67
Lycopsis	11. 35	Mamira succedaneum	183	Medicamentarius liber
Lycopsios radix	26	Mandragora	3. 122. 132	Medicamentum quid
λυψίσιος	89	Mandragora uera	36	Medicamentum familie
Lyncis lapis	76. 194. 335	Mandragora cortex	56	Medicamentum simplex
Lyncis lapidis succedaneum.		Mandragoram agyrtarum esse		Medicamenti simplicis alia desin-
194		ficticiam	36	nitio
Lyncurium	86. 335	Manipulus	157	Medicamenta composita
Lyncurium ueterum	86	Manna	138	Medicamenta per excellentiam.
Lysimachia	132	Manna Arabum 43. cinericia.	133	Medicamēta generatim accepta.
Lysimachium	127	ibid. thuris	53	ibid.
<b>M</b>		Manna delectus	138. facul-	Medicamenta & lenientia aluum
Macedonicum	176. 339	tas. ibidem. pondus	138. suc-	& purgantia liquida & soli-
Macedonifium	162	cedaneum	118	da
Macer	56. 123. 125. 179	Manus Christi perlata	201	221
Macer à mace differt	56	Manus Christi, recentiorum in-		Medicamenta in latinis Nicolai
Maceres	234	uentum	201	codicibus quæ desiderantur.
Macera cur dicta	245	Manus Christi cur dicta	χρῆς κν-	163
Macerandi medicamenta purgā-		εις	201	Medicamenta omnia purgantia
tia tempus	369	Marchasita	87	uentriculo infesta præter alo-
Macerandi purgatoria ratio à		Marciatum	327	en
recentioribus excogitata	369	Margaritæ	65. 208. 211.	Medicamenta cur terantur
Macis	56	234		Medicamentorum terendorum
Madere	48	Margaritæ albæ, id est, non per-		non una est natura
μαρμαριό	31	foratæ	203	97
Magistralium decoctorum com-		Margaritæ integræ	262	Medicamenta cur macerantur
positio improbat	384	Margaritarum mater	63	100
Magistrantiæ radix	36	Maris flos 82. spuma	82	Medicamenta purgantia benig-
Magma	235	Marrubium 13. 14. 121. 122. 125.		na 137. uehementiora ibid.
Magma Hedychroum	165	131. 132. 165		Medicamēta simplicia peculiare
Magnes	73. 86	Marum, & eius succedaneum.		corporis partes iuuantia
Magnes pastor	ibid.	297		Medicamenta singula quomodo
Mahemeth	239	Marzepanes	220	recondenda
Maij flos	18	Masculum thus	53	6
Maiorana 13. 15. 125. 131. 401		Masticatoria	400	Medicamentorū causa quæ cer-
Maiorane semen	23	Mastiche	51. 121. 122. 125. 130.	tas partes iuuent, aut ledant.
Malabar	13	181. 206		124
Malabathrum	13. 121	Mastichina	43	Medicamentorum colligendorū
Malabathrum Syriacum	13	Mastix	51	& recondendorum ratio
Malabathri succedaneum	118	Mastix Aegyptia ibid. Chia.		6
μαλακθινοί	129	ibid. Ponica	ibid.	Medicamentorum componendo-
Malagreta	21			rum miscendorum q; huius tē-
Malobathrum	123. 125. 169	Mater syluarum	14	poris ratio usitata
Malicorium	55. 127	Matricaria	9	353.
Malua 13. 121. 122. 126. 128. 129.		Matrißylua	329	Medicamentorum compositorum
132		Matrix stirpium	32	duo primaria genera
Maluæ semen	23	Matthioli calumnia depulsa	31.	Medicamentorum quæ in corpus
Malua syluestris	228. 330	34. 47. 160. 167		sumuntur species
Maluaescus	121	Matthioli errata duo	45	Medicamentorum dolorem sedā-
Malum granatum	26	Matthiolo respondetur, & eius		tium duo genera
Mala granata	121	opinio reprobatur 55. 172		358
Malum punicum	26. 127	Matthioli opinio refutata	64.	Medicamentorum natura qua-
Mala punica	125	reprchensio	83	druplex
Malorum granatorum seu punio-		Matthioli lapsus 165. 172. sen-		Medicamentorum simpliciu præ-
corum succus	39	tentia improbata		parationes
Malum terræ	229	μάρα	314	Medicamentorum uenenis resistē-
		Maximilianus imperator	219	tium duplex ratio
				132
				Medicamentis liquidis quæ uasa
				conueniant
				6
				Medicatum funus
				63
				Medicorum

I N D E X.

Medicorum betam cum blito confundentium error 9. in cantharidum usu error 60. exhibendis catapotijs error 372. de nymphaea floribus error 19	Melissa lutea 13. Turcica ibid.	Misy non est vitriolū Rom. ib.
Medicorum & Pharmacopœo- rum error in radice bis tor- ta non ferendus & plekten- dus 33	Melissa flos 19	ΜΙΣΥΡΥΧΙΤΑΙ 396
Medicorū & officinarū error, radice gladioli lutei vocati, pro vero acore utentium 32	Melissophyllum 13. 121. 125. 126. 131. 133	Mithridates 170
Medicorum iuniorum & offi- cinarum de flore maris error 89	Melissophylli flos 19. succeda- neum 118	Mithridatis Antidotus 171
Medicorum recentium de mi- scendorū medicamentorum ratione scripta qualia 1	Melligeta 21	Mina 378
Medicorum & Pharmacopœo- rū error in semine rosarū 24	Melones 123. 125	Mina Cydoniorum 269
Medicorum in soncho pertina- cia 15	Melonum semen 23	Mina Cydoniorum simplex v- sitata 269. composita, seu aromatica Ioannis Dama- sceni ibidem
Medicorū de correctione Tur- bith cū zinzibere error com- munis 149	Memithe 42	Mixtura quid 362
Medicum malum 26	Menegeta 21	ΜΟΛΙΒΔΑΙΝΑ 79
Medulla canina 63. ceruma 129. ossium 63. vitulina 129	Mennig 71. 74	Molibdena succedaneum 119
Medullarum preparatio 114	Menses scientia 131. sistentia. ib.	ΜΟΛΙΒΔΙΣ ἄμ. μ. 79
Meerbonen 333	Mentha 14. 121. 122. 124. 125. 126. 127. 138	ΜΟΛΙΒΔΙΣ οὐδ' ἴσ' λίθ. 79 ibid.
Meiradix 36. succedaneū 118	Mentha agrestis 328. aquatica 327. Saracenicā 328	Μόλιβδ. 79 ibidem
Mel 39. 121. 122. 129	Menthastrum 14. 121. 122. 126	Momia 177
Melaerium 43. cedrinū ibid. aerium & roscidū 138. ana- cardinum 25. 289. arundi- neum 45. Atticum 171. bo- num 288. canna 46. cedri- num 43. Emblicorum 289. myrtinum 185. 290. pasu- latum 289. violaceum. ib. rosaceum 393. rosatum, co- latum 288. rosatum cum so- lyis, seu non colatum. ibid. rosatum, Ioannis Damasceni. ib. rosatum aliud effica- cius 289	Mercurialis 14. 128	Monacēses pharmacopolæ 156
Mellis adijciendi quantitas 184	Mercurius 73	Monachi commentatores filij Mesues 214
Mellis quantitas 169	Mercurius præcipitatus ibid.	Monachi error 287
Mellis ad species & salis pro- portio 388	Mercurij præcipitati conse- lio ibidem	Monachorum impostura de o- leo petroleo 190
Μελαν 70	Mercurius sublimatus ibid.	Monachorum & sacrificolorū papistorum inexplibilis a- uaritia 88
Melanteria ibidem	Mergus 183	Μοναστήρια nostratia qualia 198
Μελίκερσος 388	Mergi ventriculus 183	Μοναστήρια quæ olim 197
Melilotum 13. 124. 126. 127. 128. 171	Μέσση 286	Μονοκέρσος 65
Melilotus 125	Mespilum 125	Morselli 362
Meliloti flos 19. succedaneum 118	Mespila condita 261	Morsuli ibid.
Melissa 13. 129	Mespilus 127	Morsus gallinæ 8
	Messing 69	Morus 26
	Mesues opinio improbata 146	Morum Celsi 27
	temeritas 147	Mora 125
	Metallica 67	Mora arboris 31. batina 268 rubi ibid.
	Metallum quid ibid.	Morus 14. 127. 132
	Metallum durum ibid. facti- cium, liquidum ibid.	Moschata herba 328
	Metallum ἀπὸ τῶ μεταλλῶν dictum ibid.	Μοσχέλειον 325
	Metallum Plinio quasi μετ' ἄλ- λων, vel μετὰ τὰ ἄλλα no- minari 67	Moschum 234 (126. 401
	Μετὰξω 67	Moschus 65. 121. 122. 124. 125.
	Meum 130. 161	Moschus facticius 66
	Mezereon 11. 255	Moschus quomodo odorē amif- sum recuperet ibid.
	Mezerei preparatio 112	quomodo seruandus ibid.
	Micleti Nicolai Myrepsi 181	Muccago 38
	Milium 121. 122. 127	Mucaginis vel Mucilaginis ex tractio vel eductio 110
	Milium Solis 23. 126. 233	Mucharum rosarum 271
	Millefolium 16	Mucilago 38
	Millefolia 88	Mulsa 129
	Μίλτος 88	Mumia 164
	Mimum 71. 74	Mumia artificialis 61
	Mimum duplex 74. facticius ibid. natiuum 72	Mumia duplex 116
	Mimum natiuum seu cinna- baris fossilis ibidem	Mumia facticia duplex 116
	Mimum secundarium 74. 88	Mumia nativa 61. 116
	Misy 71. fossilis ibid. natiuum ibidem	Murium stercus 67
		Muscus officinarum 66. 120
		Muza 286
		Myrrha

I N D E X.

Myrrha 50.121.122.125.126. 127.130.131.159	Nasturtium 13. 121. 123. 125. 126.133.135.171.181.194	Nuclei puri 126
Myrrha officinarum 50	Nasturtium album 255. sati- uum ibid.	Nutrimētum quid 3
Myrrha stacte ibid. Troglo- dytica ibidem	Nasturtij semen 23	Nymphaea 122. 125. 126. 132. 198. 398
Myrrha succedaneum 119	Natura 4	Nymphaea lutea 131
Myrrha vsus parum tutus 50	Natura varia acceptiones 4	Nymphaea folia & flores 124. 332. radix 36
Myrrham officinarum bdellij potius speciem esse 159	Neheremisch 211	Nymphaea radicibus, Diosco- ride & Galeno testibus, nō floribus, pharmacopæis v- tendum esse 36
Myrrhis 14. 121	Nenupharis 19	O.
Myrica 127. fructus, radix 38	Nepetha 14	Obiectio diluitur 3. 372
Myrobalanum 25	Nephrocatharticum Nicolai Myrepsi 193	Obiectio de Epithymo diluitur 18
Myrobalana beletzica 124	Nerium 184	Obiectio alia de Epithymo dif- soluta 19
Myrobalanus magnus 181	Nerij loco quibus vtendū 119	Obiectio de resina frixa & ro- sta diluitur 52
Myrobalani 26. 139. 189	Nerij succedaneum 184	Obolus 156
Myrobalani beletzici 140. bellirici ibid. Cerulei siue Indi 26. cepuli conditi 259. chebuli Indi 140. Empeliti- tici conditi 260. Empeliti- ci vel Emblichi 140. flauī 26. flauī, nigri 140	Nicolaus Præpositus 241	Obryzum 68
Myrobalani obstructiones pa- riunt ibidem	Nicolus Florentinus simplici- um imperitus 277	Obsidianus lapis 88
Myrobalanorum forma & ge- nera 139. temperamentum & facultas 140	Nicolai codex emendatus 194. 312	Obrurantia 128
Myrtilli 26. 185	Nicolai Latini codices depra- uati 194	Ocimum 14. 121. 125. 131. 192. 235. 398
Myrtillorum semen 23	Nicolai Latimorū codicum er- ror 208	Ocimi semen 24
Myrtus 121. 122. 125. 130. 131	Nicolai locus restitutus 204. 209. 228. 171. expensus 174. 325	Ocularia 245
Myrti 23	Nicolai Salernitæ & Seruito- ris error in vncīa 156	Occulta proprietates 133
Myrti bacca 26. 88. 126. folia 124	Nigella 121. 124. 128. 129. 131. 398.	ὄδοντ Ἰσπικυατῶν 394
Myrti foliorum quantitas 311	Nigella lutea 24	Odoramenta 398
Myxa 26. 120. 125. 224. 226. 239	Nigella semen 23	Odoramentorum formæ materia ibid.
N.	Nil album 80. griseum ibid.	Odorata firmantia stomachum purgationibus admiscenda 366
Naphtha 88. 190. 321. 326	Nil prodesse oculis ibid.	Oenanthus radix 36
Naphtha alba 88. nigra ibid. rufa ibidem	Nitrum 72. 74. 128. 396	Oesophos 66. 129. 358
Napus sylvestris 165	Nitrum simpliciter dictū du- plex 74	Oesopi parandi modus 114
Ναρκωτικῶν 357	Nitrum triplex ibidem	Offa quid 312
Narcotica, seu stupefacientia 357	Nitri facticij plura genera 75	Officinarum error 9. 70
Narcoticorum vsus 358	Nitri spuma & aphronitrum differunt 76	Officinarū error in radice apij 32. in cicuta 21. in meliloto 13. in fenecione 11. in saluīa sylvestri 15. in scordio 45
in Narcoticorū vsu tribus at- tentum esse medicum oportere 358	Nitri spuma seu stos 75	Officinas sinapi & eruca semi- na inter se confundere 23
Narcoticis quando vtendum. 357	Non omnia æqualiter coquen- da 104	ὄνωδον punica 286. olea 310.
Nardus 15	Nux cupressi 26	Olearia 86
Nardus Indica 36	Nux Indica 26. 336. moschata. 28. 121. 122. 125. 126. 127. my- repica 28. odorata ibid. pi- nea ibid. pontica ibid. vo- mica ibid. vomitoria ibid.	Olea æthiopicæ lachryma 51
Nardus, siue spica Celtica, vel spica Romana 161	Nux vomica quid sit ignora- tur 219	Oleum absinthium 316
Nardi spica 36	Nucis iuglandis viridis cor- tex 56	Oleum abusiue 405
Nardi succedaneum 119. Nar- di Indicæ radix 36	Nuces aridæ 121	Oleum propriè quid ibid.
νάρδος ὄσος 160	Nuces moschatae conditæ 261	Oleum althea 128. amygdala- rum amararum 315. amygda- larū dulcium 358. amygda- larum dulcium Ioannis Da- masceni 313. anethinum 132. 312. anethinum quomodo pa- retur ibid. Balaninum 25. 314. Oleū balsami 214. bal- sami Guilielmi Placentini 323. bal-
Nasalia 398	Nuces virides 121	
Nasalium forma 398	Nuclei acimorū 127. pinei 125. nucis pmeæ 120	
Nasalia 396	Nux Prænestina 28	
Nassteckrüb 165		

I N D E X.

323. balsami Ioannis Damasceni 322. balsami Montagnanae 323. balsami Petri de Ebano ibid. e castorio compositum 316. simplex ibid. e capparibus 320. Caryophyllorum 159. Camomelinum 128. 311. Olei camomelini parandi modus 312. comune 405. costinum Ioannis Mesues filij 316. ex cucumere agresti 128. dulce 120. 358. Euphorbinum Galeni 317. Euphorbinum simplex Ioan. Damasceni 317. Hyosciaminum 310	Olei myrtini parandi alius modus 311 Olei de ouis tres conficiendi modi 224 Olei comunis differentia 405 Olei populini compositio melior 225 Olei ricini succedaneum 119 Olei sesamini succedaneum 313 Olei tartari alius parandi modus 322 Olibanus 53 Oliua 27 Olusatrum 123 ὀμοτρεβές 405 ὀμπακωρον ibid. 39. 127. 268 ὀμφοκίδης 25 ὀμφοκίτης 26 Ononis 9. 22 ὄνηξις 70 Operis diuisio 1 Ophthalmica 11 Opiata 358 ὀπιον 43 Opium 43. 122. 132. 164 Opium Thebaicum ibid. Opobalsamum ibid. 297. 322 Opobalsami succedaneum 119 Opocarpason 50 ὀπος 40 ὀποι 43 Opopanax 44. 121. 122. 126. 129. 131 Optica 245 Orbiculi 362 Orichalcum 66 Orchios, seu Cynosorchios radix 37. 191 Ordo 120 Ordinis ratio in recte docendo plurimum momenti obtinet 154 Ordines quatuor calefacientium, refrigerantium, humeflantium & exiccantium 120 Orichalcum 80 Origanum 4. 14. 121. 125. 126. 128. 131. 132. 230 Origanum aquaticum 11 Origani flos 20 Orminij succedaneum 119 Orobis 170. Orobium 22 Orobi semen 24 Orobi & erui eadem vires 119 Oryza 121. 127 Oryzae semen 24 Os naris purpurea 190. item anterius narium os 162 Os sepiæ 63	Os cordis cerui 62. 125. 225 Os cordis ceruini officinarum 62 Ossa humana vsta ibid. Ostrea 256 Ostrearum succedaneum 119 Ostracij radix 36 Osyris 14 Ouuum 132 Oni album 128 Ouillum stercus 67 Oxalis 12. 14. 125. 127. 207 Oxalidis semen 23 Oxosaccharum compositum Aetuarij 278 Oxylapathum 12 Oxyacantha 125. 127. 131. 299. 393 Oxyacantha vel oxyacanthi baccula 27 Oxyacantha fructus, succus 39. radix 127 Oxymeli 124. 276 Oxyroceum cur dictum 346 Oxymeli compositum incerti auctoris 282 Oxymeli cui pæonia vel betonica incolla, valentius caput inuat 128 Oxymeli e quinque radicibus: 282. scilliticum simplex Ioan. Damasceni 283. scilliticum compositum eiusdem ibid. Oxyphænix 27 Oxyphænicon ibid. 121. 122. 179. 224 ὄξυφοινίς 138 ὄξυρία 156
---	---	---

P.

Acchines 229 Pæonia 128. 140 Pæonia vtriusq. radix 36 Pæonia femina semen tantum vsurpari 23. 131 Pæonia semen ibid. παλιμπόσια 52 Palmasyluestris 138 Palmula 127. 12 Palmula Indica 138. 179 Palmula 27. 125. 130 Palmula fulua 237 Palmularum nuclei 23 Panacis radice succedaneum 119 Panis calidus 132 Papauer 3. 122. 132. 186 Papauer erraticum 124. Rubrum 280. satium 125 Papaueris albi et nigri semē 23 Papaueru capita recentia 279 Papyrus vsta 130 Paralysis herba 16 παράφορον 69 o ij Parietaria
---

I N D E X.

Parietaria 12.14.132.328.335	Pepones 121.122	Pharmacopœi Dioscoridem in suis officinis repositum habent 114
παριεταρια 132.357	Peponis semen 200	Philo quis fuerit 186
Parthenium 14.219	Perfecti magisterij 321	Philonium Galeni ibid.
Pastillus 296	Perfoliata 14.131	Philonium maius siue Romanum Nicolai Myrepsi 187
Pastilli ibid.	Periclymenon 14.329	Philonium maius Romanum cur ita vocatum ibid.
Pastillus ex Absinthio Ioannis Damasceni 298. ex Absinthio Nicolai Myrepsi 299.	Perla 64.201	Philonium persicum Ioannis Damasceni 188
Alchachenge 302. ex Agarico incerti auctoris 300. a-lipta moschata Nicolai Myrepsi 297. Bechius albus incerti auctoris 306. Bechius niger ibid. pro lauando capite ibid. è capparibus Ioan. Damasceni 300. è charabe Ioannis Damasceni 303. è colocynthide Ioannis Damasceni 300. diarrhodon 305. ex Eupatorio Ioannis Damasceni 294. gallia moschata Ioannis Damasceni 297. ex halicacabo Ioannis Mesue 302. hedychroi Andromachi 297. è laccha Ioannis Damasceni 299. è lernio sigillo Ioannis Damasceni 303. è myrrha Rhazis 299. ex portulaca Ioannis Damasceni 303. è nymphæa Nicolai Myrepsi 304. ex nymphæa inscriptionis ratio ibid. ex Oxyacantha Ioannis Damasceni 302. ex oxyacantha Nicolai Myrepsi ib. pectoralium 306. Ramich Ioannis Damasceni 301. è Rheobarbaro Ioannis Damasceni 298. è rosis Nicolai Myrepsi 305. scilliticus Andromachi 296. è spodio cum semine Oxalidis Ioannis Damasceni 299. è spodio Nicolai Myrepsi ibid. è succino 303. suffumigabilis Fuchsi 306. è violis Nicolai Alexandrini 305. è violis Nicolai Myrepsi ibid. è viperæ Andromachi 296	Perlarum mater 63	Philosophi etiam ad totius substantiæ proprietatem siue similitudinem cõfugere coguntur 134 (um 135)
Pastilli alhandal 301. de rosis Rhazis 306. de rosis & violis 305	Peroratio 418	Philosophorum inter se dissidi- 237
Pastula 32	Persicum 255	φῶνιξ 69
Pastinaca sylvestris semen 23	Persica 121.122.127	φῶνιξ 52
Pectines 256	Persicorum flores 20	Phrygius lapis 86.194
Penidia 125	Personatia 14.171	Phrygij lapidis vrendi modus 108
Penidiorum parandorum modus 113	Personatia semen 23	De phrygio lapide medicorum error 86
Pentaphyllum 122.127.130.133	Pessarium 395	φῶνιξ 332
Pentaphylli radix 36	πεσῶν ἰβιδεμ 395	Phu 120.131.162
πεπτασφῶνιξ 83	Pessum ibidem	Phu radix 36. succedaneum 119
	Pessi aperientes 196	Phyllitis 14.15.125
	Pessus adstringens ibid. emolliens ibid. menses eliciens ib. Pessi astringentes 395. emollientes ibidem	Picatio 412
	Pessorum differentia ibid.	πικτόριον 70
	Pessis vtendi tempus 398	Pila odorata 309
	Petasites 219	Pila odorata æstiuæ Fuchsi ib. hyemalis Fuchsi ibid.
	Petroleum 88.190.321.326	Pila odorata alia Fuchsi ibid.
	Petrofelinum 9.11.121.122.126. 131	Pila odorata 401
	Petroselini radix 32	Pilula 371
	Petroselini radice officinæ carent 36	Pilula cupressi 27
	Petroselini semen 23	Pillule 241
	Petroselinum Macedonicum 162.166.218	Pilus leporis 127
	Petroselini Macedonici semen 20. succedaneum 119	πυλαί 62
	Peucedanum 121.122.125.126	Pimpinella 126.328
	Peucedani radix 36	Pimpinella conditum 260
	Phacoides 160	Pimpinella maioris & minoris radix 37
	φασκοειδῆς 2	Pinea 28
	Pharmacitis 88	Pinea nux 125
	Pharmacopœi pro Chermæ & Cataputia maiore ricini semine vti debent 21	Pinea resina liquida duplex 51
	Pharmacopolarum erratum de abrotano 8. de Acantho 16. de Adiantho ibid. in apij veri semine 21	Pinea 32
	Pharmacopœorum munus & officium 5	Pinguedo 65
	Pharmacopœorum & Arnoldi de noua villa error 179	Pinus 87
	Pharmacopœorum error in vtenda radice Bistortæ, pro vero dracunculo 35. in semine dauci veri 21. in endiuia 12. in Eupatorio 11. in granis 156. in compositione de hiera veterum simplicia. 227. in libra 155. in semibus nigellæ 23. in polio 14. in spina alba 16	Piper 28.121.122.125.126.127. 128.131.132.133.135.399.
		Piper album 28. Indianum 21. longum 28. nigrum ibid.
		Piperis succedaneum 119
		Pipere Indico pro cardamomo minore Seplasio vti posse 21
		Pira condita 261
		Pissasphaltum 127
		Pissasphaltus 62.115.177
		Pistacium



I N D E X

<i>Pistacium</i>	28.121.122	<i>Poma</i>	401	<i>Prunellorū sylvestrium succo</i>	
πίστωσις	412	<i>Poma condita</i>	261	pro <i>Acacia</i> utendum	168
<i>Pityocampe</i>	130	<i>Pompholix</i>	70.80.128.308	<i>Prunecolus</i>	28
<i>Pix</i>	127.129	πομφόλυξ quid Græcis	80	<i>Prunecola</i>	31
<i>Pix arida</i>	121.122	<i>Pompholyx facticia triplex</i>	80	<i>Prunula</i>	ibid.
<i>Pix liquida</i>	133	<i>Pompholygos, seu Tutia Arabum lotio</i>	112	<i>Prunus sylvestris</i>	28
<i>Pix propriè</i>	52	<i>Pondera eorum quæ clysteres componunt</i>	389	<i>Prunorum sylvestriū vires</i>	30
<i>Pix sicca</i>	52.128	<i>Pondera purgantium</i>	386	<i>Pseudomelanthium</i>	23
πλακώσις	69	<i>Ponderum cognitio necessaria medico</i>	155	<i>Psidium</i>	56
πλακώδης	ibid.	<i>Ponderum in decoctis ratio</i>	381	ψιδίου	71.333
<i>Plantago</i>	14.122.125.126.127.130.132.328	<i>Ponderum nota</i>	157	ψιδίος	367
<i>Plantaginis radix</i>	14	<i>Pondo</i>	155	<i>Psoricum</i>	127
<i>Plantaginis vtriusq; semen</i>	23	<i>Pondo libra</i>	ibid.	<i>Psyllium</i>	14.121.126.127.128
<i>Platearij error detectus</i>	177	<i>Pondo vncia</i>	ibid.	<i>Ptarmige</i>	121.122.399
<i>Platearij expositio qualis</i>	178	<i>Ponticum absinthium pro vulgari vsurpandum</i>	8	πταρμιγὰ	399
<i>Platearij ridicula interpretatio</i>	228	<i>Populus</i>	14	πταρμιγόσπον	88
<i>Pleres Archonticon Nicolai Myrepsi</i>	208	<i>Populi nigrae flores</i>	121	<i>Pugillus</i>	157 (131.132)
<i>Plinij error 72. in argento vno 73. de bisassphalto 90. in sanguine draconis</i>	48	πορφύρα	59	<i>Pulegium</i>	14.121.124.126.129.
<i>Plinij locus de gummi iuniperi enucleatus</i>	53	<i>Porrum</i>	121.127	<i>Pulmo vulpinus</i>	63.125
<i>Plinij lapsus</i>	173	<i>Portulaca</i>	14.122.125.126.127.128.129	<i>Pulmōis vulpis præparatio</i>	113
πλωθίτης	69	<i>Portulaca vtriusq; semen</i>	23	<i>Pulpa</i>	363
πλάτης ἀρχοντικῆ cur dicta	208	πικνοδικὰ	128	<i>Pulvis cephalicus 294. sarcoticus ibid. deterforius ibid.</i>	
<i>Pliris arcoticon Barbaris officinis non rectè dici</i>	208	<i>Pyra</i>	121.122.125.127	<i>Pulvis cicatrices inducens 295</i>	
<i>Plumbago</i>	80	<i>Pyra sylvestria</i>	30	<i>Pulvis ad eos qui ex alto ceciderunt</i>	ibid.
<i>Plumbago facticia</i>	ibid.	<i>Pyrethrum</i>	121.130.136	<i>Pulvis Alexipharmacus 293. aduersus calculum Fuchsi. 291. pro epithemate cordis. 291. ad giandes validas conficiendas</i>	292
<i>Plumbago natua seu fossilis, aut metallica</i>	ib.	<i>Pyrethri radix</i>	37	<i>Pro Epithemate iecoris 291. laxatina 292. aduersus lumbricos Fuchsi ibid. aduersus pestem Fuchsi 291. sanguinem sistens Fuchsi 293. sena præparata Montagnana 292. sternutatorius Fuchsi ibid. medicamenti turpeti Auicenna ibid. violarum odores</i>	293
<i>Plumbaginis species tres succedaneum</i>	119	πυρίτις	415	<i>Pulueres 291. confortantes 385. purgatorij 386</i>	
<i>Plumbum argentarium candidum ibid. cinereum ibid. elotum 130. nigrum 80. vstum</i>	127	<i>Pyrites 84.87. (tus 73) Pyrites aureus 87. concremata Pyritis duo genera</i>	87	<i>Puluerum purgatoriorum exhibendi modus 386</i>	
<i>Plumbum trium generum</i>	80	πυρίτις	ibid.	<i>Puluerum vsus 385</i>	
<i>Plumbi lapis</i>	74	<i>Pyropus</i>	85.86	<i>Pumex</i>	87.130
<i>Plumbi lotio</i>	111	<i>Pyxantha liquor</i>	8	<i>Pumila</i>	13
<i>Pluuiialis aqua</i>	279	<i>Potamogiton</i>	122	<i>Punicorū malorum cortex 55 à Purgatione sumpta, neq; dormiendū, neq; sudandum 366</i>	
πολύχρισον	318	<i>Potamogitonis succedaneū</i>	119	<i>Purgantia duplicia 133</i>	
<i>Poliūm</i>	14.121.122.125.126.130.131.132	<i>Poterium</i>	28	<i>Purgantia medicamenta nō m consideratè danda 366</i>	
<i>Poliūm montanum</i>	14	<i>Poterij delineatio</i>	ibid.	<i>Purgatia medicamenta, trahere humores sibi familiares totius substantiæ similitudinem 133</i>	
<i>Polia</i>	84	<i>Præparatio</i>	95	<i>Purgantium actio vt perficiatur</i>	137
<i>Polij succedaneum</i>	119	<i>Præparationes modi quot</i>	ib.		
<i>Polychresta</i>	251	<i>Pras</i>	205		
<i>Polygonati radix</i>	36	<i>Prasius lapis</i>	ibid.		
<i>Polygonum</i>	14.121.126.127	<i>Prasij succedaneum</i>	ibid.		
<i>Polypodes</i>	131	<i>Prasium</i>	13.14.165		
<i>Polypodium</i>	142	<i>Prasium viride</i>	121		
<i>Polypodium tempestiuum</i>	236	πρασινικὰ	132.357		
<i>Polypodij facultas 14.2. malitiam infrenantia ibid. peccudis 14.2. radix</i>	36	<i>Prisci decoquendi Sacchari rationem nō ignorarunt</i>	47		
<i>Polytrichum</i>	16.276.277.328	<i>Propolis</i>	41.44.121.127		
		<i>Pruni</i>	54		
		<i>Pruna 121. Damascena 28.122 refrigerantia 236. satina 28. sylvestria condita</i>	261		
		<i>Prunorum medulla, seu pulpa</i>	224		
		<i>Prunella flores</i>	20		

o ij Purgan-

I N D E X.

Purgantium medicamentorum actionem non à primis vel secundis qualitatib. depen- dere 136	Raued sceni 37. 145	Rhei retentiorum duo genera ibidem
Purgantium medicamentorum ex hibendi tempus 154	Rauich 301	Rheum barbarum 145. 198. 199. 214. Indicum 145. 179. ponticum 145. 161. 198. 205. Scenicorum 145. turcicum. ibidem
Purgantium medicamentorum li- quidorum miscendorum ra- tio ibidem	Recessus 119	Rheibarbarum grauidis atq. im- becillibus non est exhiben- dum 147
Purgantium medicamentorum so- la aloë ventriculum robo- rat 143	Recrementi ferri lotio 111	Rheopontici succedaneum 161. 145
à Purgantibus mitioribus au- spicandum 366	Refrigerantia primo ordine 122. secundo ordine ibid. tertio ordine 122. quarto ordine ib. artus inuuantia 126. caput inuuantia 125. cor inuuantia ibid. quæ iecur firmant 126. quæ lienem inuuant ibidem. quæ renes roborant ibidem. quæ stomachum & ventri- culum roborant 125. quæ tho- racem roborant ibid. quæ uterum inuuant 126	Rheobarbaro cur recentiores in dysenteria vtantur ibid.
Purgatoria medicamenta du- plicia 133	Requis cur dista 186	Rhemij Fannij locus de seru- pulo emendatus 156
Purpura 60	Requis Nicolai Myrepsi ib. 128. 129	Rhinoceros ab vnicorni distat. 65
Puteani arrogantia & fastus. 136. libellus aduersus Gale- ni de purgantibus medica- mentis sententia 134. opinio confutata 140. 143	Resina 128. 129	Rhus 181
Putrefacientia proprie dista 130	Resina propriè quid 52. ex fi- lilibus ibid. frixa & tosta ibid. lentissima tosta falsò. 51. colophoniam nominata 52.	Rhus obsoniorum 121. 122. 127. recentiorum 145. Rhus 31. coriarium 183. obsoniorum. ibidem
<b>Q</b>	Resina terebinthina succeda- neum 119	<span>ῥυττινὴ</span> 129
Vadans 156	Resina terebinthina succeda- neum 119	Ribes 42. Arabum 30
Qualitatum familiari- tas 134	Resta bouis 9	Ricinus 22
Quæ testa officina hodie pro An- tellis vtantur 59. pro Den- tali 60	Rha 205	Ricini semen 24
Quercus folia 127	Rha seu rheum duplex 144	Rob 239. 266. 268. nucum vi- ridium 267
Quid pro quo 115	Rha Indicum 37	Robub 266. 378
Quinque folij radix 36	Rha veterum purgandi facul- tate caruit 144	Ros Libani 43. Syriacus 138
Quinque neruia 178. 328	Rha veterum ponticum 166	Rosa 14. 121. 124. 125. 127
Quisquilium 22	Rhabarbarum 37. 140. 213. quo modo seruetur 37	Rosa 20. 125. 401
<b>R</b>	Rhabarbari exhibendi purga- torij modus 147. pondus ibidem	Rosa quum expanditur colli- genda 17
Racemosa 144	Rhacoma 164	Rosaceus succus 39
Radix rubia 131	Rhaponticum 10. 36. 125. 126. 127. 129	Rosarum caput 24
Radices 95	Rhaponticum officinarum & centaurij magni radix 34	Rosarum capituli exteriorem cor- ticem, vbi maturuerit atq. rubescit, semen ipsum ambi- re 24
Radices crasse, & dense tribus annis seruandæ 95. quando euellendæ 93	Rhapontici veri radice de- scriptio 37	Rosarum foliorum modus in- fusionis Nicolai improba- tus 271
Radices quinq. communes 38. 125. 126. vt reponendæ 95. vt siccandæ 93	Rhazis 244	Rosarum foliorum modus in- fusionis optimus ibid.
Radices & cortices quædo exi- mendæ sint 94. quanto tem- pore seruandæ 95	<span>ῥέον βαρβαρικό</span> 145	Rosarum semen 24
Radices tenues & rara quotan- nis mutandæ 95	<span>ῥέον Ἰνδικόν</span> ibid.	Rosata nouella Nicolai Myre- psi 201
Ramenta auri 209	<span>ῥέον ποσσικό</span> 144	Rosmarinus 14. 17. 122. 125. 126. 131
Rapa 121. 122	Rheum 165. 205	Rosmarini flos 17. 20
Raphanus ibid.	Rheum maceratum validius purgat 146	Rosgelb 83
Raphani cortex 56. radix 37. semen 24	Rhei succedaneum 119	Rostrum porcinum 277
Raphanitis 36	Rhei genera Mesue triplicia facit 145	Rot atrament 70
Rapifemen 24		Rot
Rapifatiui semen 132		
Ratio coquendi saccharum 104		

I N D E X.

Rotkupffer-wasser	70	sculi	ibidem	Sagumis hircini præparatio	112
Rotula	363	Saccharorum & condicorum		Sanguisorba	37
Rubeta	332	vsus	375	Sanicula	15
Rubi folia & germina	127	Sacchari nostratis delectus	47	Santala 122.125.126.127. omnis	
Rubi mora	31	Saccharum tractum penidium		generis	122
Rubin	85.126	vocant	113	Santalii	401
Rubia tinctorum	37	Sacolla	168	Santalum triplex 58. citrinum	
Rubia fatiua radix	ibid.	Sacolla Arabum	21	officinarum spurium ibid.	
Rubinus	85.86	Sacculi	416	Santeria	68.71
Rubrica 88. fabrilis ibid. fa-		Sacculorum componendorum		Santonici semen 24. eius vsus	
brilis facticia ibid. natua.		ratio 416. formula ibid.		8. succedaneum	119
ibidem		Sagapenum 44.125.126.127.		Sapa	31.126.239.378
Rubus	131	128.131.168.255		Sapphirus	87.234
Rucula	11	Saifferdt	88	Sapphiri & smaragdi succeda-	
Rusi compositio	243	Sal	78.81.121.122.127.129	nea	207
Rumex	14	Sal Ammoniacus 81. Marcelli-		Saponaria	88
Ruscus	126.131	nus 294. Armoniacus, vel		Sarcocolla	52.130
Rusci	195	Armeniacus 82. Dacicus		Sarcophagus	85
Rusci semen 24. radix	37	ibid. duum generum ibid.		σαρκοφαγία	130
Ruta 14.124.126.127.128.131.		extraterram muentus ibid.		Sarda. Sardius. Sardo	207
132		facticus ibid. fossile siue		Sardonyches	ibid.
Ruta hortensis 121. muraria. 8.		gemma 148. gemma 82. ham-		Sarracenicæ tryphæ vsus	356
161. sylvestris	121.123	moniacus ibid. Indus 44.		Satureia 15.124. sylvestris	190
Ruta sylvestris semen	24	24.8. marinus 82. natiuus		Satyrium 131. eius radix 37.122.	
S.		ibid. nitri 75. nitri duobus		191	
Sabina 14.121.122.126.131		modis cum fici	ibidem	Satyrii basilici radix	37
Saccara	257	Salpeter 75. petra 85. petro-		Satyrii succedaneum	37.119
Saccarum	122.129	sus 74. Sacerdotalis	294	Savina	15
Saccarum violaceum	257	Salis differentia 83. flos ibid.		Saxifraga 123.126.161. lutea	
σακκαλιζαρ	185	Indi succedaneum	248	120. alba semen 24. radix 37	
σακκαλιζαρ	ibid.	Salem facticium multifariam		Saxifragia	13.288
Sachar	44	fieri	82	Scabiosa 15.125. eius flos	20
Sachar veteres expresserunt,		Salina	67.82.83	Scaiola	69
nostrum coquitur	47	Salunca	161.209	Scammonia, vel scammonium.	
Sachar veterum duplex	44	Salix	15.127	44.148	
Saccharis alterum genus Ga-		Salicis folia	124.126	Scammonij delectus, facultas.	
leno cognitum	ibid.	Salvia 11.15.124.126.161.327		148. pondus ibid. præpara-	
Saccharis veriusq; Strabo men-		Salvia agrestis	11.15	tio 112. succus 42. vehemen-	
tionem facit	45	Sambucus	15	tiam infrenantia	152
Saccharum buglossatum	257	Sambuci cortex 56. flos 20. fo-		Scammonium crudum 239. per	
Saccharum candi	186	lia	132	se temerè non dandum	148
Saccharum cichorii	258	Samia terra elota	128	Scandix	15
Saccharum Domitiani tempo-		Samius aster	198	Scariola	13.280
ribus notum fuit 46. finum		Samoethracia gemma	88	Scarlea 15. sylvestris	11
47. rubrum ibid. Fumarie		Sampsyichum	15.122.128	Scatuncellus	331
259. Echij 258. Eufrasie		Sampsyichus	13.121	Schlacken	83
259. Ephemeris non lethalis		Sampsyichini olei melior confi-		Schlehen 28. Pruna sylue-	
seu lilij conuallij 259. La-		ciendi ratio	323	stria	30
uendula 258. Maiorana		Sandalum	56	Schlehdorn	28
258. Melisophylli 259. Men-		Sandaraca 54. 68. 71. 130		Schiffergrün	71
tha	ibid.	Sandaraca triplex 83. facticia		Schœnanthos	12.165
Saccharum nostrum à saccharo		ibidem. vera & natua ib.		σχœνανθος. χœνις αὐθ	12.165
veteru alterius generis non		non vera	ibidem	Scilla 24.121.125.126.129	
nisi compositionis modo di-		Sandarax	54	Scilla vt affetur	297
stare 46. Nymphæ 258.		Sandaros	ibid.	Scilla radix 37. succis	263
Oxalidis ibid. Pœoniae ibid.		Sandyx	63.83	Scilliticus	297
prunellæ ibid. rosaceæ 257.		Sanguinalis	15	Scimus 131. Scimci	63.191
rosmarinum 258. saluæ ib.		Sanguis draconis 48.72.122.127.		σχιμς. σχιμς αὐθ	129
sambuci 259. scabiose ibid.		130.194. facticius 48. hir-		Scolopendrium 14. 15.123.	
tiliæ florum ibid. verba-		cmus	66.194	144.214.272.300.329	
				o iij Scordium	

I N D E X.

<i>Scordium</i> 14.125.131.165.189.	<i>barbaro</i> 277	<i>Sidion</i> 65
<i>eius radix</i> 37	<i>Serapiū Iuiubiniū duplex</i> 279.	<i>Sieff</i> 168.307.308.391
<i>Scoria</i> 83. <i>argenti</i> 127	<i>longum</i> 379. è <i>mentha Ma-</i>	<i>Sigillum lemnium</i> 167. <i>Salomonis</i> 36
<i>Scriptulus</i> 156	<i>ius</i> 286. <i>minus</i> <i>ibid.</i> <i>Myrtinum simplex</i> 280. <i>compositum</i> <i>ibid.</i>	<i>Silberglett</i> 74
<i>Scrophularia maior. minor</i> 10. 38	<i>Serapium Nymphææ simplex.</i> 272. <i>compositum</i> 273. <i>ex Omphacio</i> 275. è <i>succo oxalidis</i> 281. è <i>papanere</i> 264. <i>simplex</i> 279. <i>compositū</i> 280. è <i>potis</i> 275. è <i>præstio</i> 285. <i>purgatoriū ex floribus persici</i> 272. <i>rosarum ex aridarum rosarum infusione</i> <i>ibid.</i> è <i>duabus radicibus</i> 274. è <i>quinq. radicibus</i> <i>ibid.</i>	<i>Siler montanum</i> 24
<i>Scrupulus</i> 156	<i>Serapium rosatū purgatorium compositū</i> 272. <i>simplex</i> 271. <i>purgatorium</i> 272. è <i>stæchade simplex</i> <i>Ioannis Damasceni</i> 283. è <i>stæchade compositum.</i> <i>eiusdem</i> <i>ibid.</i> <i>stilaticijs liquoribus cur admiscendum</i> 364. <i>infusionis violarū</i> 271. <i>violatum</i> 270. <i>compositum</i> 271.	<i>Siliqua</i> 156. <i>Siliquæ</i> 31
<i>Sebesten</i> 27. 224	<i>Serapiorum violatorū tria genera</i> 271. <i>Zizyphorum</i> 279.	<i>Silphij liquor</i> 40
<i>Secacul</i> 197	<i>Serapij ex cichorio cum Rhabarbaro legitima compositio</i> 277	<i>Simplicia propriè</i> 4. <i>impropiè dicta</i> <i>ibid.</i>
<i>Selenites</i> 84	<i>Serapia</i> 270. <i>cur inuenta</i> <i>ibid.</i>	<i>Simplicia à mari &amp; aquis</i> 6. <i>ab animalibus</i> <i>ibid.</i> <i>à stirpibus &amp; arboribus prouenientia.</i> 6. <i>à venis &amp; terræ latebris.</i> <i>ibidem</i>
<i>Semen</i> 20	<i>Serapia ex acido vel dulci aranciorum succo</i> 275	<i>Simplicia sternutamentum cienteia</i> 399
<i>Semina</i> 94	<i>Serapia magistralia</i> 288	<i>Simplicium generalis diuisione</i> 6. <i>typus</i> <i>ibidem</i>
<i>Semen extinguentia</i> 132. <i>generantia</i> 131	<i>Serapiorum exhibendi tempus</i> 380. <i>miscendorū ratio</i> 379. <i>vsus</i> <i>ibid.</i>	<i>Simapi</i> 123. 126. 130. 136. <i>eius semen</i> 24
<i>Semina quando decerpenda</i> 92. <i>legenda</i> <i>ibid.</i> <i>quomodo inuolenda</i> 92. <i>singulis annis mutanda</i> <i>ibidem</i>	<i>Seres</i> 67	<i>Simapi album</i> 191
<i>Semina quatuor calida</i> 125. 126. <i>frigida</i> 126. <i>calida maiora.</i> <i>minora</i> 25. <i>frigida maiora.</i> 25. 126	<i>Sericum</i> <i>ibid.</i> 234. <i>crudum</i> 67. 125	<i>Simapismus quid.</i> <i>eiusq. componendi ratio</i> 412. <i>vsus</i> 413
<i>Semperuiuum</i> 15. 122. 126. 127. 128. 129. 131. 132 <i>minus</i> 328	<i>Seriphium</i> 129	<i>Sine custodia</i> 243
<i>Semperuiui succus</i> 188	<i>Seris</i> 15. 184. <i>syluestris</i> 277	<i>Simone semine haftenus pro Amomo vsæ officinæ</i> 119
<i>Sena</i> 22. 141. 190. 234. 235. <i>eius folliculi</i> 32	<i>Serpyllum</i> 15. 33. 124. 125. 131. <i>fatiuum</i> 16	<i>Sinon &amp; Sison idem</i> 176
<i>Senarum decocti pondus</i> 142	<i>Serum lactis</i> 121	<i>Sinope ponti vrbs</i> 88
<i>facultas</i> 141. <i>puluerū pondus</i> 142	<i>Sesaminum</i> 24	<i>Sinopica</i> <i>ibid.</i>
<i>Senecio</i> 11. 15	<i>Sesamum</i> 121. 124. 128. 132. <i>eius semen</i> 24	<i>σινιτικα</i> 130
<i>Senectus anguina</i> 63	<i>Sesole</i> 124. 126. 130. 131. <i>eius semen</i> 24	<i>σινιτικον</i> 239. 379
<i>Seplasiariorum auaritia</i> 377. <i>error</i> 2. 8. 9. 10. 13. 15. 22. 24. 70. 87. 189	<i>Setaragi</i> 255	<i>Sisari. siue Siferis radix</i> 197
<i>Serapionis error</i> 48. <i>locus emendatus</i> 78. 192	<i>Seuum</i> 62	<i>Sisarum fatiuū conditum</i> 260
<i>Sera.</i> à <i>seris</i> <i>vermiculis</i> 67	<i>Sextans</i> 156	<i>Sisymbrium</i> 9. 121. 122. 124
<i>Serapium</i> 44. 168	<i>Sextarius Italicus</i> 310. <i>Romanus</i> 263	<i>Sistra</i> 36
<i>Serapium</i> 225. 279. 370. <i>ex Abinthio</i> 287. <i>acidū simplex.</i> 273. <i>in lapideo vase cur coquendum</i> <i>ibid.</i> <i>compositum</i> <i>ibid.</i> <i>ex Artemisia</i> 287. <i>Byzantium sine aceto</i> 283. <i>ex acido citrij succo</i> 274. <i>Calamintha</i> 285. <i>ex acido limonum succo</i> 275. <i>Byzantium cum aceto</i> 284. è <i>succo Borraginis</i> 281. <i>breue.</i> <i>siue commune</i> 379. è <i>cichorio</i> 278. è <i>succo Echij</i> 281. <i>ex Epithymo</i> 287. <i>ex Eupatorio</i> 273. è <i>fumaria</i> 287. è <i>Glycyrriza</i> 284. è <i>granatis acidis</i> 275. è <i>granatis dulcibus</i> <i>ibid.</i> <i>ex hyssopo</i> 285. <i>ex intybo fatiuo simplex.</i> 276. <i>compositum Gentilis</i> <i>ibid.</i> <i>ex intybo syluestri cū Rheo</i>	<i>Sideritis</i> 86	<i>σισυμβριον</i> 156

I N D E X.

Sory duplex, fossile & natiuū	σέρυον	128	sica apri 194. secacul 197.
71. succedaneum	119	Steindl	162
Spanachia	16	Stellatus lapis	151
Sparagi radix	33	Stercus 128. asinum 127. bu-	Succedanea quæ
Sparagi ineptè dici	21	bulum 67. caninum ib. ca-	Succida
Spargula	327	prinum 126. columbinū 132.	Succinum 86. 88. 123. 125. 188.
Spartum à genista differt	20	onillum	Africanum, Asiaticum 89.
Sparti flos	ibid.	Sternutamenta	Europeanum
Species Bertholdi 293. incisa	294. mixta 293. μυστικὴ	Sternutatorium puluerū for-	Succus
σπειλάριον	85 (191)	mae ibid. vsus	Succus aridus citrij 268. citrij
Specula ex stanno	80	Stibium	corticis 125. cucumeris syl-
Specularis lapis	85. 87	Stichas 15. 125. 129. Arabica 16.	uestris 121. medicatus ex v-
Spelta semen	24	citrina 9. 16. peregrina 16	ua vsi simplex 266. com-
σπέρμα 20. Sperma ceti	83. 88	Stichadis flos 20. succedane-	positus 267. Ribes simplex
Sphæra seu pila marina	91	um	266. Ribes compositus ibid.
σφινδύλιον	128	Stillaticij liquores 39. eosdem	Succus prunorum syluestrium
Sphondyliam syluestre	327	eliciendi modus optimus 39	268. vna immatura ibid.
Spica 234. nardi 15. 16. 122.	126. 401. Celtica 15. 179.	Stillaticijs liquoribus quando	Succi
Romana 15.	209	utendū 40. quando non. ib.	Succi medicati 266. 378. è ri-
Spicula	36	Stimmi	bes
Spiculas	36	Stirpes quomodo reponidebeāt	Succi vt eliciendi
Spina alba 16. 191. 284. Egly-	36	Stirpium et arborum caput ib.	Succi quomodo seruandi
ptia 16. Arabica ibid. 284		collectionis tempus ibid.	Succorum medicatorum vsus
Spinam ferentem Schleben ad		Stechas 15. 19. 124. 166	378
instam arboris proceritatem		Stomachum & ventriculū ro-	Sudor
ascendere	31	borantia	67
Spina Chia	16	Stomonia	Suffimenta
Spinus	30	Stomonia 68	406
Spodium 80. 127. 181. 296. 351		σπυριον	Suffumigationum vsus ibid.
Spodiū et antispodiū Græc. in-		Storax liquidus 51. officina-	componendorum ratio 403
tra corp <sup>m</sup> minimè assumēda 81		rum	Suffusus
Spodium Arabum 125. canna-		Seratiotes	402
rum 81. officinarū ibid. sub-		Strobili	Suilla, siue porcina pinguedo
terraneanum seu fossile ibid.		Strumas discentientia	62
Spodij fossilis quatuor specie-		Struthium 399. Struthia 263	Suillus sanguis
bibus	ibidem	30	66
Spodos 80. lutæa	81	Stupefaciētia 132. quibus par-	Sulphur 127. 128. Caballinum
Spondylion	190	tibus corporis non adhiben-	84. citrinum ibidem
Spongia 87. 191. 130. nona 191		da	Sulphur duplex 83. facticium
Spongiæ lapis 87. eius vsus ib.		Stupefacientiu pondus & ex-	84. fossile 83. luteum 84.
Spongiæ	127	hibendi modus	virium 83. virgineum 84.
Spongiæ lapis	87	Stupefacientibus purgātia cō-	Sumac 181. Sumach 24. 299.
Squama clauaris	68	mixta	Sumachum
Squama nitri	128	ibid.	181
Squilla præparatio 113. squilla		Styrax 53. 125. 128. 130. 131. 170.	Sunderstein
radix	37	401. calamites 53. 160. la-	31
Squinantos	165. 213	chryma, liquidus, rubeus.	Superbia cōmune philosopho-
Stafle	401	51. 53. 190	rum vitium
σάκχαρ	156	Styrax liquidus officinarum 51	3
σαλατικόν	70. (80) 168	Styrax siccus Galeni	Suppositorium
Stannū 80. an plumbū candidū		53	387
Staphylinus 131. 162. eius radix		Styrax siccus Arabum, & offi-	Suppurantia
succedaneū danci Cretici 191		cinarum	129
Staphisagria semen	23	Styraces tres	Susinum oleum
Staphys syluestris	190	51	313
σάκχαρ	155	Succharum betonica 258. car-	Schwammenstein
σάκχαρ	62	dui benedicti	87
		Sucaba	συνκρίσις
		Succedaneorum libellus nō est	Syluij opinio improbata
		Galeni	232
		Succedaneum Amomi 162. bal-	Symphytum
		fami 159. Beben 162. Bulbi	131
		191. Cimolia terra 183. Iri-	συνκρίσις
		diu Illirica 165. lapidis ve-	124
		ficæ apri 194. secacul 197.	Symphytum maius 130. maio-
		Simonis	ris radix
		Succedanea quæ	38
		Succida	Symphyte, id est consolidæ ma-
		Succinum 86. 88. 123. 125. 188.	ioris radice, pro Kheo ponti-
		Africanum, Asiaticum 89.	co utendum esse
		Europeanum	161
		Succus	Symphyti petrae succedaneum
		Succus aridus citrij 268. citrij	119
		corticis 125. cucumeris syl-	συνκρίσις
		uestris 121. medicatus ex v-	128
		ua vsi simplex 266. com-	Syriacus lapis
		positus 267. Ribes simplex	86
		266. Ribes compositus ibid.	συνκρίσις
		Succus prunorum syluestrium	55. 177
		268. vna immatura ibid.	Syrupus
		Succi	225. 270. 379
		Succi medicati 266. 378. è ri-	Tabule
		bes	
		Succi vt eliciendi	
		93	
		Succi quomodo seruandi	
		38	
		Succorum medicatorum vsus	
		378	
		Sudor	
		67	
		Suffimenta	
		406	
		Suffumigationum vsus ibid.	
		componendorum ratio 403	
		Suffusus	
		402	
		Suilla, siue porcina pinguedo	
		62	
		Suillus sanguis	
		66	
		Sulphur 127. 128. Caballinum	
		84. citrinum ibidem	
		Sulphur duplex 83. facticium	
		84. fossile 83. luteum 84.	
		virium 83. virgineum 84.	
		Sumac 181. Sumach 24. 299.	
		Sumachum	
		181	
		Sunderstein	
		31	
		Superbia cōmune philosopho-	
		rum vitium	
		3	
		Suppositorium	
		387	
		Suppurantia	
		129	
		Susinum oleum	
		313	
		Schwammenstein	
		87	
		συνκρίσις	
		51	
		Syluij opinio improbata	
		232	
		Symphytum	
		131	
		συνκρίσις	
		124	
		Symphytum maius 130. maio-	
		ris radix	
		38	
		Symphyte, id est consolidæ ma-	
		ioris radice, pro Kheo ponti-	
		co utendum esse	
		161	
		Symphyti petrae succedaneum	
		119	
		συνκρίσις	
		128	
		Syriacus lapis	
		86	
		συνκρίσις	
		55. 177	
		Syrupus	
		225. 270. 379	
		Tabule	

I N D E X.

<b>T</b>	<b>T.</b>				
Abula	362	Thyites	86	ne membrana gallinarū	65.
Tamaricis cortex	56. ra-	τῆκολιθῶ	ibid.	114	
dix	38	Tencar	75	Verbascum	16.127.132. eius
Tamarindorum pulpa	223	Tirtherblut	90	flos	20
Tamariscus	16. 57. radix	Tirus	230	Verbasculum	126. odoratum
Tamarix	16.57	Tithymalus	16.121.153.335	328. eius flos	20
Tapsus barbatus	16	Tithymali paraliij radix	38	Verbascula	16
Taraxacon	12.277	Tithymalorū septē genera	153	Verbena, Verbenaca	16.130
Tartarum	292	Thoracem roborantia	124	Vermicularis	331
Tauri medulla	63. pinguedo	Tormentilla	130. eius radix	Vermiculatum	168
62.63		Tragacantha	53.125.126.127	Vermes	61
τῆξις	120	eius succus	242	Vernatio	63
τῆλορικῆ	88	Tragacanthos. Tragacanthū	53	Vernigo vnde dicta	54
Tellina	59	Tragea communis	294	Vernis	ibid.
Terra sigillata	167. 303. lem-	Tragea confortantes	385. pur-	Vernix	54. solida, liquida, sa-
nia	127.130.132. Samia	gantes	368. roborantes	cticia	ibid.
120		Tragearū exhibitionis modus		Vernix à vernigine distat	54
Terræ Cimolice succedaneum	119	atq. tempus	389	Vernix duplex	ibidem
119		Tribulus viridis	129	Vernix scriptorum	ibid.
τῆξις	157	E Tribus	243	Vernix sponte nata & iunipe-	
Terræ	87	Trichomanes	16.276.312.328	rigummi	ibidem
Terebinthina	51.125.127.128.	τῆξις	69	Vernus	227.54
Abietina	51	Triens	156	Verzinium	57
Terebinthinae coquenda	modus	Trifolium	121.122.131	Vesperilionis sanguis	66
114		Tripolium	149	Vetonica	16
Tereniabin	43	Triticum	125.127. eius farina	Vincetoxicum	33.183.215. eius
θερμιάς μαλα	415	129. semen	25	succedanea	216
Testa oui	139. sepia	Tritura	346	Vinum nouū. seu mustum	121.
63		Trizenet.	385	vetus. ib. non admodum ve-	
Testacea	70	τροχισκου	386 (296. 386	tus	ibidem
Thamar	138.209. Thamar In-	τροχισκῶ	164	Vini Rhodij succedaneum	119
138	179. Thamarindus	τροχισκῶ, τροχισκοι	164	Viola	16.20.121.122.125
Thamarindorum delectus tem-		Trociscos vtendi ratio	386	Viola alba Dioscoridis	159
peramentum et facultas. ib.		Tryphera	179. magna	Viola alba radice loco balsami	
Thamarindorum pondus	138	stica ibid. Sarracenia	187	vtendum	159
Thapsia	127. eius liquor	Tunica	9	Viola saccharata	257
49. radix	38. succedaneum	Turbith	38.149. eiusdem dan-	Violaceus	39
119		di modus	149	Violaceus succus.	ibidem
Thapsiam Dioscoridis nihil a-		Turbit officinarum	ibid.	Vipera	296
liud esse nisi Mesues Tur-		Turbith pondus. ib. radix	38.	Vipera carō vt paranda	ibid.
bith	144	vires	149. Turbith vehe-	Vipera notæ	ibid.
Theriaca	162. 235. diatessaron	mentiam infrenantia	ibid.	Viride aris	68
169. communis	ibid.	Turcica	86	Viscago	38
Theriaca cōsciendi ratio phar-		Turckis	ibid.	Viscum	129. quercinum
macopæis obseruanda	163	Turpeth	149	Viuellus oui	132. (men
Thlaspis	131.168. eius semen	Turpeton ib. Turpetū	38.236	25	
24		Tussilago	196	Vitex	8.17.126.127.131. eius se-
Thracius lapis	88			Vitis albæ radix	38
Thus	53.121.122.124.127.128.	<b>V.</b>		Vitis capreoli	127
129.130.131.234. masculum	185	Vaccæ lac	35	Viticus flos	20. folia
185		Vaccina medulla	63	Vitriolum	70. duplex, colli-
Thuris arboris cortex	56. quo-	Vacinia	31	le, concretum	ibid.
modo adulteretur	ibidem	Valentimum	48	Vitriolum facticiū duplex	70.
Thutia	80. Alexandrina	Valeriana	162. eius radix	fossile, Romanum, stillaticiu-	
70. duplex Serapioni	80	Valerius Cordus cur Mithri-	37	um	ibid.
Thutia officinarum	ibid. 308.	datis antidotū omiserit	170	Vitulina medulla	63. pingue-
fornacum	91. subterranea et	Vas duplex	310	do	ibidem
fossilis	ibidem	Vasorum ora aperientia	128.	Vlteramarin	85
Thymbra	18.190	obstruentia	ibid.	Vmbilicus marinus	333. Ve-
Thymum	16. Thymus	Venenis resistencia	132	neris	8.328.333.334
125.131		Venera, seu veneria	256	Vncia	156
Thymelæa	16. eius semen	Veneri hyacynthi	86	Vnguentum	404
22.		Ventriculi interior tunica, si-		Vnguen-	
153					
Thymiama	53.128				

I N D E X.

<i>Vnguentum Aegyptiacū</i> 335.	<i>Vomitum cientium differen-</i>	<i>Xylocaracta</i>	32
<i>Agrippæ</i> 332	<i>tia triplex</i> 374	<i>Xylocerata</i>	ibid.
<i>Vnguentum album commune</i>	<i>Vomito rorum vsus</i> 374	Ξυλοκάκια	56.177
336. Galeni 337. cū Lithar-	<i>Vrendi modus varius</i> 108	<i>Xylum</i> 26. eius semen 24.	
<i>gyro</i> 336. cum sedo ibid.	<i>Vrina</i> 66	Z.	
<i>Vnguentū aluum soluens</i> 335.	<i>Vrinam mouentia</i> 130	<b>Z</b> <i>Aduar, Zaduaria, Za-</i>	
<i>Apostolorum</i> 333	Ξυλίνα	<i>dura</i> 38.121.125	
<i>Vnguentum Arigon</i> 330	<i>Vrsina pinguedo</i> 63	<i>Zarnabadium, Zarnabum</i> 207	
<i>Vnguentum aureum</i> 334. ba-	<i>Vrtica</i> 125.126.131	<i>Zæa semen</i> 24	
<i>silicum magnum</i> 338. basi-	<i>Vrtica semen</i> 24.129.221	<i>Zedoaria</i> 38.121.125.204.234.	
<i>litum minus</i> 339	<i>Vsura</i> 14.120	<i>rotunda, Zurumbet succe-</i>	
<i>Vnguentum comitiffa</i> 337	<i>Vua passa</i> 32.125.126. cum nu-	<i>daneum</i> 207	
<i>Vnguenta Cyclammi maris,</i>	<i>cleis</i> 131	<i>Zehenrauch</i> 80	
<i>vel Artanita</i> 341. minus	<i>Vua vrsi</i> 32	<i>Zeilam insula Cinnamomū gi-</i>	
342. è citrijs 332. dialthea	<i>Vua matura</i> 122	<i>gnit</i> 56	
330. exiccatorium 341. ex	<i>Vua syluestris semen</i> 24	<i>Zezar</i> 240	
<i>Enula</i> 340. foliatum 13. ad	<i>Weinstein</i> 292	<i>Zibethi vsus</i> 67	
<i>uersus lumbricos</i> 340. Mar-	<i>Walföler</i> 87	<i>Zinziber</i> 38.125.126.197.156.	
<i>ciatum magnum</i> 326. nigrū	<i>Wascherde</i> 87	234	
<i>seu fuscum</i> 334. ad oculos	<i>Wasser</i> 87	<i>Zinziber conditum</i> 259	
393. pectorale Fuchsijs 340.	<i>Werck</i> 80	<i>Zina</i> 80	
<i>aduersus pediculos</i> 340. è	<i>Weißerde</i> 80	<i>Zinober</i> 72	
<i>pompholyge</i> 337. populi 331.	<i>Weißnichts</i> ibid.	<i>Zinzipha</i> 32	
<i>potabile</i> 329. reficiens seu	<i>Weißerkyß</i> 87	<i>Zizipha</i> 32.120.125.224.239	
<i>resumptiuū</i> 341. reprimens	<i>Weisser saphir</i> ibid.	<i>Zovirig</i> 70	
<i>vel defensiuum</i> 341. rosa-	<i>Wisemüt</i> 80	<i>Zopiffa</i> 52	
<i>rum</i> 338. Santalimum 351	<i>Wolram</i> 83	<i>Zucharum</i> 47	
<i>Vnguentū aduersus scabiem.</i>	<i>Vulpes tota</i> 64	<i>Zuccarum taberzet</i> 210	
339	<i>Vulpina pmguedo</i> 63	<i>Zudar</i> 38	
<i>Vnguenta</i> 326. hodie vt com-	<i>Vuularia</i> 12	<i>Zunderstein</i> 72	
<i>ponantur</i> 404	<i>Vterum iuuantia</i> 126	<i>Zulapium</i> 14.270.377. rosa-	
<i>Vnguentorum formula</i> 405.	<i>Vulturis pinguedo</i> 63	<i>ceum</i> 265.270. è succo rosa-	
406. vsus ibid.	X.	<i>rum</i> ibid. violaceum 265.	
<i>Vnguis odoratus</i> 63.125	Ξυγία	<i>Zizyphorum</i> 266	
<i>Vngula caballina</i> 16.196.273	Ξυγοκολλόξυγία	<i>Zulapia</i> 265	
<i>Vnicornis</i> 64	<i>Xylaloe</i> 57.125.127	<i>Zulapiorum vsus</i> 359	
<i>Vniones</i> 64.125.201	<i>Xylobalsamum</i> 58.124. offic-	<i>Zurumbet</i> 38. 207. eius suc-	
<i>Onser frawen eiß</i> 85	<i>narum adulterinum esse</i> ib.	<i>cedaneum</i> 207	
<i>Onser frawen müng</i> 328	<i>eius succedaneum</i> 119		

F I N I S.

Series Chartarum.

\* \* ):( A B C D E F G H I K L M N O P Q R S  
T V X Y Z. a b c d e f g h i k l m n o.

Omnes terniones, excepto ):(  
duernione.

FRANCOVRTI AD MOENVM, PER MARTI-

num Lechlerum, impensis Sigismundi Feyrabend & Simonis Huteri,

Anno Salutis humane M. D. LXVI.

Mense Augusto.

INDEX

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be organized in a list or index format with varying line lengths and some indistinct markings.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is centered and appears to be a short paragraph or a specific entry.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is centered and appears to be a short paragraph or a specific entry.







560.-

